FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

N
118

1240 39160
BL - REAL - A
B
47
85

R. 38.834

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IVRIS D. FRANC. ANTONII COSTA MESSANENSIS

IVRISCONSVLTI, REGIIQVE CONSILIARII, ac olim Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ, & in florentissimo Messanensi Collegio Prioris

Volumen Primum.

Quibus nouissimè accesserunt

ANNOTATIONES DON PLACIDI COSTA

I. C. AVTHORIS FILII

Regijque Fiscalis Regiæ Siclæ.

CVM PRIVILEGIO.

34/091-71

MESSANAE Typis Petri Breæ. 1629.

Sumptibus Raynaldi Reina. *Superiorum permissu.*

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM
IVRIS
D. FRANC. ANTONII COSTA
MESSANENSIS
IVRISCONSVLTI, REGIIQVE CONSILIARII,
ac olim Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ, & in florentissimo
Messanensi Collegio Prioris

Volumen Primum.

Quibus nouissimè accesserunt

ANNOTATIONES
DON PLACIDI COSTA
I. C. AVTHORIS FILII
Regijque Fiscalis Regiæ Siclæ.

CVM PRIVILEGIO.

MESSANAE Typis Petri Brex. 1629.

Cum Ipsius Regiæ Iudicis. Superiorum permissu.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DON PETRO CORSETTO

OLIM IN SVPREMO

ITALIÆ SENATV

POTENTISSIMI PHILIPPI

REGIS NOSTRI CONSILIARIO,

Et Regni Siciliæ Regenti meritissimo,

NVNC REGII PATRIMONII

Præsidi Dignissimo.

DON FRANCISCVS ANTONIVS

COSTA F.

ET Cui donem meas de Ciuilibus Consilijs lucubrationes (ILLVSTRISSIME REGENS, REGNI PRÆSES) nisi Tibi, quem ne dum Reges, sed Orbis consulit vniuersus? Id enim in primis obseruantia exigit in te mea, tum verius maxima, ad quam tua te virtus euexit gloria suo sibi iure deposcit: ac demum ipsa te Iuris materia patronum nuncupat, vtpote summum iuris Antistitem, iam Orbe toto celeberrimum, si quando typis credi se audet, tuo freta numine, ac patrocinio. Nec vereor, ne non tua dextera ingenij mei fœtus in lucem prodeuntes excipiens, obstetricis artem calleat satis, quæ Regum sceptra moderari, tractareque per ludum solet. At versabit tamen interdiu eadē ipsa pollens, licet ad grandia nata, vna cum sceptris Volumen hoc meum, quin potiùs tuum, quia in eo collectos è Tuis, Maiorumque tuorum libris sapientiæ colores, effigiesque agnoscens, Te ipsum ibi contuebere, non sine magna iustæ voluptatis illecebra. Sic enim aliquando interrogatus Alexander

xànder ille Macedo, cur ita sæpè præ manibus haberet Homerum, eam esse causſam respondit, quia ipsum sese, legens Homerum, illis in Ducibus, ac Regibus, Achille, & Vlisse propemodum sibi cernere videretur. Cæterùm, tuas laudes, honores, & quibus ea meritus es virtutes, oratione perstringere difficilius est, quàm vt vel facundissimus quis ad dignitatem assequatur, quin etiam vulgata canerem, & omnium ferè oribus trita, auribus communia, si tua præconia recensserem, quæ nulli ignota, vel exteris dicendi argumentum de te præbent. Neque ipse mihi viderer feciſſe satis, cùm non eo consilio ad scribendum accesserim, vt de tuis tuorumque laudibus orationem instituerem, sed potiùs, vt obseruantiam in te meam apud omnes testatam relinquerem: Ecquis enim latissimum generosissimę Familiæ tuæ campum percurrens, maiores omnes ab ipsa valeat origine repetere? quos inter Splendidissimum Regni Siciliæ lumen OCTAVIVM parentem tuum audeat intueri? Quamobrem, abundè dixerim, quin potiùs omnia, si vnum Te PETRVM dixero tanti Patris Filium: Quò ad gloriam dignitatum nulla est, quæ alteri inuideat, cum omnes & hac in Prouincia, & in Hispania vel summas, sed summa cum laude exercueris, illustraueris, vt Hispanię res nouis auspicijs nouo fulgore collucere visæ sint. Quare factum est, vt postquã Te inde reuocatum Siciliæ Regnum, post fęlicissimum Illustrissimi Præsidis DON IOSEPH DE NEAPOLI patrocinium, in Regij Patrimonij Alumnum, ac Protectorem euocauit, ne Hispanicæ gentes, atque Italicæ res ex tanti Viri amissione multum iacturæ subirent, REX noster potentissimus eumdem DON IOSEPH DE NEAPOLI, quem tot, tantisq; dignitatibus conspicuum mortales omnes admirati sunt, eumq; potissimum optimè de se meritis consiliarijs successorem tuum delegerit; existimans hoc etiam gloriæ tuæ additamentum, vt ex succedentis dignitate prædecessoris maiestas facillimè dignoscatur. Exultet igitur Hispania, lætetur Sicilia tota vobis Castore, & Polluce fulgentissimis syderibus tenebricosum Iuris iter, atque omnia cuncta illustrantibus. Et denique nunc illum, fęlicissimum sibi illuxisse diem sentiat vniuersus, quem videre diuinus ille Plato sumopere exoptauit, cùm sibi ipsi pollicebatur, tum demum fęlicissimas Respublicas, Regnaque florentissima fore, cùm aut sapientes homines principatum tenerent, aut Principes sapientiam amplecterentur. Accipe igitur animi monumentum erga te obseruantissimi, Rationi namque consentaneum est, vt cui me, meosque omnes hactenus addixerim, has quoque laborum meorum primitias qualescunque, quasi testes incomparabilis obseruantiæ consecrarem. Viue Nestoreos annos in Orbis Christiani bonum, & decus. Vale REGENS ILLVSTRISSIME.

AVTHOR LECTORI S. D.

EN tibi offero (candidissime Lector) Responsorum meorum, in tuendis, patrocinandisque caussis Volumen primum, in quo varias Philosophiæ Legalis conclusiones, tum in Foro, tum in Aulis passim agitatas habes. Tria deliberaueram Volumina vnico partu edere, ac in lucem proferre, verùm quia accidit plerumq; vt quæ magis, & propensiori animo desideramus, ea difficilius cõsequamur, impedimẽta, quæ in dies vnum post aliud occupatũ me detinuere, nõ solũ diu iam conceptum Opus ad hoc vsq; tempus distulerunt, verùm etiam & ab alijs componendis animum ferè abstulerũt. Etenim Opere iam ita disposito, vt extrema manus addenda deesset, Curiæ Straticotialis Iudex electus, per annum Messanensibus jus dicens, in officio Ill.mi Straticoti Locumtenẽs Vrbem ipsam moderatus sum, quo finito iterum ad Tribunal M. R. C. ad causas criminales per biennium diffiniendas Iudex ascendi, & non semel Proregis iussu pro arduis negotijs expediendis per varias Regni partes, ac loca armorum Capitaneus me cõtuli. Quo biennio peracto iterũ Straticotialis Magistratus Iudex creatus, suscepti officij curas adhuc sub-

stineo. Oportuit itaque in maximis illis, moleſtiſsimiſque negotijs hæc ſtudia intermittere, totumque me ad Reſpublicas adminiſtrandas transferre, vſq; adeò, vt nec etiam nunc Reſponſa iſthæc in lucem prodirent, ſi quod interdiu per aſsiduas, ac graues occupationes mihi non licebat, id nocturnis horis, atque extraordinarijs vigilijs aſſequi non conabar. Quamobrem (beneuole Lector) cui omnis mea deſudat induſtria, cauſam, quæſo, audias, & negotiorum non minus multitudinem, quàm grauitatẽ admittas. Interim Volumine hoc fruere, ſed velim ne illud nimis durè recognoſcas, vel iudices. Scio enim neminem ſingularis eruditionis reperiri poſſe, qui perſpicaciſsimo iudicio cenſuratus, rectam ſuorum ſtudiorum rationem inire valeat. Si quid tamẽ incultum, vel non ita digeſtum (vt decet) videris, æqui, bonique conſulas, & quod reprehenſione dignum eſt, corrige. Cęterùm, ſi benigna fronte hoc primum Opus receperis, ſtimulum non leuem mihi adiunges, vt quæ animo propoſueram, breui perficiam; Et tandem, ſi quid boni agnoſcas, omnipotenti, ac immortali DEO tribuas; à quo omne bonum. Vale.

ARGVMENTA CONSILIORVM

EPITOME CONS. I.

Cessura reseruata in Bulla Cœnæ Domini aduersus vsurpantes pertinentia ad Ecclesiam, & Conc. Trid. dispositio cap. 11. de reform. sess. 22. candide differuntur. Sententia declarans aliquo in casu, aliquem in Canonis censuram incidere, an sortiatur effectum, vbi verè Canon in casu illo non ligat. Citatio an sit necessaria in sententia declaratoria, & quid in notorijs; cuius occasione discutitur, quid sit notorium. Appellatio à declaratoria sententia an suspendat. Et multa in materia iurisdictionis, & Priuilegiorum Vrbis recensentur.

EPITOME CONS. II.

Iurisdictio meri, & mixti imperij Ciuitati concessa, an possit deinde alteri in præiudicium ipsius ciuitatis concedi. Sententia lata cum vno, an noceat alteri non citato, habenti interesse in consequentiam. Exceptio dominij an noceat possessorio agenti.

EPITOME CONS. II. post II.

An Iudex laicus in Episcopum, & personam Ecclesiasticam habentem feudum à Principe seculari sit Iudex competēs. Et an inter Vassallos vnius domini, & alterius domini, vel inter Vassallū, & nō Vassallum, vel Dominum, & quando dentur pares Curiæ, & qui sint. Et an possint prorogare iurisdictionem, & quando consuetudo derogans fori Ecclesiastici priuilegio valeat, & an laici in iudicio possessorio rei Ecclesiasticæ sint competentes.

EPITOME CONS. III.

An sententia lata in vno Iudicio pariat exceptionem rei iudicatæ in alio. Et quando est nulla, an sint repetenda omnia acta. Et quando obstet litis pendentia, & multa de præcedenti Consilio.

EPITOME CONS. IV.

An Hospitale sub Regis protectione, possit visitari ab Episcopo sine licentia Regis, & an dicatur concessa dicta licentia, si à Rege est electus, & præsentatus Episcopus. Et an reseruata Principi in signum supremæ potestatis veniant in generali concessione. Et an declaratio, quod sit sub Regis protectione spectet ad Episcopum. Et quando Hospitale sit Ecclesiasticum, quando verò sit profanum, & qui sint effectus. Et an Hospitalia non exempta vnita cum exempto, gaudeant priuilegio exemptionis, & quid operetur vnio.

EPI-

EPITOME CONS. V.

An matrimonium, si non est scriptura, præsumatur ad vsum Messanæ, & quid inter nobiles, & quid inter Magnates. An fideicommissum factum ab ascendẽte, cum prohibitione, ne dotentur, teneat. Et an masculinitatis expressio operetur exclusionem fœminarum omni tempore, vel prælationem. Et an quilibet frater faciat lineam suam, taliter quod durante illius linea, non fit reuersio ad lineam alterius. Et an fœmina, & Monasterium excludat substitutum saltem durante vita.

EPITOME CONS. VI.

Acta iurisdictionalia facta per alienos Officiales in Territorio Vrbis Messanę, an sint contra eius priuilegia. Et quid, si per Officiales fuerit habita scientia, & fuerit dissimulatum. Et an per istam dissimulationem officialium ipsa Giuitas præiudicetur. Confines Territorij, exercitium iurisdictionis, & idemptitas rei, quomodo probentur. Dominus Territorij an possit armata manu, & de facto demoliri facere furcam erectam per alienos Officiales, & prohibere, ne virgam iurisdictionis apportent, & illam frangi facere. Et an possit constituere, vt Vassalli non possint alibi molere, quã in molendinis ipsius. Causa quoquomodo tangit feudum, an sit feudalis. sententia lata contra authorem an noceat omnibus. An possessio acquiratur in feudalibus per inuestituram, quæ capitur à manu Domini.

EPITOME CONS. VII.

An donatio inreuocabilis facta absenti notario stipulante, sit reuocabilis ante acceptationem, & an dicatur reuocata per mortem donantis, & an hæredes donatarij possint acceptare post mortem donantis, & an nemine stipulante pro absente possit donans reuocare, & an per generalem dispositionem dicatur reuocasse, quò ad bona donata, vel requiratur specialis dispositio. Et quãdo renunciatio successionis fraternæ, & aliorum valeat. Et an pactum, quòd vxor donat eius dotem filijs iliius matrimonij, valeat, si vir præmoriatur. Et an pactum, quòd ob mortem Sponsæ dotes reuertantur ad dotantem, si præmoriatur vir euanescat, & dos libera remanet penes vxorem,

EPITOME CONS. VIII.

Monasterium durante vita Monachi possidet bona vinculata excluso substituto, & quid si non sit capax: an retineantur peruenientes ab intestato, vel per eos, quibus facta est dispositio per ipsum Monachum, & legitima, & trebellianica, quæ filijs primi gradus prohiberi nõ potest, an possit detrahi ab hæredibus grauati, & etiam ab emptore bonorum.

EPITOME CONS. IX.

An creditor inuito debitore possit compensare pecuniam debitoris cum capitale redditus bullalis, & an maritus possidens bona parafrenalia vxoris teneatur restituere fructus, quos percepit, & quando, & quo in casu habeat commoditatem fructuum, & an in Bulla possit excipere, se iure familiaritatis possidere.

EPITOME CONS. X.

An frater diues teneatur alere, & dotare sororem inopem, & quando habet aliquid, sed non sufficiens pro alimentis, & dote, iuxta conditionem. An secundus vir, qui fuit dotatus ab vxore, consequatur interusuria contra primum dotantem, & eius hæredes. Et an si non impleuit id, ad quod tenebatur, & quod facto adimplemento, an consequantur etiam præterita ante implementum. An legatum de vnc. mille, & interim dum hæres non soluet, quod soluat vnc. octuaginta singulis annis, subsistat.

FPI.

EPITOME CONS. XI.

Vsuræ dotales an competant marito, qui non fuit in loco destinatæ solutionis, tam contra dotantes, qui tenebantur alere, quàm contra extraneum dotantem. Et an fructus ex prædio pignori dato computet cum dote.

EPITOME CONS. XII.

Testamentum filijfamilias, in quo instituit locum pium, relicto legato patri de certis alimentis, an sit nullum, & quid stante statuto Vrbis Messanę sub capite 20. & de intellectu statuti, & quid si matrimonium non sit secundùm vsum Messanæ, sed secundùm ius commune, & quid stante clausula codicillari, & omni alio meliori modo, an saltem substinetur, vt donatio inter viuos. Et an donatio cum clausula, quòd possit dare plus vni. &c. toties quoties placuerit, si filia donataria renuntiet patri contenta dote, possit eidem filiæ pater iterum donare, stante dicta protestatione, & quando aliquid dicatur emptum per suppositam personam.

EPITOME CONS. XIII.

An emptor cum licentia alienandi teneatur ostendere pretium conuersum in causa contenta in dicta licentia. Et quã do Vniuersitas teneatur pro mutuo facto eius Iurato. Et quando Dominus teneatur facto institoris, & Ecclesia facto Prælati. Et an contractus subiugatorius constituatur, etiam pro debito, quod sibi alteri accollat subiugatorius.

EPITOME CONS. XIV.

Pactum de repetenda sorte in aliquo casu in contractu subiugatorio an vitiet contractum, vel vitietur, & quid in Regno Neapolis, & an attendatur locus celebrati contractus, vel ratificationis.

EPITOME CONS. XV.

An matrimonium contractum sine scriptura præsumatur ad vsum Regni, quid inter nobiles, & quid inter Magnates, & an pater vinculans bona sua dicatur tantum de suo tertio. An etiam de filiali voluisse fideicommissum constituere verba illa (moriendo ab intestato) an importent, quòd possit vendere, & alienare, esto moriatur sine testamento.

EPITOME CONS. XVI.

Creditores eiusdem tituli an debeant concurrere contra communem debitorem, esto alter præuenerit in causando executionem, & quando intereosdicatu præuentum, & quid in cohæredibus.

EPITOME CONS. XVII.

An legitima cõpetat cum fructibus à die mortis, vel à die petitionis, & an currat præscriptio. An Monasterium excludat substitutum.

EPITOME CONS. XVIII.

An filia dotata à patre, & matre excludatur à dote de paragio super feudo materno. Et an sententia lata cum legitimo contradictore noceat successoribus non citatis. Et an donatio conditionalis operetur translationem dominij, & possessionis, & quid stante clausula constituti. Et an dominium possit stare in pendenti, vel remaneat penes donantem, quando non potest transferri in donationem.

EPITOME CONS. XIX

An capitula matrimonialia, etiam si non sint in posse Notarij habeant executionem paratam. Et an per solam confessionem receptæ dotis agatur executiuè in casu restitutionis. An pactum restituendæ dotis in casu separationis matriti,

riti ob mortem vxoris sine filijs, vel cum filijs, & illis mortuis, excludat patrem à legitima. Et quid si sit dictum, quòd restitutio fiat, cui, seu quibus ius, & casus dederit. Et quid, quando promisit totas, & integras dotes restituere, & per quæ verba inducatur, & quid quando est dictum debitas dotes.

EPITOME CONS. XX.

Fideiussio an requirat in eius stipulatione præsentiam vtriusque partis, & an possit per epistolam fieri, & an fideiussor in vno Tribunali teneatur in alio, & an exe cutio sententiæ prolatæ per Magnam Regiam Curiam, vel Tribunal Patrimonij, vel alium Delegatum S. E. dum est in Vrbe, ob recessum remaneat illi Tribunali, cum quo concurrit.

EPITOME CONS. XXI.

An feudum emptum per socium omnium bonorum nomine proprio acquiratur societati; & an decima, & tarenus, qui fuerunt soluti per dictum socium in emptione dicti feudi debeant iterum solui in assignatione, quæ fit per ipsum socium alteri socio pro portione sibi competenti.

EPITOME CONS. XXII.

An benefacta in feudo sint feudalia, an allodialia, & an succedat hæres Baronis, vel successor in feudo, & an debeat solui extimatio, & pretium in pecunia. An allodialia possint fieri feudalia, & quando, & an pater debeat habere spetiale mandatu m in dicto negotio.

EPITOME CONS. XXIII.

An Princeps possit segregare Casale, & Terram à Ciuitate dominante constituendo alios Officiales, & Ministros in præiudicium ipsius Ciuitatis. An priuilegia titulo onero so concessa subsistente legitima causa Princeps possit tollere. Et an Reuerendissimus Archimandrita in Terra Sabucæ, eiusque Ruribus, & in hac Vrbe possit, quò ad dictos homines, exercere iurisdictionem ciuilem, & criminalem.

EPITOME CONS. XXIV.

Socius qui promisit vbique locorum conueniri renuntiando cuicunque foro, an possit cogi reddere compura societatis extra locum vi administrauit.

EPITOME CONS. XXV.

Dos de paragio an debeatur sorori innuptæ, & an post mortem transmittatur ad eius hæredes. An legatum dictæ dotis comprehendat etiam fructus, & vsuras, quæ competunt pro ipsa dote maturatas in vita ipsius.

EPITOME CONS. XXVI.

Pater an habeat vsumfructum in bonis feudalibus eius filij, & an saltim commoditatem fructuum, num sit legitimus administrator, & an iudicium rectè fiat cum eo.

EPITOME CONS. XXVII.

Conseruator an possit proferre sententiam excõmunicationis sine causæ cognitione, & an prolata post tentatum grauamen, & emanatas literas sit nulla. Num colonus partiarius Ecclesiæ teneatur soluere gabellas pro eius parte fructuum, & an Ecclesia lædatur, maximè stante pacto, quod locauit francam, & liberam.

EPITOME CONS. XXVIII.

Monasterium an possit cogere vicinos ad vendendum proprias domos pro illius ampliatione, & an possit cogere ad vendendam seruitutem altius non tollendi, etiam via publica inter media existente, & an, quòd tollatur via publica cum alijs domibus.

EPI-

EPITOME CONS. XXIX.

Remedium l 2. C. de rescind. vendit. an habeat locum in transactione, & quomodo debeat fieri æstimatio læsionis.

EPITOME CONS. XXX.

Tutor, qui fuit liberatus ob redditas rationes, an possit iterum cogi reiterare computa.

EPITOME CONS. XXXI.

Pactum, si successor in Baronia non ratificauerit venditionem, quod possit emptor se assentari facere in capitale redditus, & facere fructus suos, & sic gaudere re, & pretio, an valeat.

EPITOME CONS. XXXII.

Executiuè agitur, vt fiant diuisiones, & quid quando sunt factæ, & prætenditur iterum fieri, & quando possint. Et an iudicium communi diuidundo, procedat etiam inter non compossessores, & quomodo fiant diuisiones, tam dispositione iuris Canonici, quàm Ciuilis, quàm statuti Messanæ, & quid, quando sunt minores fratres, & quomodo inducatur ratificatio illarum.

EPITOME CONS. XXXIII.

Dominus an possit à præcepto incipere, ne quis transeat de eius loco, & quid sit probandum, vt possit dici præscriptam seruitutem esse. Et an vicinus possit cogi vendere dictam seruitutem, & quando. Et an sententia lata cum legitimo contradictore noceat omnibus in causa seruitutis.

EPITOME CONS. XXXIV.

An socius in dubio præsumatur emisse nomine proprio, & quando nomine societatis, & quando possit obligare socium. Creditor anterior, de cuius credito constat per confessionem de recepto, an præferatur creditori posteriori de vera, & reali solutione.

EPITOME CONS. XXXV.

Pactum, quod de captura cambiorum credatur iuramento creditoris, an subsistat, & an pactum, quò ad quantitatem cambiorum, quòd credatur iuramento creditoris, validum sit de iure, & num sit personale, vel transeat ad hæredes, seu habentes ius, & causam, & de intellectu Bullæ Pij Quinti circa materiam cambiorum.

EPITOME CONS. XXXVI.

Stante pacto in contractu dotali apposito, per quod maritus promisit restituere dotes cum clausulis amplissimis, & clausula constituti, an soluto matrimonio censeatur translatum dominium ipso iure in comprehenso in dicto pacto non obstante dispositione in contrarium per mulierem facta. Item an quis debeat audiri, non obtenta prius absolutione à iuramento de non obtinenda absolutione in contractu apposito.

EPITOME CONS. XXXVII.

An ius congrui transeat cum ipsa re, sic in donatione, & an requirat specificam mentionem, & quid stantibus verbis (cum iuribus eius omnibus, & clausulis ad habendum, &c. cedens, &c.) Et an habens ius congrui post venditionem, vel nascens post ipsam venditionem admittatur ad retractum. An verò requiratur, quod sit de tempore venditionis, & an dato concursu inter sanguinem, & vicinum, quis sit præferendus, & vsque ad quem gradum habens ius sanguinis admittatur ad retractum.

EPITOME CONS. XXXVIII.

In actione hypotecaria, quæ requirantur, & quanto tempore præscribatur. In rebus parafrenalibus, aduentitijs, & dotalibus, an detur hypoteca. Excussio in dote an detur, & quando cessat, & quomodo sit facienda, plura de metu discutiuntur. An restitutio dotis per vim facta præiudicat mulieri, quando non constat nisi per solam mulieris confessionem. Vxore insimul cum viro vendente, si confessa est pretium, ad quem præsumitur peruenisse. In summarijs attenditur petitio, an id, quod probatur. Donatarius vniuersalis an tenetur ad debita donantis, & ad quæ.

EPITOME CONS. XXXIX.

An cessante causa finali, propter quam facta est subiugatio resoluatur contractus subiugatorius, & an hæc exceptio admittatur in prima instantia.

EPITOME CONS. XL.

In actu reuendicatorio quę sint probanda, & quomodo probetur dominium. Et an donatio omnium bonorum cum modica reseruatione sit nulla, & an bonorum mobilium, & stabilium sustentetur, ex quo iura, & actiones non sunt comprehensæ, & omnium bonorum præsentium, & futurorum substineatur, quò ad præsentia tantum.

EPITOME CONS. XLI.

An data nullitate decretorum restituantur bona cum fructibus, & quo casu liberatur à fructibus possessor.

EPITOME CONS. XLII.

An milites Sancti Iacobi de Spata, de Alcantara, Calatrauæ, & Sancti Ioannis Hierosolymitani gaudeant foro Ecclesiastico, & quid in ciuilibus, & an sint immunes à gabellis.

EPITOME CONS. XLIII.

An pactum, quod de pecunia dotali emanantur redditus, seu bona stabilia cum interuentu dotantis pro securitate, & tuitione dotis operatur, quod res empta fiat dotalis.

EPITOME CONS. XLIV.

Metus reuerentialis solus an sufficiat ad rescisionem actus, vel sit necessaria, etiam læsio, & an inferatur filio existente sui iuris, & an per literas missiuas, quid in matre, & quid in socero, & genero.

EPITOME CONS. XLV.

Census ad voluntatem debitoris redimibilis, an sit de iure permissus, & ad quam summam soleat taxari, & an ab initio sola obligatione personali possit constitui. Interesse dotis non solutæ, an, & quando competat viduæ contra hæredes viri, & an ipsa mortua debetur eius hæredibus, & an etiam competat viro, eiusque hæredibus contra dotantem, & eius hæredes. Interesse dotis legitimè debitum, an possit ab initio in pactum deduci, & taxari. Census an possit constitui alio titulo, quàm emptionis, & venditionis.

EPITOME CONS. XLVI.

Ius prothomiseos quibus competat, & data paritate sanguinis, vel vicinitatis quis præferendus, & quid si eorum alter sit æqualis in sanguine, sed vicinus. Protestationis virtus quæ sit, & an sit necesse, quod repetatur in omnibus actis. Statutum Vrbis Messanæ, an vocet ad retractum vicinos, & consanguineos gradatim. Contra vicinum, vel consanguineum

guineum ementem, an proximiori competat retractus. Retractus an competat ex contractu retrouenditionis.

EPITOME CONS. XLVII.

Solutio an præsumptionibus probetur, quibuscunq; præsumptionibus excludatur. Et an pro dote non soluta debeantur interusuria. Et quid si dos in iugalibus, pecunia, alijsque rebus infructuosis consistat, & an per longum tempus non petita censeantur remissa. Et an dotis augmentum eiusdem dotis priuilegia patiatur

EPITOME CONS. XLVIII.

Cambiorum materia accuratè disseritur, in qua Bulla felicis recordationis Pij V. recensetur.

EPITOME CONS. XLIX.

An, & quando alicui debeat denegari audientia discutitur, ac multa de reintegratione depositi explicantur. An, & quando possit quis suæ possessionis titulum mutare declaratur, & nonnulla de exceptione (tibi actio non competit) differuntur.

EPITOME CONS. L.

Nonnulla ad intellectum statuti huius Vrbis sub cap. 31. circa retractum explanantur. Ius auocandi, & reuocandi an possit cedi, non cesso directo dominio, & an transeat in successorem vniuersalem. Directus post corporis reuocationem, an census præteritos recuperet, & quid si Ecclesia sit directus Dominus. Et an directus omnibus in retractu præferatur. Quid in comprehensis in inuestitura. Quid in feudo antiquo, & an sit requirendus. An competat laudimium. Exceptio reo superueniens, an semper illi prodeat.

EPITOME CONS. LI.

Contractus Bullalis an requirat effectiuam capitalis solutionem. Exceptio non numeratæ pecuniæ, an ab eo, qui partem debiti, vel vsuras soluit, opponi possit, Et de intellectu l. cum fidem. C. de non numer. pecun.

EPITOME CONS. LII.

Exceptio metus an in causa oppositoria opponi potest.

EPITOME CONS. LIII.

Pactum inter virum, & vxorem, quod mortuo ipso, & eius filijs ab intestato, bona eius vadant ad illos, quibus de iure cõpetunt, excluſa matre, & eius hæredibus, an sit de iure validum, & casu, quo validum esset, an ex quo vir testamentum condidit, in quo tantummodo filiam instituit, nihil dicto de substitutione mater admittatur ad successionem filiæ, ex quo per testamentum videtur reuocasse pactum, vel an saltim successio spectat fratri vterino venienti iure proprio.

EPITOME CONS. LIV.

Citatio generalis per proclama, an, & quãdo sufficiat, & quid, quando persona citanda est certa, ad quem spectat interesse. Decreta an dicantur nulla, si in eis fuerint distracta bona non obligata. Multa de nullitate ex defectu citationis, & quid quando in meritis veniret confirmanda sententia. Curator, siue Tutor, an teneantur defendere lites iniustas, vel potiùs illis cedere. Anterior creditor an impediat posterioris executionem scripturæ ab extra, an, & quomodo fidem faciant.

EPITOME CONS. LV.

Socius, si contrahat nomine proprio, an

alios socios obliget,& quid si societatis nomine contrahat, cum non habeat in mandatis, & quid si constet eum ad vtilitatem societatis contraxisse, & an hæc vtilitas probari debeat. An contra socium, nondum facta disputione computorum executiuè possit agi pro capitale, & quid si præcesserit intimatio ad exhibendum computa, quæ tamen non fuerunt exhibita. Debitor ex pluribus causis,in quam soluisse dicatur. Obligatus soluere certam quantitatem in rebus an possit soluere in pecunia, & creditorem compellere ad recipiendum.

EPITOME CONS. LVI.

An socius possit contra socium causare executionem pro capitale nondum calculatis computis, & quid si socius offerat computorum rationem, & alter socius oblationem non impugnat. Debitor an cogatur ire ad domum creditoris ad soluendum societate finita. An socius cogatur cauere consocium de soluendo ære alieno. Multa de moræ purgatione discutiuntur.

EPITOME CONS. LVII.

Contracto matrimonio ad vsum Messanæ, per quem natis filijs bona confunduntur, an dissoluta societate per mortem vxoris, illa dicatur continuata inter patrem,& filium per simultaneam cohabitationem in eadem domo, & apoteca, & quid filio, & præsente minore, & nihil remanente in illa societate, & quid si pater transiuit ad secunda vota. An assignatio facta per patrem pro tertio filiali,quod est loco legitimæ,si importat plus quàm tertium, an illud plus cedat in extinctionem tertij materni, stante clausula (omni meliori modo) & de virtute dictæ clausulæ. An socius, qui plus posuit in societate, possit minus de lucro participare, & an tale pactum de minus lucrando, plus posuit, quando tam de industria, quàm de capitale, sit de iure improbatum.

EPITOME CONS. LVIII.

Socius an teneatur librum conficere,& socijs exhibere. Et an si alter ex socijs librum confecerit, censeatur aliorum sociorum mandato confeciisse, & quando mandatum præsumatur. Liberatus à cõputorum redditione, & à dolo, an dicatur liberatus à libri confectione. Exceptio non adimplementi an possit opponi a socio contra socium petentem redditionem computorum, cùm ambo administrauerint, & quando socius iterum teneatur reddere computa.

EPTOME CONS. LIX.

Dos constante matrimonio, quando peti potest, & quando ex ea transferatur dominium, & quæ verba importent dominij translationem, & de vi constituti, & an sit vera restitutio. Prælationis iudicium quando, & quibus competat. Ex societatis contractu, quæ actio oriri solet, & ad quid socius teneatur, & quid contra fideiussores tamquam principales obligatos. Donatio facta absenti cũ stipulatione Notarij, an sit reuocabilis ex parte vtriusque.

EPITOME CONS. LX.

Promissio de cancellando instrumentum an habeatur pro ipsa cancellatione, ita vt non valeat executioni mandari. Socius emens nomine proprio cum pecunia communi sibi, an socijs etiam acquirit, & quid in dote, & re pupillari, & in Tutore proprio nomine emente de pecunia pupilli. Confessio extraiudicialis, etiam parte præsente aduersus instrumentum, vel hominis,vel legis dispositione requirens scripturam pro forma an & quando noceat. Instrumentum suspectum si præsumptionibus coadiretur, an cesset suspicio. Ad probandum contractum simulatum quæ sint probanda, & deducenda.

EPI-

EPITOME CONS. LXI.

Creditor an posit eligere hypotecam generalem, non excussa speciali, & an procedat stante dispositione Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ. Feudum an contineatur sub generali obligatione, vel subiugatione bonorum, & quid in feudo hæreditario, & quid in vniuersali. Hæres creditor an dicatur satisfactus ipso iure adita hæreditate, & quid in Tutore creditore.

EPITOME CONS. LXII.

Pro censibus bullalibus molestari non potest tertius possessor rei, quæ non erat in dominio subiugantis, subiugationis tempore. Exceptio intentionis, & facti an admittatur in quacunq; Iudicij parte, etiam in officio Iudicis, parte non reclamante. Debitor ex pluribus partitis, ex vnico contractu prouenientibus, in quam causam soluisse dicatur.

EPITOME CONS. LXIII.

Exceptio anterioritatis ex causa pariter priuilegiata, an possit proponi in prima instantia aduersus contractum Bullalem. Tertius, cuius pecunia fuit dimissus anterior creditor, an, & quando in eius locum, & iura succedat. Anterior in capitali, an sit etiam anterior in vsuris.

EPITOME CONS. LXIV.

Testamentum filij patre præterito, an sit nullum ipso iure, & è contra; cuius occasione multa de effectibus clausulæ codicillaris explanantur.

EPITOME CONS. LXV.

Successor singularis, an teneatur stare colono. Feuda an comprehendantur sub generali dispositione, & quid sub vniuersali.

EPITOME CONS. LXVI.

Hypotecarium Iudicium cui, & quomodo competat. Creditor secundus volens offerre, ad quid teneatur In statutaria Vrbis Messanæ societate, quæ bona veniant communicanda, & an ea, quæ vir, & vxor nuptiarum tempore, & sic ante filiorum natiuitatem possidebant. Et multa ad intellectum statuti Messanæ circa bonorum confusionem, & communionem.

EPITOME CONS. LXVII.

An in feudi successione, deficiente linea primogeniti, filius secundogeniti minor natu præferatur filio quartogeniti maior natu. Ad intellectum cap. 33. Regis Iacobi. Capitula Caroli V. de successione feudorum 118. & 204. & cap. Philippi Secundi 18, declarantur.

EPITOME CONS. LXVIII.

Exceptio anterioritatis an admittatur in prima instantia aduersus contractum Bullalem. Exceptio cedendarum, an, & quando creditori obstet. Iurium cessio cui concedenda, & cui deneganda sit, differitur.

EPITOME CONS. LXIX.

Distractio bonorum an possit fieri habita fide de pretio. Possidens partim ex causa posteriori, an teneatur in contractu Bullæ. Expensæ iudiciariæ, quæ actionis iure debentur, an sint eiusdem naturæ, cuius est debitum principale.

EPITOME CONS. LXX.

Discutitur, an alienatio facta per Monachos Sancti Francisci de Assisa, Ciuitatis Tauromenij cum consensu Visitatoris Generalis, ob necessitatem æris alieni, quod consistebat in capitale census Bullalis, & nulli erant census decur-

si, subsist at, an verò sit nulla, & quæ requirantur in alienatione bonorum Ecclesiæ ad intellectum extrauag. ambitiosæ. Et quando dicatur æs alienum vrgere, & vtilitas euidens. Et multa ad intellectum multarum constitutionum Summorum Pontificum concessarum Regularibus.

EPITOME CONS. LXXI.

Societas coniugalis iuxta dispositionem statuti Vrbis Messanæ, quando, & quomodo per natiuitatem filiorum inducatur, & quæ bona veniant confundenda. de stabilibus an possit mater disponere, & an ea competant filijs pro æquali portione.

EPITOME CONS. LXXII.

Capitulum Regis Caroli 78. an habeat locum in muliere minore contrahente cum authoritate viri sui. Renuntiatio facta per filiam matri, non existentibus masculis, an sibi præiudicat, quo minus possit ad maternam hereditatem admitti. Testes inuerisimilia deponentes an probent, & an vnicus contra producentem, & quid si deponit de credulitate. Læsio an detur in iure quærendo. Curator apponens in Inuentario bona propria, an sibi præiudicat.

EPITOME CONS. LXXIII.

Quibus instrumentis datur via executiua, & an ex Archiuio desumptis, & manu Archiuarij extractis. Contractibus conditionalibus non datur via executiua, nisi purificatis conditionibus. Multa de fideiussorum obligationibus examinantur.

EPITOME CONS. LXXIV.

An, & quando habens molendinum in inferiori fluminis parte, possit prohibere, ne alter in parte superiori alterum ædificet molendinum.

EPITOME CONS. LXXV.

Sententia lata indeciso articulo de medio, an, & quando sit nulla. Criminali pendente, an sit supersedendum in causa ciuili.

EPITOME CONS. LXXVI.

Creditor posterior quid teneatur offerre, vt ad ius offerendi admittatur. Et an, & quando creditori anteriori retentio cõpetat pro pecunijs per eum solutis. Creditor posterior offerens quomodo dicatur subintrare in locum emptoris.

EPITOME CONS. LXXVII.

Condemnatus per sententiam super bonis hæreditarijs, an teneatur de proprio, si in actu compromissi promiserat de proprio soluere id, ad quod fuerit per sententiam condemnatus Legatum in pecunia relictum, quomodo sit soluendum per hæredem, si pecunia in hæreditate non extet.

EPITOME CONS. LXXVIII.

Creditores citati ad comparendum, si in termino non comparent, an excludantur à iuribus suis. Creditores certi an sint citandi personaliter, & non per proclama.

EPITOME CONS. LXXIX.

Ius patronatus quot modis acquiratur. Cappellania absque Pontificis authoritate, vel Episcopi constituta, an dicatur beneficium. Quæ personæ consequi possint beneficia. Ex diuturnitate temporis an præsumatur authoritas Ordinarij, & omnis alia extrinseca sollemnitas. Quatrimestre tempus laicis concessum ad præsentandum, an possit Ordinarius prorogare, & a quo die currat.

EPITOME CONS. LXXX.

Immunitatis Priuilegium, an, & quando ad descendentes ex fœminis extendatur. Et an comprehendat bona postea quæsita, & multa de priuilegio immunitatis propter duodecim filios.

EPITOME CONS. LXXXI.

Legatum vxori à marito relictum, an & quando cum dote, vel debito compensetur. Legatarius an possit pro parte tantum testamentum approbare. Legatum rei alienæ, an & quando valeat.

EPITOME CONS. LXXXII.

Minor an possit agere per Procuratorem aduersus Tutores pro computorum redditione, an verò cogatur Curatorem eligere. Plures Tutores si sunt dati, an omnes teneantur in solidum rationem reddere, & reliqua restituere.

EPITOME CONS. LXXXIII.

Tempore pestis, an possit Straticotus Vrbis Messanæ, eiusdemque Vrbis Senatus prohibere ingressum in eius Territoria venientibus è locis suspectis.

EPITOME CONS. LXXXIV.

Nullitas tituli notoria, an possit replicando proponi aduersus excipientem de possessione anteriori, ex causa pariter priuilegiata in prima instantia. Creditor, qui vigore secundi decreti bona debitoris distraxit, an recipiendo partem debiti à decreto recessisse dicatur.

EPITOME CONS. LXXXV.

Episcopus in causa ciuili, in qua est conueniendus, an possit esse Iudex, & an illam possit cognoscere eius Vicarius, vel dandi sint arbitri, vel an debeat adiri Metropolitanus Superior ipsius Episcopi, & quid quando est actor, cum suis subditis. Et quid in causa criminali. Iudex an possit recusari vt suspectus ex capite inimicitiæ, si vtrique parti sit æqualiter inimicus.

EPITOME CONS. LXXXVI.

Maritus recipiens dotem absque interusuriorum protestatione, an censeatur illa remisisse. Vxor secundo nubens, an possit reuocare pacta, conditiones, & alia apposita in primo dotali instrumento. Fideicommissarius an possit præueniendo agere ante mortem grauati, vt eo mortuo bona ad eum declarentur spectare.

EPITOME CONS. LXXXVII.

Filiafamilias maritata an possit de dote testari, & quando. Dos an, & quando succedat loco legitimæ, vt onus non possit super ea imponi. Quæ requirantur, vt filiusfamilias possit causa mortis donare.

EPITOME CONS. LXXXVIII.

Fideicommissarius vniuersalis an executiue conueniri possit. Dotarium an debetur dote non soluta. Alienationis prohibitio facta in actu inter viuos, an sit potens, etiam ad præiudicium legitimę.

EPITOME CONS. LXXXIX.

Feuda, & res fideicommisso subiectæ, an & quando possint pro dotis constitutione, & restitutione alienari. Vxor creditrix in bonis mariti ex duabus causis, vt puta legati, & dotis, si bona partim sint libera, partim vinculata, in quam causam recipere debet solutionem allodialium.

EPITOME CONS. XC.

Restitutio in integrum, an, & quando, & quibus concedi debeat. Quæ probationes requirantur, vt concedatur salarium

ũm ab initio non constitutum, & quando debeatur seruitia præstanti etiam de æquitate. In crimine falsi quis sit Iudex competens ad intellectum l. nullum. C. de testibus.

EPITOME CONS. XCI.

Causa feudalis, & vita militia, an possit compromitti irrequisito Domino. Vita, & militia, quanta sit, quibusque debeatur, & an competat super feudo nouo pecunia empto, latè discutitur. Et an pretium sit taxandum inspecto valore mortis tempore, vel quanti fuerit emptum.

EPITOME CONS. XCII.

Adiudicatio facta per emptorem de bonis venditoris, stante molestia, sed ante euictionis euentum, vigore pacti in contractu adiecti, an sit nulla, ex quo emptor possidet bona distracta, cùm nondum creditori molestiam sibi inferenti satisfecerit. Sententia siue secundum decretum interpositum contra minorem indefensum, an, & quando sit nulla. Adiudicatio facta non præsenti pecunia, sed habita fide de pretio, an, & quando sit nulla.

EPITOME CONS. XCIII.

Laicus si post delictum efficiatur Clericus & relegationem frangat, ad quam à Iudice laico condemnatus fuerat, tempore, quo erat laicus, à quo debeat puniri. Clericus effectus post peremptam instantiam illius iudicij, in quo reus erat an declinet forum, si per insufflationem spiritus a Principe reuiuiscat instantia. Clericus si post delictum habitu dimisso, vxorem duxerit, an declinet forum pro delicto commisso Clericatus tempore. An, & cui liceat arma, & insignia ponere super ædificijs, alijsque operibus ab eo constructis.

EPITOME CONS. XCIV.

Depositum abinitio nõ integrum in retractu, an possit pendente lite reintegrari, si interim sit elapsum tempus retractus. Restitutio in integrum an, & quando competat minori volenti retrahere. Retractus an possit fieri ad vtilitatem alterius. Directus an, & quando præferatur in retractu.

LAVS DEO.

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM IVRIS
DON
FRANCISCI ANTONII COSTA
IVRISCONSVLTI MESSANENSIS
Magnæ Regiæ Curiæ olim Iudicis Regijque Consiliarij.
LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tunc dicitur grauare partes, quando facit id, quod est contra iuris dispositionem.*
2 *Idē si contra statuti, siue decreti ordinationē.*
3 *Grauamen est iniuria, & oppressio contra iustitiam.*
4 *Iudex præpostorè procedens partem aggrauat.*
5 *Nullitas, dicitur maxima iniustitia.*
6 *Excommunicatio decima septima contenta in Bulla Cœnæ Domini, vt incurratur, quinque necesse est, vt interueniant: & quæ sint recensentur.*
7 *Vsurpare Verbum quid significat.*
8 *Ordinarius quo ad iurisdictionē super omnibus locis sibi subiectis, fundatū habet intentionem, non solùm quo ad dominium, sed etiam quo ad possessionem.*
9 *Iurisdictio quælibet, cohæret Territorio.*
10 *Territorio concesso, concessa censetur non solum simplex iurisdictio, verùm etiam & mixtum imperium, ac omnia regalia Territorio cohærentia. Fallit in Regno stantibus constitutionibus.*
11 *Priuilegia à Romanis sub Appio Claudio, & Quinto Fabio, ac etiam sub Seruio Fuluio Flacco, & Publio Calfurnio Pisone Consulibus, Messanæ Vrbi concessa recensentur.*
12 *Straticotus Vrbis Messanæ omnia potest, quæ Romani poterant, habetq; merum, & mixtum imperium, & pariter eiusdem Vrbis Senatores eadem funguntur potestate, quæ Romani Senatores fungebantur.*
13 *Iuratorum iurisdictio, quæ sit de iure cōmuni.*
14 *Imperatoris potestas cui conceditur, omnia, quæ potest Imperator, concessa dicuntur.*
15 *Priuilegium concessum loco, personis concessum videtur.*
16 *Priuilegium Patriæ concessum, cuilibet de Patria intelligitur concessum.*
17 *Districtus Messanæ, qui olim erat constitutus à Leontino vsque ad Pactas, hodie restrictus est ad milia ia triginta.*
18 *Districtus Vrbis Romæ, qui antiquitus se extendebat ad centum vsque miliaria, hodie ex Gregorij XIII. Bulla est redactus tantummodo ad quadraginta miliaria.*
19 *Priuilegia Arcadij Imperatoris, & Regis*

Rogerij Vrbi concessa recensentur.

30 Priuilegia Regis Fiderici eiusdem Vrbi concessa circa iurisdictionem Iuratorum referuntur.

31 Confirmatio renouationis vices gerit.

32 Confirmatiuus actus si non valet, valet vt de nouo concessus, vbi fit ab eo, qui habet concedendi potestatem.

33 Confirmans Priuilegium, videtur de nouo concedere.

34 Confirmatio operatur sollemnitatis defectus, & ostendit confirmatum. num. 25.

36 Confirmatio Priuilegiorum ex certa scientia, Nouum continet Priuilegium.

37 Generalis confirmatio operatur confirmationem antiquorum Priuilegiorum, etiam si ea essent reuocata.

38 Iurisdictio Vrbis, eiusque Territorij est vnica, indiuidua, & incorporalis, & respicit æqualiter totum, & quamlibet partem illius, & ita Casalia sicut Vrbem.

39 Iurisdictio vici dependet à iurisdictione Ciuitatis.

30 Casalia Ciuitati subiecta sunt partes eiusdem Ciuitatis, & sub eodē nomine continentur.

31 Ciuitas, & Territorium sunt vna, & eadē res.

32 Territorium ita se habet ad Ciuitatem, quemadmodum accessorium ad principale.

33 Castra omnia vnius Comitatus habent ius indiuiduum.

34 Acta iurisdictionalia, possessionem iurisdictionis ostendunt, & quæ sint recensentur.

35 Testes singulares sufficiunt ad probandam Iurisdictionem.

36 Iurisdictionis exercitium dicitur factum ex titulo præambulo.

37 Iurisdictionis exercitium, & possessio subsequuta Priuilegia declarant.

38 Possessio interpretatiua longi temporis præscriptionem non requirit.

39 Consuetudo subsequens fida est Priuilegiorum, & Statutorum interpres.

40 Consuetudine per Statutum sublata non intelligitur de interpretatiua.

41 Vsus, & Consuetudines Vrbis transeunt in Priuilegium, ex Regis Ferdinandi Priuilegio Meßanæ Vrbi concesso.

42 Consuetudo à Principe approbata habet vim Priuilegij.

43 Priuilegia si sunt multa, tenacius ligant, & difficilius illis derogatur.

44 Priuilegia sub nomine dignitatis concessa, sunt perpetua, & non indigent successoris confirmatione.

45 Actus semel à Principe confirmatus, non eget alia successoris confirmatione, & sufficit, quod virtute dicti actus, sit ius quæsitum Ciuitati, & locis Territorij illius.

46 Ex priuilegio statim acquiritur ius Ciuitati, absque temporis limitatione.

47 Priuilegia Ciuitatibus concessa sunt perpetua.

48 Priuilegia sunt verum patrimonium, & peculium quasi Castrense Ciuitatis.

49 Priuilegio Ciuitati concesso, vt ibi sit sedes iurisdictionis, non potest alibi sedes transferri.

50 Priuilegia Ciuitatibus concessa, sunt fauorabilia, & debent sine diminutione, & latissimè, non strictè interpretari.

51 Priuilegia sunt irreuocabilia, tū ea, quę ex gratia, tū ea, quæ propter seruitia cōcessa sunt.

52 Regis assertioni circa merita standum est in concessis, secus in prohibitis.

53 Priuilegia ex mera gratia concessa, sunt irreuocabilia via iuris, & ordinaria potestate.

54 Princeps non dicitur posse facere id, quod minus honestè potest.

55 Princeps debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut Polus in Cælo.

56 Plenitudo potestatis, est odiosa.

57 Plenitudinem potestatis vocant alij plenitudinem tempestatis.

58 Princeps non nisi ex maxima causa, & summa cum ratione vtitur plenitudine potestatis.

59 Principis gratia vt obseruetur de iustitia est.

60 Messana Priuilegium habet, vt Rex in ea potestatis plenitudinem non exerceat.

61 Priuilegia concessa ob benemerita, nec reuocari, nec minui possunt. Amplia nec propter ingratitudinem. num. 62.

63 Priuilegia in meritorum remunerationem concessa, transeunt in vim contractus. Amplia stante confirmatione cum iuramento n. 64.

65 Priuilegium ob benemerita, nomen Priuilegij amittit, & transit in beneficium, quod non potest pro velle reuocari.

66 Ex Priuilegio ob seruitia concesso, soluitur laboris merces.

67 Princeps non reuocat contractum, nec ex plenitudine potestatis.

68 Princeps non potest reuocare Priuilegium mediante pecunia concessum.

69 Tenimentum significat Vniuersitatem respectu sui nominis, non autem iurisdictionem, quæ non est ex eadem materia, sed diuersa.

70 Castro, vel Oppido in feudum concesso, vel vendito, an præsumatur concessa iurisdictio, merum, & mixtum imperium; plures distinguuntur casus.

71 Iurisdictio potest esse vnius, & Castrum, seu Tenimentum alterius.

72 Territorium potest esse sine iurisdictione, & è contra.

73 Castrum nihil habet cōmune cū iurisdictione.

74 Accessoriū suo principali nō omninò cohærens non continetur in translatione principalis.

75 Inue-

75 *Inueſtitura neceſſaria eſt in feudi conſtitutione.*

76 *Iuramentum fidelitatis eſt de ſubſtantia conceſſionis feudi.*

77 *Feudalis conceſſio non dicitur, vbi nec ſeruitij, nec homagij facta eſt reſeruatio.*

78 *In donatione facta à Rege alicuius loci, comprehenduntur res propriæ, quas habet in illo loco.*

79 *Caſtro conceſſo à Principe cum iuriſdictione, ſi Caſtrum ſubeſt Ciuitati à qua regitur, tunc præſumitur Principem voluiſſe concedere ſolam iuriſdictionem, non autem merum imperium. Limita, num. 81.*

80 *Feudo conceſſo cum Vaſſallis, & Territorio, iuriſdictio Ciuilis etiam dicitur conceſſa.*

82 *Caſtrum alicuius Ciuitatis, cum iuriſdictione concedi poteſt, niſi prius ſit iuriſdictio alteri conceſſa.*

83 *Iuriſdictio conceſſa Vrbi Meſſanæ non poteſt alteri in præiudicium dictæ Vrbis concedi, ſtantibus Priuilegijs*

84 *Iuriſdictio conceſſa ex priuilegio in contractum tranſeunte, alteri concedi non poteſt.*

85 *Rex non poteſt alteri alienare Terras, & Villas alteri Ciuitati datas.*

86 *Rex non præſumitur velle lędere quemquam.*

87 *Statutum recipit interpretationem, & reſtrictionem à iure communi, vt tertio non fiat præiudicium, etiam ſi verba remanerent eluſoria.*

88 *Clauſula [ſaluo iure tertij] ſemper intelligitur ineſſe.*

89 *Princeps potius circumuentus præſumitur, quã quod velit alteri præiudicium inferre. Amplia, num. 90.*

91 *Reſcripta ex forma capitulorum Regni intelliguntur [ſaluo iure tertij.]*

92 *Caſtro, vel Oppido in feudũ conceſſo, in quibus iuriſdictio ita exercetur, vt alteri Ciuitati, Caſtrum, vel Oppidum non ſubiaceat, ſed immediatè ſubditum ſit concedenti, tunc cenſetur conceſſa iuriſdictio cum mero, & mixto imperio.*

93 *Relatum niſi exhibeatur, de referente non eſt curandum.*

94 *Legata pia ſunt mixti fori, & poſſunt peti tam coram Eccleſiaſtico, quàm Seculari Iudice.*

95 *Actus poſſeſſionis contra antiquiorem titulum & poßeſſionem alterius, turbationem potius, quàm poſſeſſionem probant.*

96 *Teſtes actis publicis, & priuilegijs adiuuati, præferuntur alijs, quamuis numero pauciores.*

97 *Iuriſdictio eodem tempore duobus Magiſtratibus conceſſa, cumulatiuè conceßa dicitur, & eſt locus præuentioni.*

98 *Timens moleſtiam ſibi inferri, poteſt via iuris agere, vt imponatur perpetuum ſilentium*

99 *Cauſa de non ædificando eſt executiua.*

100 *Litis pendentia non procedit in executiuis.*

101 *Iuriſdictionem turbat, qui illam impedit, aut minuit.*

102 *Iuriſdictionis turbatæ, vt quis reus dicatur, multa requiruntur.*

103 *Dolus abeſſe dicitur ab actu fieri ſolito.*

104 *Dolus non præſumitur in actis palam, & non occulte geſtis.*

105 *Verbum [præſumpſerit] dolum importat.*

106 *Ignorantia iuris probabilis excuſat.*

107 *Clericum occidens ignorans eſſe Clericum, non incurrit in cenſuras.*

108 *Excõmunicatio non ligat, niſi qui ſcienter delinquunt.*

109 *Ignorantia facti, & iuris, quæ ſit explicatur.*

110 *Iudex ſecularis, qui Clericum carcerauit, non incurrit ipſo iure excommunicationem, ſed debet compelli ad deſiſtendum per cenſuras*

111 *Iurati, & alij Officiales, non ſunt omnes excommunicandi, ſed aliqui ex illis.*

112 *Sententia declaratoria, quæ non poteſt fieri contra omnes, ſi eſt lata, nulla eſt.*

113 *Excommunicatio duplex, alia ab homine, alia à iure.*

114 *In qualibet Excommunicatione proferenda, trina monitio præcedere debet.*

115 *Citatio præcedere debet ad incurrendam Excommunicationem de iure, alias declaratoria eſt nulla, & num. 116.*

117 *Pro exceſſu notorio poteſt deueniri ad declaratoriam excommunications abſque partis citatione.*

118 *Excommunicatio abſque Canonica monitione poteſt proferri per Prælatum ad defenſionem proprij iuris, contra occupantem res Eccleſiæ.*

119 *Canonica monitio importat trinam citationem.*

120 *Citatio vnica requiritur ante declaratoriam Excommunicationis, etiam in notorijs.*

121 *Citatio requiritur in formatione proceſſus, & in diſcuſſione facti ſuper notorio.*

122 *Iudex procedens ſuper crimine notorio, ordinem iudiciarium ſeruare debet.*

123 *In notorijs quando poſſit procedi fulminanter, abſque monitione.*

124 *Iudex ſuper notorio poteſt ſe informare, teſtes recipiendo parte incitata, & abſque iuramento.*

125 *Priuilegio alicui conceſſo reſpectu certę qualitatis, oportet vt de qualitate Iudici conſtet.*

126 *Iudici ſi quid conſtare debet, intelligitur parte vocata.*

127 *Delictum non poteſt eße ita notorium, vt non poſſit aliquas excuſationes habere.*

128 *Notorium quid ſit.*

129 *Confessio facta in Iudicio quando operatur notorium iuris.*

130 *Notorium ex probationibus numquam resultat, nisi post cõclusum in causa in ciuilibus.*

131 *Sententia vt faciat notorium, oportet vt sit diffinitiua, vel vt transierit in iudicatum.*

132 *Notorium qualecunque sit, dicitur probatio probata, nulla egens discussione.*

133 *Citatio semper requiritur, vbicunque pars lædi potest.*

134 *Notorium, vt notorium dicatur, quæ requirantur.*

135 *Qualitas sine substantia non potest probari.*

136 *Prælati ex dispositione Conc. Trident. sess. 13. de reform. cap. 1. non possunt fulminanter procedere ad censuras, sed datur eis certa forma.*

137 *Prælatus procedens contra Collegium, Vniuersitatem, & Iuratos, debet prius eos citare, & audire eorum excusationes.*

138 *Idem est aliquid expresse verbo declarare, quàm facto.*

139 *Appellatio duos effectus parit, suspendit, & deuoluit.*

140 *Excommunicatio secum trahit executionem.*

141 *Appellatio à sententia Excommunicationis executionem suspendit, si est lata sub conditione, quæ nondum est adimpleta*

142 *Excommunicatio lata post appellationem est nulla.*

143 *A sententia declaratoria datur appellatio quo ad vtrumque remedium, deuolutiuum, & suspensiuum, & affertur ratio.*

144 *Appellatio à Notorio quamuis non detur, tamen à sententia Iudicis declarantis factum esse Notorium, appellatur, & num. 149.*

145 *Denunciatus non est euitandus post Appellationem.*

246 *Cedulones post appellationem à declaratoria, non debent affigi, & affixi remouendi sunt.*

147 *A sententia legis non appellatur, tamen à sententia Iudicis declarantis, quem incidisse in pœnam legis appellatur.*

148 *Appellatio, si factum notorium est, non suspendit.*

150 *Sententia est nulla ex notoria iniustitia, & nũquam transit in iudicatum. 151.*

152 *Sententia iniusta non debet à Iudice exequi, etiam parte non opponente de iniustitia.*

153 *Protestatio Auctoris.*

ARGVMENTVM.

Censura reseruata in Bulla Cœnæ Domini aduersus vsurpantes pertinentia ad Eccleſiã, & Cõc. Trid. dispositio cap. xj. de reform. sess. 22. candidè disseruntur. Sententia declarans aliquo in casu, aliquem in Canonis censuram incidere, an sortiatur effectum, vbi verè Canon in casu illo non ligat. Citatio an sit necessaria in sententia declaratoria, & quid in Notorijs; cuius occasione discutitur quid sit Notorium. Appellatio à declaratoria sententia an suspendat. Et multa in materia Iurisdictionis, & Priuilegiorum Vrbis recensentur.

CONSILIVM I.

Spiritus Sanctus adsit.

IVrisdictio Eccleſiastica ita firmiter in omnium Fidelium animis insidet, vt nemo sit, qui ad eam tuendam vitam ipsam non aspernetur, nemo qui ab ea dimouenda non abhorreat, verùm, si quando eueniat sub Eccleſiasticæ libertatis pallio, aliorum iura vsurpari, id ostendere, non erit libertati seſe opponere, sed iura singulis debita seruare, quod quidem laudabile est, & ipsiusmet Eccleſiæ proprium; laudabilius etiam, cùm sit in Regiæ iurisdictionis conseruationem, & patriæ fauorẽ. Hoc suppoſito dubitari non valet Illustrissimum Senatum iurisdictionem ordinariam in rure Lardariæ exercere, nec me illius iura tueri, nisi notoria iustitia esset. In facto apparet, quod die 16. Nouembris 1618. ad instantiam Fisci Magnæ Curiæ Archiepiscopalis, mandauit Vicarius iniunctionem fieri Iacobo Crisafi de non ædificando in Lardariæ flumaria, via reali dicti Archiepiscopatus, aduersus quam, intendens dictus de Crisafi nullum deberi locum dictæ iniunctioni, tum ex Iudicis incompetentia, tum ex actionis Fisci dictæ Magnę Curiæ Archiepiscopalis defectu, supplicando ostendit iurisdictionem, quo ad causarum tum ciuilium, tum criminalium cognitionem ad Illustrissimum Straticotum, & Spect. Regiæ Curiæ Straticotialis Iudices, quoad realium, & publicarum viarum, & similium determinationem ad Senatum pertinuisse, & pertinere, ac proinde omnem dictæ Curiæ Archiepiscopalis actionem ademptam, tantum verò Messanę Vrbis Sindaco concessam, propterea ad forum seculare negotium remittendum; Præuidens autem nulla facta aduersus dictam iniunctionem oppositionum præsentatione, magnum

causæ

causæ suæ damnum illaturum; nè indefensus ius, & causam amitteret, vi coactus, nec valens aliud agere, prout in supplicatione in dicta Magna Curia Archiepiscopali, citato eiusdem Curiæ Fisco sub die 6. Decembris ipse protestatus est, deuenit sub eodem die ad oppositionum præsentationem cum debitis præseruationibus, & validissimis rationibus in dicta supplicatione insertis, quarum vi, ac pondere Vicarius, & Fiscus agnoscentes nullam sibi deberi iurisdictionem super dictam causam, sub die 15. Decembris mandauerunt dictam iniunctionem deleri, & cancellari, licet sub quodam simulato prę textu, quod ipsis scilicet constaret fundum, in quo dictus de Crisafi ædificare volebat, non esse viam publicam, sed proprium ipsius de Crisafi: Hucusque re protracta, peractaque, intendens dictus Iacobus de Crisafi in suo loco fabricari, ne alicuius id ægrè ferentis molestia turbaretur in præsenti, in futurum autem, nè alicuius malitia fortasse prætendentis, quòd non in suo, sed in publica via fabricam extruxisset, atque iterum ad lites, & contentiones redire cogeretur, cautè ad litium omnium, quæ incidere possent diremptionem, Senatum adijt, petijtque instanter eiusdem Senatus accessum super locum vnà cum Consultore, cæterisque ad informandam Curiam requisitis Officialibus, prout moris est, & de loco, in quo fundandum erat ædificium recognoscerent, vtrum via publica sit, nec nè; Cui supplicationi, & iustissimæ petitioni inclinans Senatus, super locum cum formata Curia accessit, ibidem citato Sindaco, & vicinis auditis, & cum voto Consultoris causam terminauit. Ex accessu, & præsentia dicti Senatus, occasionem aliqui sumpsere petendi, prout instanter petiere, vt recognoscerentur rès potabiles, & comestibiles in dies venales, quo ad conditionem, prætium, & pondera, vt fraudibus, & dolis occurreretur, & bono regimini prouideretur, quod vtique Officialibus mandatum fuit, & ita super reuisis, & recognitis bene prouisum: His itaque peractis, die 3. Martij vltima ferè diei hora singulis ex Senatoribus de mandato Vicarij perlatum fuit in scriptis quoddam monitorium, quòd infra tres dies peremptoriè reuocare debeant, & cancellare acta, omniaque ad pristinum reducere, prętendens, quod in dictæ iurisdictionis possessione sit Illustriss. Archiepiscopus, in qua illũ cõtinuare sinant, & à qua deturbare non audeant, secus ad Excommunicationis sententiam deuenietur. Die quarta eiusdem mensis sub Solis ortu, in valuis maioris Ecclesiæ, & Episcopalis Palatij, apparuerunt affixi Cedulones, quibus per dictum Vicarium declaratum fuit, dictos Senatores incurrisse censuras præsertim contentas in Bulla Cœnæ Domini, eosque omnes vt excommunicatos nominatim denunciatos. Die verò sequenti mensis Martij quinto, monitionis prædictę die tertio eiusdem mensis ad singulorm manus perlatæ, infra terminum per dictos Senatores responsum fuit, & dictum sufficienter, tam de nullitate dictæ intimationis, & comminationis sententiæ ab ipso proferendæ, quàm etiã denuntiationis, & declarationis sententiæ, vt asserebatur in Bulla Cœnæ Domini, & in eam incursus, omniumque similiter actorum, si qui interfuerint appellatione, cui responsioni per Vicarium fuit prouisum, quod præsentetur citato Fisco, prout citatus fuit, & præsentata, quibus omnibus præmissis, & admissis, licet iuxta Iuris ordines liberè potuissent, (stante, & admissa dicta appellatione, quæ de sui natura suspendit) conuersari, negotiari, cęteraque omnia officia exercere, nè tamen ex Cędulorum inspectione Ciuium, Exterorumque offenderentur animi, omnemque scandali, si quod suboriri potuisset, occasionem, quantum per ipsos esset, penitus amouerent, de nouo petierunt, vt stante nullitate, & appellatione admissa, mandaret dictos Cędulones amoueri, & sic valerent absque vlla offensione, & scandalo, publica, priuataque negotia gerere; Respondit fuisse iuridicè declaratos, & denunciatos incurrisse iam excommunicationem in Bulla Cænæ Domini contentam. Fuit iterum atque iterum instanter idem petitum, vt scilicet amouerentur Cędulones, nihil respondit, nisi se nolle audire, propterea ad Superiorem recurrant, quæ omnia ex actis Notarij Francisci Manna clarissimè patent; Ideirco fuit statim ad Iudicem Regię Monarchiæ recursum, & ab eo obtentæ litteræ, quod veniant acta via grauaminis; Absoluti interim ad tempus cum reincidentia, cuius grauaminis causa introductis scripturis sub eodem Iudice hodie est, & coram eo tentata nullitas assertæ declaratoriæ incursus, quarum iustitiæ veritas licet ex ipso facto innotescat, tamen dispositione iuris cõmunis clarissima etiam ostendetur.

Quod facillimè assequi posse mihi persuadeo, si totam rem quatuor articulis, siue capitibus diuidam. Quorum primum erit, an Bulla in Cœna Domini, quam declarauit Vicarius Iuratos incurrisse, comprehendat casum, in quo versamur, & an saltim idē casus Sac. Conc. Trid. dispositione comprehendatur. Secundum, an (esto casus hic compræhendatur) potuerit rectè Vicarius omnes Iuratos declarare incurrisse in censuras. Tertium illud erit, an debebat singulos Senatores citare in captura informationum, vel in declaratione facienda ad dicendum causam, quare non debebant declarari, incurrisse in censuras. Quartum, & vltimum, an interposita appellatione à declaratoria, debebat Vicarius ordinare, quod amouerentur Cędulones affixi.

Et antequam deueniam ad explanationem illorum, vnum in iure suppono verissimum, Toties partibus per Iudicem grauamen inferri, quoties fit per eum aliquid contra iuris dispositionem. *Glos. in verb. nisi, in cap. interposita de appellat. Specul. tit. de appellat. §. in quibus autem casibus. num. 78. vers. 4. in fin. Abb. cons. 14. num. 3. lib. 1. Menoch. cons. 367. num. 8. vol. 4.* Idem si contra statuti, seu decreti ordinationem. *Bal. in l. si pater. in fin. C. si pendente appellat. mors interu. Ruginell. in tit. de appellat. §. 2. cap. 1. nu. 179.* cum grauamen sit iniuria, & oppressio contra iustitiam facta. *cap. omnis oppressus, & cap. si quis putauerit. & cap. Romana iuncto. cap. ideoque. §. cum ergo 2. quæst. 6. Belluc. in specul. Princip. in tit. de proposito grauam. §. fui igitur. in princ. Io. Ant. de Nig. super cap. Regn. Neap. in tit. de grauam. cap. grauamina. num. 7. Ruginell. vbi supra num. 173.* dat multa exempla, præcisè quando Iudex præposterè procedit, allegat *l. liberorum. C. de petit. hæred. cap. examinata de Iudic.* imò nulla est maior iniustitia, quàm nullitas, *Innoc. cap. dilecto. de appellat. Bellam. decis. 343. appellans in fine, & post Cōtard. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17 limit. 19. num. 4. vers. imò nulla est.*

Prima igitur primi capitis erit conclusio ad incurrendam excommunicationis censuram decimamseptimam, contentam in dicta Bulla (de ea enim in præsentiarum agitur) de qua habetur lata excommunicatio in Conc. Tridentino sess. 22. de reform. cap. 11. quinque conditiones requiri, quemadmodum communiter docent omnes iuris Interpretes, *ex Gaet. in summ. verb. Excommunicatio. cap. 27. Nauar. in Manual. d. cap. 27. nu. 70. & vers. sexta. Sebast. Medic. in summ. peccat. capital. tit. 9. quæst. 78. nu. 18. & nu. 83. quos refert, & sequitur Sair. in d. tract. lib. 3. cap. 21. num. 4. fol. 233. Steph. Quar. in summ. Bull. verb. Bona Ecclesiæ vsurpantes. & post omnes Io. Aloisi. Ricc. prax. var. resolut. 415. nu. 3.* Prima est ex parte rei acceptæ, scilicet, quod sit Ecclesiæ, puta, quod sit iurisdictio, fructus, prouentus, redditus Ecclesiæ, non autem res profanæ, etiam si ad personas Ecclesiasticas pertineant. Secunda est, quòd res istæ Ecclesiæ vsurpentur, aut sequestrentur, vt redditus, & bona Ecclesiæ, & quod sciens ea bona esse Ecclesiæ vsurpet, *sequitur Vgolin. d. tract. de censur. d. §. 2. cap. 17. vers. idem de his concludimus.* Tertia, quod pertineat ad personam Ecclesiasticam. Quarta est, vt huiusmodi vsurpatio fiat sine licentia Papæ, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium. Quinta est, quod ista fiant quasi auctoritatiuè, & potestate vsurpata, quomodo solent domini bona Ecclesiæ vsurpare, vel sequestrare; Quæ quidem conditiones non concurrunt in casu, in quo versamur. Non concurrit prima, quia iurisdictio non est Ecclesiæ, sed Senatus: Non secunda, quia, Senatus scienter iurisdictionem exercuit, vt suam, non autem vt Archiepiscopi; neque tertia, & quinta concurrunt, cùm ad Archiepiscopum non pertineat, neque auctoritatiuè, & potestate vsurpata illam exercuit Senatus. Verba enim vsurpare nihil aliud significant, nisi ascribere sibi scienter tanquam propriam rem ad alium spectantem, quare, vt quis hoc modo dicatur aliquid vsurpare, vt incurrat in censuras Bullæ requiritur, vt accipiat aliquid, tanquã iure, & legitime id ei conueniat, licet sciat ad alium pertinere. *Mar. Alter. vbi supra disput. 18. lib. 5. cap. 1. lit. L. verb. vsurpant. fol. 720. & post Vgol. Ricc. d. resolut. 415. num. 4.* Vnde Vicarius non poterat declarare incurrisse, nisi probasset scientiam Iuratorum, quod verè sciebant iurisdictionem ad Archiepiscopum spectare, & ipsi scienter illam vsurparint.

Quod verè iurisdictio non sit Archiepiscopi, sed ipsius Senatus, constat primò per multos actus publicos, & testes, quod Casale Lardariæ est de Territorio Vrbis & in hoc Archiepiscopus est in confesso; Si ergo de eius Territorio, per consequēs de eius iurisdictione, cùm Ordinarius habeat fundatam intentionem, quo ad iurisdictionem super omnibus locis subiec-

tis

&is. *Bart. in l. 1. §. cum Vrbem. col. 1. de offic. Præfect. Vrb. Alex. in addit. ad Bart. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignoratit. act. Mandell. conf. 111. per tot. & conf. 222. nu. 1. Mart. vot. 162. nu. 1. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 56.* non solùm quo ad dominium, verùm etiam quo ad possessionem. *Auend. cap. 4. prætorium. nu. 3. lib. 1. Azeued. ad recopilat. tit. 15. lib. 4. l. 4. nu. 55. fol. 323. Aluar. Valasc. quæst. 8. de iur. emphyt. num. 38. cum sequ. Mexia in l. de Toledo 9. fundam. 2. part. nu. 50.* cùm
9 singulariter quælibet iurisdictio cohæreat Territorio. *d. l. 1. §. cum Vrbem. & l. fin. ff. de offic. Præfect. Vrb. l. pupillus. §. Territorium. ff. de verbor. signif. Boer. decis. 227. nu. 5. Scrader. de feud. part. 10. sect. 3. num. 152. fol 115.* Vbi ex auctoritate multorum inquit, quod adeo iurisdictio ipsa est annexa, plantata, & radicata Territorio, vt ab eo euelli non possit, & in *nu.*
10 *156. & 157.* dixit quod ei, in quem transfertur Territorium, acquiritur non tantum iurisdictio simplex, sed etiam merum, & mixtum imperium, & etiam regalia Territorio cohærentia, vt puta, flumina publica, quæ iam videmus hodie esse Senatus, cùm per eum fuerint concessæ aquæ molendinis sub annua emphyteutica præstatione, quas exinde Senatus donauit Magno Hospitali, & per eum hodie exiguntur, & merum, & mixtum imperium exercetur per Curiam Regiam Straticotialem, & ad eam pertinent commoda pœnarum, & ius confiscandi bona damnatorum, & alia concernentia dictam iurisdictionem, vt ex infinitis actis appareat, & allegat *Velasc. Couar. Rolan. Paris. & multos alios.* Licet in Regno concessa iurisdictione nõ veniat merum, & mixtum imperium, stante Constitutione Regni incipiente Quæ decus. & Constit. dignum in quibus est prouisum, vt nemo merum, & mixtũ imperium exercere audeat absq; expressa, & speciali concessione, vt ex auctoritate *Isern. Afflict. & Illustr. Regent. Tappia, & aliorum. dixi in conf. 23. nu. 82.*

Quod comprobatur multis priuilegijs.

11 Primò duobus Romanorum, altero existentibus Consulibus Appio Claudio, & Quinto Fabio anno 438. post Vrbem conditam tempore primi belli Carthaginensis, vbi cum Appius Claudius Consul veniisset cum classe, Messanam defensurus cõtra Hieronem Regem Syracusanorum, tam celeriter dictus Rex, eiusq; exercitus à Messanensibus fuit superatus, vt dixerit potius se Ciuitatis huius virtutis admiratorem, quàm belli adiutorem fuisse, & hoc non tam multitudine gentium, quàm animosa nobilitate, ob quod statuit Vrbem Messanę titulo nobilitatis extolli, caput Regni, & fungi potestate Romana à Leontino vsque ad Pactas. Altero Consulibus Seruio Fuluio Flacco, Publio Calfurnio Pisone Anno 620. post Vrbem conditam, tempore formidabilis, & periculosi belli seruilis, quo ob eius grandia merita, fuit liberata, & in perpetuum, de omnibus tributis, angarijs, & alijs, de quibus priuilegijs testatur Rex Guglielmus vidisse proprijs oculis, & de eius mandato recognouisse Archiepiscopum Panormitanum, & alios, & de nouo dicta Priuilegia idem Guglielmus concessit dictæ
12 Vrbi. Quid enim est concedere potestatem Romanam, nisi quod Straticotus possit omnia, quæ poterant Romani, & consequenter habeat merum, & mixtum imperium, confiscationem bonorum, commoda pœnarum, & Senatores habeant
13 eamdem iurisdictionem, quam Romani Senatores habebant in hac Vrbe, cùm luratorum iurisdictio de iure communi sit constituere prætium rebus ad victum humanum spectantibus, & recognoscere pondera, & mensuras *l. fin. §. Episcopi. ff. de muner. & honor. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. Marc. decis. 540. nu. 42. Gregor. Lop. in sintag. iur. 3. part. pag. 740. in fin. Decian. respons. 55. nu. 7. vol. 1. Azeued. lib. 2. recopil. tit. 5. cap. 4. nu. 5. Mexia in pragm. de taxa pan. conclus. 5. & 7.* quod in Regno est diffinitum per capitulum Regis Fiderici 116. Eodem modo, & omnes alij Officiales eam habeant auctoritatem, quam quisque Officialium in genere suo de Vrbe Romana habebat in hac Vrbe à Leontino, vsque ad Pactas. *Curt. sen. in conf. 73. num. 78. Soc. conf. 50. nu. 21. vol. 2. & conf. 17. num. 9. & sequ. vol. 4. Ias. conf. 70. col. 3. vers. confirmo etiam. vol. 3. Surd. conf. 1. num. 11. & sequ.* qui
14 loquuntur in Duce Mediolani, & alijs, quibus fuit concessa potestas Imperatoris, quod dicantur concessa omnia, quæ
15 poterat Imperator. Nam Priuilegium datum loco, videtur datum personis, *capit. per exemptionem de priuil. in 6. notat Rom. conf. 180. incip. si admittimus num. 1. Dec. in l. omnibus. nu. 16. ff. de reg. iur. & conf. 152. n. 3. Nicol. Mill. in repetit ve b. Priuilegium, si eximit Ecclesiam. Bart. in l. quod constitutum. ff. de milit. testam. Steph. Gratian. decis. 233. num. 13. & sequ.* & Priui-
16 legium concessum patriæ intelligitur con-

cessum

ceſſum cuilibet de patria; vnde cùm poteſtas fuerit conceſſa Vrbi Meſſanæ, dicitur conceſſa Officialibus ipſius Vrbis, vt vtãtur ea iuriſdictione in genere eorum, qua vtebantur concedentes. *l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. vbi Angel. per text. ibi. & per l. omnes. C. ſine cenſu. vel reliq. l. omnes. ff. de legat. 2. l. ciuilibus la ſecunda. ff. de reb. dub. Bal. in l. ſed etſi. §. qui manu mittitur. ff de in ius vocan. Auil. cap. 19. prætor. gloſ. priuil. nu. 3. & 8. Illuſtriſs. & eruditiſſ. Regens Valenz. Velaz. conſ. 79. nu. 73. & 74.*

Nec eſt mirum, ſi hodie diſtrictus non extendatur à Leontino vſque ad Pactas, ſed à terra Fortilitij Agrò, vſque ad ter-
17 ram Caſtri Regalis incluſiuè, & ſit reſtrictus ad miliaria circiter triginta. Quoni-
18 am etiam diſtrictus Vrbis Romæ antiquitus ſe extendebat vſque ad centum miliaria, vt in l. 1. §. *quicquid igitur. ff. de offic. Prætor.* hodie verò eſt reſtrictus vſque ad quadraginta miliaria, vt in Bulla Gregorij XIII. ſuper Statut. dictæ Vrbis Romę, & ita etiam ante dictam Bullam ſeruabatur, vt teſtatur *Put. deciſ. 24. lib. 3. & D. Cardin. Tuſc. d. concl. 516. nu. 11. & 12. litt. D.*

19 Idque etiam ſecundò comprobat Priuilegium Imperatoris Arcadij anno Natiuitatis Domini 407. vbi vltra alia confirmat omnia à Romanis conceſſa. Tertio nec diſſimile eſt illud Regis Rogerij anno 1129. vbi ob grandia, & particularia ſeruitia in omnibus eius, eiuſque genitoris neceſſitatibus contra Mauros, præſtita, quod mediante ipſa Vrbe fuit renouatũ dominiũ Chriſtianorũ in Regno, cõſtituit vltra alia, lapides Ciuitatis à Leontino vſque ad Pactas, & quod Ciuitates, & Terræ intus eius fines ipſi obediant, Regia fidelitate præſalua, quia caput eſt
20 Regni. Item Priuilegio Regis Fiderici, vbi teſtificando ſeruitia Meſſanenſium tempore belli tunc præteriti pro ſui nominis fide ſeruanda, confirmat honores, & iuriſdictiones antiquas Vrbis, & quod in perpetuum omnes Terræ, & loca vallis Milacij, & terræ Tauromenij cum tenimento eius, vſque ad flumen Cantharæ, vltra Caſtra, Caſalia, & alia loca, & diſtrictus, ſeu tenimenti dictæ Ciuitatis Meſſanæ ſint, & eſſe debeant de iuriſdictione Officialium, & Straticoti Meſſanæ, quod priuilegium fuit cõfirmatum, & de nouo conceſſa omnia prædicta per Regem Martinum, & Mariam de Aragona ob grata, & grandia ſeruitia, & ob fidei firmitatem, ex quo Regnum ipſum fideliter Meſſanenſes ad eorum fidei cultum ante eorum aduentum reduxerunt, non timentes inſidias, & pericula rebellium. Extat pariter alterum eiuſdem Regis Fiderici Priuilegium, per quod concedit Iuratis, quod cognoſcant de rebus ad victum humanum ſpectantibus, dando metas, recognoſcendo pondera, & menſuras, & controuerſias de limitibus, & vijs; Imò ſunt duo Priuilegia Regum Ludouici, & Ferdinandi, per quæ, quo ad limites, Senatui tantum datur iuriſdictio, cum clauſula abdicatiua [tu ſolus, & nemo alius] Item Priuilegiũ Regis Alphonſi, in quo cõ firmat oẽs iuriſdictiones Meſſanæ Vrbis. Et tandem extant Priuilegia inuictæ, & Cæſareæ memoriæ Imperatoris Caroli Quinti, & ſanctæ memoriæ Philippi Secundi, vbi confirmãt omnia Priuilegia tam Romanorum, quàm Græcorum, & omni-
21 um Regum, quæ confirmatio habet vim renouationis. *cap. 1. & cap. examinata. vbi Imol. Abb. & alij de confirmat. vtil. vel inutil. idem Abb. in cap. ex parte de priuil. Ripa lib. 2. reſponſ. 25. num. 25.* & inducit nouam diſpoſitionem *l. ſi donatio. vbi Bal. nu. 1. C. de donat. iuxta l. ex hac ſcriptura. ff.*
22 *eod.* & quando actus confirmatorius non valeret, valet vt de nouo, quando fit ab eo, qui habet poteſtatem cõcedendi. *Io. Vinc. de Ann. alleg. 35. nu. 20. & alleg. 97. nu. 19. per text. in l. 2. C. commun. vtriuſque*
23 *Iudic.* Nam confirmans Priuilegium videtur dare. *Roder. Suarez. alleg. 8. num. 15. Rouit. in pragm. 4. Regn. Neap. de poſſeſſor.*
24 *non turba. num. 17.* quæ confirmatio operatur ſollemnitatis defectus. *Beltrand. conſ.*
25 *30. nu. 9. vol. 7.* & oſtendit confirmatum. *cap. in his de priuil. Suarez. conſ. 10. nu. 36.* Præterea iſtę confirmationes dicuntur ex
26 certa ſcientia, & continent nouum priuilegium, & ſunt magis, quàm in forma cõmuni, nam interuenit examen, & cauſæ cognitio, cum Rex Guglielmus vidit oculis proprijs, & inde de eius mandato fuerunt recognita ab Archiepiſcopo Panormitano, & talis confirmatio egreditur metas confirmationis in forma cõmuni. *Io. Vinc. de Ann. d. alleg. 35. nu. 13. & 14. lib. 1. Berou. quæſt. 50. nu. 13. Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 7. num. 26. lib. 3. cap. 3. nu. 12. Guttier. conſ. 11. num. 8. Cephal. conſ. 170. num. 49. & 50.*
27 & generalis confirmatio dicitur confirmare omnia Priuilegia antiqua, licet eſſent reuocata. *Bart. in l. more. num. 5. ff. de iuriſd. omn. Iud.*

Præterea ſunt multa acta iuriſdictionalia, & in ſpecie in anno 1491. die 8. Nouembris

uembris extant duæ sententiæ prolatæ per Iuratos, viso loco in dicto Rure Lardariæ, & altera sententia die vltimo Octobris 1543, præcedentibus duabus iunctionibus de eundo super loco sub die 30. Octobr. 1543. & apparet, quod Senatus viso loco in dicto Rure Lardariæ cum Curia formata terminauit easdem causas circa limites, & trãsitus per vias, de quib⁹ partes contendebant. Et pariter sunt multa Banna, & multæ concessiones decursus aquarum. Constat etiam, quod cum in anno 1533. Archiepiscopus Bannum promulgasset, agnoscens exinde non suã, sed Senatus iurisdictionem esse, illud reuocauit, asserendo veritatem, quod aqua Senatus erat, & non ipsius. Rursus sunt innumeri testes deponentes à tempore immemorabili vsque ad præsens, iurisdictionem Senatus esse, quo ad cognitionẽ rerum comestibilium, & potabilium, & ponderum, & aliorum spectantium ad iurisdictionem Senatus, reddentes causam scientiæ, se vt Acathapanos, Viceacathapanos, Magistros vini, Libratores ponderum, & mensurarum quolibet anno visitasse apothecas in dicto Rure Lardariæ, & in ea iurisdictionem, vt tales Ministros exercuisse, eo modo, prout exercuerunt in hac Nob. Vrbe Messanæ. Item & probatur Gabellotos exegisse omnes gabellas, tam carnis, quàm vini, serici, & aliarum rerum; & contrauentores fuisse carceratos de mandato Iuratorum, prout in specie testatur Annibal Spatafora se vt Iuratum carcerasse quemdam contrauentorem, quem post multos dies ad preces Archiepiscopi illum dimisit, quæ omnia manibus vniuersaliter tanguntur. Eodem modo & iurisdictio meri, & mixti imperij in dicto Rure Lardariæ exercetur per Straticotum, & Iudices, eorumque Ministros omnes, & pro quocunque debito etiam minimo, mittuntur Officiales Ordinarij in dicto Rure de mandato Officialium Vrbis pro carceratione, expignoratione, & immissione in possessionem. Item pro custodia dicti Ruris eligitur Caporalis cũ eius Prouisionatis à Straticoto insimul cum Senatu, quod Rus visitatur à Iudicibus cum Curia formata quolibet anno, sicut cætera Casalia Vrbis, promulgando in eis solita Banna, quod compareat, quicunque prætendit pro administratione iusticiæ tam ciuili, quàm criminali. Item & pro quocunque delicto mittuntur actorum Notarij, & coadiutores fiscales cum alijs Ministris pro illius verificatione, & aliquando, & pluries si delicta sunt magni momenti accedit Iudex Straticotialis, & ego pluries vt Iudex tam in anno 1610. & sequenti, quàm in anno 1616. & sequenti accessi tam pro visitatione in dicto Casale administrando iustitiam ciuilem, & criminalem, quàm pro captura multarum informationum maximi ponderis. Et in anno 1611. vt Regius Locumtenens mandaui, vt traderentur quatuor ictus funis in puplico Caporali dicti Ruris Lardariæ, & ita fuit exequutum. Quæ iurisdictio omnibus innotescit.

28 Iurisdictio enim Ciuitatis, & eius Territorij, intus quod est Rus Lardariæ, est vnica, indiuidua, & incorporalis, & respicit æqualiter totum, & quamlibet partem illius, & ita Casale, sicut Ciuitatem, vt declarauit *Bal. in cap. 1. de Capit. qui Cur. vendid. col. 4. nu. 5. & 6. in vsib. feud. Rodor. Suar. d. alleg. 6. Bart. in l. 2. ff. de verb. signif.* vbi dixit, quod ex eo, quod cõprehenduntur

29 sub nomine Ciuitatis, Vici, & Vicini illorum, Iurisdictio vici dependet à Iurisdictione Ciuitatis, vt membra dependent à suo capite. *Morot. resp. 16. nu. 27. Illustr. Regens. Valenz. Velaz. d. cons. 79. num. 27.* & ita iudicantur vniformiter Ciuitas, & illius vicini cum vicis, & habitantibus in

30 eis, cùm sit certum de iure, quod Casalia Ciuitati subiecta, sunt partes eiusdem Ciuitatis, & continentur sub eodem nomine, vt declarat *Barbat. d. cap. Rodulf. num. 7. de rescript. Io. Franc. Purp. cons. 528.*

31 *num. 6. vol. 2.* siquidem Ciuitas, & Territorium sunt vna & eadem res, & quoddam totum constituunt inter certos fines positum, vt *l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. signif.* & Territorium habet se ad

32 Ciuitatem, quemadmodum accessorium ad principale. *cap. si quis Episcopus. 6. quæst. 4. & Loffred. cons. 39. nu. 22.* dixit, quod

33 omnia Castra vnius Comitatus habent ius indiuiduum. *l. Imperialem. §. præterea ducatus de prohibit. feud. alienat. per Feder. Bar. cons. 189. Illustr. Valenz. d. cons. nu. 48.* inquiens, quod qui facere intendit differentiã inter Ciuitatem, & Vicos, ac Territoriũ, euertit integralitatem, quam habent de iure, & directè contradicit vnitati, quam Territorium habet cum Ciuitate. Vnde cùm Senatus iurisdictionem habeat in Vrbe, eamdem dicitur habere in toto Territorio, prout à præterito vsque ad præsentem semper stetit, prout stat in

34 possessione, vt per acta iurisdictionalia & testes innumeros apparet, quæ acta ostendunt possessionẽ iurisdictionis. *Abb.*

conſ. 64. nu. 16. & ibi addict. in lit. C. Menoch. conſ. 1000. nu. 4. & ſequ. vbi loquitur in promulgatione Bannorum. *allegat. Innoc. in cap. dilectus. nu. 3. de cappell. Monachor. & in num. 7.* loquitur in actis exactionum gabellarum. *ex auctor. Bal. in conſ. 161. lib. 3. col. 2. verſ. ſed ita eſt. & in l. 3. C. de natural. liber. Corn. in conſ. 185. num. 4. lib. 3. & in conſ. 268. num. 29. lib. 4. cum alijs per eum ibi allegatis. Maſcard. con-*
35 *cluſ. 1052. num. 15. & ſequ.* vbi etiam dicit ſufficere teſtes ſingulares, & ad id
36 quam plures allegat. Quod exercitium iuriſdictionis dicitur factum ex titulo præambulo, & ſic vigore dictorum Priuilegiorum. *Gloſ. in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. Abb. conſ. 82. num. 4. & 5. vol. 2. Surd. conſ. 429. num. 46. vol. 3.* & hoc exerci-
37 tium iuriſdictionis, & ſubſequuta poſſeſſio declarat omnia dicta priuilegia. *Bart. conſ. 59. incip. commune Spoleti. Roma. conſ. 271. D. Regens Apont. conſ. 51. num. 28. &*
38 29. vbi dicit talem poſſeſſionem interpretatiuam non requirere longi tẽporis præſcriptionem. *Dec. conſ. 156. col. fin. Cravet. conſ. 201. num. 12. conſ. 294. Menoch. conſ. 163. nu. 8. vol. 2.* Et quod ſubſequuta conſuetudo, & obſeruantia eſt fida in-
39 terpres priuilegiorum, & ſtatutorum, eſt *text. in cap. cum dilectus de conſuetud. vbi Butr. l. ſi prius. §. placuit. ff. aqu. pluu. arc. Goffr. conſ. 36. Io. Vinc. de Ann. alleg. 53. nu. 29. Honded. conſ. 92. nu. 8. vol. 1. Laderch. conſ. 61. num. 7. Octau. deciſ. Pedam. 136. idem Menoch. conſ 76. nu 56. & conſ. 983. nu. 24. vol. 10. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. nu. 36. Rot. Gen. deciſ. 147. num. 71. Socc. ſen. conſ. 3. num. 4. & ſequ. Corn. conſ. 193. num. 10. lib. 2. Io. Garſ. de nobilit. indiuiſ. num. 65. Innoc. in cap. olim. de verbor. ſignif. cap. cum deberet. de præben. lib. 6. Ioſeph Ludou. latiſſimè concluſ. vnic. d. conſuet. illat. 13. Franc. de Claper. cauſ. Fiſcal. 2. quæſt. 1. num. 11. & 13. & cauſ. 23. quæſt. 3. per totum.* Quæ obſeruantia interpretatiua vſque adeo potens
40 eſt, vt ſi ſtatutum tollat conſuetudinem, non tollat interpretatiuam. *Decian. conſ. 24. nu. 28. lib. 3. & conſ. 51. nu. 56. lib. 2.* immò ſi ſtatutum expreſſè reprobat conſuetudinem, non comprehendit interpretatiuam, *Dec cap. cum m. de conſtit. nu. 7. D. Cardin. Tuſc. lit. C. concluſ. 878.* Præterea extat Priuilegium Regis Ferdinandi datum in oppido Valliſoleti die 25.
41 Maij 1309. decernens vſus, & conſuetudines Vrbis tranſire in priuilegium. Con-
42 ſuetudo enim à Principe approbata habet vim priuilegij *Iaſ. in l. 1. in prima lect. nu. 37. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Io. Garſ. de nobilit. Gloſ. 1. §. 1. num. 61.* Et iam conſtat per multa acta, & teſtes, qui etiam (vt dixi) ſingulares in caſu iſto ſufficiunt *ex Maſcard. concluſ. 1052. nu. 15. & ſequ. vol. 2. Tuſch. lit. I. concluſ. 545. num. 14.* de vſu, obſeuantia, & conſuetudine, Senatum nempe eiuſque miniſtros exercuiſſe iuriſdictionem in dicto Rure Lardariæ. Eſt igitur clariſſimum dictam iuriſdictionem ex prædictis priuilegijs, & obſeruantia ſubſequuta, eſſe ipſius Senatus.
43 Hæc enim Priuilegia, cùm ſint multa, dicuntur fortiora, & difficilius illis derogatur. *cap. prudentiam de offic. delegat. l. dudum. C. de repud. Io. Bapt. Ferret. conſ. 223. num. 8.* & maiorem vim habent. *Georg. Aghat. de Priuil. lib. 3. cap. 20. num. 9. Illuſtr. Valenz. d. conſ. 79. nu. 124. & ſequ.*
44 quæ priuilegia nulla indigent confirmatione principis ſucceſſoris, cum ſui natura ſint perpetua, ex quo conceſſa nomine dignitatis, quæ ſemper durat & in ſucceſſorem tranſit. *cap. decet. de reg. iur. in 6. Cin. Bal. Caſtrenſ. & Salic. in l. Priuilegia. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bal conſ. 112. in 6. dub. vol. 1. Surd. conſ. 419. nu. 26. & ſequ. vol. 3. Menoch. conſ. 426. num. 14. Bardel. conſ. 22. nu. 73. Illuſtr. Valenz. d. conſ. 79. num. 15. & ſequ.* vbi in *num. 19.* loquendo in priuilegijs Ciuitatis Conchenſis, in quibus non apparebat confirmatio ſuæ Maieſtatis, id nihil nocere, inquit, nam defectus confirmationis noui Regis non inficit priuilegium, licet ſit conſilij, quod confirmetur. *alleg. in d. l. Priuilegia. Din. Bal. conſ. 355. num. 6. vol. 3. Math. de Afflict. deciſ. 178. nu. 1. Peregr. conſ. 4. nu. 66. vol. 1. Anton. Sol. ad conſtit. antiqu. Sabaud. tit. de feud. Gloſ. ſuper decret. Carol. fol. 67. nu. 5. & 8. Ariſm. Tepat. lib. 1. tit. de confir-*
45 *mat.* in genere dicentes, quod actus ſemel à Principe confimatus non eget alia confirmatione Superioris, quia ſufficit, quod virtute dicti priuilegij erat ius quæſitum Ciuitati, & locis Territorij illius. *Clement. audit. de reſcript. cap. inter dilectos de fid. inſtrum. Gloſ. in ſumm. 25. quæſt. 2. l. 2. C. de leg. Io. Andr. in cap. cum olim. de verb. ſignif. Georg. Agat. lib. 2. de priuil. cap. 5. nu. 49. Burg de Paz. conſ. 25. num. 2.* cùm ſta-
46 tim ex priuilegio acquiratur ius Ciuitati, abſque temporis limitatione. *Din. in cap. priuilegium. nu. 7. de reg. iur. in 6. Bart. in l. vlt. num. 5. ff. de ſerv. legat. Bal. in l. omnia. in princ. C. de Epiſc. & Cleric. idem in l. veſtigalia. nu. 1. C. de veſtigal. Anchar. conſ.*

327. col. 2. vers. 1. namque. Menoch. lib 3. præsumpt. 103. num. 24. Franc. Bursat. cons.
47 258. num. 44. lib. 3. Et priuilegia Ciuitatibus concessa, sunt perpetua. d. l. vectigalia. ibi (firma his, atque ad habendum perpetua habere præcipimus, neque vllam contrariam supplicantium super his molestiam formidari.) Greg. Lop. in l. 9. tit. 7. part. 5. Glos. 3. & in l. 27. tit. 34. part. 7. Auil. cap. 19. Prator. Glos. 3. priuil. num. 3. Rebuff. respons. 147. vers. verùm.
48 pag. 254. dicens, quod in talibus priuilegijs consistit verum Patrimonium Ciuitatis, & peculium quasi Castrense. Illustr. Regens Valenz. d. cons. 79. num. 32. qui omnes prædictos Doctores refert. alleg. text. in argum. l. cum multa priuilegia. C. de bon. quæ liber. Bal. in l. ius pluribus. ff. de iust. & iur.
49 nu. 11. dicentem, quod si sit Ciuitati concessum priuilegium, vt ibi sit sedes iurisdictionis, non potest alibi sedes transferri, & cùm Priuilegia Vniuersitatibus con-
50 cessa sint fauorabilia. cap. ne aliquid de priuil. in 6. Io. Andr. quæst. 6. super reg. cum quid probetur. num. 4. cùm in illis sint pupilli, & miserabiles personæ. Bart. Angel. Io. de Plat. in l. prædia. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Io. Vinc. de Ann. alleg. 53. nu. 26. debent sine diminutione interpretari. Bald. in l. cum filiusfam. nu. 3. ff. de milit. testam. Dec. cap. cum accessissent. nu. 59. de constit. & iuxta Glos. in cap. allegant. verb. benax. 26. quæst. 7. nec strictè interpretari, sed latissimè l. beneficium. vbi Glos. & Bald. ff. de constit. Princip. Gramm. decis. 4. num. 8. & 9. DD. in cap. olim de verbor. signif. & in cap. cum dilecti. de donat. l. fin. ff. de constit. Princip. l. ex facto. in princ. ff. de vulgar. & pupill. substit. Roder. Suar. cons. 10. num. 38. Io. Guttier. lib. 3. pract. quæst. 22. nu. 10. & alleg. 3. nu. 4. Morot. respons. 20. num. 13. Petr. de Greg. de concess. feud. lib. 8. quæst. 8. num. 3. Illustr. Regens Valenz. d. cons. 79. num. 87. vbi multos refert.
51 Quæ quidem Priuilegia sunt inreuocabilia, etiam si essent meræ gratiæ, prout nõ sunt, & fortius ex quo iunt propter seruitia, de quibus ipsi Reges testantur, quibus creditur, eorumque assertionibus circa
52 ca merita standum est, quamuis regulariter in prohibitis non stetur concedentis assertioni: sed aliter sunt probanda merita, tamen nos non sumus in probibitis. sed in concessis, ideoque ipsis creditur Bart. in l. ambitiosa. col. 11. ff. de decret. ab ordin. faciend. Glos. in cap. pastoralis. in verb. exornare. de offic. delegat. DD. in cap. 1. de probat. Bald. in l. ex his verbis. C. de testam. milit. Alex. cons. 34. vol. 4. Surd. cons. 419. num. 56. Rolan. multos referens in cons. 5. num. 22. vol. 1. Nam si essent meræ gra-
53 tiæ essent inreuocabilia via iuris, & ordinaria potestate, quia vnicuique graue est fidem fallere, sed Principibus grauissimum. Bal. cons. 343. col. 1. vol. 1. Decian. cons. 75. num. 25. vol. 1. Crauet. cons. 869. num. 6. & cons. 909. num. 1. Et licet Princeps hoc possit facere, non tamen debet, vt inquit Ioan. Andr. in cap. quod dilectus de consanguinit. & affinit. Bal. in cap. 1. §. notandum. nu. 2. qui feud. dar. poss. Campeg. cons. 2. num. 2. Io. Iacob de Leon. cons. 114. num. 125. inter cons. Brun. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 3. num. 20. vbi sub-
54 dit, quod Principes non dicuntur posse facere quod honeste non possunt. argum. l. nepos. Proculo. ff. de verbor. signif. Rimin. iun. cons. 215. num. 14 Fab. ann. cons. 62. num. 25. Cabal. cons. 111. num. 35. vol. 2. & dicit text. in l. ratas. C. de rescind. vendit. quod iure factum est à nemine rescindi debere. Ias. cons. 233. col. 6. vol. 2. quod etsi possit de rigore, non tamen de honestate. l. inter claras. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Cephal. cons. 342. num. 58. Et
55 proprium Principis est, habere vnum calamum, & vnam linguam. Semel enim Deus loquutus est, & ideo Principi conuenit illud, quod scripsi scripsi, & quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita, & debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, vt præclare dicebat Bal. in cons. 327. col. 2. vol. 1. quã refert Peregr. de iur. fisc. lib. 1. in tit. habentes iur. fisc. num. 19. fol. 16. Bardellon. d.
56 cons. 22. num. 17. Plenitudo namque potestatis res est odiosa. l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. ff. de action. & oblig. Alex. in cons. 84. nu. 6. vol. 3. Crauet. d. cons. 869.
57 num. 6. Hinc quam alij vocant plenitudinem potestatis censuit Thesaur. decis. 91. plenitudinem tempestatis appellandam. Rimin. iun. cons. 199. num. 164. Mart. vot. 166. num. 20. Rol. cons. 7. nu. 113. vol. 3.
58 Nec decet Principem vti plenitudine potestatis, nisi ex maxima causa, & summa cum ratione, vt inquit Cardin. in Clement. Pastoralis. de re iudic. quem sequuntur alij apud Decian. in cons. 25. num. 27. vol. 1. & Surd. in cons. 419. num. 46. cum sequ. Cùm
59 sit de iustitia, quod gratia Principis obseruetur. l. 1. C. de sent. pass. Farin. quæst. 6. nu. 1. vbi multos refert. Io Bapt. Costa cons. 3. per totum. & Rot. decis. 33. num. 17. tit. de præbend. in antiquis. dixit, quod licet gratiam facere à gratia procedat, tamen post

quam

quam gratia facta est, de iustitia est, quod suum consequatur effectum, *refert*, & *sequitur Rouit. super pragm. Regni Neapol. tit. de reuocat. & susp. grat. num. 5. fol. 60. de*

60 qua tamen plenitudine potestatis noluit Rex vti cum hac Vrbe, vt ex mulcis pri-

61 uilegijs apparet. Sunt enim prędicta priuilegia propter meritacõcessa, quo in casu Princeps reuocare, aut minuere illa nõ potest. *l. Aquilius. ff. de donat. Glos. in l. decurionibus. C. de silentiar. lib. 11. Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 54. ff. de iust. & iur. Fontan. de pact. nupt. claus. 4. part. 2. glos. 10. num. 89. Guttier. de Gabell. quæst. 4. num. 9. Capic. decis. 121. num. 16. Gramm. decis. 65. num. 25. & cons. 100. num. 66. Rol. cons. 86. num. 14. & 18. vol. 2.* Quinimmo nec

62 ob ingratitudinem Priuilegia in remunerationem meritorum cõcessa auferri posse affirmat *Iason. loco citato. Tiraqu. l. si vnquam. glos. donatione largitus. num. 14. de reuoc. donat. Schrad. cons. 1. nu. 212. Tusc. lit. P. conclus. 751. num. 10.* Idque summa

63 ratione, quia huiusmodi priuilegia contractus vices obtinent, eorumque vim habent. *Tiraqu. d. num. 14. Petra. de Princ. potest. cap. 32. quæst. 3. num. 176. cap. 24.*

64 *num. 243.* & maximè si fuerint à Principe iuramento confirmata, *ex Bald. & Castr. in l. humanum. C. de legib. Alciat. de verbor. signif. lib. 1. num. 87. Rip. resp. 12. num. 9. tit. de diuers. rescript.* Quæ omnia ad huius Vrbis priuilegia, quam maximè adaptantur, ita vt nec etiam de plenitudine potestatis reuocari, minui, vel moderari possint. *Gabr. tit. de iur. quæsit. non toll. cõclus. 6. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 19. Mart. claus. 195. nu. 9. post Bald. in l. si cum mihi. ff. de dol.* vbi sic fatetur consuluisse in Ciuitate Senarum. *& in l. qui se patris. C. vnde liber. Abb. cons. 3. quæst. 26. vol. 1. Surd. d. cons. 419. nu. 51.*

65 Vbi etiam asserit, quod Priuilegium ob merita perdit nomen priuilegij, & transit in beneficium, quod beneficium non potest pro libito reuocari, quia est non contra, sed præter ius commune, & est fauorabile. *l. fin. ff. de constit. Princip.* & quod beneficium non possit reuocari, probatur *ex auctor. Cephal. in cons. 342. num. 40. & seq.* inquit etiam *Bardell. d. cons. 22. nu. 19.*

66 quod ex priuilegio ob seruitia concesso soluitur merces laboris. *allegat Turret. in cons. 9. num. 7. vol. 2. & Surd. d. cons. 419. nu. 51. Sess. decis. Arag. 187. nu. 18. vol. 2.*

67 Vbi quod nec etiam ex plenitudine potestatis Princeps reuocat contractum. *Bal. in cons. 317. col. fin. vol. 1. Iaſ. cons. 93. col. 2. vol. 3. Dec. cons. 286. nu. 6. Cranet. cons. 135. col. 3. Soccin. iun. cons. 76. nu. 3. vol. 1. latissime Rolan. cons. 66. num. 33. & sequ. vol. 2. Natt. cons. 512. num. 115. Cephal. cons. 342. num. 97. Decian. d. cons. 25. num. 21. Bec. cons. 56. nu. 8. & sequ. Osasc. decis. 139. num. 23. Bardell. d. cons. 22. nu. 20. Surd. d. num. 55. cum sequ. qui alios allegat, & inquit ex auctoritate multorum*, Principem nec reuocare posse Priuilegium concessum mediante pecunia. *Bald. in d. l. qui se patris. col. penult. C. vnde liber. Berou. cap. cum venissent. num. 23. de iudic. Afflict. decis. 128. num. 10. Molin. lib. 3. de primogen. cap. 3. num. 16.* Et quod dominium, quod fuit subdito quæsitum ex priuilegio, illud Princeps tollere non possit, *fuit ex mente Aret. in cap. nouit. de iudic. Sess. decis. Aragon. 79. part. 1. num. 54.* quia licet priuilegiũ sit actus iuris ciuilis, dominium tñ ex eo quæsitum est iuris gentium, *sequitur idem Aret. in cons. 98. nu. 23. vol. 4.* eiusdem sententiæ fuerunt *Abb. & Felin.* quos citat ad hoc *Cranet. in cons. 894. nu. 26. & cons. 640. num. 17. in fin. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 3. num. 21.* qui loquitur in dominio quæsito ex donatione, *Anguis. cons. 89. num. 3. & Surd. num. 59. vbi alios refert.*

Duo ex aduerso obijciuntur: Primum, quod iurisdictio sit ipsius Archiepiscopi, & non Senatus: Secundum, quod esto sit Senatus, est tamen & Archiepiscopi, & per consequens sit cumulatiua inter eos, quo in casu locus est præuentioni. Vnde cùm in causa iftius Iacobi Crisafi fuisset præuentum ad instantiam Promotoris Fiscalis Magnæ Curiæ Archiepiscopalis, quatenus exinde apposuit manum Senatus, vsurpauit iurisdictionem, seu illam turbauit, & per consequens fuit legitimè declaratum per Vicarium, Iuratos incurrisse in censuras. Allegant ad eorum intentionem primò Priuilegium Sereniſſimi Regis Federici datum in Vrbe Messanæ Anno domini 1212. Item & aliud priuilegiũ Bernardi Archiepiscopi Messanẽsis, datum in Vrbe anno 1220. Item & quandam fidem factam per eius Magistrum Notarium sub die 2. Martij 1619. & aliã fidem eodem die factam ex visita anni 1569. de qua etiã visita sunt multa adnotata, & præcisè adnotati omnes census, in quibus ipse Archiepiscopus est directus Item & in anno 1534. quoddam sequestrum de mandato Archiepiscopi ad instantiam D. Iacobi Stagno Canonici, & Vic. Gen. veluti beneficialis cuiusdam

Altaris

Altaris in perſonam Nicolai de Marino Gabellotti loci Tuccij de Humano poſiti in contracta Lardariæ obnoxij ipſi de Stagno, tanquam beneficiali, & directo. Itẽ & quinque actus iniunctionum factos in anno 1604. 1608. 1617. & 1618. nec non & multos teſtes de eodem Rure Lardarię. Inſuper quędam proteſtata de Caſali Sancti Stephani, & Milis, quæ omnia in nihilo fundant intentionem Archiepiſcopi; Conſiderato namque priuilegio, à quo pendet Achilles, Sereniſſimus Rex Federicus concedit in perpetuum pleno fauore Regio ibi (& confirmamus Iardinũ noſtrũ quod eſt in Ciuitate Meſſanę) & ibi redditus Eccleſiæ noſtræ: & nominatim recenſendo alia loca conceſſa, inquit exinde [tenimentum Lardariæ] quæ conceſſio nihil operatur reſpectu iuriſdictionis, ſed tantummodo reſpectu tenimenti Lardariæ, ideſt, quo ad prædia, quæ & ipſa
69 terræ dicuntur. Cùm nomen tenimenti ſignificet vniuerſitatem reſpectu ſui nominis, ſed non ſignificat iuriſdictionem, quæ non eſt ex eadem materia, ſed diuerſa. *text. eſt in l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. ſignif. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 3. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. num. 12. verſ. iterum reſpondetur.* Et pro maiori lucidatione ipſius veritatis, & intelligentia priuilegij diſcutere oportet quęſtionem illã
70 à Doct. poſitam, an conceſſo Caſtro, vel Oppido in feudum donato, vel vendito, præſumatur conceſſa iuriſdictio, ac merum, & mixtum imperium. Qua in re plures diſtinguuntur caſus a DD. Primus eſt, quando Princeps conceſſit ſimpliciter Caſtrum, vel Oppidum, in quo non conſueuit exerceri aliqua iuriſdictio, & imperium, ſed illud Caſtrum, vel Oppidum ſubeſt alicui Ciuitati, & per illius Magiſtratus tanquam Iudex pertinens iuſtitia expediri ſolet, quamuis ea concedenti quoque ſubſit, tunc conceſſo Caſtro, aut Oppido nulla iuriſdictio in dubio conceſſa præſumitur. *Bal. in cap. 1. num. 7. de allod. in vſib. feud. allegans Innoc. in cap. ex literis de iur. patronat. Velaſc. in l. imperium. num. 54. ff. de iuriſdict. omn. Iud. Alciat. num. 103. & Longeual. nu. 204. Corn. conſ. 189. col. 1. num. 4. Pariſ. conſ. 8. num. 4. & conſ. 9. nu. 14. & 18. lib. 1. Modern. Pariſien. in comment. ad conſuet. Pariſien. §. 1. gloſ. num. 44. & 47. verſ. ſecus de his. Io. Borcol. de feud. cap. 6. nu. 35. Couar. pract. quæſt. cap. 1. num. 10. verſ. decima concluſio. & in verſ. primum etenim. Menoch. d. præſumpt. 97. num. 1. Intrigl. de feud. cent 2. art. 79. nu. 19. Bec. de feud. part. 1. nu. 23. Roſent. de feud. tit. de regalib. cap. 5. concluſ. 6. num. 5. in lit. F.* Siquidem Caſtrum, vel Oppidum per ſe hoc caſu eſt quoddam ſeparatum, nec iuriſdictio acceſſorium Caſtro, tanquam ſuo principali cohæret, licet paſſiue illi inſit; Et Caſtrum, ſeu Oppidum ex communi vſu id ſolum ſignificat, quod muris cingitur, *Oldrad. conſ. 121. nu. 7. Bal. præpoſit. & alij in d. cap. 1. de Capit. qui cur. vend. Gail. lib. 2. obſeru. 62. nu. 1. Pont. in conſuet. Bleſcen. artic. 65. §. 2. Menoch. vbi ſupra num. 2. & Roſent. in lit. G.* Et Territorium, ſiue tenimentum, vt ſupra dixi, & comprobaui *ex d. §. territorium. & ex Menoch.* ſolùm importat prædia, quia eſt ſolum Vniuerſitas agrorum, prout ex *auctor. Schrad. Bal. & aliorum, comprobat Roſent. vbi ſupra in*
71 *lit. H.* Et nihil impedit, quin iuriſdictio poſsit eſſe vnius, & Caſtrum ſeu tenimentum alterius. *Bal. in cap. 1. §. è contrario. num. 4. de inueſtit. de re alien. fact. Aluarot. num. 4. Præpoſ. nu. 2. Laudenſ. nu. 9. Caſtr. conſ. 56. nu. 2. lib. 2. Alex. conſ. 76. nu. 6. lib. 2. Oldrad. d. conſ. 121. nu. 9. Roſent. vbi ſupra in lit. H. Afflict. conſtit. Regn. ſi dubitatio. Capibl. d. pragmat. 8. part. 1. nu. 34. Vinc. de Franc. deciſ. 22. & deciſ. 316. Me-*
72 *noch. in d. præſumpt. 97. num. 5. & præciſè num. 6.* inquiens, quod Territorium poteſt eſſe ſine iuriſdictione, & è contra iuriſdictio ſine Territorio. *Bart. in l. 1. col. vltim. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Dec. in conſ. 483. col. fin. & in conſ. 528. col. fin.* Et inquit *Bal. in l. data opera. num. 29. C. de accuſat.* iuriſdictionem eſſe qualitatem quã-
73 dam à Caſtro, & feudo ſeparatam, & quid extrinſecum, & Caſtrum nihil commune habere cum iuriſdictione, ſcripſit *Soc. ſen. in l. 1. in princ. num. 27. ff. de acquir. poſſ. & in conſ. 15. num. 2. & in conſ. 95. nu. 9 lib. 3.* Rurſus id comprobatur,
74 quia in actibus ſignificantibus translationem iuris de vno in aliud, acceſſorium ſuo principali non omninò cohærens, & quod ab eo diuidi poteſt, non continetur in translatione principalis. *l. quoties. ff. de contrahend. empt. l. vlt. ff. de ſuppellect. leg. & l. 2. ff. de fund. inſtruct.* Quamuis ergo concedimus iuriſdictionem eſſe quid acceſſorium ad Caſtrum, attamen non eſt acceſſorium omninò cohærens; non ergo conceſſo Caſtro dicitur conceſſa iuriſdictio, cum Caſtrum, ſiue Oppidum, quo ad iuriſdictionis adminiſtrationem ſubſit Ciuitati, nam tunc agitur de præiudicio

ipsius, & propterea sumenda est stricta interpretatio, vt ibi *Menoch. num.* 8. Ex hac quæstione præsens casus egregie terminari videtur, & per eam ostenditur, quod Episcopo per dictum priuilegium nullam Sereniſſimus Rex Federicus transtulit iurisdictionem, tum ex quo quando dedit tenimentum, nihil dixit de iurisdictione, tum etiam ex quo omne Territorium, in quo est dictum Casale, concesserat Vrbi cum omnimoda iurisdictione, mero, mixtoque imperio; Tum maximè, quia præallegati DD. loquuntur, quando concessio est in feudum, quæ concessio in feudum non est hic, non enim dixit concedo in feudum tenimentum Lardariæ, sed dixit concedo tenimentum Lardariæ; Cùm
75 sit certi iuris, in feudi constitutione necessariam fore inuestituram. *cap.* 1. *quib. mod. feud. constit. poss. Ias. in prælud. feud. num.* 12. *vers. item inuestitura. Afflict. decis.* 129. *num.* 3. *Menoch. cons.* 1. *num.* 23. nec
76 feudalis dicitur hæc concessio, ex quo, cùm fidelitatis iuramentum sit substantia concessionis feudi. *cap.* 1. *de nou. form. fidelit.* sequitur, feudalem non fuisse concessionem, cùm nullum in ea constitutum fuerit fidelitatis iuramentum. *ita ex auct. Corn. Gratian. & aliorum. Menoch. num.* 82.
77 qui in *num.* 30. inquit, non dici feudalem concessionem, quando nulla est facta reseruatio, vel seruitij, vel homagij, *allegat Alex. in cons.* 74. *num.* 1. *lib.* 5. *Dec. cons.* 413 *num.* 5 *& alios DD.* Hic autem nulla videtur facta reseruatio, & sic sicuti Rex concesit iardinum, vt vtar proprijs verbis priuilegij, quod iardinum hodie est prope muros istius Vrbis, & vocatur vulgariter [Larcipischeri] & in eo iardino Archiepiscopus nullam habet iurisdictionem, sed est, vt quicunque priuatus dominus aliorum locorum, ita vt pariter intellexit, quando dixit se concedere in perpetuum tenimentum Lardariæ, cùm non importet nisi prædia, nemora, & terras ipsius tenimenti, vt ex auctoritate *Iurisconſ. Menoch. & Rosent.* supra comprobatur, *& Azeued. lib.* 5. *Nou. recop. tit.* 10. *l.* 1. *num.* 35. *fol.* 325. vbi inquit, quod
78 quando Rex donat aliquem locum, dicitur donare res proprias, quas habet in loco, *ex Auend. lib.* 1. *Prætor. cap.* 4. *nu.* 5. & licet *idem Menoch. num.* 33. *& alij DD.*
79 *allegati* dicant, quod quando Princeps concesit Castrum cum iurisdictione, quod quidem Castrum subest Ciuitati, à qua regitur, & moderatur, hoc casu præsumitur, Principem voluisse concedere solam iurisdictionem ipsam, non autem merum imperium, *ex auctor. Bal. Ias. & aliorum. & Bammac. de feud. tit. si de feud. defunct. conten. quæst.* 7. *nu.* 107. *& sequ. fol.* 219. *& sequ.* qui casus non est noster, cùm tantumodo tenimentum concesit, nil dicto de iurisdictione, vnde sumus in primo casu, tamen, vt inquit idem *Bammac.* pro-
80 cedit, quando est concessum feudum cum Vassallis, & Territorio, tunc dicitur concessa iurisdictio ciuilis, nam dicta iurisdictio cohæret Territorio, sicut nebula supra paludem, secundum *Bal. in cap.* 1. *col.* 2. *de allod. & in l. fin. de constit. princip. idem Bal. cons.* 131. *lib.* 5. *Bart. in. l. si quando. in fin. C. de bon. vacant.* Et hæc ciuilis est à Territorio inseparabilis, prout alios referens dicit communem *Bammac. d. nu.* 107. *& num.* 109. & hoc procedit in fauorem Vrbis, nam ipsi fuit concessum dominium in toto Territorio, suoque districtu, omnisq; iurisdictio, & tota potestas Romanorum, quæ concessio non legitur facta Archiepiscopo, sed tantummodo de tenimento Lardariæ, quod importat foreſtam, locos, & viridaria, quæ Sereniſſimus Rex habebat, vt est dictum. Præte-
81 rea illa opinio non habet locum, quando est alteri facta concessio, quicquid dicat *Intrigl. cent.* 1. *quæst.* 66. *de feud.* quoniam vltra quod in terminis iuris communis, in quibus ipse loquitur, sunt multi DD. contra eum, quos refert, & sequitur *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part.* 1. *quæst.* 6. *& post eum Io. Franc. Capibl. tract. de Baron. & eorum offic. pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 31. *& sequ.* tamen ipse *Intrigl.* pro sua opinione allegat *Bal. in cap.* 1. *in fin. de nat. feud.* qui dicit Regem posse conce-
82 dere Castrum alicuius Ciuitatis cum iurisdictione, quia omnis iurisdictio, & omnis districtus est apud Principem, nisi prius concesisset alteri. Vnde cùm ipse sit intelligendus secundum *Bal.* quem allegat *Bart. in l. non solum. §. si liberationis. nu.* 7. *ff. de liberat. leg. Salic. in l. si excusatione. C. de non numer. pecun. Rom. cons.* 211. *col. fin.* sequitur clarissimè *Intrigl.* non dissentire, quando est alteri prius per Principem facta concessio, & in terminis Priuilegiorum nostræ Vrbis loquendo, respectu Ca-
83 salium, & districtus, non posse per Regem stantibus eius Priuilegijs, & in eius præiudicium alteri concedi, loquitur *Petr. de Greg. d. quæst.* 6. *quem sequitur. Capibl. d. pragm.* 8. *nu.* 31. *& sequ.* qui latius loqui-
84 tur, & refert alios, & quando Princeps concesit priuilegio tali, quod in contra-

ctum transiuit, prout hic, non potest alij concedere. *Rosent. in puncto de feud. part. 3. concluſ. 21. qui in lit. B. allegat Præpoſ. Alnarot. Afflict. & alios.* nec diuidere, nec moderare potest. *Auend. de exequen. mand. lib. 1. cap. 12. num. 10. Bellug. in ſpec. princip. rub. 7. nu. 31. Mexia in l. de Toledo 9. fundam. 2. part. num. 50.* dixit, quod Rex
85 non potest Terras, & Villas vni Ciuitati datas alteri alienare. *Sſß. deciſ. 79. part. 1. & deciſ. 187. nu. 18. & 19. part. 2. qui alios refert.* & licet concesserit, dicendum est ad importunitatẽ partiũ cõcesisse, & quod verè noluit concedere, esto aliter appa-
86 reat, *Apont. conſ. 59. num. 35.* cùm Rex neminem præsumatur velle lædere. *l. 2. §. merito. & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ.* & vti omnium iustus pater, non præsumitur velle vni dare, & alteri auferre, etiam in rescriptis, & priuilegijs. *l. nec auus. C. de emancip. liberor. cap. quamuis de reſcript. in 6.* etiã quando verba essent ampla, & importarent concessionẽ cũ præiudicio tertij. *Ruin. conſ. 88. vol. 4.* quia debent strictissimè interpretari, vt minus præiudicent tertio, quàm fieri possit. *Clem. Paſtoralis. de priuil.* etiam quod cum impropriatione verborum redderentur ociosa, & superflua. *cap. ſuper eo de offic. delegat. vbi Dec. in 1. limit. verſ. & hoc intelligendum. idem Dec. in conſ. 11. num. 4. Capibl. d. pragm. 8. part. 1. vbi alios refert.* nam præsumitur, quod eius intentio sit, vt semper ius alterius sit saluum. *idem Dec. in conſ. 271. & conſ. 544. Bart. in l. cum à matre. C. de rei vendicat. & Alex. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliberan.* qui
87 concludunt statuta recipere interpretationem, & restrictionem à iure communi, vt tertio non fiat præiudicium, etiam si verba remanere deberent eluſoria, & sine effectu, *per text. in l. 2. vbi Bart. & alij. C. de noxal. Claper. in cent. cauſ. fiſc. cauſ. 8. quæſt. 2. à num. 1. vſque ad num. 6.* & ideo
88 clausula [saluo iure tertij] semper intelligitur inesse. *l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. Rol. in conſ. 85. num. 65. vol. 4.* adeo,
89 quod potius præsumitur Princeps circumuentus, quam quod velit alteri præiudicium inferre, *ex Apont. in conſ. 59. nu. 35.* quãuis de modico agatur præiudicio. *Rim. iun. in conſ. 6. nu. 68. vol. 1.* quod habet
90 locũ etiã in rescriptis motu proprio concesis. *Goz. ad. conſ. 9. nu. 24. Burſat. conſ. 23. nu. 51. vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 45. num. 15. & in conſ. 794. nu. 20 vol. 8.* nam talis est præsumenda mens Principis, qualis de iure esse debet, *Dec. conſ. 64. num. 7. & conſ. 580. nu. 2.* Idem procedit per capitula Regni Regis Martini 29. & Alphonsi Regis 436. per quæ
91 ordinatur, quod omnia rescripta, qualiacunque sint, intelligantur, & interpretentur (saluo iure tertij) multo magis in casu isto prædicta procedunt, cùm Serenissimus Rex tenimentũ concesserit nihil dicto de iurisdictione, & tantummodo Rex concesserit iura sua, non autẽ ea, quę Vrbi dederat, maximè quando concessio potest stare sine præiuditio tertij, vt in puncto loquitur *Apont. in conſ. 51. nu. 11.*

Quando enim Rex concedit Castrum,
92 vel Oppidum in feudum, & iurisdictio in ipso exerceri ita sit solita, vt alij Ciuitati Castrum, vel Oppidum concessum non subsit, sed immediatè subditum sit concedenti, hoc in casu iurisdictio vnà cum mero, & mixto imperio dicitur concessa, præsertim si concesio fiat à Principe, qui casus non est noster, vt latissimè iura, & auctoritates referens dixit *Rosent. vbi supra num. 1. & sequ. & in lit. A. & B.* nisi aliter ex circumstantijs, & coniecturis appareret, vt ipse asserit.

Priuilegium autem Bernardi Archiepiscopi nihil ad rem facit, dum dicit, quod prætendit in tenimento Lardariæ quoddam Casale de nouo construere, & concedit cannas sex de terra cuicunque personæ, cum clausula, quod omnes homines teneantur iurare fidelitatem, & homagium, & teneantur prestare obedientiam Archiepiscopo, & quod non debeant respondere in foro alieno, sed in Curia Ecclesiæ per Baiulum in eodem Casale constitutũ. Quandoquidem ex Priuilegio nullam habet iurisdictionem, vt latissimè supra est ostensum, dum enim in hoc priuilegio ipse se facit Regem, est nullius momenti, cùm non sit Rex, immò ex hoc suo priuilegio apparet, quod iam Baiulus eius erat constitutus, & sic illum habebat tempore, quo non erat facta habitatio. Vnde iurisdictio Baiuli erat, si ita debet vocari, in mera custodia forestæ, seu tenimenti Lardariæ, ne ingrediantur animalia, & homines ad damnificandũ, quo in casu capiebat tarenum vnum pro contrauentione, & ferrum, cum quo secabant arbores, & ligna, prout ordinariè videmus in locis magnis, in quibus Domini possunt constituere Baiulum.

Nec pariter est considerabilis fides facta per Magistrum Notarium sub die 2. Martij 1619. desumpta ex Rollo vniuersali omnium reddituum Messanæ, in quo

est nota tenoris sequentis. [Pro Casale Lardariæ in mansione sua instrumentum, qualiter Archiepiscopus Beringanus concessit spacia terræ, vt veniant, qui voluerint habitare Casale Lardariæ, cuius Archiepiscopus est Baro.] in qua scriptura si volumus cosiderare, quod concessit spatia terræ ad habitandum, de hoc nihil noui colligitur, cùm indies videamus habentes tenimenta magna, concedere spatia terræ ad habitandum, prout prompte videmus prope muros istius Vrbis in contrata nominata [San Leo] quod Marius Paulillo concessit tantam quantitatem terræ, vt in ea sint ædificatæ quasi tercentũ domus, & nihilominus ipse nõ est nisi merus directus exigens census suos; Et in contrata Buzettæ prope muros sunt quasi centum quinquaginta domus, de quibus est directus D. Thomas Caluo ob concessionem illius tenimenti per eum factã multis personis; Idem est in contrata vt dicitur [delli Pignatari] prope muros Vrbis, & in multis alijs locis. Si verò vult ex illa nota, ex quo dicit [quod Archiepiscopus est Baro] denotare se esse Baronẽ, neque ex hoc aliquid substantiale colligitur, tum quia eius assertio nihil releuat; tum etiam quia Rex titulum Baronis non dedit, etsi dedisset, nec valeret in præiudicium Vrbis, cũ illud Casale est ipsi Vrbi subditum in mero & mixto imperio, & omni ordinatione pro tertio ipsius Vrbis, & hęc pluries fuerunt decisa, & ad ad suprema Tribunalia Suæ Maiestatis transmissa Eulogia, prout contra Abbatem Terræ Italæ, qui se vocabat Dominum illius Terræ, & contra Reuerendissimum Archimandritam in anno 1606. qui se vocabat Dominum Sabucæ, & in Eulogio in dicto anno deciso de mense Augusti, multa alia in simili apparent.

Neque etiam alia fides desumpta ex libro Visitatoris Regij in anno 1569. in quo extat nota tenoris sequentis [Item sunt & aliæ multæ scripturæ, & instrumenta Græca, & autentica de concessione Casalium Lardariæ, & Caldariæ, quoniam pro modo isthæc non apparent, & sic relatum in referente.] Vnde nisi relatum exhibeatur, nulla est habenda consideratio de referente. *l. asse toto. ff. de hæred. instit. vbi Bart. & alij. Paris. cons. 94. num. 20. lib. 1. cum multis.* Quatenus verò sint notati census omnes, cuius Archiepiscopus est directus, hoc non negatur, immò ex ipso libro dicti Regij Visitatoris colligitur ex verbis ibi notatis in verficulo [Est sciendum, qualiter in dicto Casale Lardariæ Reuerendissimus Archiepiscopus habet iurisdictionem habitatorum dicti Ruris, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.] & est manifestus error, quandoquidem omnibus patet, quam clara sit iustitia Senatus, cùm sit notorium vera iuris notorietate, ex quo nihil in contrarium potest probari, quod nunquã Archiepiscopus habuit cognitionem ciuilem, nec criminalem in dicto Rure, vnde videtur, quod notantur ea, quæ nunquam fuerunt Archiepiscopi.

Item & sequestrum in anno 1534. nihil operatur, nec ex illo aliqua iurisdictio acquiritur Archiepiscopo, cùm tractetur de debito relicto in testamento pro anniuersarijs defunctorum, cuius cognitio est mixti fori, ideò potest peti, & coram Ecclesiastico, & coram seculari Iudice. *Feder. de Sen. cons. 95.* casus talis est circa finem, & locus est præuentioni. *Abb. in cap. si hæredes. in 3. notab. de testam. Alex. in cons. 170. lib. 2. in princ. D. Card. Tusc. cõcl. 293. in lit. L. & concl. 334. n. 3. lit. P. & concluſ. 446. nu. 17. lit. I. Abb. cons. 105. lib. 1.*

Insuper quinque actus iniunctionũ nullius sunt momẽti, quãdoquidẽ potest esse, quod illi, quibus sunt factæ iniunctiones, essent vel Clerici, vel familiares Archiepiscopi; Verũ si innumeri essent huiusmodi actus, nec minus aliquid operarẽtur, cùm clarè constat de titulo, & antiquiori possessione Senatus, quo in casu omnes actus exinde per Archiepiscopum gesti, seu per eius quoscumque Ministros non probant possessionem, sed potius turbationem. *text. est in l. quamuis. §. si conductor. & ibi Alex. ff. de acquir. poss. & in l. Pomponius ff. quib. mod. vsufruct. amit. Afflict. decis. 167. n. 3. & 4. doctiss. Valenz. d. cons. 79. nu. 131.*

Testes etiam nec minus sunt consideration is alicuius, nam asserta possessio, quã Archiepiscopum habere asserunt, clandestina, & turbatiua est, vt supra est dictum, quandoquidem eorum depositiones reduntur suspectæ de falso, cùm dicant in dicto Rure neminem accessisse, qui iurisdictionem exercuisset, præcisè iuratos, seu eorum Officiales, & Ministros, sed semper in dicto Rure iurisdictionem exercuisse & temporalem, & spiritualem Archiepiscopum, eiusque Ministros, & nihilomiuus apparet per infinitos actus publicos, & innumeros testes, Curiam Straticotialem exercuisse iurisdictionem, & ciuilem, & criminalem, & ipsum Senatum, iam sunt anni centum, & vltra le-

contra-

contuliſſe ſuper loco, & terminaſſe cauſas ſimiles cùm Curia formata, eiuſque Acathapanos, Magiſtros vini, & alios Miniſtros quolibet anno in dicto Rure exercuiſſe iuriſdictionem; qui teſtes ex parte
56 Senatus producti, innumeris cùm adiuuentur actis publicis, & priuilegijs, quorum vigore conſtat de conceſsione ipſius iuriſdictionis, eſto numero pauciores eſſent, præferuntur, & maior fides ipſis adhibetur, quam aliis. *Burſ. in conſ. 46. num. 35. vbi allegat. Crauet. in conſ. 6. num. 65. & conſ. 95. num. 10.*

Item aſſerta proteſtata de Caſale Sancti Stephani, & Milis nullius ſunt momenti, ex quo per actus publicos conſtat, quod Iurati mittunt Acathapanos, Magiſtros vini, & alios Officiales pro adminiſtratione iuſtitiæ quolibet anno, apparent multæ ſententiæ latæ ſuper loco in dictis Ruribus per Senatum, multæ pœnæ condemnatæ, & multi actus publici iuriſdictionales, & per priuilegia conſtat, iuriſdictionem eſſe Senatus, vnde poſſeſſio vigore tituli eſt penes Senatum, & ſi quid apparet ex aduerſo, actus turbatiui dicuntur, & clandeſtini, & militant omnes ſupradictæ rationes.

Quo ad ſecundum, dum aſſerunt, quod iuriſdictio iſta licet ſit Senatus, eſt etiam & Archiepiſcopi, & per conſequens ſit cumulatiua; Reſpondetur omiſſis diſtinctionibus poſitis à *Menoch. præſumpt. 18. lib. 2.* quod indubitanter nullã Archiepiſcopus habet iuriſdictionem, nec priuatiuè, nec cumulatiue, & iam fuit oſtenſum priuatiuè nullam habere, nec minus & cu
97 mulatiuè, quandoquidem tunc dicitur Principem contuliſſe iuriſdictionem duobus Magiſtratibus cumulatiuè, quando eodem tempore ambobus conceſſerit, & tunc inter eos locus erit præuentioni, ita *Bald. in l. vnica. §. vbi autem. num. 6. verſ. primo caſu. C. de caduc. tollen. Bart. Alex. Imol. & Iaſ. in l. ſi vni. ff. de re iudic. Bero. conſ. 22. num. 42. lib. 1. Vant. tit. de nullit. ſent. ex defectu iuriſdict. ordin. nu. 176. verſ. ſi autem. & num. 177. Menoch. d. præſumpt. 18. num. 8. verſ. ſecundus eſt caſus.* At hic non apparet in facto, Sereniſſimos Reges eodem tempore contuliſſe iuriſdictionem, & Vrbi Meſſanæ, & ipſi Archiepiſcopo, cùm priuilegia Vrbi ſint conceſſa anno 438. poſt Vrbem conditam, & Archiepiſcopo anno 1212. Immò apparet Archiepiſcopum nullum habere priuilegiũ, & illud, quod oſtendit, nullam ſibi tribuere iuriſdictionem. Vnde manifeſtiſsimè ſequitur, quod quocunque tempore exinde appareret facta conceſſio, nullo iure poſſet ſubſiſtere obſtantibus priuilegijs.

Verum poſito, quod per Archiepiſcopum oſtenderetur Priuilegium conceſſum eodem tempore inſimul cum priuilegio Vrbis, quod impoſsibile eſt, & iuriſdictionem cumulatiuam cum Senatu habere, nec minus in hoc caſu turbata eſt iuriſdictio Archiepiſcopi. Nam ſi loquimur quod Fiſcus eius præuenit iniungendo Iacobo Criſaſi, ne ædificet, apparet in facto, quod cùm ille ſupplicaſſet iuriſdictionem Archiepiſcopo non competere, & cũ ſe oppoſuiſſet, fuit deleta dicta iniunctio ſub die 15. Decembris 1618. exinde verò ſub die 21. Februarij 1619. idem Iacobus Criſaſi per ſupplicationem petijt à Senatu volens amplius non turbari, ſed complere eius ædificium, & vt cuicunque moleſtiæ fortè ſibi in futurum inferendæ perpetuũ ſilentium imponeret, vt ipſe Senatus accederet ſuper loco, & per inſpectionem oculorum prouideret, vbi poſſet ædificare, & declararet terrenum, quod eſt ipſius Iacobi, quo facto ſic ſtante, apparet, quod iniunctio facta per Vicarium iam non erat amplius in rerum natura, & ſic nullum erat iudicium, neque vlla lis coram Archiepiſcopo, potuit licitè igitur
98 terminis iuris communis vti pro impoſitione perpetui ſilentij, iuxta *text. l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ.* comparere coram Senatu, quem Archiepiſcopus dicit cumulatiuam habere iuriſdictionem, & ad oſtendendam realitatem facti, quod nulla erat lis in Curia Archiepiſcopali vigore iniunctionis, ſed fuit deleta, apparet alia iniunctio facta dicto de Criſaſi de mandato Vicarij pro eadẽ cauſa ſub die 3. Martij, in quo die miſit monitoria Iuratis.

99 Præterea cauſa iſta de non ædificando eſt cauſa executiua, *in punct. Caualc. deciſ. 5. num. 1. verſ. ad primum dicebatur. part. 5.*
100 Vnde in executiuis poteſt agi coram vno Iudice, vel coram diuerſis Iudicibus, & litis pendentia coram vno non impedit cauſam in alio Tribunali. *Iaſ.* hanc dicit eſſe veritatem *in conſ. 9. num. 2. & conſ. 28. nu. 3. vol. 1. Ant. Maſſ. in tract. ad formul. obligat. in form. Cammar. part. 3. quæſt. 2. num. 2. Felic. de cenſib lib. 2. cap. 1. nu. 34. verſ. quinimmo plures vias. idem Iaſ. in l. nulli. col. fin. verſ. 6. & vltim. C. de iudic. Neuiz. Mandoſ. Lancell. Azeued. relati à Suar. de Paz. in pract. ſua. part. 5. tom. 1. cap. 2. num. 4. Caualc. deciſ. 1. num. 13. part. 1. Seraph. de iuram. priuil. 77. nu. 81.*

in fin. Garzar. patroc. fin. & ita decisum in Regia audientia Aragonum asserit *Monter. decis.* 23. *num.* 15. & per consequens licite Iacobus Crisafi potuit coram Senatu comparere, qui nullam Archiepiscopi iurisdictionem perturbauit, esto cumulatiua præsupponatur, quod impossibile est.

Rursus, vt quis dicatur turbasse iurisdictionem alterius, necesse est, vt impediat, aut minuat iurisdictionem illius. 101 *cap. nouit. de iudic. l. vim facit. ff. de vi, & vi armat. Cephal. cons.* 661. *nu.* 70. *& sequ. Glos. in l. sicut. §. aristo ff. de seruit. vend. Bart. in l.* 1. *§. hoc interdictum. ff. vti possidet.* Hic perturbata non fuit iurisdictio, quia non fuerunt iniuncti asserti eius Officiales, nec possunt testes dicere, quod fuerunt verbo iniuncti, quia non est veritas, & Ego præsens fui; Nam Senatus ignorabat esse Officiales in dicto Rure, quod si sciuisset, poterat in scriptis iniungi facere, cùm ibi eramus præsentes Aduocati, Consultor, Magister Notarius, & omnes Ministri, & ita solet facere Senatus iniungendo in scriptis; Nec minus diminuta, nam si Archiepiscopus sentit esse cumulatiuam, prout impossibile est, potuit Senatus, quę gessit exercere, cùm hæc sit natura cumulatiuæ iurisdictionis, vt supra comprobaui, & vt quis possit dici perturbator iurisdictionis, & vt reus 102 iurisdictionis turbatæ possit effici, multa requiruntur, scilicet, quod scienter dolosè, & per fraudem, & animo turbandi id fecerit *d. l. vt vim. Corn. cons.* 110. *num.* 3. *lib.* 2. *Bellam. cap.* 1. *de offic. delegat. Brun. cons.* 160. *Gabr. cons.* 166. *num.* 10. *& sequ. lib.* 2. *& cons.* 167. *num.* 1. *Cephal. d. cons.* 661. *Menoch. cons.* 230. *num.* 45. *& sequ. Ruginell. pract. quæst. cap.* 47. Vnde hic non video probatum, quod Iurati scientes iurisdictionem esse Archiepiscopi, illam exercuerint, sed quod scientes iurisdictionem esse Senatus, cum appareant sententię aliàs prolatę in simili causa illuc se cõculerunt. Itẽ & existit tot actus publici, tot priuilegia, quorũ vigore fuit continuata possessio, in qua est Senatus vsq; ad præsens, qualis igitur dolus, ac animus turbandi concurrit in casu isto? 103 cùm ex actu solito fieri absit dolus. *l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit. vbi Bald. Nat. cons.* 438. *num.* 4. *Cranet. cons.* 321. *num.* 3. *& cons.* 109. *nu.* 35. *Menoch. in d. cons.* 230. *num.* 102. *& sequ.* Item Senatus accessit illuc de die, & cum tota Curia formata, quod sciebant multi, & sic fecit actum non occultum, & clandestinũ, sed cognitum, etiam ab ipso Vicario, quo in casu abest dolus, & cognoscitur mera realitas, *vt dixit Bart. in d. l. si quis ex argentarijs §. penult. ff. de edend. Bal. cons.* 252. *lib.* 1. *col.* 1. *in fin. Mascard. concluſ.* 1021. *num.* 29. Item fuerunt facti actus meræ iusticiæ instantibus partibus, de quibus Iurati nullum lucrum, aut commodum consequuti fuerunt, quo in casu non solum non adest dolus, sed cognoscitur quanta fuerit recta intentio illam iurisdictionẽ exercentiũ, administrando iusticiam ea rectitudine, prout licuit. *Bal. cons.* 250. *Mantic. cons.* 208. *nu.* 22. *lib.* 1. *Cranet. cons.* 8. *nu.* 4. *Dec. cons.* 57. *nu* 36. *Menoch. d. cons.* 230. *nu.* 90. *& Cephal. d. cons.* 661. *num.* 51. *& sequ.* tanto magis respectu personæ, cùm qua agebatur, cum Senatus ipsum Archiepiscopum ea reuerentia semper obseruauerit, prout decet, *Corn cons.* 63. *col.* 3. *lib.* 3. *Cranett. cons.* 6. *num.* 22. *& cons.* 9. *num.* 29. *& sequ.*

Neq; dispositio Sacri Concilij Tridentini *sess.* 22. *cap.* 11. *de reform.* compræhendit casum in quo versamur, adeo quod possit dici incurrisse in censuras contentas in dispositione dicti Sacri Concilij, nam Sacrum Concilium loquitur per verbum (vsurpare præsumpserit) quod verbũ (vsurpare) intelligitur scienter, & dolosè, vt latè supra comprobaui, & verbum 105 (præsumpserit) importat dolum. *ita in puncto Nauar. de regul. commentar.* 4. *quæst.* 15. *tom.* 5. *vers. Septimo nota. nu.* 62. *Mar. Ant. var. resol. lib.* 1. *resol.* 73. *num.* 20. *& lib.* 3. *resol.* 9. *nu.* 11. *Nauar cons.* 38. *nu.* 2. *de sent. excomm.* vbi dicit, excommunicationem non incurri, nisi dolo, quod idem tenet *Bellam. decis.* 541. *Cassador. de constit. decis.* 5. *num.* 7. *de probat. decis.* 1. *num.* 3. *Farin. quæst.* 87. *nu.* 33. *quæst.* 111. *num.* 357. vbi firmat nec sufficere latam culpam. Item & dictum Sacrum Concilium intelligitur quando fieret auctoritatiuè sciens ad Ecclesiasticum spectare, *Idem Nauar. cons.* 29. *num.* 3. *de sent. excomm.* Et in his Iuratis nullo modo potest considerari dolus lata culpa, nec leuissima, immò omnis terminus condecens Ministris tam principalibus, vt latissimè supra deduxi, & in his terminis, quod 106 ignorantia iuris probabilis illos excusat, & ꝙ non dicantur incurrere in talem censuram, loquitur *Nauar. in manual. in cap.* 27. *num.* 274. *& cons.* 42. *de sent. excomm. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib.* 18. *quæst.* 9. *num.* 10. *cum sequ. & Mar. Ant. d. resolut.* 73. *num.* 5. *Rebuff. in prax. benef.*

in

in exposit. Bullæ Cœnæ Domini artic. 8. vers. Item excommunicatus. Vgolin. d. tract. de censur. part. 2. num. 9. §. 2. fol. 289. vbi
107 inquiunt occidentem Clericum, quem probabiliter ignorabat esse Clericum, non incidere in censuras. *alleg. text. in cap. si verò quis. de sent. excomm.* Item quia natu-
108 ra excõmunicationis, tam à iure, quàm ab homine prolata est, vt nõ liget, nisi eos qui scienter deliquerint, nam nullum afficit, qui non peccauit mortaliter, *Palud. 4. dist. 18. quæst. art. 2. concl. 2. Andria. 4. tract. d. clauſ. quæſt. 3. vers. fortaſſe obiicitur. Sot. 4. distinct. 22. quæst. 1. artic. 2. concluſ. 1. Martin. Ladesm. 2. 4. quæst. 23. art. 3. Nauar. manual. d. cap. 27. num. 9. Sair. d. lib. 1. cap. 9. num. 4. refert. Gabr. Zab. Vgol. & Couar.* Et vbi ignorantia est probabilis, non est contumacia, sine qua nemo
109 excõmunicationem contrahit; Et duplex est ignorantia, nempe facti, & iuris, ignorantia facti est, quando aliquis nescit factum ipsum, quod sub excommunicatione prohibetur; Iuris verò est, quando nescit ius, aut sententiam, pro quibus excommunicatio fulminatur, prout loquitur *D. Card. Tolet. in ſumm. in tit. inſtruct. ſacerd. lib. 1. cap. 8. num. 6. vbi dat exemplum. & in vers. aduerte.* Rursus inquit factum, quod sub excommunicatione prohibetur, videlicet si non prohibertur sub excõmunicatione, percussio Clerici mala esset, vtpote contra Dei præceptum, similiter, quando prohibetur furtum, adulterium, & alia quæ de iure Diuino sunt prohibita, aliquando verò ex se non esse malum, sed licitum, vt in hoc casu, Iuratos exercuisse iurisdictionem in Territorio, eamdem, quam exercebant in Vrbe, ex se non est malum, sed licitum, & sic quatenus Archiepiscopus dicat, suam iurisdictionem in illo loco, & per cõsequens non potuisse Iuratos exercere, vnde incurrunt in censuras, cum sit prohibita occupatio rerum Ecclesiæ, hoc in casu, cũ factũ de per se appareat licitũ, esto aliter sit respectu iuris particularis, sufficit ignorantia probabilis, vt excusentur ab excommunicatione, & in hoc facto omnes DD. sunt concordes, *ita Tolet. vbi supra. in num. 6.*

Nec momenti alicuius est mandatum de carcerando Baiulum, quia Clericus nõ est, & aliter est procedendum, vt incurra-
110 tur in censuras, nam etiam pro Clerico carcerato à Iudice seculari, non incurritur ipso iure excommunicatio, sed debet compelli desistere per censuras, *cap. seculares de for. compet. in 6. Gratian. discept.* 190. *nu. 6.* Sed quicquid sit, non fuit carceratus, & sic non habuit effectum, vnde vt quis puniatur, est necesse, quod actus fuerit consumatus. *l. maiorem. C. de falſ. Boß. de falſ. num. 155. & de indic. num. 58. Menoch. conſ. 230. nu. 102. & ſequ. Mar. Anton. d. l. b. 3. cap. 9. num. 8.*

Quoad secundum caput principale, casu, quo Bulla in Cœna Domini, & dispositio Sacri Concilij Tridentini, casum hunc comprehenderent, an poterat Vicarius declarare Iuratos omnes incurrisse
111 in censuras; Et clarum est de iure, quod non omnes, sed aliquos ex illis. *Azeued. lib. 8. recopil. tit. 5 dimit. 1. nu. 184. & ſeq.* qui loquitur in Iuratis, & dicit, quod licet Vicarius possit excommunicare Iuratos, tamen (inquit) non omnes, sed duos vel tres. *alleg. Anglez. in ſuis for. Theolog. quæſt. ſub titulo de excomm. in quæſt. an Vniuerſitas poſſit excommunicari, concluſ. 1.* Dif-
112 ficultas est an licet sententia declaratoria non potuerit ferri contra omnes, tamen ex quo est lata, sit valida, & teneat, disputando punctum in Collegio, & in Vniuersitate, quæ æquiparantur per *Azeued.* cum Iuratis tenet, quod sit nulla. *Riccard. 4. d. 18. art. 5. quæſt. 3. Io. Bachon. 4. d. 18. quæſt. 3. art. 3. & Palud. 4. d. 18. quæſt. 1. art. 2. Gabr. 4. d. 18. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 5. Carol. 2. Anton. 3. part. ſumm. tit. 24. cap. 75. Sot. 4. d. 22. quæſt. 2. art. 2. conſ. 2. Nauar. tom. 2. conſ. 20. num. 3. & conſ. 22. num. 1. & conſ. 24. nu. 1. de ſent. excomm. lib. 5. Vgol. tab. 2. de Eccleſ. cenſ. cap. 26. §. 1. 2. & 3. Steph. Coſta repet. in d. cap. Romana. num. 14. & 19. & deinceps Hoſtienſ. Io. Monach. Franc. Vercellenſ. vt refert Gloſ. in cap. Romana. in verb. penitus. de ſent. excomm. lib. 6. Sayr. de cenſ. in d. lib. 1. cap. 8. num. 17.* qui refert multos tenentes contrariam opinionem, cum quibus ipse concurrit (sub hac conditione) quod prius debeant moneri, & auditis partibus debeat procedi, *& Sayr. ſequitur Alter. d. tract. diſput. 10. lib. 3. cap. 6. vers. ſunt diuerſæ opiniones. fol. 374.* Sed quicquid sit, siue nulla, siue valida, negari non potest in casu isto quin sit illegitima, cùm non omnes poterat excommunicare, ne Ciuitas careat rectore, quam vidimus sine Iuratis per quindecim dies stetisse.

Quoad Tertium caput principale, an debebat Vicarius Iuratos citare in captura informationum, vel in declaratione facienda ad dicendum causam, quare non

debe-

debebant declarari incurriſſe in cẽſuras.

113 Et in hoc ſciendum eſt, excommunicationem aliam ab homine, aliam à iure fieri, ab homine eſt illa, quę per aliquem iudicem fertur. *Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 5. nu. 2.* & hæc alia iuſta, alia iniuſta, quæ ſemper timenda eſt. *Gloſ. & DD. cap. ſententiam. xi. quæſt. 3. cap. ſacro. de ſent. excom. Franc. Suar. vbi ſupra diſput. 3. ſect. 12. col. 1. Couar. Nauar. Caiet. & alij relati à Viuald. d. tract. de excomm. nu. 55.* vbi diſtinguit etiam, quod excommunicatio iniuſta, alia eſt valida, alia nulla, & quinque modis oſtendit eius nullitatem, *vt ibi à num. 57. vſque ad num. 60. multos refert. Mar. Alter. d. tract. diſput. 2. cap. 5. lit. D. verſ. quarta, & vltima diuiſio. fol. 19.* Et in om-

114 ni caſu ſemper debet pręcedere trina monitio, aliàs ſemper pars dicetur grauata. *d. cap. ſacro. Tolet. vbi ſupra. cap. 9. in princ. verſ. eſt igitur prima circumſtantia.* & hic caſus non eſt noſter. Alia eſt excommunicatio à iure, quæ per aliquem Canonem, vel Statutum, vel Conſtitutionem fulminatur, qualis eſt contra percutientes Clericos, & multæ aliæ, *vt Tolet. vbi ſupra.*

115 & in hac declaratoria quod quis inciderit in cenſuram, non poteſt deueniri abſq; citatione, & antequam audiatur, vel contumax iudicetur, nã declaratio abſq; vlla citatione, & auditione, eſt ipſo iure nulla, & nullum impedimentum affert, quo minus geſta per obſtrictum cẽſuris valeant. *Gloſ. in cap. cupientes. §. quod ſi. de elect. lib. 6. latè Felin. in cap. Rodulphus. num. 9. de reſcript. Nauar. conſ. 56. num. 5. de ſentent. excomm. Mar. Alter. d. tract. diſput. 3. cap. 2. vol. 103. lit. D. verſ. tamen illud addendum eſt. & diſputat. 5. lib. 3. cap. 3. verſ. reſpondeo denunciationem. fol. 118. gloſ. notabilis. in Clement. præſenti. in verb. conſtiterit. de cenſ. & ibi Abb. poſt alios gloſ. in verb. quàm cito. in fin. in Clement. 1. de pœn. quas refert, & ſequitur Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 44. num. 186. Canon. in cap. 2. de ſponſal. Imol. poſt. Cardin. in cap. extirpandæ. in 7. col. de præbend. Aretin. conſ. 163.*

116 *nu. 10. & ſequ.* Et quod debeat fieri P. C. talis declaratio ad dicendum cauſam, quare non debebat declarari excommunicatus, aliàs eſt nulla, *ex auctor. Gloſ. & Felin.* dixit *Ianuen. in prax. Epiſcopal. Neapol. cap. 23. num. 16. refert comm. opin. DD.* & dicit in curia Archiepiſcopali Neapoli eſſe ritum tertium, & hanc dicit eſſe communem opinionem.

Et licet *text. in cap. reprehenſibilis de ap-*

117 *pell.* dicat, quando exceſſus eſt notorius, & poteſt deueniri ad declarationem abſque alia partis citatione vbi *Gloſ. in verb. ipſo ſuo genere.* allegat cõcordantes, *& ibi Abb. num. 6.* inquit, quod vbicunq; ius fulminat excommunicationem propter delictum, tunc iudex poteſt delinquentem declarare excommunicatum abſque alia monitione. & in *num. 7.* inquit, quod *Hoſtien.* intellexit, quando factum eſt notorium. *Butr. in d. cap. veſtra num. 39. verſ. hæc vera niſi ſententia.* Et quoties Prælatus

118 declarat ad defenſionem proprii iuris, nempe contra occupantem res Eccleſiæ, tunc poteſt proferre abſque Canonica monitione, *iuxta text. in cap. dilectus. de ſent. excomm. & ibi Io. Andr. Dominic. & Franc. Felin. d. cap. ſacro. 2. col. Tolet. in ſumm. lib. 1. de inſtruct. Sacerdot. cap. 44. num. 4. Leon. Theſaur. for. Eccleſ. cap. 16. num. 12.*

Attamen reſpondetur primò, quod *tex.*

119 *in d. cap. reprehenſibilis.* loquitur de Canonica monitione, quæ importat trinam citationem, *& ibi alia gloſ. in verb. canonica. allegat text. in cap. omnes. 16. quæſt. 7. & alia iura, & gloſ. eſt in eo text.* qui dicit,

120 non requiri monitionem, quæ poteſt intelligi de trina monitione, ſed requiritur vnica citatio, etiam in notorio, *& ita tex. in d. cap. reprehenſibilis ſignanter annotarunt Abb. & Franc. ibi, & Felin. in cap. 2. col. 2. de ſponſal.* & ita referens alios dicit, intelligi dictum *text. in cap. reprehenſibilis. Couar. in cap. alma mater. in prior. par. relection. §. 9. num. 5. verſ. trina verò monitio. & num. 6.* vbi refert iura, & auctoritates, & quod in Notorio requiratur etiam citatio ante declarationem, tenet *Iul. de Baer. in conſ. 40. Egid. Bellam. nu. 38. Mar. Ant. var. reſol. lib. 1. cap. 72. num. 6.* vbi dicit tenere omnes Sũmiſtas. *Gloſ. & Bal. in cap. ad noſtram il tertio de iureiuran. Viu. deciſ. 118. num. 8. vbi allegat. Brun. conſ. 89. num. 1. vol. 1. & Barbac. conſ. 24. num. 16.*

Prætrea reſpondetur, quod licet hoc

121 procedat in ſententia, tamen in formando proceſſum, & in diſcuſſione facti ſuper ipſo Notorio, neceſſaria eſt citatio eius, quem deliquiſſe aſſeritur, *ita poſt. Hoſtien. Io. Andr. Imol. Abb. & reliquos,* reſpondit in his claris terminis *Socc. ſen. inter conſ. Curt. ſen. in conſ. 20. num. 11. verſ. ſed ad hoc reſpondeo. & in conſ ſequ. num. 13. verſ. Secundo reſpondetur, quod eſt reſponſum Collegij Florentini. Aretin.* de eadem facti ſpecie interrogatus ſic reſpondit *in conſ. 163. col. 4. verſ. ſecundo principaliter,* quod quando

122 do Iudex procedit super crimine notorio, seruari debet ordo iudicij, hoc est, citari debet pars, vt possit se defendere, & suas excusationes deducere, quia notorium dici non potest, quando vel ipsa pars præsens negat, vel si absens est, citata non fuit. *Felin. d. cap Rodulphus num. 41. de rescript. Anchar. in Clem. fin. num. 5. de censib. Hier. de Tort. in cons. vnic. post cons. Butr. num. 28. vers. sed quid. & vers. præterea. Boss. in tract. caus. crim. tit. de crim. nu.. 4. Peregr. lib. 1. de iur. fisc. tit. vlt. num. 61. quos refert, & sequitur Menoch. in cons. 965 num. 2. & sequ. vol. 10.*

Rursus Doctores, qui dicunt in notorio
123 non requiri citationem, sed posse procedi ad declaratoriã fulminanter, dicunt id tũc procedere, quando delictum, & qualitates, & accidentia sunt notoria, & quod constet notoriè, & sit certum nullam habere defensionem, nec aliquam iustam excusationem. *Glos. in cap. quanto de translat. Prælat. & cap. illud. de excess. Prælat. Imol. Butr. & Abb. in cap. vestra. de cohabitat. Cleric. & mulier. Prax. Genuen. in d. cap. 23. nu. 16.* & in hoc casu loquitur *Felin. in cap. sacro. de sent. excomm.* vbi inquit, non esse necessariam monitionem, quoties fit excommunicatio pro suorum iurium defensione, quem sequuntur *Andr. Franch. & alij. & Lap. alleg. 73.* prout clarissimè videtur *ex Io. Aloys. Ric. in decis. 241. part. 1.* qui loquitur in Episcopo, dum visitat Diocęsim, & in actu visitationis, visitati resistunt, allegantes exemptionem, quod tunc poterit Episcopus illos de facto resistentes excommunicare, cùm possit vim vi repellere, & tunc dicitur potius, vt pars pro suo iure seruando, quàm vt Iudex, in qua decisione addit illa verba [Nisi sint in possessione, quod non visitentur] vnde ipsi ijdem Doctores in omni casu loquuntur, quando manifesta est violentia, quæ fit Prælato, aduersus quam nihil potest dici, vltra quod nec minus verè dicitur Episcopus pars, sed legitimus Iudex cùm causa principaliter sit suæ Ecclesiæ. *cap. si quis erga iuncta. glos. communiter recepta. 2. quæst. 7. Vgolin. de potest. Episc. cap. 4. §. 5.* Si verò delictum sit notoriũ, & qualitates, & accidentia non sunt notoria, cùm possit competere defensio delinquenti, debet citari pars, & probationes super notorio debet Iudex recipere secundùm iuris ordinem citata parte. *Bal. in cap. 1. § damna. de pac. constan. Imol. quem refert, & sequitur Dominic. in cap. 1. de offic. delegat. lib. 6. & ibi Gemin. Franc. & Aretin. in d. cons. 163. num. 5. Io. Andr. ad specul. in tit. de not. crim. §. iam de notorio. verb. testiis quoque. Emil. Ferret. cons. 31. num. 33. part. 1. Boss. in tit. quomodo proced. in crim. not. sub num. 8. & sub num. 10. & in tit. de denunciat. sub num. 9. Farinac. d. quæst. 21 num. 99. & 100. impugnatis Hostien. Innoc. Archid. Capr. Gomes. Viu. & Foller.* qui vo-
124 luerunt, quod super notorio Iudex possit se informare recipiendo testes parte non citata, & absque iuramento, nam eorum opinio procedit, vel in notorio facti permanentis, veluti, quod palatium Priorum sit in platea, quod oculis omnium continuò appareret, & alia exempla refert *Anton. Specul. Capr. Feder. de Sen. Abb. & alij*, vel quando proceditur super notorio, de quo iam constat, *Mascard. conclus. 1103. num. 12. Aret. d. cons. 163. Boss. d. tract. num. 3. & 9. Rip. l. admonendi. num 198. ff. de iureiurand. Farin. d. num. 100.* & quod nulla tergiuersatione potest celari, & dubitationem non recipit. *Mascard. conclus. 1101. num. 11.* vbi inquit, quod qualitas sit etiam notoria, idest, quod nulla defensio competat, & dicit communem omniũ opinionem. *num. 9. & d. num. 11. Franc. Suar. d. tract. de censur. disput. 3. sect. 14. num. 8.* vbi inquit, quod crimen non tantum quoad factum ipsum, sed etiam quo ad rationem criminis, ita fit notorium, vt sit etiam inexcusabile, ita vt hoc etiam ipsum notorium sit, & dat idem exemplũ datum per *Mascard. d. num. 9.* sæpe contingere factum esse notorium V. G. Petrum occidisse Clericum, non est tamen ita notum illud fuisse crimen, nam poterit Petrus excusari, quod in suam defensionem fecerit, aut aliquid simile, & inquit, quod sententia declaratoria semper antecedere debet, quantumuis factum sit notorium, nam quod sit etiam prorsus inexcusabile, vix est moraliter possibile, & ideo non venit in moralem cõsiderationem, nec impedit, quo minus debitus iustitiæ ordo seruandus sit, vt nemo non auditus damnetur, & in *num. 6. vers. ante denunciationem, & in disput. 4. sect. 1. nu. 4.* clarè videtur sentire *Mar. Alter. d. tract. de censur. disput. 5. lib. 3. cap. 3. fol. 318. vers. respondeo denunciationem. addito vers. si vero res esset dubia.* iam inciderit in excommunicationem legis, puta, an percusserit, nec nè, & an ex causa percusserit, quæ ipsum excuset, *refert glos. in d. Clem. præsenti, & in Clem. 2. Nauar. d. cons. 56.* & quod antequam constet de ista qualitate, idest, quod negotium sit notorium in

proba-

probatione ipsius qualitatis, debet citari
125 pars, quia vbicunque conceditur priuilegium alicui personæ, vel causæ respectu certæ qualitatis, oportet, quod de illa qualitate constet Iudici, non per probationem priuilegiatam, quæ competeret probata qualitate super causa principali. *Bart. in l. Diuus. ff. de milit. testam. & idem notatur in l. si quando. C. vnde vi.* quod cō-
126 probatur iusta ratione, nam quando aliquid debet constare Iudici, intelligitur parte vocata *Glos. in Clemen. 1. de priuil. & in Clemen. fin. de censib. & in d. cap. sacro. Aret. vbi supra.* Et quando aliqua potest competere defensio, vel excusatio, vel simus in dubio an possit, vel non competere, quod tunc sit necessaria citatio, communiter tenent omnes, & hanc receptam opinionem vidisse, & per totum mundum seruatam, & cōmuniorē, & probabiliorē inquit *Farinac. quæst. 25. nu. 22. ex auctor. Boss. in tit. quomod. proced. in crim. not. nu. 4.*
127 *5. & 6.* asserens, nullum esse delictum tam notorium, quin aliquas possit habere excusationes, sequitur *Clar. §. fin. quæst. 9. sub vers. quæro numquid in notorijs.* vbi pariter post *Carrer.* quem allegat, testatur, quod hæc distinctio recipitur per omnes. *Conrad. in pract. tit. de notor. crim. num. 3. & nu. 11.* vbi concordantes adducit *Capr. in tract. de not. 4. membr. nu. 12. & nu. 29. Menoch. de Arbitr. cas. 135. nu. 14. Gomez. de delict. cap. 1. num. 43.* vbi allegat iura, & auctoritates, & idem tenet *Farin. num. 78.* quando certum est nullam ei competere defensionem, & excusationem, secus si constaret de contrario, vel essemus in dubio, & dicit magis communem, & per totum mundum practicatam opinionem, & quod necessariò requiratur citatio, siue notorium sit facti, siue iuris, quia non est aliquid notorium, quod non possit recipere defensionem, notorium scilicet facti per qualitates facti probandas, notorium autem iuris per consuetudinem contrariam, vel Priuilegium. *D. Card. Tusc. concl. 111. lit. N. nu. 2. & nu. 4. & concluſ. 110.*
128 *nu. 7. & in nu. 12.* inquit, quod notorium illud est, in quo non requiritur citatio, quando tamen constat, quod parti aduersæ nulla competit defensio, *iuxta text. in cap. quanto de translat. Prælat.* quia transire ad aliam Ecclesiam non licet Episcopo sine licentia Sedis Apostolicæ, & Summus Pontifex erat certus, quod licentiam non obtinuerat.

Vnde non est simpliciter verùm, quod
129 confessio facta in iudicio operetur notorium iuris, vt ex *Glos. in d. cap. vestra. de habitat Clericor. & mulier. Bal. in l. à procedente C. de dilat. cum alijs relatis à Mascard. in concluſ. 1102. num. 2.* Item per acta in iudicio producta induci, & probari notorium, & quicquid in iudicio fiat, Iudici notorium dicatur. *cap. cum olim. & ibi Abb. num. 3. de verbor. signif. l. diuus. de offic. Præsid. l. qui sententiam. C. de pœn. cum alijs à Mascard. relatis nu. 13.* Et probationes factæ in iudicio, quod inducant notorium, *ex glos. in d. cap. cum olim. & Mascard. nu. 17.* nec est verū simpliciter, quod notorium inducatur per multos testes legitimę examinatos. *ad text. in l. vlt. C. de probat. cum adductis à Mascard. nu. 18.* qui in *nu. 19.* etiam infert notorium induci ex instrumentis, ex quo instrumenta rem notoriam facere satis probatur, quia dicitur instrumentum veritas apparens, & probatio probata. *Bal. in l. Imperator. col. 2. ff. de stat. homin. Alex. Bart. Tiraqu. & alij ab eo in d. num. relati.* & in *num. 31.* inquit, etiam ex sententia notorium induci ex auctoritate *Bal. in l. ea quidem. col. 2. C. de accusat. cum alijs per eum ibi adductis.*

Quandoquidem absurdum esset sic simpliciter dictas conclusiones intelligere; nam si loquimur de cōfessione facta in iudicio, actis, testibus, vel instrumentis, hæc nunquam faciunt notorium, nisi parti aduersę fuerit datus terminus, & fuerit conclusum in causa, cùm licet ex actis constet de non iure alicuius, non tamen dicitur constare de non iure illius ante conclusionem in causa. *Glos. in cap. significauerunt. in vers. liquere de testib. & ibi Abb. col. 2. Archid. cap. de lapsis. 50. distinct. Abb. in cap. laudabilem. in fin. vt lit. pend.* quia aliàs semper ex productis diceretur notoriè constare, quod absurdum videtur, *Alex. cons. 99. col. 2. num. 5. qui adducit DD. Rot. decis. 393. in nouiss. & in decis. 69. in caus. appell. in antiqu. & decis. 383. fuit dubitatum. Abb. cons. 12. num. 3. lib. 2. Put. decis. 284. lib. 2. Cassador. decis. 1. de restit. spoliat. Stafil. de liter. grat. fol. 178.*
130 *pag. 1.* Et quod ex probationibus nunquā resultat notorium nisi in causa ciuili post conclusum in causa, & in criminali post factas defensiones, & sit lapsus omnis terminus ad faciēdas defensiones dixit *Scac. de iudic. caus. ciuil. cap. 76. nu. 8. vers. si sumus in secundo casu. & num. 12. vers. licet enim delictum. vbi alleg. text. in cap. cum olim. & ibi Abb. num. 1. & 3. de verbor. signif. Gram. decis. 36. num. 38. Afflict. Menoch. & alios. & idem Scac. de appell. d. quæst.*

d. quæst. 17. limit. 4. num. 72. qui multos refert, & alios adducit Felin. d. cap. significauerunt. qui dicit omnes sequi *glos. in d. verſ. liquere.* & hanc partem satis videtur probare *Abb. in d. cap. cum olim.* dum dicit, quod probatio facta in iudicio redditur (quoad sui naturam) notoria, sed quo ad rem, super qua est inducta, non facit notorium, nisi postquam est concluſum in causa, & nihil obijci potest. *Capr. in d. tract. de not. 1. membr. num. 48. Mascard. d. concluſ. 1102. num. 24. 25. & 26. vbi multos refert.* & inquit, sine dubio procedere, quando probationes, & acta impugnarentur saltim coloratè, ita, quod dubia redderentur *Io. Andr. Hoſtien. & Abb. cap. cum speciali. §. Porro. & ibi Dec. num. 10. de appellat. Rim. conſ. 69. num. 24. Cephal. conſ. 241. num. 34.* Immò sententia

131 vt dicatur facere notorium, est necesse, quod sit diffinitiua, vel saltim transitum fecerit in iudicatum, vt dixit *Capr. d. tract. 1. membr. num. 22. cum ſequ. Mil. in repetit. verſ. notorium approbationis, & fidei. & Mascard. num. 31.* Et ratio est manifesta,

132 cùm notorium de per se, siue sit facti, vel iuris, siue permanentis, aut momentanei, dicitur probatio probata, & indubitata, & finita, nulla discussione egens, adeò, vt nulla possit tergiuersatione cælari, aut negari, & sic requirit vltimum gradum fidei. *Butr. in d. cap. veſtra. num. 31. de cohabitat. Cleric. & mulier. Leon. vbi ſupra. num. 13. Scac. d. cap. 76. num. 4. Farin. conſ. 85. num. 126. in fin. Bal. in l. 1. C. de reuoc. his quæ in fraud. verſ. porro. & in l. 1. C. quomod. & quand. Iud.* vbi inquit, quod vbi est notorium, non esse disputare, sed disputatum esse, *& in l. Ciues. C. de appell.* & termini notorij conscientiã Iudicis nõ fallunt. *Mascard. concluſ. 1101. col. 1.* vbi *in num. 7.* inquit, notorium non recipere dubitationem, & negationem dubium non effici, *per text. in cap. ſuper eo. de teſtib. cogen. Abb. in cap. tua nos. de cohabitat. Cleric. & mulier. num. 4. Felin. in d. cap. ſuper eodem num. 7. & in cap. ſi Clericus laicum. nu. 5. de for. compet. & in cap. coram. num. 8. verſ. fallit ſecundò. de offic. delegat. Bart. poſt glos. in l. poſt rem. ff. de tranſact.* Et vltimus fidei gradus non potest dari, nisi parte citata, & dato termino fuerit processum, vt latissimè referens *Bart. Ippolit. Gram. & clarè dixit Rot. Auen. deciſ. 15. num. 14.* vbi loquendo in delinquente confesso, inquit ex illa confessione non dici notorium crimen, cùm possit reus multa aduersus confessionem pro sua defensione adducere, & quod neque testes, neque instrumenta, neque aliæ scripturæ publicæ faciant vltimum fidei gradum, nisi parte citata, & dato termino, tenet *Bal. in l. Iudices. ff. de fid. inſtrum. l. ſancimus. col. penult. C. de indic. & in l. ſi quando. C. de teſtib. Canon. in cap. literæ. 3. quæſt. 8. Roman. conſ. 519. ſub num. 2. Caualc. deciſ. 71. num. 79. in cauſa executionis. part. 1. Marſil. ſingul. 81. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. de plano. cum alijs relatis à Viu. deciſ. 118. nu 9. & 10. Brederod. de appellat. part. 2. de approb. tit. 35. lit. B.*

133 Et ratio est, quoniam citatio requiritur in vnoquoque casu, & sic vbicunque pars lęsi potest, semper est citanda, aliàs actus non valet. *cap. 1. de cauſ. poſſ. & proprietat. l. de vno quoque. ff. de re iudic. Barbac. conſ. 24. num. 16. conſ. 27. num. 5. & conſ. 45. num. 9. vol. 2. Rimin. iun. conſ. 31. num. 2. lib. 1. Viu. d. deciſ. 118. num. 7. vbi alios allegat.*

134 Præterea omne notorium, vt notorium dicatur, duos requirit comites, apperentiam scilicet, & existentiam, vt dicit *Bal. in authen. qui ſemel. C. quomod. & quand. Iud. col. 3.* & quod est quædam adiectio entis, & ideo nisi constet de substantia, non potest constare de notorio, quod est qualitas. *Idem Bal. in cap. bonæ. num. 22. de electi. Dec. in cap. conſuluit. num. 3. de appellat. Felin. in cap. ſuper literis. num. 32. de reſcript.* Nam impossibile est probare

135 qualitatem sine substantia, cùm accidentia non possit intelligi extra subiectum, & ideo prius probanda est veritas, & postea quod notoria sit, quæ hic cessant, *Mascard. d. concluſ. 1103. nu. 21. Farin. quæſt. 21. num. 108. vbi multos refert.* qui *in nu. 103.* inquit, quod multa dicuntur notoria, quæ non sunt, & quotidie de notorio loquitur, & quid sit notorium ignoratur, *alleg. glos. vnic. in cap. manifeſta. 2. quæſt. 1 Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 9. in princ. Scac. d. cap. 76. num. 12. in fin.*

Rursus ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *seſſ. 13. de reform.* sancitum

136 est, quod Prælati non possunt fulminanter procedere ad censuras, sed partes ipsas audire debent, dum ibi datur forma Episcopis, quomodo debeant se gerere in puniendis delictis; nam admonentur, vt se Pastores, non percussores gerant. Item, vt tanquam filios diligant, & si quid peccare contigerit, illa Apostoli sit ab eis seruanda præceptio, vt illos nempe arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cùm sæpe plus erga corrigendos

dos agat beneuolentia, quàm austeritas, plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas, & si ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibẽda est, vt sine asperitate disciplina populis necessaria, & salutaris conseruetur. Vnde si Vicarius graue esse delictum hoc existimauit, adeò vt virga vtendum iudicauerit, debebat cum mansuetudine rigorem ostendere, cum misericordia iudicium, & cum lenitate seueritatem, quæ agere penitus prætermisit, cùm Iuratos non citauit, sed fulminanter contra illos inauditos processit, qui si ad iudicium venire lacessiti fuissent, non solùm virga opus non fuisse, sed Archiepiscopum nullam ibi iurisdictionem habere demonstrassent. Hinc vbi delictum ipsi Prælato de aliquo defertur, non statim id verum debet arbitrari, & animum infensum contra delatum habere, inquit, & rectè *text. in cap. si quid vero. & ibi Glos. distinct. 86. Vgolin. de potest. Episc. cap. 4. §. 4. nu. 2. & sequ.* vbi ad multa infert. Et in puncto
137 vbi agitur contra Collegium, Vniuersitem, & Iuratos, quod debeant citari, & audiri si habeant aliquam excusationem, loquitur *Sayr. d. cap. 8. num. 18. fol. 37. in vers. seu tale crimen commiserunt. refert addit. ad glos. in §. in Vniuersitatem. Siluest. in verb. excommunicatio. num. 10. Henriqu. Gabr. & Martin. Ledesm.*

Cùm igitur Vicarius non citauerit Iuratos, qui non solũ probabiles excusationes adduxissent, & dubiam Archiepiscopi prętensionẽ reddidissent, verùm etiã & eorũ notoriam Iusticiã ostendissent, iurisdictionemque, quam exercuerunt ipsius Senatus esse, & non Archiepiscopi, & quod si qui actus apparerent, turbatiui, & clandestini potius essent, vt in 2. cap. dictum est, & quod nullo modo conclusio de facto notorio posset verificari in casu isto, consequens est manifestum, assertam declaratoriam incursus, esse omninò nullam, vt ex iuribus, & auctoritatibus supra fuit dictum.

Et hodie ante oculos omnium apparet nullitas assertæ declaratoriæ, cùm statim Vicarius post assertam declaratoriam, & denuntiationem illius posuit edictum in dicto Rure Lærdariæ, quod nemo præter Ministros Archiepiscopi præsumat exercere iurisdictionem ciuilem in dicto Rure sub pœna excõmunicationis, quodexin de sub die 18. Iulij præsentis mensis de-

mandato Archiepiscopi fuit ablatum, ex quo verè cognouit, iurisdictionẽ Senatus esse, non suam. Vnde in sequenti die, qui fuit 19. prædicti mensis, ad dictum Rus peruenti Magistri vini, & Acathapani ipsius Vrbis, pœnam contra Apotecarios executi fuere ob venditionem vini pravæ conditionis, & ob pondera, & mensuras iniustas, prout apparet ex ipsis pœnis condemnatis, & descriptis in officio Senatus sub die 19. & 24. mensis prædicti. Ex quo clarissimè infertur, Archiepiscopum per actum facti declarasse nullitatem assertæ declaratoriæ, dum amouere fecit edictum, & ibi permisit Acathapanos, & Magistros vini Vrbis, antiquam, & consuetam eorum possessionem exercere,
138 cùm idem sit expresse verbis declarare, vel facto. *text. est. in l. Paulus respondit. ff. rẽ rat. hab post Bal. Alex. Paris. Dec. & alios. Bertaz. cons. 106. nu. 11. & sequ. in ciuil.*

Quoad Quartum & vltimum caput, an facta appellatione à declaratoria, debuisset Vicarius ordinare, quod amouerentur cædulones affixi. Sciendum est, naturam appellationis esse suspendere, &
139 uoluere, suspendit enim appellatio id, quod iudicatum est, & deuoluit causam ad Superiorem. *cap. non solùm. & cap. si bis à Iudice. de appellat. lib. 6.* Verùm si loquimur de appellatione facta post sententiam excommunicationis pure latam,
140 tunc appellatio non suspendit, sed tantum deuoluit, nam excommunicatio secum trahit executionem. *cap. Pastoralis. §. verum. & cap. præterea il secondo. de appell. & ibi Abb. cap. ad reprimendum. de offic. ordin. cap. 15. cui, in fin. de sentent. excom. lib. 6. Nauar. in manual. cap. 27. num. 159. Anil. de censur. 2. part. cap. 5. disput. 5. dub. 11. versic. prima conclusio. Farin. quæst. 101. num. 68. Franc. in rubr. num. 32. vers. sed aduerte. & in cap. 37. ad hæc quoniam. num. 1. & sequ. & in d. §. verum. num. 1. not. 1. de appellat. Marant. in suo specul. par. 6. art. 2. princip. in verb. & quandoque appellatur. limit. 32. num. 351. & limit. 5. num. 178. Scac. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 22. num. 1. & 3. Mar. Alter. d. tract. disput. 5. lib. 3. cap. 1. lit. D.*
141 Si verò appellatio fiat à sententia excommunicationis lata sub conditione, ante impletam conditionem, suspendit executionem. *d. cap. præterea. cap. licet. cap. venerabilibus. §. sed si ex causa. de sent. excomm. lib. 6. Mar. Alter. vbi supra lit. C. vers. in causa excommunicationis Gutier. Canon. quæst. cap. 4. addent. ad constit. March. lib. 6.*

lib. 6. cap. 7. in verb. Canon. cap. 3. Farin. d. quæst. nu. 70 Ratio est, quia ante euentum conditionis non iniecit suas vires;

142 Hinc est, vt si post appellationem feratur excommunicatio erit nulla. *cap. per tuas. de sent. excomm. Auill. vbi supra. vers. 3. conclusio. & vers. 1. vbi infert ad alia. Mar. Alter. vbi supra.* A sententia autem declaratoria, qua declaratur per Vicarium, quem incidisse in excommunicationem,

143 datur appellatio, quæ importat vtrumque remedium, & deuolutiuum, & suspensiuum, quia talis sententia neque excommunicat hominem, neque directè declarat illum excommunicatum, vel solum esse reum talis criminis, ex quo fit consequenter, vt ille contraxerit censuram iure latam ex eo tempore, quo crimen commisit. *Glos. in verb. priuatos. in cap. cupientes. de elect. lib. 6. Felin. in cap. cum non ab homine. col. penult. sub num. 12. vers. & nota, quod. de Iudic. Dec. in cap. reprehensibilis. num. 21. de appellat. Put. decis. 261. num. 1. & 4. lib. 3. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. & limit. 21. princip. nu. 21. vers. 3. & num. 22. Farinac. quæst. 101. num. 67. Brunor. à sole in compend. iur. vers. appellatio non suspendit. fol. 14. vol. 4. Nauar. cons. 6. 10. & 20. de sent. excomm. lib. 5. Auil. de censur. part. 2. disput. 5. vers. secunda conclusio. dub. 11.* vbi inquit, quod licet à facto vero notorio non possit appellari, tamen à sententia Iudicis declarantis factũ

144 esse notorium, potest appellari, quia Iu-

145 dex potuit hoc iniustè declarare, & dicit ex *auctorit. Nauar.* talem denunciatum non esse vitandum post appellationem, & omnes ita concludere, & tenere inquit *Genuen. in prax. Archiep. Cur. Neap. cap.*

146 *22. num. 1. & 2.* vbi dicit, quod si cędulones non sunt affixi, non debent apponi, & si sunt affixi, sunt remouendi. *Franc. Suar. in d. tract. de censur. d. disput. 3. sect. 15. num. 20. vers. hic verò omnia procedunt. fol 510. Mar. Alter. d. cap. 3. disput. 5. fol. 318. in lit. A.* vbi dicit, quod licet à sen-

147 tentia legis non possit appellari, tamen à sententia Iudicis declarantis aliquem incidisse in pœnam iuris appellari potest, refert *d. glos. in cap. cupientes. de elect. in 6. & text. cap. cum secundum leges. de hæretic. eod. lib.* & interim suspendenda est denunciatio.

148 Nec obstant Doctores dicentes, quod quando factum est notorium, appellatio à declaratoria non suspendit, vt *ex auctor. Imol. Ant. Abb. & aliorum, in d. §. verum inquit. Genuen. in d. cap. 22. num. 2. in vers. sed si factum est notorium. & Alter. vbi supra. in vers. nisi notoriè constet de contrario.* Nam prædicti Doctores intelligunt de notorio, quod est inexcusabile, & nulla tergiuersatione celari posset, vt in puncto *idem Suar. vbi supra fol. 52. in vers. quod intelligo, si ita constaret. & Alter in d. loco. in vers. & an ex causa percussit, quæ ipsum excusat. fol. 318.* Quod autem hoc factum possit non solum aliqua tergiuersatione celari, & sit excusabile, sed sit clarissima iustitia Senatus, ad quem iurisdictio spectat, & non ad Archiepiscopum, latè in capitulo secundo comprobaui.

149 Respondetur & secundo, quod licet à notorio non detur appellatio. *cap. cum sit. de appellat.* tamen à sententia declarante factum esse notorium, datur appellatio. *Franch. in cap. peruenit. num. 3. & 14. de appellat. Felin. in d. cap. cum non ab homine. num. 12. Micell. tract. de concord. glos. concord. 6. Fallen. 2. nu. 18 tom. 18. fol. 101. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innou. appellat. pend. limit. 9. princip. in fin. num. 13. fol. 366. Gratian. discept. Forens. cap. 444. nu. 29. & 30. vol. 3. vbi refert Ascan. Bal. & Dec. Scac. d. tract. quæst. 17. limit. 4. num. 65. & in d. limit. 22. num. 37. vers. confirmatur quarto. & in num. 38.* vbi inquit, quod declaratoria super incursu fertur super re de præterito, in qua facilius potest errari, & ideo non appellatur à notorio, sed à declaratoria notorij, & in *num. 40.* inquit, hanc opinionem communiter ab omnibus teneri. Vnde cum per actus publicos præsentatos, citato Fisco Magnę Curiæ Archiepiscopalis appareat, Iuratos statim dixisse de nullitate assertæ declarationis asserti incursus, & si qua esset, fuisse appellatum, & quo ad hoc pluries instatum coram Vicario, & ab eo petitum, quod cædulones affixi, stantibus dictis remedijs tentatis amouerentur, & propterea semoto omni scandalo, si quod esset, publicè potuissent eorum officium exercere, quod mandare noluit, imò dixit nolle amplius eos audire, vti excommunicatos, clare sequitur, eos grauasse, eisq; euidentem, & manifestam iniustitiam fecisse, & nulliter contra eos processisse,

150 cùm etiam notoria iniustitia careat sententiam nullam. *l. si pars. & ibi Angel. ff. de inoffic. testam. Clement. pastoralis. glos. in verb. non habebat. de re iudic. cap. inter cæteros. eodem tit. Felin. cap. quoniam contra. num. 40. de probat. Aflict. decis. 39. num. 5. Surd. cons. 61. num. 24. Mascard. concl. 1114. num. 5. Rot. Rom. decis. 644. in nouiss.*

uiſſ. Contard. in l. vnica. C. ſi de momen. poſſ. limit. 9. nu. 41. & ſequ. Vant. in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 127. vbi referendo alios dicit communem *Cancer. lib. 2. variar. cap. 15. de lit. requiſitor. num. 60.*

151 & eſt adeo nulla, vt nunquam tranſeat in iudicatum, vt *d. cap. inter cæteros. Innoc. Abb. Butr. Pariſ. Dec. & alij allegati à Gabr. tit. de ſent. concl. 10. nu. 1.* quinimmò Iudex reſiſtere debet executioni ſententiæ iniuſtæ, etiam ſi pars non opponat de iniuſtitia, *ex Anchar. conſ. 208. nu. 6. Rom. conſ. 51. num. 2. Gabr. conſ. 43. & 47. vol. 1. Surd. conſ. 379. num. 1.*

Grauamen igitur, iniuſtitia, & nullitas illata à Vicario patent, tum primò, ex quo Bulla Cœnæ Domini, & diſpoſitio Concilij Tridentini non comprehendunt hunc caſum; tum ſecundò, ex quo non omnes Iuratos poterat declarare incurriſſe in cẽſuras. Tertiò ex quo debebat illos citare. Et tandem cùm fuiſſent tentata dicta remedia, debebat mandare, quod amoueantur cẽdulones: Quorum capitum cum quodlibet ſit ſufficiens pro declarando grauamine, & nullitate, indubitanter concludo ita fore decidendum, cætera ſuppleat prudentia, & doctrina Iudicis Regiæ Monarchiæ, cui me, & omnia ſubmitto, expreſſè declarando prædicta ſcripſiſſe ſecundum doctrinas legum, & auctoritates Doctorum, & quod meæ intentionis ſemper eſt hæc ſubijcere correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, cuius me indignum filium, & ſeruum obedientiſsimum profiteor, & cum hac proteſtatione non ſolum omnia prædicta volo intelligi, verùm etiam & qeæcunque alia, quę in hoc primo Conſiliorum volumine ſcripta reperientur, in quibus omnibus eadem proteſtatio ſemper repetita cenſeatur.

Meſſanæ die 26. Iulij. 1619.

SVMMARIVM.

1 *Patriam pro viribus quiſque defendere debet, nec aduerſus eam patrocinari, aliàs priuatur ciuilitate, Amplia in Vaſſallo pro ſuo domino. num. 2.*

3 *Principis aſſertioni de meritis in priuilegiorum conceſſione, in permiſſis credendum eſt.*

4 *Poſſeſſio ſubſequens iuriſdictionis meri, & mixti imperij, declarat Priuilegium antecedens.*

5 *Poſſeſſio interpretatiua non requirit longi temporis præſcriptionem.*

6 *Conſuetudo ſubſequens, eſt priuilegiorum, & ſtatutorum interpres.*

7 *Meri, & mixti imperij exercitium, dicitur factum ex titulo præambulo.*

8 *Vſus, & conſuetudines in Vrbe Meſſanæ tranſeunt in vim priuilegij.*

9 *Conſuetudo à Principe approbata, habet vim priuilegij.*

10 *Priuilegia ſi ſunt multa, maiorem vim habent, & difficilius illis derogatur.*

11 *Merum, & mixtum imperium præſcriptione acquiritur, & ſpatio quadraginta annorum præſcribitur.*

12 *Præſcriptio meri, & mixti imperij requirit ſcientiam Superioris, vel eius Officialium.*

13 *Officialium ſcientia in præſcriptione meri, & mixti imperij quomodo probetur.*

14 *Præſcriptio immemorabilis meri, & mixti imperij, neque Officialium ſcientiam, neque titulum, neque bonam fidem exigit. Vbi de ratione. Idem in præſcriptione exigendi gabellas. num. 15.*

16 *Merum imperium non ſolum conſiſtit in exequendo, ſed etiam in exercendo.*

17 *Semel approbatum non poteſt amplius impugnari.*

18 *Acta iuriſdictionalia probant poſſeſſionem meri, & mixti imperij, & ſufficiunt ad illius præſciptionem.*

19 *Quando conſtat de antiquiori poſſeſſione, actus exinde per alios geſti non probant poſſeſſionem, ſed turbationem.*

20 *Actus clandeſtini nemini præiudicant.*

21 *Poſſeſſio acquiſita, non citato poſſeſſore, iniuſta eſt.*

22 *Iuriſdictione vtens in aliquo actu, acquirit illam, quo ad omnes actus, qui ſunt ſub eadem ſpecie Iuriſdictionis.*

23 *Poſſeſſio Iuriſdictionis per non vſum non amittitur, niſi volens ea vti, prohibeatur.*

24 *Poſſeſſio etiam animo ab abſente retinetur.*

25 *Princeps non poteſt alteri poſſeſſionem auferre eo non audito in iuribus ſuis.*

26 *Principi id quod iuſtum eſt placet.*

27 *Reductio ponit rem ad antiquum ſtatum, & ad primæua iura.*

28 *Conceſſo feudo cum Vaſſallis, & Territorio, iuriſdictio ciuilis etiam conceſſa videtur.*

29 *Verba impropriantur, ne afferant præiudicium tertio.*

30 *Recenſentur loci, in quibus Iuriſdictio ciuilis reſidet penes alium, & merum imperium ab Vrbe Meſſanæ exercetur.*

31 *Iuriſdictio in Terra Baronis poteſt eſſe penes alium.*

32 *Caſalia ſunt de iuriſdictione Vrbis, propinquioris adiacentis.*

33 *Territorium vnde dicatur.*

34 *Probata iuriſdictione alicuius loci, à Magiſtratu Vrbis, probatur locum eſſe de eius Territorio.*

35 Rex

35 *Rex non præsumitur velle lædere quemquam.*
36 *Territorium non recipit alterationem propter diuisiones factas Casalium in eo existentium, sed idem semper iudicatur.*
37 *Sententia lata, citato principale interesse habẽnti, an noceat alteri nõ citato, habenti interesse in consequentiã. Declara, n. 39. & 40.*
38 *Sententia lata contra hæredem, an noceat legatarijs remissiuè.* (*darium.*
41 *Interesse quando dicatur principale, vel secun-*
42 *Habens coæquale interesse citari debet.*
43 *Exempla sumpta ab Archiuio publico, authentica dicuntur. Amplia num. 44.*
45 *Iudex potest in Cammera se informare de stylo circa modum procedendi, & parte incitata.*
46 *Consuetudo immemorabilis vim Priuilegij obtinet.*
47 *Messana Vrbs habet priuilegiũ, vt in ea vsus, & consuetudines in vim Priuilegij trãseant.*
48 *Instantia Contrapriuilegij est dierum octo.*
49 *Causæ cognitio modico temporis spatio adhiberi non potest.*
50 *Citatio non requiritur in ijs, in quibus causæ cognitio non est necessaria.*
51 *Meßana Vrbs ex multis priuilegijs nõ tenetur exequi Regia mãdata, quę sunt contra eius priuilegia, nisi moderẽtur secundũ iustitiam.*
52 *Iudex quæ de facto, & parte incitata ordinat, sic etiam de facto illa reuocat.*
53 *Iudex facilis in concedendo debet esse facilis in reuocando.*
54 *Possessione sua priuatus sine citatione, eodem modo debet reintegrari.*
55 *Testes etiam parte non citata probant in summario possessorio.* (*cessum.*
56 *Citatio est necessaria ad substantiandum pro-*
57 *Citatio debet præcedere sententiam.*
58 *Sententia lata contra solitum ordinem iudiciarum est ipso iure nulla.*
59 *Messana priuilegium habet, vt Iudices Curiæ Straticotialis, & Collegium Doctorum consilium præstent Iuratis, si aliquid sit contra eius priuilegia.*
60 *Consultor in consultatione per ipsum alicui præstanda, non cogitur partes citare.*
61 *Consultor, consilium tantum præstare dicitur, nec profert sententiam, nec interlocutoriam.*
62 *Iudex ad suam informationem procedens, non tenetur partes citare.*
63 *Citatio partis non requiritur in probatione facta ad informandum.*
64 *Clericus à laico captus, debet statim ex visione instrumenti Clericatus remitti ad suum Iudicem absque partis citatione.*
65 *Citatio non requiritur in interlocutoria proferenda. Amplia, vbi interlocutoria modicum afferret præiudicium. num. 66.*
67 *Res leuis præiudicij absque citatione expediri possunt. Amplia etiam in his rebus, quæ causæ cognitionem desiderant. num. 68.*
69 *Venia potest concedi eam petenti absq; partis citatione. Ratio ibi.*
70 *Declaratio contra priuilegia operatur suspensionem executionis rescripti, siue mandati, vsque ad alium ordinem.*
71 *Prorogatio diei, siue termini, leue dicitur afferre præiudicium.*
72 *Pars quæ præsens est in iudicio, & scit, quæ aduersus eum fiunt, citari non debet.*
73 *Citatus censetur de iure absque alia citatione ad eandem rem, siue terminum citatus.*
74 *Priuilegium per non vsum elapso decennio amittitur. Declara. num. 75. Ratio. nu. 76.*
77 *Priuilegia ob seruitia concessa, transeunt in contractum, & per non vsum non amittuntur.*
78 *Vrbs Messana ex speciali priuilegio habet, quod per non vsum non amittunt priuilegia qualibet præscriptione non obstante.*
79 *Priuilegia si quæ sunt dubia in Vrbe Messanæ ad eius fauorem sunt interpretanda.*
80 *Protestatio conseruat ius protestantis.*
81 *Priuilegia, dignitatis nomine cõcessa sunt perpetua, nec successoris indigent cõfirmatione.*
82 *Priuilegia à nouo Rege non confirmata, non inficiuntur, quia est de consilio, vt confirmentur.*
83 *Priuilegia quæ sunt meræ gratiæ, sunt irreuocabilia via iuris, & ordinaria potestate, & ibi de ratione.*
84 *Principis gratia, vt obseruetur, est de iustitia.*
85 *Priuilegia in remunerationem seruitiorum concessa, sunt irreuocabilia, etiam de plenitudine potestatis. Quod intellige vt ibi.*
86 *Actus iurisdictionales, sapientes merum imperium recensentur.*
87 *Priuilegia Messanensibus concessa, sunt etiam eius districtualibus concessa.*
88 *Custodia Territorij ad eum spectat, qui habet merum, & mixtum imperium.*
89 *Baro habens merum imperium dicitur magnus Dominus.*
90 *Priuilegium concessum Vrbi, dicitur concessum cuicunque ciui.*
91 *Ad iudicium accedens, dicitur venire in eo statu, in quo est causa.*
92 *In iudicijs inæqualitas contemnenda est.*
93 *Actor, & reus nõ debent ad imparia iudicari.*
94 *Scientia non præsumitur, nisi probetur.*
95 *Taciturnitas non nocet, vbi tacens scit, ius suum durare.*
96 *Rex an potest concedere iurisdictionem alicuius loci in præiudicium Ciuitatis in cuius Territorio est. Declara. num. 97.*
98 *Doctor intelligendus est secundum doctrinam, quam allegat.*

99 *Iurisdictio Casalium, & districtus Messanæ non potest alteri cõcedi in præiudicium ipsius Vrbis.*

100 *Rex etiam in rescriptis, & priuilegijs non præsumitur velle vni dare, & alteri auferre. Amplia. num.* 101.

102 *Priuilegij verba debent strictè interpretari, ne tertio præiudicent, & possunt impropriari, adeò vt potius reddantur otiosa, & superflua. Idem est in statutis. num.* 103.

104 *Princeps etiam de plenitudine potestatis absq; legitima causa, non potest ius alteri quæsitum auferre, & causa legitima intelligitur de publica, non de priuata. num.* 105.

106 *Exceptio dominij non obstat agenti possessorio. Amplia etiam si exceptio sit notoria. num.* 107.

108 *Agens in possessorio non cogitur super petitorio respondere, antequam restitutus sit.*

ARGVMENTVM.

Iurisdictio meri, & mixti imperij Ciuitati concessa, an possit deinde alteri in præiudicium ipsius Ciuitatis concedi. Sententia lata cum vno an noceat alteri non citato habenti interesse in consequentiam. Exceptio dominij an noceat possessorio agenti.

CONSILIVM II.

IESVS MARIA.

TAnti longè copiosius, & elegantius, celebres Aduocati, quibus eadem demandata fuit prouincia, causam hanc dicturi sint, vt ego parum in ea profuturus sim, nihilominus vt & ipse etiam susceptо oneri 1 satisfaciam, ac Patriæ naturale debitum persoluam (pro qua monet nos *Iurisconsul. in l. veluti.* cùm ibi notat *ff. de iust. & iur.* teneri quemquam pro viribus pugnare, docetq; *in l. penult. ff. de postul.* neminẽ debere aduersus eam, cuique patrocinium præstare, sic etiã respondit *Dec. cons.* 48. *nu.* 14. & notauit *Addit ad Petr. de Greg. de conceß. feud. quæst.* 10. *part.* 2. *lit. L. vers. & an teneantur.* vbi voluit id etiam intelligendum esse de Vassallo pro suo Domino; & contra secus agentes minatur. *Bal. in l. vnusquisque C. de infant. expos.* ciuilitatis, eiusq; priuilegij perditionem, *quem sequitur Lancell. Gall. cons.* 1. *num.* 1. *& sequ. Cepol. cons.* 58. *nu.* 6. *quem refert Cranet. cons.* 132. *num.* 24. *& addit. ad Petr. de Greg. loco allegato.* Quid ergo in re tam graui sentirem, scriptis committere decreui, meumq́ue iudicium qualecumq; fit interponere. Igitur ex infra quàm breuissimè ac dilucidè per me dicendis, facile mihi persuadeo posse subsistinere, sententiam latam per Regios Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis Vrbis Massanæ sub die 3. Nouembris 1605. quæ declarauit venditionem meri, & mixti imperij factam per Excellentiã Illustrissimi Domini Proregis Rurium Venetici, Sancti Martini, & Prasinaci Don Federico Spatafora anno 1603. quo ad Vrbem eiusq; Straticotum, & Iudices esse contra Regia Priuilegia, omninò confirmandam esse.

Primò igitur inquam, solum Vrbis Messanæ Magistratum in dictis Ruribus merum, ac mixtum imperium habere, idq́ue non tantum ex eiusdem Vrbis priuilegijs, verùm etiam & ex iuris dispositione. Illud namque Vrbi concessum fuit, non ex Priuilegijs hac nostra tantum tempestate concessis, siue confirmatis, sed ex antiquissima seculorum serie, per Romanos, Græcos, ac Serenissimos Regni Siciliæ Reges, non semel vnanimiter testantes, eos Vrbem singularissimis priuilegijs decorare in notabilium seruitiorum remunerationem ab Vrbe ipsa præstitorum, tam Romano Imperio à seruili bello mirabiliter infestato, quàm Arcadio Imperatori, quem cùm in Thessaloniæ Ciuitate sui rebelles obsessum detinebant, medio ex hoste Messanenses receperunt. Rogerio etiam Comiti à solis Messanensibus in Siciliam introducto, à quibus non sine maxima fortunarum suarum amissione, ac sanguinis effusione, ad ipsius Rogerij gratiam Agareni eiecti fuere. Et reliquis demum Regibus Siciliæ Regno successoribus, pro quorum corona tuenda, ac imperio conseruando, rebelles exterminantes, maxima, & penitus incredibilia subsistinuere damna Messanenses. Pro tantis itaque ab eis collatis seruitijs, Senatus Romanus, Arcadius, Rogerius, Henricus, Iacobus, Federicus, alijq́ue Reges voluerunt erga Messanam Vrbem eorum quasi necessariam imperialem liberalitatem exercere; Et vt posteris omnibus tantorum Priuilegiorum pateret ratio, ipsimet Principes ad maiorem Messanensium gloriam, futuræ ac æternæ memorię consulentes, in eisdem Priuilegijs, eorũ consiliorũ causam, ac munificentissimi animi motũ patefacere decreuerunt, Messanensium

nensium seruitia expresse recensentes.
3 Quorum Principum attestationibus de meritis in priuilegiorum concessione, omninò credendum dixere innumeri Patres, cùm simus in permissis, adeò vt benemerita ex speciali tantummodo Principum narratione probata dicantur. *ex glos. in cap. Pastoralis. in verb. exornare. de offic. deleg. Bart. in l. ambitiosa. colum. 2. ff. de decret. ab ordin. faciend. Bald. in l. ex his verbis. C. de milit. testam. DD. cap. 1. de probat. Soccin. sen. cons. 295. num. 8. vers. tertius casus. vol. 2.* inquiens ita sensisse *Bart. in l. si forte. ff. de Castr. pecul. Alex. cons. 18. vol. 1. & cons. 34. colum. fin. vol. 4. Ludou. decis. Perus. 3. num. 9. Ias. in cons. 227. num. 38. vol. 2. & cons. 101. nu. 15. & sequ. vol. 4. Decian. cons. 25. num. 38. vol. 1. Natt. cons. 122. num. 7. cons. 367. num. 16. & cons. 522. num. 31.* vbi negat posse ea in dubium reuocari. *Surd. plures referens cons. 419. num. 65. vol. 3.* & veram iuris conclusionem appellat *Roland. cons. 13. num. 42. volum. 3. Decian. d. cons. 25. num. 38. Bursat. cons. 16. sub num. 55. vol. 1. Rimin. iun. cons. 323. ante num. 24. vers. secundo moueor. vol. 3. Carol. Bardell. cons. 22. num. 35.* loquentes in terminis, quod in concessione priuilegij, Principis assertioni standum sit, de meritis attestatis. Nec oportet hic eximia Vrbis Priuilegia sigillatim recensere, cùm de illis perabundè diximus in præcedenti Consilio *in num. 11. cum multis sequentibus.* Vbi etiam demonstrauimus, quæ, & quanta sit confirmationis Priuilegiorum virtus. Quæ Priuilegia fuerunt de nouo confirmata cum clausula, [quatenus Ciuitas in possessione existat.] Vnde cùm constet, Veneticum, & dicta Casalia esse intra fines, & quod Ciuitas, eiusq; Magistratus tunc tẽporis, & etiã hodie existat in possessione suæ iurisdictionis meri, & mixti imperij in dictis Casalibus, vt per multos testes, & acta publica in Eulogio demonstratur, etiam facta ad instantiam Francisci Spatafora existentẽ Regio Straticoto cum Curia in Rure Venetici, clarè sequitur dicendum, respectu Venetici, Sancti Martini, & Prasinaci, dicta priuilegia esse in specie concessa, cùm subsequens possessio,
4 & exercitium administrationis meri, & mixti imperij in dictis Ruribus per Magistratum Vrbis declaret omnia dicta Priuilegia. *Bart. in cons. 59. commune Spoleti. Rom. cons. 271. Dominus Regens à Ponte. cons. 51. num. 28. & 29.* vbi
5 dicit, talem possessionem interpretatiuam non requirere longi temporis præscriptionem. *Dec. cons. 156. col. fin. Crau. cons. 201. num. 12. & cons. 294. Menoch. cons.*
6 *163. num. 8. vol. 2.* & maxime, quia subsequuta consuetudo, & obseruantia est fida interpres Priuilegiorum, & Statutorum. *cap. cum dilectus. de consuet. vbi Butr. l. si prius. §. placuit. ff. de aqua pluu. arcend. Loffr. cons. 36. Io Vinc. de Ann. alleg. 53. num. 290. sequitur Burgos. de Paz. cons. 15. Honded. cons. 92. num. 28. vol. 1. Laderch. cons. 61. num. 7. Octau. decis. Pedam. 136. Idem Menoch. cons. 983. num. 24. vol. 10.*
7 Et tale exercitium meri, & mixti imperij dicitur factum ex titulo præambulo, & sic vigore dictorum Priuilegiorum, *Glos. in l. 2. C. de acquir. poss. Abb. cons. 82. num. 4. & 5. vol. 1. Surd. cons. 429. num. 46.*
8 *vol. 3.* Et præsertim, cùm habeamus ex priuilegio Regis Ferdinandi dato in Oppido Vallisoleti die 25. Maij 1309. quod vsus, & consuetudines transeunt in priuilegium. Et iuris etiam est, consuetudinem à
9 Principe approbatam habere vim priuilegij. *Ias. in l. 1. in 1. lect. num. 37. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Io. Gars. de nobilit. glos. 1. §. 1. num. 61.* Constat autem de vsu, & consuetudine, dictum merum imperium fuisse administratum per Magistratum Vrbis; est ergo verum dicere, merum imperium esse ex priuilegijs ipsius Vrbis. Hæc autem priuilegia cùm sint
10 multa, dicuntur fortiora, & difficilius illis derogatur. *l. dubium. C. de repud. cap. prudentiam. de offic. deleg. Io. Bapt. Ferret. cons. 223. nu. 8.* Et maiorem vim habent, *Georg. Agart. de priuil. lib. 3. cap. 20. nu. 9. Amat. decis. Lucen. 17. num. 9.* Ex enarratis igitur priuilegijs nemini puto in dubium venire posse, quin Messana Vrbs, eiusque solus Magistratus debeat in dictis Ruribus ius dicere, & in eis merum, mixtumque imperium exercere.

Cæterum, si iuris dispositionem considerare nos decet, in eandem quoque sententiam incidemus; hoc tamen principa-
11 liter posito, merum, ac mixtum imperium præscriptione acquiri. *cap. Auditis. & cap. cum olim. de præscript. cap. dilectus. de offic. ordin. & cap. accedentibus. de Priuileg. Abb. cap. cum contingat. nu. 16. de for. competen. Alberic. l. fin. col. 2. cum sequ. C. de Iurisd. omn. Iudic. latè Ias. in l. Imperium. num. 20. ff. eod. Petr. Cyn. Archid. Ioan. Andr. & alij, quos refert, & sequitur Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 27. num. 3. vsque ad fin. Alb. cons. 64. num. 41. Menoch. cons. 1000. num. 62. vol. 10. Bammacar. de feud.*

tit. si de feud. defunct. conten. cap. si si quis per triginta. quæst. 16. num. 119. & sequen. Mascard. concl. 1052. nu. 14. vol. 2. Tusc. lit. l. concl. 545. nu. 1. vers. item præscriptione.

12 Et posse præscribi spatio quatraginta annorum, & licet requiratur tunc scientia Superioris, sufficit tamen, quòd sciant eius Officiales. *Alb. d. cons. 64. num. 51. Bursat. cons. 104. num. 19. Surd. d. cons. 429. num. 54. vol. 3.* vbi dicit communem esse opinionem, & refert alios. Manifesta est autem hic Officialium scientia, veniunt namque quolibet anno Sindicatores Regij tam in Vrbe Messanæ, quàm in Terra Rametteæ, vbi vident Officiales Vrbis, & Rametteæ exercere iurisdictionem meri, &

13 mixti imperij in Venetico; ex quibus dicũt probatam scientiã Officialiũ, *Menoch. d. cons. 1000. ante num. 66. Bero. cons. 118. num. 23. vol. 3. Lancell. de attent. part. 1. cap. 1. num. 81. in antiquis Surd. d. nu. 54.* Rursus ex factorum qualitate, *cap. 4. de translat. Prælat. Corn. cons. 268. vol. 4. Io. Bapt. Cost. in tract. de fact. scient. inspect. 72. in princ.* Quoniam pluries fuit litigatum super iurisdictione ciuili, & decisum tendere contra Regia Priuilegia, & Eulogia fueruut transmissa ad supremum Consilium Italiæ; Et pariter pluries, cum Curia ad Rus Venetici se contulit, Regius Straticotus pro visita, nec huiusmodi actus fiunt in abscondito, & inconsulto Prorege, cùm consueuerint Straticoti monitos facere Proreges ante eorum recessum, & similiter Iudex Messanæ, qui ob Straticoti recessum Locumtenentis fungitur potestate consueuit de omnibus illico Proregis Excellentiam certiorem facere; verum cur dubitandum de huiusmodi scientia, cùm & ipsemet Prorex Gonzaga expressis literis de ea fidem faciat, idemque fateatur (quod maius est) Maiestas Caroli Quinti. Et cùm dictarum literarum data legatur sub anno 1542. continens vsque ad hodierna tempora immemorabile tempus sexaginta annorum, & vltra, fateri omninò cogimur, perfectissimam esse præscriptionem, ex qua sequitur receptissima illa iuris conclusio, quod in

14 præscriptione immemorabili (cuiusmodi est ista, vt latissimè ostendam) neque Superioris, eiusque Officialium scientia, neque bona fides, siue titulus, nec aliquid aliud requiritur, cum omnia præsumantur ex longinquitate temporis immemorabilis. *Menoch. d. cons. 1000. num. 63. & sequent.* De scientia. est *text. in cap. cum Apostolica. & cap. cum ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælatis. Salic. l. auctoritatem. vers. quæro de quæstione facti. C. vnde vi. Decian. cons. 181. sub num. 4. Tusc. d. conclus. 545. num. 10.* De titulo est. *text. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. & æstiu. Menoch. lib. 3. præsumpt. 131. num. 43. Alba d. cons. 64. nu. 43.* De bona fide loquitur. *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 43. nu. 6. Idem cons. 90. nu. 75. Idem lib. 3. præsumpt. 130. num. 7. vbi multos refert. sequitur Ludouic. conclus. 15. col. 1. vers. alij autem.* qui loquitur in præscriptione iuris exigendi

15 gabellas tempore immemorabili, & concludit, non requiri scientiam Principis, nec titulum, nec bonam fidem, *alleg. Bart. Bald. Abb. & alios, de quibus per Boss. tit. qui vera poss. impon. nu. 4. & 5. Capic. decis. 148. num. 4.*

Quod autem Magistratus Vrbis acquisierit præscriptione iurisdictionem meri, & mixti imperij in Venetico, apparet per multa acta iurisdictionalia facta per Magistratum existentem in loco, per multos testes, ac etiam & per Franciscum Spatafora patrem Don Federici, qui coram Curia Straticotiali existente in Venetico prosequutus fuit delinquentes. Præterea constat, quod per Officiales Rametteæ, dum Curia Straticotialis non est in visita, fuit semper administratum merum imperium ad nomen dictæ Curiæ Straticotia-

16 lis; Merum autem imperium non solùm consistit in exequendo, verum etiam & in exercendo; nam si carceratur aliquis pro causa, quæ est meri imperij, tunc illa cognitio dicitur meri imperij. *ex Bald. in repet. l. Imperium. num. 8. ff. de iurisd. omn. Iud. allegat l. 1. de in ius vocand. Bart. in arbore iurisd. in ff. in lit. C.* Quod etiam comprobatur ex literis informatiuis Ferdinandi Gonzaga olim Proregis anno 1542. rescribentis in responsum Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti ad instantiam Franciscí Spatafora, Curiam Straticotialem semper exercuisse merum, & mixtum imperium in Venetico, quas literas, & prosequutiones factas per dictum Franciscum

17 coram Curia Straticotiali, cùm semel approbauerit, non potest amplius impugnare. *l. cum mulier. la prima. ff. solut. matrim. l. si quis testibus. C. de test. l. Pomponius scribit. ff. de negot. gest. reg. quod semel. de reg. iur. in 6. Oldrad. cons. 28. circa primum. in princ. Bec. cons. 3. num. 39. Emil. cons. 47. num. 10. Rimin. iun. in cons. 144. num. 248. lib. 3.* Hæc enim acta iurisdictionalia

18 ostendunt possessionem iurisdictionis, & sufficiunt pro præscriptione dicti meri, &

mixti

mixti imperij, *ex Alb.d. conſ. 64. num. 16. & ibi addit. in lit. C. vbi multos refert. Menoch. d. conſ. 1000. num. 4. & ſequ. Tuſc. d. concluſ. 545. num. 2. Surd. & alij ſupra allegati. Maſcard. concluſ. 1052. num. 15. & ſequ. vol. 2.* vbi etiam dicit ſufficere teſtes ſingulares, *Tuſc. vbi ſupra. num. 14.*

Verùm enimuero non ſatis difficile exiſtimo, Illuſtriſsimorum Dominorum motiua diſſoluere, quamnis acutè excitata, ex nonnullis ſcripturis de nouo præſentatis per Don Federicum. Obijciunt namque, quod tempore venditionis meri, & mixti imperij poſsidebat illud Magna Curia, & non Curia Straticotialis, & eius poſſeſsio erat vigore literarum Viceregiarum Regiæ Curiæ Straticotiali directarum, mandantium, vt ſe abſtineret ab exercitio iuriſdictionis meri, & mixti imperij, quibus literis annuit Straticotialis Curia, vnde inferunt, quod ex poſſeſsione per vndecim annos continuata, per Magnam Curiam amiſit poſſeſsionem, & conſequenter legitimè Magna Curia vendidit tamquam illa, quę erat in poſſeſsione, & Curia Straticotialis cùm poſſeſsionem amiſerit, non potuit reintegrari; multo minus via ſpolij de recenti. Sed huic obiectioni reſpondetur, non poſſe in facto negari antiquiorem eſſe poſſeſsionem Regiæ Curiæ Straticotialis, at quan
19 do conſtat de antiquiori poſſeſsione alicuius, actus poſtea per alium geſti non probant poſſeſsionẽ, ſed potius turbationem. *l. quamuis §. ſi conductor, cum ibi notat per Alex. & Doct. ff. de acquir. poſſeſſ. dixit Afflict. deciſ. 167. num. 3. & ſequen.* Vnde cùm appareat de antiquiori Magiſtratus Vrbis poſſeſsione, actus iuriſdictionales geſti per Magnam Regiam Curiam non probant poſſeſsionem, ſed potius turbationem, maximè cùm omnes
20 fuerint facti abſente Magiſtratu, eoque inſcio, quia dicuntur clandeſtini, & in nihilo præiudicant, vt tenet *Afflict. d. deciſ. 167. verſ. ex parte dicti Rubini.* Quatenus verò dicitur, quod proceſsit vigore literarum Viceregiarum. Reſpondetur primò, quod non apparebit in facto, dictas literas fuiſſe præſentatas per Curiã Straticotialẽ, nec per alios Officiales Vrbis, ad quos præſentatio poſſet ſpectare, & ideo potius dicendum, aſſertas literas eſſe reſeruatas in arca Don Federici, de quibus nunquam fuit aliqua habita ſcientia, nec notitia, & poterit videri ex ipſis literis, nullam apparere præſentationem, igitur de illis eſt iudicandum, & omninò dicendum, ſicut de alijs aſſertis actis clandeſtinis, & occultis. *Afflict. d. deciſ. 167.* eoq; magis, cùm adſit fides Officialium Archiuij atteſtantium in actis Archiuij non eſſe tales literas. Secundò, tunc diceretur Fi-
21 ſcus Regius Magnæ Regiæ Curiæ poſitus iuſtè in poſſeſsionem vigore dictarum aſſertarum literarum, quando miſſus fuiſſet in poſſeſsionem citato Regio Fiſco Curiæ Straticotialis tamquam vero poſſeſſore dictæ iuriſdictionis, & Senatu Vrbis Meſſanæ, quod cùm factum non fuerit, iuſtam poſſeſsionem allegare non poteſt, vt declarant *text. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. num. 5. Iaſ. num. 9. in fin. allegat. gloſ. & alios. Honded. conſ. 20. num. 29. vol. 1. Afflict. vbi ſupra.* Et cum conſtet Regiam Curiam Straticotialem Venetici Rus adiuiſſe anno 1591. ibiq; iuriſdictionem exercuiſſe, nam poſuit currulam in turri ad torquendos reos, qui iuriſdictionis actus ſufficit, quo-
22 niam vtens iuriſdictione in aliquo actu, illam acquirit quoad omnes actus, qui ſunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis. *Cin. Salic. Bald. & alij, ques refert. & ſequitur Surd. conſ. 429. num. 45.* nec quia exinde amplius ad dictum Rus non acceſsit, recte dici poteſt, medio hoc tempore, per non vſum amiſiſſe poſſeſsionem, cum iu-
23 riſdictio per non vſum non perditur, etiã quoad poſſeſsionem, niſi ex quo volens vti prohiberetur. *Bal. in l. imperium. nu. 11. verſ. vlt. vnum dico ff. de iuriſd. omn. Iud. allegat. l. in filijs. C. de decurion. lib. 10. & alia iura.* At numquam apparebit, fuiſſe vetitum Curiæ Straticotiali, ne vtatur iuriſdictione ſua, non obſtantibus dictis literis, quibus iam fuit reſponſum; ergo verum erit dicere poſſeſsionem ſemper fuiſſe retentam per Magiſtratum Vrbis,
24 cùm abſens animo retineat poſſeſsionem *l. id quod. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. l. clam poſſidere. §. qui ad Nundinas. ff. eod. Afflict. d. deciſ. 167.* Satis rectè igitur, dum Senatus Meſſanenſis habuit ſcientiam de prædicta venditione, & nonnullis actis, timens, ſiue recognoſcens ſe turbari in ſua poſſeſsione, recurrit illico ad Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis Regios Delegatos in cognitione Priuilegiorum, & dictã venditionem cum omnibus præiudicialibus allegauit tendere contra Regia Priuilegia, prout iuſtè obtinuit; Princeps
25 namque non poteſt tollere poſſeſsionem alterius, eo non vocato, nec audito in iuribus ſuis. *cap. 1. de natur. feud. cap. 1. de feud. ſine culpa amittend. Menoch. de re-*

cuper

cuper. remed. 8. *num.* 65. & aliàs in similibus sic solitum fuit procedi, prout ex protestatis in Eulogio apparet de Abbate Terræ Italæ, qui cùm per plures annos continuasset exercere iurisdictionem spectantem ad Regiam Curiam Straticotialem in dicta Terra, tandem cùm hæc ad aures Senatus peruenissent, fuerunt omnia allegata, & decisa tendere contra Regia Priuilegia, suntque multa alia protestata in dicto Eulogio his non dissimilia.

Ad secundum motiuum, quod Rametta non sit de antiquo de districtu, nisi post Priuilegium aggregationis, & quod Veneticum erat ante sub Barone, & Messana non tenet Priuilegium meri imperij in Terris Baronum. Insuper, quod statim ac fuit declaratum Rus Venetici sub Barone, fuit egressum de districtu, & quod sententiæ latæ contra Rametam præiudicant Vrbi, cùm principale interesse habebat Rametta, & illam sufficit citasse, vti legitimam contradictricem. Respondetur primò, Rametam semper fuisse sub iurisdictione Vrbis, & est veritas, quę tergiuersari non potest, sunt enim innumeri actus, ac testes. Idque expresse indicant præmissa Priuilegia constituentia Lapides Vrbis, à Leontino vsque ad Pactas; Rametta autem est intra fines, vt est notum. Assertus actus non obstat, quia licet Rex illum voluerit facere, tamen dicendum est, quod cùm statim reduxit ad Demanium, fuisse pro veritate, & realitate facti, & ad petitionem, & Vrbis, & Rametæ, cui licet Rex fecerit illum actum præiudicialem, tamen exinde, cùm non
26 sit eius intentionis afferre præiudicium tertio, omnia in pristinum statum reduxit, cùm ei id tantum placere dicimus, quod est iustum, *l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. l. quoties. C. de precib. Imper. offer. à Pont. d. cons.* 51. *num.* 17. Et licet non appareat de expressa reductione, tamen ita præsumendum est, cùm constet de dicto titulo Vrbis, Constet etiam Regem restituisse pecunias, quod minimè fecisset, si res ita non se haberet. *arg. l. cum de indebito. ff. de probat.* Vnde cùm Rex re-
27 stituisset Ramettam ad Demanium, est clarum, reuersam fuisse ad antiquum statũ. & primæua iura, vt notat *text. in cap.* 1. *de Vassall. qui contra constit. Lotha. facit tex. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cap. ab exordio* 35. *distinct. Rip. lib.* 2. *de rescript. & Præl. ac Princip. Grat. d. respons.* 25. *num.* 25. Respondetur secundò, nil operari, si Veneticum erat ante sub Barone, quia tunc non erat Baro, cui fuisset concessum Rus cum Vassallis, nam tunc diceretur, fuisse concessam iurisdictionem
28 ciuilem, cùm illa veniat concesso feudo cum Vassallis, & Territorio. *Bal. cap.* 1. *col.* 2. *de allod. & post multos Octau. Bammacar. si de feud. defunct. cap. in generali. quæst.* 7. *num.* 107. *& sequ.* sed ipsi Baroni tunc fuit venditum feudum sine Vassallis, et legatur venditio Venetici, nam venduntur Burgenses, & Vassalli, & in exequutorijs corriguntur dicta verba, vt ex actu venditionis in Eulogio apparet. Pręterea, licet Rex, quando vendidit feudum Venetici, cõcesserit iurisdictionem (quod negamus) tamen quia iurisdictio erat Ma
29 gistratus Vrbis, impropriantur verba, nec posita præsumuntur, ne inferant damnum ipsi Vrbi. *cap. super eo. de offic. deleg. vbi Dec. in* 1. *limit. Capiblan. d. loco nu.* 32. *allegat text. in l.* 3. *§. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Aluarot. cap. vnico. §. fin. quib. mod. feud. amit. Soccin. l.* 1. *nu.* 27. *ff. de acquir. poßeß.* Nam non dicitur concessa, nisi illa iurisdictio, quæ erat tempore concessionis penes Regem, vt præallegati asserunt, *& à Pont. d. cons.* 51. *nu.* 12. *& sequ.* Comprobantur hæc, ex quo vix sunt anni sexaginta, quod petijt iurisdictionem à Cæsarea Maiestate Caroli Quinti Imperatoris, vnde nulli dubium est, si erat sub Barone, quoniam feudum erat sub Barone, & non iurisdictio, & vocabatur Baro feudi Venetici, & nõ Terrę, & sunt multi Barones, qui vocantur Barones Feudorum habentium nomen à Terris, vbi sunt sita feuda, & nihilominus Terræ sunt sub iurisdictione Vrbis, prout est Baro Galterij, Baro Prothonotarij, & Barones multorum Casalium in plana Milatij, & Castri Regalis. Præterea esto quod Veneticũ erat ante sub Barone, ipse tamen suiq; antecessores, nullam tunc habebant iurisdictionem, sed erat penes Magistratum Vrbis, consequenter hoc nihil infert.

Rursus in facto constat, Messanam habere merum, & mixtum imperium in Terris Baronum, & non est inconueniens, quod ipsa hoc habeat, cùm de hoc teneat speciale Priuilegium Regis Manfredi, vt supra dixi, per quod declaratur, quod in eius confinibus, tam in Terris Demanialibus, quàm Comitum, & Baronum, & personarum Ecclesiæ, merum, & mixtum imperium est Curiæ Straticotialis, & eius confines, ostendi supra ex multis Priuilegijs, esse à Leontino vsque ad Pactas; Et apparet in facto in multis Terris, & Casalibus

salibus Baronum Vrbem merum imperium habere, vt in Terra Miridi, cuius iurisdictio ciuilis exercetur per Viscontem Rizzo, & merum, mixtumque imperium per Regiam Curiam Straticotialem. Sic etiam in Itala, Sabuca, & Rure Vetero, in quibus iurisdictio ciuilis exercetur per Officiales electos per Archimandritam, & Abbatem, & tamen merum, & mixtum imperium in dictis locis exercetur per Magistratum Vrbis, quod de iure nec
31 est controuersum, cum iurisdictio in Terra Baronis potest esse penes alium. *Afflict. constitut. si dubitatio. in 2. notab. Vincent. de Franc. decis. 22. & decis. 316. Capiblan. vbi supra. num. 34. & sequent.* præter alios, qui possent allegari. Præterea quatenus Sua Maiestas voluit segregare dictum Casale à Terra Rametæ, & dare Don Federico Spatafora, dicendum est, non posse partem prætendere separationem à districtu, tum quia
32 multò ante erat fundatum, & vnitum tanquam de Casalibus Vrbis, quod fuit de iurisdictione Vrbis, vti propinquioris, & adiacentis. *Bal. cap. cum olim. de præscript. l. nulli. vers. quod si in vico. C. de sacrosanct. Eccles. l. 3. vers. quod si cui. C. de natur. liber. l. qui ex Vico. ff. ad municipales. à Pont. d. conf. 51. num. 2. Franc. d. decis. 316 Capiblanc. vbi supra, nu. 32.* & eo ipso quod diximus esse de iurisdictione, erit de
33 Territorio, cùm Territorium ab eo dictum, tradidit Iurisconsultus, quod Magistratus eius loci, & intra eos fines terrendi, seu submouendi ius habeat, *l. pupilli. §. Territorium. ff. de verbor. signif.* vn-
34 de probata iurisdictione, seu illius exercitio à Magistratu Vrbis, probatur locum esse de Territorio. *Bal. in l. data opera. col. 8. num. 43. C. qui accus. non poss. Alex. conf. 23. vol. 5. Albert. Brun. conf. 34. in fin. & per tot. à Pont. d. conf. 51. num. 4.* tum quia concessio dicti Casalis facta per suam Maiestatem, intelligitur quo ad ea, quæ penes ipsum erant, nõ quo ad ea, quę prius concesserat Vrbi Messanæ, maximè quando concessio potest fiare sine præiudicio
35 tertij, quem lædere nunquam præsumitur Regem velle. *l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. l. eum qui tabernas. ff. de contraben. empt. cum vulg.* Vnde licet sententia segregauerit illud à Rametta, non per hoc est egressũ de districtu Messanæ, nam non ex quo erat sub Rametta ideò erat subditũ Messanæ, cũ iurisdictio, vt dixi, ostendat esse de eius Territorio, & licet quoad iurisdictionem ciuilem prætensam contra Rametam fuerint diuisa dicta Casalia, tamen remanent quoad alia, & sic quoad merum imperium vti Casalia Ciuitatis *l. 1. C. de metropol. Berit. lib. 11. vbi Angel. in 1. addict. ad Bart. Vinc. de Franc. d. decis. 316. num. 4.*

36 Rursus non per diuisiones factas iurisdictionum, vel mutationes fit ex hoc præiudicium antiquis iuribus in illo Territorio alteri competentibus, nec Territorium mutatur, aut recipit alterationem, sed idem semper iudicatur; solet allegari communiter *Glos. in Clem. ne Romani. in vers. Diocesis. de elect. Ant. de Butr. cap. quærimoniam. in fin. de iur. patron. Felin. cap. cum causam. column. penult. in fin. vers. 2. scias. de probat. Albert. Brun. d. cons. 34. nu. 5. vers. non obstat si dicatur. à Pont. d. cons. 51. num. 6. & 7.*

37 Quatenus verò dicitur sententiam latã contra Rametam præiudicasse Vrbi, cùm fuerit satis, citasse Rametam tamquam legitimam contradictricem, & principale interesse habentem, de quo *Glos. & DD. in l. de vno quoque. ff. de re iudic. Torret. conf. 92. lib. 1. nu. 7. Gabr. de citat. concl. 1. nu. 300. limit. 9. Cravet. conf. 408. lib. 3. nu. 33.* nihilominus istæ decisiones, & aliæ, quæ possent allegari, non habent locum, nisi in terminis suis, videlicet in casu, quando agitur de eadem rè; nam tunc verum est dicere, quod sententia lata cum vno, præiudicat alteri habenti interesse secundario, vel in consequentiam; exem-
38 plificant Doctores in sententia lata contra hæredem, an noceat legatarijs, vel fideicommissario, & etiam in sententia lata contra possessorem maioratus, seu rei vinculatæ, & in hoc varię sunt opiniones, quæ fædere distinctionis possunt cõciliari, quia verè non est materia nostra, & sufficit allegare Doctores, qui tractant istam conclusionẽ, vt latè post infinitos *Menoch. conf. 502. lib. 6. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 8. Pinnel. in l. 1. part. 3. nu. 48. cum sequ. C. de bon. mater. & in authen. nisi tricennale nu. 52. Fannuc. de inuent. part. 5. num. 22. vsque ad 34. Dec. consil. 445. num. 23. vsque ad num. 45.* In præmissis enim casibus vel agitur de eadem re, vel de altera, quæ tamen venit in consequentiam, nos autem versamur in alia materia, & in diuerso casu, quandoquidem iurisdictio, quam habet Vrbs Messana non est illa, quam habet Vniuersitas Rametæ, vt satis in facto apparet; nam Vrbs Messanæ, eiusq; Straticotus habent superiorem iurisdictionem, & non potest esse illa, quam

habet

habet Rametta, cùm iurisdictio Rametæ consistat in cognoscendis causis à relegatione infra, causas verò cognoscere à relegatione supra, sit iurisdictionis Magistratus Vrbis Messanæ; Quod probatur latè ex depositionibus testium, electione Officialium, proclamatum publicatione, captura personarum, transmissione citationum, appositione currulæ, & ex alijs his similibus actis, quod etiam in facto hodie apparet, nam iurisdictio prætensa ciuilis contra Rametam, quam exercet Don Federicus, est satis diuersa à mero, & mixto imperio, quod inde emit à Regia Curia, quod est Curiæ Regiæ Straticotialis, post multos *Mascard. de probat. concl.* 946. *lib.* 2. *& conclus.* 1081. *lib.* 3. *Afflict. decis.* 325. *Menoch. de retin. possess. rem.* 3. *quæst.* 72.

39 Verùm respondetur id procedere quãtum ad hoc, ne sententia reddatur nulla, non autem quod tertio incitato noceat, *Alex. cons.* 84. *num.* 16. *lib.* 3. *& in d. l. de vno quoque. nu.* 17. *Capic. decis.* 107. *nu.* 4. *Octauian. decis. Pedam.* 157. *num.* 9. 10. *& 13. Asin. in prax. cap.* 5. §. 7. *fallen.* 7. *num.* 6. & secundum hanc intelligentiam iudicatum testatur. *Gabr. cons.* 43. *nu.* 34. *& 35. lib.* 1. *Ias. in l. decem. num.* 42. *ff. de verbor. oblig. Soccin. iun. cons.* 181 *num.* 97. *lib.* 2. *Bursat. cons.* 203. *nu.* 19. *&* 20. *lib.* 2. *vbi latissimè.*

40 Respondetur etiam procedere quo ad illos, qui habent ius de futuro, non autem de presenti, licet secundariũ. *Crot. in l. filiusfamilias.* §. *Diui. ff. de legat.* 1. *num.* 132. *Socc. iun. num.* 137. *Bolognet. num.* 170. *&* 179. *Bursat. dicto cons.* 203. *num.* 17. *&* 23. & sic dicta sentẽtia non noceret Vrbi; dato, quod haberet ius secundario, cùm tamen sit de præsenti.

Respondetur præterea, Vrbem habere principale interesse, vt dictum est, & non secundarium, quod, vt sciatur, inspicien-

41 dum est, an eius lis pendeat à iure illius cõtradictoris, qui in iudicio comparuit, & tunc dicetur secundarium. *Couar. pract. quæst. cap.* 13. *num.* 5. *Dec. cons.* 342. *num.* 7. *Bursat. cons.* 307. *num.* 107. sed in hoc casu ius Vrbis non pendet à iure alterius, quia ad ipsam principaliter spectat iurisdictio, non autem respectu iurisdictionis Rametæ, quia deficiente iurisdictione Rametæ, non deficit iurisdictio Straticoti. Hinc est, quod accessorium dupliciter potest considerari, primò, quando nõ potest stare sine principali, sicut institutiones, & fideicommissa non possunt stare sine testamento; secundò, quando potest stare sine suo principali, vt creditum potest stare sine hypoteca, aut fideiussore. *Cagnol. in l. cum principalis. num.* 4. *de reg. iur.* Ad propositum dico, quod cum interesse Vrbis possit stare de per se, erat omninò citanda, quia regula in contrarium procedit, quando interesse secundarium sine suo principali stare nequit, *Bursat. d. cons.* 203. *num.* 24. Item, & respon-

42 detur, quod si Vrbs non habet principale interesse (quod non est verum) saltim habet coæquale, & tunc sine dubio citari debuit, vt videmus in cohæredibus, & legatarijs. *DD. in d.* §. *Diui. Octau. d. decis. Pedam.* 157. *Crot. cons.* 19. *Tob. cons.* 77. *nu.* 7. *Bursat. d. cons.* 203. *nu.* 24. *& d. cons.* 307. *vol.* 3.

Ad motiuum, quod Priuilegia præsentata in Eulogio sunt transumpta sine authenticatione, respondetur, satis authentica dici posse, cùm ipsa exempla sumpta

43 sint ab Archiuio publico, & exemplata per Notarium, & alios Officiales ad id deputatos, qui præsumuntur scribere veritatem, *cap. ad audientiam, de præscript.*

44 quæ conclusio procedit tam inter subditos, quàm non subditos ipsi Archiuio, & Officialis, qui extrahit dicta exemplà, est destinatus à sua Catholica Maiestate, quia Magister Notarius Bancæ creatur à Rege, & Notarij Secretarij Bancæ creantur à Senatu Messanensi virtute Priuilegij Regis Alfonsi, vnde cùm omnes sint creati à Rege, seu auctoritate Regia, non potest dubitari, quin dicantur habere iurisdictiones inter omnes maximè hic, quod Don Federicus Spatafora est Messanensis. *Bolognet. cons.* 1. *vol.* 1. *num.* 63. *vsque ad num.* 67. vbi & iura, & auctoritates adducit, tanto magis, quod originalia ad libitum, cuius interest, possunt videri.

Nec pariter obstat, Iurisdictionis probationes, Eulogia, eorumque sententiæ, cæteraque omnia ad hæc necessaria, parte incitata processisse, quandoquidem hæc antiquissima iudicandi praxis inter nos inoleuit, vt in compilatione Eulogij, ac in decisione Contrapriuilegii, nulla aliqua citatio fuerit hactenus adhibita, & hoc iure hucusque viuimus; Quem iudicandi modum vidimus exinde fuisse confirmatum ex sententia per Iudices Straticotiales Regios Delegatos lata, cum fuit per ipsos declaratum tendere contra Vrbis Messanæ Priuilegia literas inuictissimi Regis nostri Philippi III. quibus mandauerat, vt deinceps Fisco audito huiusmodi

deter-

determinationes, ac decreta fierent, cuius decisionis vidimus factam reductionem ad pristinum, die 20. Nouembris 1608. ac Eulogium ad supremum Italiæ transmissum, quod cùm adhuc decisum non fuerit, fatendum est, Messanam Vrbem antiquissimam eius possessionem seruare;

45 De quo tamen stylo, ac iudicandi forma possunt Illustr. DD. Regentes etiam in cammera se informare parte incitata, per ea quæ dixit *Rocc. de Curt. cap. fin. de consuet. num. 647. quæst. 8. in fin. Felin. cap. 2. Fallent. 12. de test. Ludou. conclus. 38. ampliat. 6. vbi quam plures refert. Rol. à Val. cons. 44. num. 36. vol. 1.* Nec est nouum

46 de iure, antiquissimam consuetudinem vim priuilegij obtinere, *ad text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. æstiu. Guid. Pap. decis. 349. Gabr. lib. 5. comm. opin. tit. de præscript. conclus. 1. num. 44.*

47 *& alij passim.* Quod in Vrbe Messanæ præcipuum est, hoc enim ipsa gaudet speciali Priuilegio, vt in ea vsus, & consuetudines in vim priuilegij trãseãt, vt cõstat ex multis retro Principũ concessionibus, & nouissimè ex illis Cæsareæ Maiestatis Caroli Quinti Imperatoris, & Ioannæ Matris.

Præterea esset destruere, & annullare tot, tantaq́ue Eulogia sub hoc modo procedendi confecta, quod expressè iura prohibent, *ex alleg. per Bertaz. cons. ciu. 22. num. 17. vers. 4. & vlt.* Igitur dicendum est, ritè, ac rectè fuisse sic processum. Vlterius sciendũ est, non esse solius Vrbis Messanæ hunc iudicandi modum seruare, cùm referat *Fontan. de pact. nupt. claus. 3. glos. 2. num. 9.* etiam in Cathaloniæ Principatu hoc iure vti, & admoneat *Ioseph Ses. de inhibit. in Anacephaleosi num. 90. cum sequ.* In Regno Aragoniæ Contrapriuilegij declarationes absque vlla citatione fieri. Idq́ue (ni fallor) fuit ex mente

48 Regis Ioannis qui cum mandauerit Contrapriuilegij iudicium octo dierum instantiam habere, infra quos causam omninò terminandam statuit, inferendum est, omnia incitata parte fieri voluisse; Impossibile est namque, causæ cognitionem tam

49 breui temporis spatio circumscribere. *ad text. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iud.* Vnde consequens est necessarium, nullam requiri citationem in ijs, in quibus causæ

50 cognitio non est adhibenda. *ex Glos. in l. 3. §. si causa cognita. ff. de bon. poss. Bart. in l. 1. num. 3. C. quorum bonorum. Gabr. tit. de citat. conclus. 1. num. 347.*

Sed nec putent alij, hunc procedendi modum esse penitus à Iure deuium, ostendam etenim, veteres illi Maiores nostri summa cum ratione id egisse, nec Iure contradicente, dummodo vnum verisi-

51 mum supponamus; Regios Iudices Regiæ Cur. Straticotialis, omnes literas, & quas vis ordinationes emanatas à quocunque Tribunali, quæ sint contra Priuilegia, non teneri exequi donec moderentur secundum iustitiam, & in hoc tanquam Delegatos Regios, repræsentare eumdem Magistratum, à quo emanantur literæ, siue ordinationes, quod ex particularibus eiusdem Vrbis Priuilegijs expressè cauetur. Statuit namque Rogerius Rex, nullum fieri mandatum, quod sit contra Priuilegia, & si fieri contingat, nulli executioni demandetur, donec fuerit per iustitiam moderatum. Placuit & Manfredo Regi idem confirmare, quinimmò & perpetuò id obseruari iussit, cũ scripserit Straticoto, quod si contingat mandatum fieri contra ius, & Priuilegia Messanæ, non aliter exequatur, quin prius fuerit per iustitiam regulatum. Idemq́; pariter repetitũ legimus in literis Regis Martini, Straticoto, & Iuratis directis, in quibus ipsos monitos facit, vt si quid est in Regijs rescriptis, quod eorum Iuribus, ac Priuilegijs aduersari videatur, nequaquã turbentur, cùm sciant, eos mandatum generale habere, vt in exequutione rescripti ab ipso emanati supersedeant, si quid illud contineat contra Vniuersitatem, vel particulares, & ipsi rescribant, qui se vltro offert iuxta consilium Iuratorum deliberare; Quæ omnia confirmauit felicissima Philippi II. Maiestas. Hoc posito est clarum in iure,

52 quod ille Iudex, qui ordinat aliquid de facto partibus incitatis, eodem modo, quo ordinauit nulla parte citata, potest reuocare, & retractare. *Clem. Pastor. in fin. de re iudic. Alex. cons. 5. nu. 4. vol. 2. Bald. in l. fin. C. de edic. diu. adr. toll. & cons. 135.*

53 *vol. 1.* Et sicut est facilis in dãdo, ita debet etiam esse facilis in reuocando, *l. 1. §. hoc edictũ. ff. si mulier ventr. nom. Rom. sing. 766.*

54 vbi loquitur, quando quis priuatur sua possessione sine citatione, quod eodẽ modo debet reintegrari. *alleg. Innoc. in cap. quærelam. de eleti. Bal. l. si pacto quo pænam. C. de pact. Bertaz. cons. 330. in crim. vol. 2.* Non est igitur dubitandum, posse procedere de facto Regios Iudices, cùm ipsi repræsentent personam illius Magistratus, & Iudicis, à quo fuit facta ordinatio sic de facto. Idem dicendum est respectu testiũ,

quia

quia si esset necesse producere testes parte citata, non esset producere ad reuocationem de facto.

Præterea hoc iudicium per viam Eulogij est summarium possessorium, in quo id de facto factum, eodem modo summariè sic breui termino dierum octo reuocatur,
55 & testes in summario possessorio etiã pãrte non citata probant. *Mascard. conclus. 1366. nu 9. refert. Alex. cons. 147. in princ. vol. 6. Neuiz. cons. 86. nu. 7. Cephal. cons. 19. in fin. vol. 1. Rol. à Val. cons 8. nu. 39. vol. 4. Dec. cons. 559. num. 8. Farin. quæst. 71. nu. 71. vers. sed quod in possessorio.*

56 Nec dicant alij in subsantiando processu regulare esse, vt citatio interueniat, *ex Bart. in l. prolatam. C. de sentent. Dec. cons. 528. col. 2. in fin. Berou. cons. 19. nu. 35. & cons. 65. nu. 150. vol. 1. Rol. cons. 53. nu. 20. & 23. vol. 4.* Et maximè quod cum
57 ex eo processu sententia proferri debeat, per consequens citatio prçcedere oporteat, *c. nos in quemquam. 2. q. 1. c. 1. de cau. poss. & propr. l. ea, quæ. C. quomo. & quan.*
58 *Iud.* Iuris namque est, sententiam ipso iure nullam esse, si contra consuetum iudiciariũ ordinem proferatur, *cap. inter quatuor. & ibi Imol. Abb. & alij, de maiorit. & obed. Canon. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. extra de cõstit. Bero. cons. 146. vol. 3. Curt. sen. cons. 20. col. 1. in princ. dub. & cons. 21. col. 2.* Quamuis enim prænarratæ conclusiones verisimæ sint; nihilominus animaduertendũ; declarare quid esse contra Priuilegia, nequaquã sententiã esse, sed tantũmodo consilium per Iudices Regios Delegatos DD. Iuratis prçstitum extraiudicialiter quod olim quilibet Iurisconsutus prçstare consueuit, quousque placuit Alfonso Regi in Priuilegijs cõcessis anno 1422. & 1432. vt à Iudicibus Curiæ Straticotialis præstetur. Et inde Ferdinãdus Rex sub eodem consilij termino loquens, Doctorũ Collegio, ac Iudicibus expresse mandauit vt liberè consulant, an Rescripta sint contra Priuilegia. Ibique approbat Rex Statutum, siue Consuetudinem, quæ introduxit, vt in his consilium prçstetur. Ex quo fit, vt necessario sequatur hac in re nullam requiri citationem. Vera est enim
60 Iuris præpositio, non oportere Consultorem partes citare. sic docet *Bart. in l. iubemus. C. de appellat. Aret. post Angel. & Imol. l. 1. §. 1. vers. quæro an consultor. ff.*
61 *eod.* Etenim Consultor non profert sententiam, immò nec interlocutoriam, sed tantummodo consilium præstat, solet ad hoc allegari singularis *Glos. in l. vbi falsi. C. ad l. Cornel. de fals. Bart. in l. fin. col. fin. ff. de fer. Gabr. tit. de citat. concl. 1. limit. 109. nu. 504.*

His omnibus adde, hanc Contrapriuilegij declarationẽ non fieri super processu formiter, siue sollemniter confecto, vt forsan contrarij putant; siquidem cum datur occasio, quoddam Eulogium in Iuratorũ officio ab ipsismet Iuratis formatur, quod deinde Curiæ Straticotialis Iudicibus prçsentatur, vt hi diligenter illud cõsiderãtes consultent, si quid est in eo, quod Vrbis Priuilegijs aduersetur. Ad simplicem igitur Iudicum Consultorum informationẽ cùm formetur Eulogium, nulli dubiũ est, quin citatio nequaquam sit necessaria.
62 Apertissimi namque iuris est, Iudicem ad suam informationem procedentẽ, non teneri partes citare. *Gabr. tit. de cit. concl. 1. nu. 544. limit. 14.* vbi multas congerit auctoritates; conueniunt relata per *Cin. l. 2. vers. requiritur. C. quę sit long. consuet.*
63 & inquit *Dec. in cons. 447.* in probatione facta ad informandum, partis citationem non requiri. Inde est, vt dixerit *Bald. in l. si qua per calumniam. sub nu. 2. C. de Episc. & Cler.* quod si Clericus à Iudice laico captus petierit remissionem ad suum Iudicem, allegans capturam esse contra eius Clericale Priuilegium, ad quod obtinendum, præsentauerit Clericatus Instrumẽtum, quod tunc nulla requiritur partis citatio; Illa enim præsentatio instrumenti ad solam Iudicis instructionẽ fit, vt declaret an captura sit contra Clericatus Priuilegia.

Verùm obijcient forsan alij, hanc Contrapriuilegij declarationem esse quandam speciem interlocutoriæ sententiæ; nihil
65 ominus & si concedamus hoc, adhuc nec exigit ius in ea proferẽda partis citationẽ *ex trad. per glos. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. vbi præter Bart. & Ias. DD. omnes. ff. de offic. Proc. & in l. recusare. in princ. in verb. postuletur. ff. ad Trebel. Felin. in cap. per vestras col. 2. de sent. excomm.* Fateturque *Abb. in cap. auditis. num. 6. de procur.* id
66 absque vlla difficultate locum sibi vendicare, vbi interlocutoria modicum, ac leue afferret præiudicium, quam sententiã communem testantur *Bart. & Ias. in d. §. vbi decretum. nu. 23.* eamq; pariter communem dicit *Ruin. cons. 69 num. 6. vol. 5. Soc. cons. 10. sub nu. 10. vol. 4. Cranet. cons. 179. col. 3. vers. sexto respondeo. & Gabr. innumeros referens in d. conclus. 1. nu. 406. & nouissime Vant. de nullit. in tit. qual. sentẽt. repar. poss. num. 106.* Generale est etenim
67 vt absque partis citatione expediantur, ac

termi-

terminentur ea omnia, quæ leuiter præiudicant ex *Cauet. conſ.* 182. *num.* 17. & *ante eum docuit Bart. in l.* 3. §. *ſi cauſa. ſub dum.* 35. *ff. de bon. poſſ.* vbi in his etiam
68 hoc ſentit, quæ cauſæ cognitionem deſiderant, dummodo graue non afferant præiudicium. & ideo nec errauit *Bald.* cum dixit veniam petenti, abſque partis
69 citatione concedendã, quamuis in ea cauſæ cognitio requiratur, quia de modico agitur præiuditio *ſequ. Corn. conſ.* 46. *col. fin. vol.* 6. *Socc. in d. conſ.* 10. *vol.* 4. His poſitis, quis non videt, hanc declarationem Contra priuilegij, nullius, ſiue mo-
70 dici eſſe præiudicij; Illud enim declarare nil aliud eſt, niſi quod ſuſpendatur executio declarati contra priuilegia, vſque ad aliud mandatum. Quod fatt de mente Regis Martini in illis verbis, (*vt douelſiuo ſopraſediri, & ſcriuirindi*) idemque apertioribus verbis legitur in Priuilegijs Alfonſi in illis verbis, *teneantur ſupерſedere in dicta executione quouſque per Dominum Regem. &c.* & alibi dum dicitur *ſuperſedeatur in ipſorum executione quouſque ipſa Regia Maieſtas conſulta fuerit*, Cũ ergo declaratio nil aliud importet, niſi ſuperſeſſoriam, quæ leuiter ſolet afficere, cum non perimat executionem, ſed ſuſpendat, *& Bart. & Ias.* expreſſe dixerint in *d.* §. *vbi decretum.* dici, ſiue termini prorogationem leue dici præiudicium; concluden-
71 dum eſt, nullam requiri partis citationem. Conferunt etiã dicta per *Innoc. in c. ad petitionem. de accuſ. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in ver. per edictum col.* 2.

Vlterius conſiderare oportet, in hac declaratione contra priuilegia duos caſus proponi poſſe, & in omnibus citatio omitti poteſt. Primus eſt, quando allegatur tendere contra Vrbis priuilegia aliquod mandatum, ſiue reſcriptum, ſiue quid ſimile, quod nondum eſt exequutum; ſecundus caſus eſt, vbi allegatur aliquid
72 iam de facto exequutum. Priori in caſu nulla deſideratur partis citatio, quia pars ipſa præſens eſt in Iudicio, ipſa prouocat, ipſa petit executionem mandati, vel reſcripti, & per conſequens ſcit omnia quæ aduerſus eam proponuntur, ſic docet *Bart. Bald. & alij in l.* 1. *vbi late Ias. ff. de Iniuſ. voc. Cauet. conſ.* 4. *circa fin. Capic. deciſ.* 1. *col. fin. Abb. conſ.* 38. *col.* 1. *lib.* 1. Quinimmo ipſamet pars inſtat dari terminum octo dierum infra quos fiat de-
73 claratio, Et clarum eſt de Iure quod citans cenſetur abſque alia citatione ad eundem terminum citatus, *Soc. in tract. de citat.* 6. *quæſt. princ. art.* 27. *verſ. item non omnis citatio.* Poſteriori vero in caſu quando agitur de declarando aliquid iam de facto exequutum, tunc facilius omittitur citatio cum ex forma priuilegiorum, tum, etiã ex forma Iuris, exquibus vt diximus ſupra nu. 47. de facto factum, de facto reuocatur: quibus adde *Roman. ſingul.* 777.

74 Quatenus autẽ dicitur quod Priuilegiũ per non vſum elapſo decennio, dicatur amiſſum ex *text. in l.* 1. *ff. de nundin. Gregor. Lopez. in l.* 42. *tit.* 18. *part.* 3. *Bellug. rubr.* 47. §. *ſciendum. nu.* 5. *Padigl. & cæteri in l.*
75 *falſo. C. de diuerſ. reſcript.* tamen id procedit quoties voluntariè quis non vtitur, cum potuerit vti, ſecus ſi per ipſum non ſteterit, quo minus vteretur, quia occaſio non ſe obtulit, tunc enim per non vſũ non amittitur, *Gloſ. ordin. in cap. Abbate Sanctæ Siluani. de verbor. ſignificat. gloſ. in cap. Ioannes. vbi Abb. Butr. & alij de Cler. coniug. Anton. Padigl. in d. l. falſo, nu.* 4. *Dec. cap. cum acceſſiſſent. de conſtit. Rim. Iun. conſ.* 56. *vol.* 1. *Ioan. Vinc. de Ann. ſing.* 400. *Decian. conſ.* 66. *nu.* 65. *vol.* 3. *Maſul. in addit. ad Capic. d. deciſ.* 134. *in princ. Fab. de Ann. conſ.* 59. *nu.* 74. *& conſ.* 129. *nu.* 8. *vbi in nu.* 10. refert, hanc eſſe comm. opin. & non habere contradictorem *Surd conſ.* 419. *nu.* 28. vbi multos refert; & ratio
76 eſt, nam huiuſmodi Priuilegium tollitur decennio per non vſum ex negligentia, quæ non cadit in eum, qui non habet facultatem faciendi: Igitur cum pateat Straticotum non iuiſſe ad terram Rametæ, nec in dicto Rure, ex quo nunquam præ ſe tulit occaſio, & quod quando alias fuit neceſſe, ſemper illuc acceſſit cum Curia formata, prout per plures actus in Eulogio conſtat, verum eſt dicere, per non vſum nõ fuiſſe amiſſum Priuilegium. Nec profecto ſunt conſideranda, quæ ex aduerſo adducuntur, videlicet, quod erat neceſſe quolibet anno ſindicari Officiales, quoniam ſi recte animaduertatur ante prætenſam poſſeſſionem aſſertæ ciuilis iuriſdictionis, nunquam fuerunt Officiales in Venetico, & videatur, quod anno 1591. non alia occurrerunt, niſi quod fuit appoſita currula de mandato Straticoti, vt fiat Iuſtitia, & nihilominus nihil occurrit, vnde Officiales id præſupponentes, prout ſemper fuit, non curarunt, quia nulla imminebat neceſſitas; tanto magis, quod idem euenit in Rametta, & in multis terris diſtrictualibus.

77 Præterea non habet locum dicta concluſio in Priuilegio conceſſo ob ſeruitia, prout ſunt hæc Priuilegia conceſſa Vrbi Meſſanæ, quæ fuerunt conceſſa ob eius

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

grandia seruitia, quo in casu Priuilegia dicuntur transiuisse in vim contractus, quæ nullo tempore per non vsum amittuntur, *Glos. & Butr. cap. Priuilegia. de priuileg. Carol. Tap. in l. fin. de constit. Princip. cap. 1. par. 6. num. 8. Rimin. Sen. cons.* 388. *nu.* 8. & 9. *Bellug. d. rubr.* 47. §. *sciendum. nu.* 6. *Calderin. cons.* 1 *de præscript. Gabr. cons.* 151. *nu.* 11. *vol.* 2. *Surd. d. cons.* 419. *num.* 30. *Mastrill. decis.* 96. *num.* 8.

78 Insuper Vrbs habet particularia Priuilegia, quod licet nõ vtatur Priuilegijs, tamẽ nulla præscriptio dicatur contra eam currere, & intelligãtur ea semper in viridi obseruantia, vt ex Priuilegio Regis Alphonsi dato in Ciuitate Gaetæ die 15. Aprilis 3. Indictionis 1440. & multorum aliorum Regum clare est videre.

79 Et quamuis allegent nonnulla esse Priuilegia obscura; respondetur quod Priuilegia, quæ sunt obscura, debent interpretari in fauorem Vrbis, vt per *cap. Regni Regis Federici cap.* 2. de quo meminit idem *Bolognet. d. cons.* 1. *nu.* 42. & ex Regis Alphõsi Priuilegio dato Messanæ sub die 18. Iunij 1421. & sanctæ memoriæ Maiestatis Regis Philippi secundi, vbi inquiunt, quod si dubium emergat, interpretetur in fauorem Vrbis.

Non obstat dicere quod confirmatio Priuilegiorum facta per Maiestatem Regis Philipppi Secundi semper celebrandę memoriæ est cum clausula, quatenus Ciuitas est in possessione; quoniam respondetur quòd iã cõstat de possessione Vrbis, vt supra demõstrauimus Præterea, responderi potest Vrbem nunquam lætatã fuisse tali confirmatione, cum dicta clausula, & hæc confirmatio fuit præsentata per Sindicum Rametæ, Venetici, & Ciuem Messanensem, & quando Vrbs concurrit in isto
80 Eulogio, concurrit sibi protestando omnia quatenus in eius fauorem faciunt, quæ protestatio conseruat ius Vrbis *Rip. dicit comm. cap. cum M. Ferrariens. n.* 78. *de constit. Ludou. decis. Perus.* 19. *nu.* 25. & 26. *dicit*
81 *comm.* Vrbs autem sua tuetur iura Priuilegijs antiquis, quæ nulla indigent confirmatione, cum Priuilegia sui natura sint perpetua, & non indigent confirmatione Principis successoris, cum sint concessa nomine dignitatis, quæ semper durat, & in successorem trantit, *cap. decet. de reg. iuris in* 6. *Surd. d. cons.* 419. *nu.* 26. & *seq. vol.* 3. *Menoch. cons.* 426. *nu.* 14. *Cin. Bal. Castr. & Salic. in l. Priuilegia, C. de sacros. Eccles. Bald. cons.* 112. *in* 6. *dubio vol.* 1. *Velasq. cons.* 79. *nu.* 15. & *seq.* vbi in *nu.* 19.
82 inquit non nocere, quod non fit facta confirmatio Domini nostri Regis Philippi III. nam defectus confirmationis noui Regis non inficit Priuilegium, licet sit consilij, quod confirmetur, *vbi alleg. Afflict. decis.* 128. *num.* 1. *Peregrin. cons* 4. *nu.* 66. *vol.* 1. *Din. Bald. Sal. & alios.*

Hoc amplius aduertendum, quod Priuilegia
83 sunt inreuocabilia, tam si essent meræ gratiæ, prout non sunt, quàm si esset propter seruitia, de quibus in casu nostro ipsi Reges testãtur, nã si essẽt merę gratię sunt inreuocabilia via iuris, & ordinaria potestate, quia vnicuique graue est fidem fallere, sed Principibus grauissimum, *Bal. cons.* 343. *col.* 1. *vol.* 1. *Decian. consil.* 25. *nu.* 25. *vol.* 1. *Surd. qui multos refert d. cons.*
84 419. *nu.* 46. & *seq.* cum sit de iustitia quod gratia Principis obseruetur *l.* 1. *C. de sẽt. pas. Farin. quæst.* 6. *nu.* 1. *Costa cons.* 3. *per totum* & licet de plenitudine potestatis hoc possit facere, tamẽ sua Maiestas noluit ea vti, cum hac Vrbe, vt ex multis Priuilegijs
85 apparet, Verum hæc Priuilegia sunt propter seruitia, dicuntur in vim contractus, & sunt inreuocabilia etiã de plenitudine potestatis nisi subsistente causa legitima & non aliter *Castrens. l. digna vox. C. de leg. & cons.* 317. *colum. fin. vol.* 1. *alios refert Surd. dicto cons.* 419. *num.* 54. & 55. *Ias. cons.* 93. *col.* 2. *vol.* 3. *Decian. cons.* 286. *num.* 6. *Ruin. cons.* 196. *col. pen.* 1. *vol.* 1. *Decian. cons.* 25. *num.* 21. *vol.* 1. *Becc. cons.* 56. *nu.* 8. *Roland. cons.* 66. *num.* 33. & *seq. vol.* 2.

86 Non obstat dicere, quod clientes, qui allegarunt, non habent interesse, & consequenter non sunt personæ legitimæ, & sic debent succumbere, quoniam tres sunt, qui allegant, primo Procurator Sindici Rametæ, & hic habet maximum interesse, quoniam constat in Eulogio per plures testes, quod exercitium meri, & mixti Imperij ad nomen Curiæ Straticotialis, quando non est super loco, exercetur per officiales Rametæ, nempe capiuntur informationes, fiunt inuentaria, banna, carcerantur rei, vel ligantur sub fideiussione: isthæc sapiunt merũ Imperiũ in terminis, dixit *Bal in repet. l. Imperium. num.* 8. *ff. de iurisd. omn. iud. & Bart. in arbor. iurisd. ff. de iurisd. in litera C.*

87 Vlterius Priuilegia concessa Messanensibus, sunt etiã concessa districtualibus *vt ex Priuilegijs, & Mari. Mut. in proem. cap. vit. tom.* 4. *nu.* 12 Ciues Rametæ districtuales habent interesse circa merũ, & mixtũ Imperium, nam si transeunt per Venetium astringuntur per Baronem, si ibi delinquunt. & eorum interest, non astringi per

alium

alium Iudicem, quàm per Curiam Straticotialem eius magistratum competentem. Præterea interest vniuersitatis Rametteæ, nam si Veneticum est subditũ Curiæ Straticotiali, respectu custodiæ tempore belli regiturà Curia Straticotiali, quæ cum regat Rametteam, etiã ipsa poterit tempore succursus stante mãdato Cur. Straticotialis adiuuari à gentibus
88 Venetici, & custodia territorij spectat ad eum, qui habet merum, & mixtum Imperium, *Boer. de Custod. Clau. col. 6. & decis. 212. Lucas de Pen. l. 2. nu. 6. C. de exactor. & execut. lib. 12.* si enim est penes Baronem, est penes diuersum Dominum, & consequenter tempore belli & alterius necessitatis, vt famis, & aliarum, non possunt succurri, à Venetico Rure collaterali, quod secus esset, si essent sub cura Straticotialis Curiæ, nam omnes essent sub vno Domino, & ideo hoc est magnum interesse.

Præterea allegauit Sindicus Venetici, & illud Rus est districtuale, vt patet ex testibus, & actis, & literis Gonzaghæ, & gaudet Priuilegijs, quibus ipsa Vrbs: interest enim, cùm sit de districtu, ne alienetur respectu iurisdictionis criminalis,
89 sed vt cognoscatur per Curiam Straticotialem, Curiam Regis, dum enim datur merum Imperium Baroni, datur nomen magni domini *Lucas de Pen. l. 2. num. 6. C. de exacto. & executo. lib. 12.* & ipsum Rus totaliter dicitur alienatum, & egressum de districtu, vnde amittunt omnia Priuilegia concessa ipsis tamquam districtualibus, & sic habent maximum, & principale interesse. Item interest ipsis habere potius vnum Dominum quam alium *Mandell. conf. 111. nu. 16. & 23. vbi refert multos alios.*

Rursus allegauit Ciuis Messanensis, & hic solus sufficit tamquã vnus de populo, cum sit res, quæ concernat interesse singulorum, nam interest vnicuique Ciui, ne cognoscatur in illo Rure à Barone, sed à Curia Straticotiali, & tam de iure communi, quam ex forma Priuilegiorum quilibet de populo sufficit ad allegandum. de iure comm. nam Priuilegium concessum
90 Vrbi dicitur concessum hominibus Vrbis, & sic cuicumque *l. si non speciali, C. de test. Rom. conf. 180. n. 1. Bald. quem refert à Pont. d. conf. 51. nu. 36.* ex forma Priuilegiorum, cum expresè sint concessa hominib. Vrbis nostræ, & sic singulis, & ita fuerunt semper obseruata, quę obseruãtia subsecuta est fida interpres Priuilegiorũ, *l. si de interpretatione ff. de legib. Bologn. d. conf. 1. nu. 133. Honded. conf. 6. nu. 32. vol. 1. & alij. sup. allegati.*

Tandem cum hoc Ciue concurrit Sin-
91 dicus Vrbis, qui dũ accessit ad iudicium dicitur venisse in statu in quo erat causa, *cap. fin. vt lite pendente in 6. Clem. constitutionem de elect. Cranett. conf. 14.* & sic Sindicus, ex quo est in iudicio, dicitur vnus
92 de litigantibus, & si quid est, quod ei cõpetit, dandum est ei, quia alias esset dare repugnantiam, & inæqualitatem, quæ in iudicijs non obseruatur *Franc. decis. 136.* immò esset inæqualitas respectu eiusdem personæ, nam in eius damnum præsentia noceret, & in beneficium nil operaretur, si
93 enim respectu actoris, & rei non datur inæqualitas, *l. petendæ, C. de tempor. in integr. restitut. peten. l. fin. vbi Bart. & B. l. C. de fruct. & litium expens. cap. in iudicijs de reg. iur. in 6. Petr. de Greg. de indic. cauf. feud. quæst. 10. nu. 10. Franc. d. decis. 136* multo magis respectu eiusdem personæ.

Et iam principaliter Sindicus allegauit, & concurrit in præsenti causa, vt patet in Eulogio.

Nec minus obstat si dicant quod Vrbs sciuerit hãc vẽditionẽ meri, & mixti Imperij, & tamẽ tacuerit: quoniam id primo
94 expresse negatur, & scientia non præsumitur, nisi probetur, *l. fin. ff. pro suo.* Secundo, esto quod Vrbs sciuerit, attamen emptio fuit facta in anno 1603. nec erant elapsi nisi duo anni, à tẽpore quo fuit allegatum tendere contra Regia Priuilegia, & literas potestatis non obtinuit tunc, sed post duos menses, à die quo fuit facta d. allegatio; Vrbs, & gentes interea voluerunt sibi consultè prouidere, & dum hæc omnia fiunt, interim tempus labitur, nec scientia,
95 & taciturnitas præiudicium affert, vbi tacens scit Ius suum durare. *l. sicut §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. Cephal. conf. 335. nu. 30. Surd. decis. 302. nu. 12.* Ius ergo Vrbis cum duret per annos quatraginta, vt sup. ostendi, nam ad præscribendam iurisdictionem requiruntur quatraginta anni, cum scientia domini iurisdictionis; quatenus sciuit Vrbs (quod negatur) nullum sibi intulit præiudicium, cum iam est infra tempus permissum, & omnia hæc competunt per viã allegationis Contrapriuilegij.

96 Nec minus obstat quòd omnes iurisdictiones sunt Regis, & consequenter is potest concedere in præiudicium iurisdictionis Ciuitatis, in cuius Territorio est, vt inquit *Intrigl. cent. 1. quæst. 66 de feud* quoniã vltra quod sunt plures Doct. contrarium tenẽtes, quos refert & sequitur,

Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 1. quæſt. 6. & poſt eum Ioan. Franc. Capiblanc. tract. de Baron. & eor. offic. pragm. 8. part. 1. nu. 31.

97 *& ſeq.* attamen non habet locum illa opinio in oppidis, & caſalibus ſitis in territorio, & diſtrictu Meſſanæ obſtantibus Priuilegijs dictæ Ciuitatis, per quæ conſtat iuriſdictionem fuiſſe conceſſam magiſtratui ipſius Vrbis, vt ex dictis Priuilegijs Immo dicendum eſt *Intrigl.* non diſſentire, quando eſt alteri facta conceſſio, quod tunc Rex non poteſt alteri concedere, quia allegat, *Bal. in cap. 1. in fin. de natur. feu.* qui *Bal.* dicit Regem poſſe concedere caſtrum alicuius Ciuitatis cum iuriſdictione, quia omnis iuriſditio eſt apud Principem, niſi prius conceſſiſſet alteri, & ipſe *Intrigl.* loquitur reſpectu Ciuitatum, quibus non eſt facta conceſsio in

98 terminis iuris communis, cum Doctor ſit intelligendus ſecundum doctrinam, quam allegat, *Bart. l. non ſolum. §. ſi liberationis. nu. 7. ff. de liber. legat. Roman. conſ. 211. in vlt. col. Salic. l. ſi ex cautione. col. 10. C. de non num. pec.* vnde cum conſtet prius conceſsiſſe Meſſanæ dictum merum, & mixtum Imperium non potuit inde concedere Franciſco Spatafora in præiudicium Meſſanæ, & merito optime locutus fuit *Petr. de Greg. dicta part. 1. quæſt. 6. de*

99 *conceſſ. feud.* loquendo reſpectu Caſalium, & diſtrictus Meſſanæ, non poſſe per Regem ſtantibus eius Priuilegijs, & in eius præiudicium alteri concedi, ſequitur *Capiblanc. d. tract. de Baron. pragm. 8. nu. 31. & ſeq. part. 1.* qui videtur latius loqui, & refert alios, cum Rex neminem præſumatur velle lædere, *d. l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in*

100 *loc. publ.* & vti omnium iuſtus pater non præſumitur velle vni dare, & alteri auferre, etiam in reſcriptis, & Priuilegijs, *l. nec anus C. de emancip. liber. cap. quamuis de*

101 *reſcript. in 6.* licet verba eſſent ampla, & importarent conceſsionem cum præiudicio tertij, *Rom. conſ. 88. vol. 4.* quia debēt

102 ſtrictiſsime interpretari, vt minus præiudicent tertio quā fieri poſsit, *Clem. paſtoralis. de priuileg.* immò oportet impropriare verba Priuilegij, ne cederentur ociosa, & ſuperflua, vt probat *tex. in cap. ſuper eo de offic. deleg. vbi Dec. in 1. limit. verſ. & hoc intelligendum. Capiblancus, & alij præcitati. faciunt tradita per Bartol. in l. cum à matre, C. de rei vendic. & per Alexand. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. de lib. Dec.*

103 *conſ. 11. nu. 4.* dum concludunt ſtatuta recipere interpretationem, & reſtrictionem à iure cōm. vt tertio non fiat præiudicium, etiam ſi verba ſtatuti remanere deberent eluſoria, & ſine effectu per *tex. in l. 2. vbi Bart. & cæt. C. de noxal. & declarat. optime Claper. in centur. cauſ. fiſcal. 8. quæſt. 2. à num. 1. vſque ad nu. 6.* Præterea etiam

104 ſi Rex voluiſſet, nec minus de plenitudine poteſtatis potuiſſet præiudicare iuri ipſius Vrbis, & probatur ex illa concluſ. quam tradunt *Fulgoſ. Rom. Corn. Iaſ. & communiter ſcriben. in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* vbi concludunt, quod Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere ius mihi quæſitum abſque legitima cauſa,

105 & cauſa legitima intelligitur cauſa publica, non autem priuata, vt probat, *Text. in l. Lucius, ff. de euictio. & tradidit Bal. in l. quicumque. C. de fid. inſtrum. lib. 10. Oldrad. conſ. 224. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. nu. 49. Regens de Pont. conſ. 4 nu. 9. & 10. Rouit. ſuper prag. Regni Neap. rubr. vbi de del. quis deb. conuen. prag. 1. nu. 13. & 14.* ſed nulla videtur cauſa legitima, nec publica.

Non obſtat tandem quod in motiuis adducitur Meſſanam non poſſe obtinere in iſto poſſeſſorio, cùm conſtet non fouere ius in proprietate, vnde obſtat exceptio

106 dominij: quoniam reſpondetur, generaliter agenti poſſeſſorio, non poſſe objici exceptionem dominij, *Tex. in cap. ſolitę. de*

107 *reſtit. ſpoliat.* etenim poſſeſſorium in hoc eſt Priuilegiatum, vt illud intendens non cogatur, antequam reſtitutus fuerit, ſuper proprietate reſpondere, *cap. fin. de ord. cognit. bonus textus, per quem ibi hoc dicit Bart. in. l. ſi coloni. C. de Agric. & cenſ. lib. 11. l. ſi quis conductionis C. loc. l. is. qui deſtinauit, ff. de rei vendic. l. exitus, ff. de acquir.*

108 *poſſ.* immò ſi exceptio dominij eſt notoria, non tamen per eam impeditur reſtitutio in poſſeſſorio *cap. porrò extr. de diuort. cap. cum dilectus. de ord. cognit.* immò nec exceptio notoria iniuſtæ poſſeſſionis obſtat, quæ tamen magis deberet obſtare, cum maior appareat calumnia in eo caſu petentis poſſeſſionem; vnde multo minus obſtabit exceptio Dominij, *Menoch. in reſponſ. 1. cauſæ Finarienſis. num. 83. & ſequ.* & pro hac opinione, quod non obſtet exceptio Dominij, tenuit *Bart. & alij in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. in l. ſi de vi. ff. de iudic. Abb. in cap. literas. in gloſ. ſuper verb. offerunt. de reſtit. ſpoliat. Innoc. & Ant. de Butr. in cap. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. Soc. in l. rem quæ nobis. quæſt. 9. principali. ff. de acquir. poſſ. Dec. conſ. 57. nu. 6.* vbi dicit hanc eſſe veram, & magis communem opinionem, *Alex. conſ. 78. vol. 3. vbi etiam de communi teſtatur.*

Vltra quod dominium clariſſimè ap-

ret dicti meri, & mixti imperij esse Vrbis Messanæ. Quare ex his omnibus concludo fore confirmandam sententiam latam in fauorem Vrbis.

Hoc Consiliũ fuit aliàs impressum anno 1608 cùm ipse tanquam Vrbis Aduocatus Patriæ iura contra Baronem Venetici defenderem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus est incompetens in causa Clerici.*
2 *Iudex laicus in Episcopum, & quamlibet personam Ecclesiasticam habentem feudum à Principe seculari super quæstione ipsius feudi, est Iudex competens.*
3 *Quod procedit, etiã si Ecclesia esset feudataria.*
4 *Ecclesia Romana pro feudo, quod habet in Prouincia Apuliæ, potest conueniri coram Officialibus Regni Neapolis.*
5 *Ecclesia Romana recipiens feudum ab Imperatore, dicitur eius Vassalla, & tenetur ad omnia, quæ tenentur alij Vaßalli.*
6 *Prælati habentes iurisdictionem temporalẽ, nõ debent vti censuris in executione illius, sed pœnis quibus temporales Iudices vtuntur.*
7 *Appellatio à sententijs Prælatorum quando vtuntur iurisdictione temporali, fit à dicta M. R. C. & recensentur casus.*
8 *Controuersia inter Vaßallos vnius domini, & Vassallos alterius domini, vel inter Vassallum, & non Vaßallum, vel inter Vassallum & Dominum, defertur ad pares Curiæ.*
9 *Pares Curiæ quomodo eligantur remissiue.*
10 *Vassallus non potest prorogare iurisdictionem alterius Iudicis sine licentia Domini, nec tacitè, nec expressè.*
11 *Baro hoc nomen arguit esse causam feudalem*
12 *Causa cõtra priuilegiorũ est sũmarij possessorij*
13 *Priuilegia, & alia acta iurisdictionalia præsentata in Eulogio Contrapriuilegiorum sunt ad confortandum ipsum possessorium.*
14 *Acta præsentata in possessorio alicuius iurisdictionis, exhibentur pro colore, non autem ad plenam probationẽ. Eo maxime quando agitur de iurisdictione cõtra priuatũ. nu. 15.*
16 *Iudex laicus est competens in omni possessorio tam inter Clericos, & laicos, quàm etiam inter Clericos, & de re Ecclesiastica.*
17 *Iudex laicus potest cognoscere de spolio matrimoniali.* (*summarijssimo.*
18 *Iudex laicus est Iudex cõpetens in possessorio*
19 *Iudex secularis quibus in casibus in possessorio non est Iudex competens.*
20 *Iudex laicus in causa superius expressa suam exequitur sententiam contra Clericum.*
21 *Regia Curia Straticotialis semper in possessorio ex immemorabili consuetudine terminauit omnes causas tam feudales, quàm iurisdictionales, & omnes alias inter laicos, & personas Ecclesiasticas, vbi decisiones recensentur.* (*inducitur.*
22 *Consuetudo in Iudicialibus ex duobus actibus*
23 *Cõsuetudo inducitur etiã per sententias nullas.*
24 *Consuetudo debet esse diuturna, vbi quod in profanis inter laicos est decem annorum, & inter Clericos quando detrahuntur Iura alicuius Ecclesiæ, sufficiũt quatraginta anni.*
25 *Quod procedit tam contra particularem Ecclesiam, quam contra vniuersalem.*
26 *Consuetudo iurisdictionem tribuens Iudicibus laicis in Clericos non valet.*
27 *Limita in consuetudine generali ad omnes causas, non autem in particulari in certis casibus, vbi aliqui recensentur.*
28 *Rex Franciæ in tribus casibus ex consuetudine iurisdictionem in Clericos exercet.*
29 *Clericus vsurpans sibi iurisdictionem Regiam in Gallia cognoscitur per Iudicem secularẽ, vbi in alijs causis procedere demonstratur.*
30 *Iudices seculares de consuetudine in Catalonia cognoscunt de causis ciuilibus exemptorum.*
31 *Clericus exemptus non habens Superiorem cognoscitur per Iudicem secularem, vbi plures casus referuntur.*
32 *Consuetudo tantæ est potentiæ, quantum est gratia Papæ, vel Principis.*
33 *Consuetudo in causa particulari est valida, vbi, quod sicuti Summus Pontifex potest alicui Principi laico talẽ cognitionẽ concedere, ita & acquiri per cõsuetudinẽ immemorialem.*
34 *Iudex laicus ex immemoriali consuetudine, licet non acquirat iurisdictionem cognoscendi causas Clericorum in certis casibus, & Ecclesiasticus in carcerandi laicos, & eos capiendi, sed requiratur titulus, attamen data scientia Regis, & eius Officialium, & Summi Pontificis, & eius Episcoporum sufficit.*
35 *Sindicus Messanæ in Cõtrapriuilegijs est reus, non actor iuxta terminos l. diffamari, quod procedit etiam cum Ecclesiasticis.*
36 *Reus est, non actor, qui petit præceptum pro tuenda poßessione, idem quando præuenit.*
37 *Consuetudo interpretatiua attenditur, vbi recensetur casus.*
38 *Archiepiscopus habens bona sibi concessa à Catholica Maiestate, potest coram Iudicibus secularibus Regijs pro bonis conueniri.*
39 *Iudex secularis cognoscit, quando est contentio de iurisdictione, vel iuribus Regalibus etiam si persona Ecclesiastica, imò ipsa Ecclesia prætendat, nam tunc non habet forum.*
40 *Archiepiscopus pro bonis de iure Patronatus Regio tam in petitorio, quàm in possessorio, potest per Iudices Regios seculares cognosci.*
41 *Iudex laicus est competens, quando vsurpatur Regia iurisdictio per Ecclesiasticum, quia potest tueri suam iurisdictionem.*

42 *Meßana Vrbs Nobiliſſima, eiuſque Officiales ex antiquiſſimis priuilegijs habent merum & mixtum imperium.*
43 *Priuilegiũ datum loco, videtur datum perſonis.*
44 *Meßanæ Vrbis diſtrictus hodie eſt reſtrictus à Terra Fortilitij Agrò vſque ad Terram Caſtri Regalis incluſiue, & ſic ad miliaria 30. circumcirca.* (*miliaria 40.*
45 *Diſtrictus Vrbis Romæ hodie eſt reſtrictus ad*
46 *Cõfirmatio Priuilegiorũ habet vim renouationis.*
47 *Cõfirmatio actus inualidi valet, vt de nouo, quãdo fit ab eo, qui habet poteſtatẽ concedendi.*
48 *Confirmationes Priuilegiorum Vrbis Meſſanæ continent nouum Priuilegium.*
49 *Confirmatio generalis continet omnia Priuilegia antiqua, licet eſſent reuocata.*
50 *Aſſertioni concedentis circa merita creditur, quando non ſumus in prohibitis.*
51 *Actus iuriſdictionales quamplures recenſentur facti per omnes Officiales Vrbis in Rure Lardariæ.* (*nis oſtendunt.*
52 *Actus iuriſdictionales poſſeſſionem iuriſdictio-*
53 *Teſtes ſingulares probant exercitium iuriſdictionis.*
54 *Exercitium iuriſdictionis, & poſſeſſio ſubſequuta declarat Priuilegia.* (*Priuilegiorũ.*
55 *Conſuetudo, & obſeruantia eſt fida interpres*
56 *Statutum ſi tollat obſeruantiam, & conſuetudinem, non comprehendit interpretatiuam.*
57 *Priuilegia quando ſunt plura dicuntur fortiora, & dicuntur perpetua, quando ſunt conceſſa nomine dignitatis.*
58 *Priuilegiũ conceſſum ob merita tranſit in vim contractus, & Princeps datum non poteſt alteri concedere, & ibi late exornatur.*
59 *Rex non præſumitur velle vni dare, & alteri auferre, etiam in Priuilegijs.*
60 *Rex in donatione Illuſtriſſimo Archiepiſcopo facta de Tenimento Lardariæ, non niſi res proprias, quas ibi habebat conceſſit, non autem iuriſdictionem Vrbi Meſſanæ prius conceſſam.*
61 *Ordinarius habet ſuam intentionem fundatam in omnibus locis ſibi ſubiectis, & non ſolum quo ad dominium, & quo ad poſſeſſionem, ſed etiam quo ad merum, & mixtum imperium, & regalia Territorio cohærentia.*
62 *Senatores poſſunt conſtituere prætium, menſuram, & pondera diſpoſitione iuris cõmunis.*
63 *Idem ex diſpoſitione capituli Regni Regis Fiderici 116. Idem ex Priuilegio Vrbis.*
64 *Iuriſdictio Officialium Vrbis eſt indiuidua, tam in Vrbe, quàm in omnibus Caſalibus.*
65 *Iuriſdictio Vici dependet à Iuriſdictione Ciuitatis, ſicut membra dependent à capite, vbi latiſſime exornatur.*
66 *Teſtes parte incitata in ſummario poſſeſſorio pleniſſimè probant.*
67 *Actus facti per illuſtriſſimum Archiepiſcopũ eiuſque Miniſtros in Rure Lardariæ, tanquã turbatiui ſuam poſſeſſionem non probant.*

ARGVMENTVM.

An Iudex laicus in Epiſcopum, & perſonam Eccleſiaſticam habentem feudum à Principe ſeculari, ſit Iudex cõpetens. Et an inter Vaſſallos vnius Domini, & alterius Domini, vel inter Vaſſallum, & non Vaſſallum, vel Dominum. Et quando dentur pares Curiæ, & qui ſint. Et an poſſint prorogare iuriſdictionem ſine licentia Domini. Et quando conſuetudo derogãs fori Eccleſiaſtici priuilegio valeat. Et an laici in iudicio poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ ſint competentes.

CONSILIVM II.

IESVS MARIA.

VI. D. Hieronymus Donato pro Sindico huius Nobiliſsimę Vrbis Meſſanæ ſub die 22. præſentis menſis Februarij allegauit titulum Baronis Caſalis Lardariæ appoſitum per Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, ſeu alios illius Miniſtros in prouiſionibus, & quibuſuis ſcripturis, nec non & omnia acta iuriſdictionalia, quo ad temporalia tantum facta in gentes, & habitatores dicti Ruris tendere cõtra Regia Priuilegia ipſius Vrbis, & compilato Eulogio, vt moris eſt, petijt ita fore decidendum, cuius petitio iuſtiſsima eſt, & pro illius dilucidatione duo tantum capita ſunt diſcutienda. Primum, an Regia Curia Straticotialis ſit competens, cum agatur contra Illuſtriſsimum Archiepiſcopum; Secundũ, an Sindicus in dicto Eulogio habeat intentionẽ fundatã.

Quoad primum, quatuor ſunt fundamenta, quorum quodlibet ſufficit ad oſtendendum, Curiam Straticotialem eſſe competentem in deciſione præſentis cauſæ.

1 Primum eſt, quod licet Iudex laicus ſit incompetens in cauſa Clerici, *cap. cum non ab homine. & cap. at ſi Clerici. de Iudic. cap. ſi Iudex laicus. de ſent. excomm. in 6. cap. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti. de for. compet. alia iura, & auctoritates refert Graſſ. de effect. Cleric. 1. effect. num. 1. & 2. Farinac. quæſt. 8. Franc. deciſ. 691. Apont. deciſ. 9. Ricci collect. 53. Thor. in verb. Clericus in crimine læſæ Maieſtatis. fol. 201. colum. 1. in fin. Ianuen. in ſua praxi cap. 90. Rodoriqu.*

riqu. quæst. regular. & Canon. prax. crim. tit. 15. cap. 2. num. 1. fol. 301. Tamen
2 quando Episcopus, & quæuis persona Ecclesiastica recipit feudum à Principe seculari, si oriatur quæstio super feudo inter Vassallum illius Principis secularis, & dictum Episcopum, qui ratione feudi fuit effectus Vassallus dicti Principis, terminanda est coram ipso Domino feudi laico, eiusque Iudicibus laicis, quibus Princeps talem potestatem concesit, text. in cap. verum. & cap. ex transmissa. de for. compet. cap. cęterum. de Iudic. cap. solitæ. & ibi glos. de maiorit. & obedient. vbi Abb. Dec. Soc. & alij. cap. Romana. §. debet. de appellat. in 6. glos. in cap. summa vndecimæ. quæst. 1. Et de iure feudorum est tex. in cap. 1. §. Item si Clericus de Capitan. Corrad. & cap Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Fider. & ibi Bal. & cap. vnic. an apud Iudicem. vel dom. quæst. feud. termin. Vrsil. ad Afflict. decis. 24. nu. 5. vbi vltra alios asserit, esse capitulum Regni Neap. quod incipit. Item statuimus, quod Clerici. fol. 11. Carauit. rit. Regn. prædicti cap. 235. nu. 19. in fin. Clar. §. feudum. quæst. 90. vers. sed quid si Vassalli sint Clerici. Vbi dicit magis communem Legistarum, & Canonistarum, Gail. obseru. 30. & 37. lib. 1. Petr. Cened. collect. iur. Canon. nu. 1. collect. 37. nu. 5. Scac. de Iudic. part. 1. cap. 11. nu. 97. qui etiam asserit magis cõmunem. Surd. cons. 193. nu. 1. lib. 2. & cons. 396. nu. 8. lib. 3. Anton. Quett. cons. 99. Farin. quæst. 8. nu. 22. Cannet. in repet. cap. volentes. §. restringitur nu. 16. & sequ. fol. 182. Cum. super rit. cap. 2. nu. 40. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 94. nu. 6. Rot. Rom. diuers. recollect. Azacch. ad Mater. Cameral. obligat. decis. 93. nu. 6. Graff. d. effect. 1. num. 718. vbi multos alios refert. Et in num. 6. inquit,
3 idem si Ecclesia esset feudataria, quia adhuc & ipsa erit conuenienda coram Iudice laico, alleg. Scacc. Paris. de Put. Felin. & alios. & Iacob. de Carol. asserentem, procedere etiam in Ecclesia Romana, quę pro
4 feudo nominato Capradesso, quod est in Prouincia Apuliæ potest conueniri corã Officialibus Regni Neapolis, & ante eum dixit Bal. l. sed si hac. §. si libertas. in fin. ff. de iniust. voc. quod quamuis Ecclesia Romana dicatur Mater Imperij, attamen
5 quando recipit feudum ab Imperatore, dicitur eius Vassalla, & tenetur seruare omnia quæ tenentur seruare omnes alij Vassalli, vt tenet idem Bal. in l. final. in fin. C. sine cens. vel reliqu. Cannet. in d. repet. in §. at quid dicendum. num. 6. 7. & 8. fol. 183. Et tam in Clericis, quàm in Ecclesia vltra prædictos, & alios allegatos à Graff. quãdo habent feudum à Principe laico, quod cõueniantur coram Iudice ipsius Principis laici, dixerunt Scipio Rouit. Pragm. 2. nu. 1. vers. si quidem rubr. de Cleric. seu Diac. salnat. fol. 16. Ant. Piag. de consuet. quæst. 6. nu. 292. Apont. tit. de his, qui feud. dar. poss. lect. 5. nu. 4. fol. 44. Roderiqu. quæst. regul. crimin. tit. 15. cap. 2. num. 4. fol. 302. Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 396. cum multis, vbi dicit magis communem Scrad. de feud. part. 10. sect. 1. nu. 2. & 3. Gratian. reg. 481. Humad. super Gregor. l. 57. glos. 2. nu. 1. tit. 6. part. 1. Bouadill. cap. 18. lib. 2. nu. 61. 64. & 155. Azeued. lib. 1. recopil. l. 4. tit. 4. Scacc. tract. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 8. nu. 92. vers. extende primo. nu. 138. Peregr. cons. 1. vol. 1. Surd. cons. 275. lib. 2. Georg. Cabed. decis. 40. nu. 13. part. 2.
6 vbi subdit, non licere Prælatis habentibus iurisdictionem temporalẽ vti in eius executione, excommunicatione, vel alijs censuris, sed debere procedere, vt alij Iudices temporales, Cancer qui alios refert var. resol. cap. 13. num. 345. & sequ. Vbi
7 dicit ab eorum sententijs ad Principẽ appellari, prout videmus in Regno in Reuerendissimo Archiepiscopo Messanæ pro causis in Terra Ragalbuti, cuius est Comes, & in Reuerendisimo Archiepiscopo Montis Regalis, & alijs appellatur ad M. R. C. à qua emanari solent literæ & grauaminis, & appellationis, Petr. Asir. pract. quæst. Forens. lib. 1. quæst. 8. qui in num. 10. asserit, hanc esse & veriorem, &
8 communiorem opinionem, & quod quando contenditur inter Vassallos vnius Domini, & inter Vassallos alterius Domini, vel inter Vassallum, & non Vassallum, vel inter Vassallum, & Dominum, tunc controuersia defertur ad pares Curiæ, cap. 1. de contr. feud. apud par. vert. ne Dominus ius sibi dicat. ex text. in cap. 1. de content. feud. inter dom. & vaß. Velasq. de iur. emphiteot. quæst. 39. nu. 14. Illustr. Carol. Tap. pia merituissimus Regens decis. 24. nu. 1. & 2. & Clar. d. quæst. 90. col. 1. vbi dicit, qui
9 sint, & quomodo eligãtur isti pares Curiæ ex auctorit. glos. in cap. 1. §. præterea si inter. de prohibit. feud. alienat. Scrader. de feud. par. 10. sect. 7. quæst. 1. nu. 1. 6. 8. & 22. & sect. 8. num. 91. vbi limitat. & sect. 9. vbi quãdo ad electionem parium procedatur, qualiter, quales, & quot pares eligantur. Verùm præmissa conclusio minime procedit, quando contentio est inter Vassallum, & Dominum, prout Imperatorem, & Regem non recognoscentem Superiorẽ, quia tunc ipse Imperator, & Rex iudicat, Bart. in l. est receptum. ff. de iurisd. omn. Iud. Boss. tract.

tract. de for. competet. nu. 170. *Capic. in inuestitura. verb. feudorum Iudicia. fol.* 254. ibi (limita, nisi esset Rex, vel Imperator) & *d. Regens Carol. Tapp. in d. decis* 24. *nu.* 3. & 4. *refert alios*, & in *num.* 6. testatur de quampluribus causis decisis per Imperatores, & Reges, & in *nu.* 7. inquit, non mirum, cùm Imperator possit in causa propria ius dicere. *l. & hoc Titus Cæsar. ff. de hæred. instit. vbi refert alia Iura, & authoritates*, & in *nu.* 8. inquit, huiusmodi pariũ iudiciũ recessisse ab aula, tam in hoc Regno, quàm alibi, & omnes causæ feudales terminari in Regalibus auditorijs refert *Greg. Lopez ad l.* 11. *tit.* 26. *partit.* 4. *gl.* 2. vbi multa ad materiam. Et in hoc Regno M. R. C. quæ vices parium substinet, ex Constit. Regni, causas feudales cognoscit, vt dixit Illustr. Don Petrus Corsett. Regens meritissimus in Additione ad doctissimum Consiliarium Octauium eius Genitorem, *in cons.* 30. *num.* 3. Et adeo vera est hæc opinio, quod etiam ipsi non
10 possent prorogare iurisdictionem alterius Iudicis sine licẽtia ipsius Domini, *ita glos. in cap.* 1. *§. præterea si inter. verb. duos. & ibi Isern. & alij de prohibit. feud. alienat. per Fider. Bart. in l.* 1. *nu.* 2. *ff. de iudic. Alex. in l.* 1. *§. & post operis. ff. de nou. oper. nunciat. nu.* 21. *vbi dicit communem Sapia in d. l.* 1. *nu.* 23. *ff. de iudic. Curt. iun. de feud. par.* 7. *reg.* 2. *q.* 5. *Marant. in spec. aur. in* 4. *part. principal. diuis.* 12. *nu.* 19. *Clar. d. quæst.* 90. *vers. sed quæro. vbi etiam refert Iacobum in verb. & dicti Vassalli. nu.* 32. *alios refert Scrader. d. part.* 10. *sect.* 1. *nu.* 136. *cum sequ.* vbi latissimè ampliat talem sententiam, esto tacitè, vel expresse Vassalli consenserint esse ipso iure nullam, vt *num.* 138.

Et clarum est, hanc esse causam feudalem, cùm Archiepiscopus prætendat se Baronem Casalis Lardariæ, & iurisdictionem habere, à quo prætenso titulo arguitur feudalem esse causam, quomodocunq; accipiatur terminus iste, Baro, cùm titulus iste in genere consideratus comprehẽdit tenentes feuda dignitatis. *Bart. in l.* 1. *nu.* 79. *C. de dignit. lib.* 12. *Cum. cap. si aliquem. verb. antiquis. de succes. feud. nu.* 257. *Intrigl. de feud. cent.* 1. *quæst.* 8. *nu.* 132. *Menoch. cons.* 1110. *nu.* 5. *cum sequ. Capibl. de authorit. Baron. in prælud. num.* 3. *Mastrill. in tract. de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 1. *part.* 2. Et præsertim in hoc Regno Siciliæ, in quo Baro dicitur omnis feudatarius, qui habet iurisdictionem in eius Castro, Terra, seu Villa, *Menoch. d. cons.* 1110. *Petr. de Greg. de concess. feud. part.* 2. *quæst.* 3. *in fin. Cum. in prælud. d. cap. si aliquem. nu.* 187. qui asserit, in hoc Regno simplicem feudatarium dici vulgari sermone Baronem, & idem seruari in statu Mediolanensi, *ex authorit. Boss. & Curt.*

Secundum fundamentum est, quia hæc
12 causa Contrapriuilegiorum est summarij possessorij, vt in superiori Consilio ostendimus, & licet vltra actus possessorios iurisdictionales, sint exhibita etiam & Priuilegia retro Principum, per quę apparet,
13 iurisdictionem ad ipsam Vrbem, eiusque Tribunalia spectare, est ad confortandum ipsum possessorium, & sic incidenter *Contard. in l. vnica. C. si de moment. possess. §.* 8. *limit.* 2. *num.* 20. *& sequ.* vbi asserit, quod
14 quando agitur de possessorio alicuius iurisdictionis, quãuis probatio tituli requiratur, & iurisdictionalia absque Principis concessione non exerceantur, tamen pro colore fit, non autem ad plenam probationem, maximè si agatur de iurisdictione
15 contra priuatum, tunc enim nullam habebit admixtam causam proprietatis, *refert & sequitur Rugin. ad statut. Mediolan. in tit. de appell. §.* 2. *cap.* 3. *nu.* 738. *fol.* 128. qui in *nu.* 736. loquitur in possessorio beneficiorum. Quapropter Iudex laicus competẽs
16 est in possessorio, tam manutenendæ, quã recuperandæ, & adipiscendæ inter Clericum conuentum, & laicum actorem, & tam de re Ecclesiastica, ex quo possessoria rei spiritualis dicuntur profana *per glos. cap. cũ dilectus. in verb. iuramento. de elect. Guid. Pap. decis.* 148. *&* 552. *in fin. Afflict. constit. Regn. Sicil. incipiente de burgensarijs. quæst.* 8. *Gram. decis.* 78. *Boer. decis.* 69. *Aufrer de potestat. secular. reg.* 2. *Fallen.* 24. *& communiter receptam testatur Rip. in rubr.*
17 *de Iud. nu.* 90. Et etiam in spolio matrimoniali restituendo Iudicem secularem cognoscere posse, *dixit glos.* 1. *in cap. non est vobis. de sponsal. vbi Abb. nu.* 9. *multos refert. Velasq. consult.* 93. *thom.* 1. *Farin. quæst.* 8. *nu.* 23. *Peregr. decis.* 145. *num.* 8. *Thesaur. decis.* 82. vbi dicit fuisse decisum cum Nuntio Apostolico. *Ricc. collect.* 270. *Bardell. cons.* 1. *nu.* 9. *vol.* 1. *Sess. de inhibit. cap.* 8. *§.* 1. *nu.* 26. *dicit magis communem opinionem*, & in puncto quãdo est quæstio de possessione super feudo, *loquuntur Iacobin. de sanct. Georg. in inuestit. feud. in verb. & dicti Vassalli. nu.* 5. *Bal. d. cap. cæterum. de Iudic. vbi Aretin. col.* 4. *dicit communem. & ibi Dec. nu.* 14. *vers. an autem si agatur. Curt. iun. de feud. part.* 7. *nu.* 23. *quæst.* 6. *dicit communem. Abb. d. cap. cæterum. Farin. d. quæst.* 8. *num.* 22. *in fin. dicit etiam communem. Clar. d. quæst.* 90. *nu.* 9. qui dicit *glos. in d. cap. cæterum.* communiter reprobari

probari, & ibi addentes in *lit. H.* dicunt, esse crebriorem opinionem Canonistarũ, & Legistarum. *Milan. decis. 6. nu. 3. part. 1. alios refert Intrigl. d. art. 94. nu. 32.* quidquid dicat *Graff. d. effect. 1. nu. 733.* cum contra ipsum vltra prædictos Doctores sunt etiam *Io. Bapt. de Thor. in compend. decis. Neap. in verb. Clerici pro bonis feudal. lib. fol. 101. & Scipio Rouit. super d. Pragm. 2.* qui multis iuribus, & auctoritatibus in punctò comprobat hanc opinionem, & vltra alios refert *Scrader. de feud. thom. 2. part. 3. sect. 1. ampliat. 22. nu. 77. cum seq. Bouadill. d. cap. 18. nu. 155. & nu. 159.* qui
18 etiam loquitur in summarissimo, & idem *Rouit. vbi supra, nu. 2. ex auctorit. Avet.* in-
19 quit, tunc intelligi, non posse agi coram Domino, quando agitur ratione possessionis propter damnum, vel ad iniuriam, vel ad pœnam, vel ad interesse simpliciter, vel vbi pro possessione, de qua est spoliatus, vellet agere criminaliter, allegat etiam *Hostiens. Innoc. Zabba. Butr. & alios.* vltra quod idem *Graß.* limitat, suam opinionẽ secus esse, quando causa possessorij reciperet adminiculum petitorij, ex *auctorit. Paris. de Pute.* & in causa ista non solum recipit adminiculũ petitorij, verùm etiã & principaliter Priuilegia mittuntur pro vera iustificatione ipsius negotij, etiam considerat *Rouit. vbi supra.* & adeo vera est
20 hæc opinio, quod idem Iudex laicus in casu isto exequitur sententiam contra Cleri cum. *Aluar. in cap. 1. col. 3. apud quem, vel quos controu. de feud. esse deb. Curt. iun. in tract. de feud. part. 7. nu. 15. vbi testatur communem Bal. in l. final. num. 16. C. sine cens. vel reliqu. Intrigl. d. art. 94. nu. 6.*

21 Tertium fundamentum est quod, oritur ex immemorabili consuetudine cũ Regia Curia Straticotialis semper in Contrapriuilegijs terminauit causas tam feudales, quàm iurisdictionis, quàm aliter inter laicos, & personas Ecclesiasticas, vt apparet per multas decisiones præsentatas in Eulogio, & cum Eulogio vltra multas alias, quæ fuerunt omissæ, videlicet super literis Regiæ Monarchiæ est interlocutoria, per quam fuit dictum, quod sunt contra Regia Priuilegia, prolata sub die 23. Ian. in anno 1541. & altera sub die 17. Ianuar. 1544. altera sub die 29. Nouemb. 1548. altera sub die vltimo Septembris 1577. altera verò sub die 20. Nouembris 1578. & super literis Archiepiscopi Messanæ, eiusq; Vicarij fuit dictum, quod sunt contra Priuilegia, vt per interlocutoriam sub die 24. Iulij 1540. & alteram sub die. 7. Nouembris 1541. Et super actis iurisdictionalibus factis per Illustrem Priorem S. Ioannis istius Vrbis in gentes Ruris Caſtaneæ fuit decisum, quod sunt contra Priuilegia, vt per interlocutoriam sub die 6. Augusti 1547. & alteram sub die 29. Iulij 1593. & alteram sub die 12. Febr. 1618. Et super actis iurisdictionalibus, & vsu iurisdictionis prætensæ per Reuerendissimum Archimandritam in Terra Sabucæ, eiusque Ruribus fuit decisum, quod sunt contra Priuilegia, vt per interlocutoriam sub die 14. Octobris 1566. & alteram sub die 12. Decembris dicti anni 1566. & alteram de mense Iulij in anno 1567. per quam deciderunt esse contra Priuilegia literas Magnæ Curiæ, per quas ordinabatur ad instantiam dicti Archimandritæ, quod veniant acta Contrapriuilegij via reuisionis in Magna Curia, & per alteram interlocutoriam, quod acta iurisdictionalia sunt contra Priuilegia, die vltimo Martij. 1574. Et alteram die 24. Nouembr. 1575. Et alteram sub die 26. Septembr. 1576. quæ inter alios Iudices fuit prolata per Illustriss. Io. Franciscum Rao meritissimum Præsidentẽ Tribunalis Iustitiæ huius Regni, & per eum, vt R gũ Locumtenentem tunc tẽporis sub die 29. eiusdẽ mensis Septẽbr. fuit facta reductio. & sub die 29. Augusti 1587. & die 19. Augusti 1606. fuit tam super vsu iurisdictionis, quam super titulo, ex quo se vocabat Dominum Terræ Sabucæ, decisum, quod sunt Contrapriuilegia, de qua vltima decisione fuerunt emanatæ literæ obseruatoriales Suę Excellentiæ sub visione Magnæ Curiæ sub die 25. Decembris 1615. & super actis iurisdictionalibus Reuerendissimi Abbatis Italæ, qui prætendebat in dicta Terra Italæ, & Ali habere iurisdictionem, fuit decisum, quod sunt contra Priuilegia, vt per interlocutoriam die 24. Martij 1573. & alteram die 27. Februarij 1595. & super literis, Vicarii Panormitani, vt per interlocutoriam die 12. Iulij 1550. Et Abbatis S. Gregorij Ruris Messanæ, vt per interlocutoriam sub die 24. Octobris 1592. & super multis alijs literis, vt in Archiuio Regiæ Curiæ Straticotialis quamplures decisiones videri poterunt, etiam in fortioribus terminis,
22 Consuetudo enim in iudicialibus ex duobus actibus inducitur. *Hostien. cap. ex par. nu. 16. de consuet. Præpos. in cap. mos est. sub. nu. 5. vers. item quia. 1. distinct. Bart. & Bal. in l. de quibus. ff. de legib.* qui exemplificant, quando bis fuit iudicatum, *Zas. in tit. de legib. ad fin. Card. Paris. cons. 31. circa præsentem difficultatem. num. 44.*

lib.4. Carol.Ruin. conſ. 144. in caſu de quo quæritur, *nu.* 9. *lib.*3. *Viu. comm. opin.lib.* 2. *in verb. conſuetudo.opin.*57. *Suarez Theſaur. recept. ſent. verb. conſuetudo.nu.* 278. *Rocc. de Curt. de conſuet. in rubr. num.* 17. *Anton. Piag. in tract. de conſuet. quæſt.* 3. *nu.* 10. *cum multis, vbi alios refert.* Imò per
23 ſententias nullas inducitur conſuetudo ſecundum receptiorem Doctorum ſententiam, de qua per *Petr. Rauen. in tract. de conſuet. nu.* 115. *Nacl. conſ.* 309. *num.* 7. *lib.* 2. *& Piag. vbi ſupra. nu.* 14. Item &
24 concurrit diuturnitas temporis. Conſuetudo namque debet eſſe diuturna. *l. diuturna. de legib. ſeu inueterata. d. l. de quib. in verb. inueterata. Rol. à Vall. conſ.*42. *nu.*29. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. caſ.*83. *lib.*2. *cent.* 1. *nu.* 4. *Pariſ. conſ.*25. *nu.*25. *lib.*4. aut longęua, *Corn. conſ.* 40. *nu.*6. *lib.* 1. & quod requiratur tempus, eiuſq; diuturnitas, dixit *Rocc. de Curt. in d. nu.* 17. quod tempus in profanis inter laicos conſiderant DD. eſſe decem annorum, *ſecundum Corn. conſ.*115. *nu.*6. *& Siluan. conſ.* 61. *ſub. nu.*42. *& Piag. nu.* 47. tamen inter Clericos, & quando detrahit iura alicuius Eccleſiæ, tũc etiam lapſus quatraginta annorũ ſufficit, *Innoc. in cap. dilectus. nu.* 6. *de conſuet. Abb. cap. final. nu.* 10. *eod. tit.* vbi loquitur, ſiue ſit
25 contra particularem Eccleſiam, ſiue vniuerſalem, *Corn. conſ.* 268. *ſub nu.*16. *Ruin. conſ.*164. *ſub nu.*17. *lib.*5. *Pariſ. conſ.*27. *nu.* 28. *lib.* 1. *Piag. nu.* 51. *&* 52. *d. quæſt.* 4.
26 Et licet conſuetudo dans Iudicibus laicis cognitionem in Clericos non valeat, tanquam repugnans iuri diuino, canonico, & ciuili, ex *text. in cap. Clerici. vbi Gloſ. de Iudic. cap. placuit, & cap. inclita.* 21. *quæſt.* 1. *cum alijs allegatis à Graſſ. d. effect.* 1. *nu.* 372. tamen intelligitur de conſuetudine
27 generali ad omnes cauſas, ſecus in conſuetudine particulari in certis caſibus, vt in crimine læſæ Maieſtatis, homicidij cũ ſclopo, vel adulterij, vel alijs caſibus, quia tunc valet conſuetudo, *Gloſ. in cap. vir autem. de ſecund. nupt. Abb. cap. cum veniſſent. de eo qui mitti. in poſſeſſ. & in cap. cùm cauſam. de re iudic. Aufrer. de poteſt. Iudic. laic. reg.* 1. *fallen.* 12. 13. 14. *&* 15. *Clar. §. fin. quæſt.* 36. *nu.* 2. *in fin. Rocc. de Curt. in repetit. cap. final. nu.* 107. *de conſuet. Couar. pract. quæſt. cap.* 3. *nu.* 5. *verſ. quamobrem. Decian. tract. crimin. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 67. *& nu.* 139. *& ſeq.* vbi recenſet tres
28 caſus, in quibus rex Gallorum ex conſuetudine exercet iuriſdictionẽ in Clericos. In caſu fractionis ſaluæ guardiæ Regiæ; Item in caſu apportationis armorum, & denique in caſu, quo Clericus offenderet Regios Magiſtratus, & officiales, quia tũc Iudex ſecularis cognoſcet, & in *nu.* 142. 33
29 aſſerit, in Gallia Iudicem ſecularem cognoſcere, vbi Clericus vult ſibi vſurpare iuriſdictionem Regiam, & ita etiam fuiſſe in concordia cum Summo Pontifice. ex *authorit. Aufrer. de poteſt. ſecular. ſuper Eccleſiaſt. nu.* 23. *Fallen.* 15. quod etiam videtur eſſe in puncto *Farin. quæſt.* 8. *num.* 3. *verſ. limitando hanc ſecundam. Gaſpar. Roderi. de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 17. *nu.* 58. *&* 62. qui loquitur in conſuetudine in cauſa poſſeſſoria in materia beneficiorum, & dicit agi ad eum effectum, vt quieta ſit Reſpublica, ne fiat alicui iniuria, aut violentia, & indebitè à ſua poſſeſſione ſpolietur, *& nu.* 63. loquitur in conſuetudine inmemoriali, prout iſta eſt Regię Curię Straticorialis, quæ hominum memoriam excedit, & ideo vim priuilegij habet, & eſt adeo tuta, ac priuilegium haberet expreſſum 34
ab eo, qui illud dare poſſet, *alleg. Bal. conſ* 275. *lib.* 2. *Alciat. conſ.* 189. *Io. Garſ. de nobilit. gloſ.*12. *nu.*62. *Seſſ. de inhibit. cap.*8. *§.* 3. *nu.* 31. *&* 36. vbi recenſet in Catalo-
30 nia Iudices ſeculares de conſuetudine cognoſcere de cauſis ciuilibus exẽptorum, *ex auctorit. Olihan. de iur. fiſc. cap.* 14. *nu.* 3. *cum ſequ. & idem ex Bouad. in ſua politic. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 127. *thom.* 1. vbi quod po-
31 teſtas ſecularis poteſt punire delinquentem Clericum, qui exemptus ſit, & Superiorem in Regno non habeat ſoli Papæ ſubiectus, *alleg. Nauar. in cap. cum contingat. remed.* 1. *verſ.* 11. *facit. idem ſequitur Belluc. in ſpecul. Princip. rubr.* 11. *§. videndum num.* 12. vbi quod aliàs iure, & foro tollerari poteſt, antiqua conſuetudo Regni, quod Princeps in Regno iuriſdictionem habeat in exemptos, & de hoc factum forum in Regno Valentię teſtatur ibidem quod etiam ſequitur *Molin. in repart. verb. Iuſtitiæ Aragonum. verſ. Item iuſtitiæ Aragonum fol.* 202. *col.* 3. *in fin.* Vbi, quod de conſuetudine antiquiſsima Regni iuſticia Aragonum eſt Iudex in cauſis exemptorũ in ciuilibus, & pluries deciſum, & quod ſeruatur etiam in Gallia, & Partugallia, vt refert *addit. ad Molin. vbi ſupra. & idem Seſſe. nu.* 137. *verſ. modo reducendo.* qui in
32 *nu.* 6. inquit quod tantum poteſt conſuetudo, quantum poteſt Principis, aut Papæ gratia, *alleg. Innoc. in cap. ad Apoſtolicam. de Simon. & in cap. nouit. de iudic. & in cap. cum contingat. de for. compet.* & inquit, quod conſuetudo contra Canones valet ex *auct. Abb. in cap. venerabilis de præben.* & quod tranſgreſſor conſuetudinis debet puniri, ſicut tranſgreſſor legis, refert *Rocc. de Curt.* 35

Seſſ.

in d. cap. cum tanto. num. 9. cum multis. Et
33 quod consuetudo in casu particulari sit valida, nec diuino iuri aduersatur, *inquit Sess. in nu. 146. & nu. 155. & in nu. 158.* asserit, quod sicut potest Summus Pontifex concedere priuilegium alicui Regi, Principi, vel Iudici laico procedendi contra Clericos, præsertim in atrocioribus, & sic limitatim in aliquibus casibus, vel respectu certorum Clericorum, *secundum Decian. nu. 66. Conar. Bouad. Roderiq. vbi supra.* & etiam delegare talem cognitionē, eodem etiam modo id per consuetudinem inmemorialem acquiri potest, quia ea probata credendum est processisse titulum legitimum, *refert. Corn. cons. 24. nu. 20. vol. 4. l. 2. §. denique. ff. de aqu. pluu. arcen.* & dicitur immemorialis habere vim iustitiæ *Socc. in cons. 65. lib. 2. nu. 37. latissime Gars. d. Glos. 12. nu. 54. cum sequ.* & licet data in-
34 capacitate in præscribente, multi teneant non sufficere inmemorialē consuetudinē, prout est in casu isto, quod Iudex laicus ex consuetudine acquirat iurisdictionem cognoscendi causas Clericorum in certis casibus, & in Ecclesiastico, quando vult prescribere iurisdictionē incarcerandi laicos, & capiendi, quod non sufficit inmemorialis, sed requiratur titulus vltra, *Ab. & Conar. loquitur Auend. in cap. primo Prætorum. nu. 20. ad fin. lib. 1. Azened. lib. 4. recolat. tit. 15. l. 1. nu. 7. & 8. fol. 312.* tamen asserunt, quod data scientia Regis, vel eius Officialium, & sic Summi Pontificis, vel eius Episcoporum, quod sufficiat. *vt Burg. de Paz. in l. 1. tauri. nu. 233. Azened. d. lib. 4. recopilat. tit. 1. l. 14. nu. 10. fol. 39.* qui etiam dicit quod sufficit, quod quilibet subditus Regis contradicat, in casu isto constat de scientia Episcoporum, & Officialium Summi Pontificis, cū acta iurisdictionalia per eos facta, eorumq; literæ fuerint allegata, & decisa Contrapriuilegia, immò in anno 1567. idem Archimandrita cum petijsset acta Contrapriuilegij transmitti ad M. C. via reuisionis, literæ ad eius instantiam emanatæ fuerunt decisę Contrapriuilegia vt supra fuit dictum, vltra quod *Roder. in d. nu. 63.* tenet indistinctè, & omnes alij DD. supra allegati, cùm omnes loquantur in Iudice laico, qui ex cōsuetudine in casu particulari potest habere iurisdictionem cōtra Clericos, & personas Ecclesiasticas.

35 Præterea posset dici, quod Sindicus in hoc Eulogio, licet appareat actor, tamen reus, & conuentus est, & Archiepiscopus est actor iuxta terminos. *l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. Alex. cons. 103. sub nu. 5. vol. 5.* qui loquitur in Episcopo, *Capic. decis. 18. præcise sub nu. 7.* & licet *Afflict. decis. 268.* teneat cōtrariū, & alij relati à *Gabr. cōm. opin. tit. de act. concl. 6.* tñ priorē sententiā tenent alij, quos citat idē *Gabr. nu. 42.* illamq; magis cōmunem dicit *Conar. var. resolut. cap. 18. nu. 3.* qui adeo veram dicit, quod etiā Episcopus trahitur ad Iudicem laicum. *Vrsil. ad Afflict. d. decis. 268. nu. 2.* & ita seruari *in Rot. Rom. Cur.* asserit *Gratian. discept. Forens. cap. 85. sub nu. 9.* qui loquitur in his præceptis tendentibus ad defensionē possessionis, & exceptiones tuendas, & inquietationes remouendas, quo in casu prętendens illa stat, tamquam
36 reus, non vt actor; quandoquidem Vrbs Messana, dum pro suorum Priuilegiorum conseruatione allegat, aliquid esse contra Priuilegia, ad illud tēdit, quatenus cognitis Priuilegijs per ipsos Iudices, inde obtineat ab eis præcepta tendentia ad defensionē possessionis suæ, ad exceptiones tuēdas, & inquietationes remouendas, quę de facto fiunt contra sua Priuilegia, & ideo actus prædictus allegationis facit Sindicū reū non actorē, dum allegando titulū Baronis, aliaq; acta iurisdictionalia actentata non agit, vt velit Archiepiscopum super his conuenire, sed intendit in suis iuribus conseruari, & suorum Priuilegiorum exceptione tutus antequam conueniatur instat silentium imponi implorando iudicium Delegatorum officium. *Imol. in cap. cum sit generale. de for. compet. Alex. d. cons. 103. nu. 7.* & vt prævenies Iudicem suū adire potest, coram quo esset conueniendus, & prętentus tenetur respondere *Mastrill. post alios decis. 157. nu. 8.* vnde, cùm (vt ostendi) hæc semper fuerunt acta per viam Contrapriuilegij coram Cur. Strat.
37 hæc consuetudo, vt iuris interpretatiua attendicur. *l. minime. & l. si de interpretatione. ff. d. ll.* cum sit generale in qualibet dispositione, quæ recipit interpretationē à consuetudine, & iuris dispositio dubia circa forum Ecclesiasticū sumit interpretationem à consuetudine, *Farin. quæst. 8. nu. 99. in fin. Ambrox. d. cap. 20. nu. 45. Grass. effect. 1. nu. 281. & 261. Menoch. de arbitr. cas. 83. nu. 10. & cons. 163. nu. 8. & cons. 199. nu. 11. Fontan. de pact. nupt. claus. 1. nu. 33.*

Quartum, & vltimum est fundamentū, nam clarissimū est, dū vocat se Baronem Casalis Lardariæ, & iurisdictionē dicit ad se spectare, quod simus in causa feudali, verum posito, prout non est, quod non essemus in causa feudi, tamen negari non potest, Illustrissimum Archiepiscopū habere illam forestam à Sua Catholica Maiestate,
38 hoc enim in casu, cùm à Rege habeat, coram

ram Iudicibus secularibus Regijs conueniri possit, esto Archiepiscopus in persona Ecclesiastica sit, ita in puncto *Bouadill. d. cap. 18. nu. 159. vbi in lit. G. allegat tradita per Mieres de maiorat. in initio. fol. 3. nu. 3. & part. 3. quæst. 9. nu. 3. & part. 4. quæst. 1. nu. 13. & allegatos DD. ibi supra citatos.*

Iusuper iam est clarum, quod disceptatur de iurisdictione in dicto Rure, nam dictus Archiepiscopus suam esse prætendit, & Senatus è contra, & sic ad Regios Officiales spectat, ex quo vbi vertitur dubitatio de iurisdictione, vel iuribus Regalibus apud alium repertis, Rex est competens Iudex in causa sua. *l. proximè. ff. de his quę in test. delentur. & cap. cum veniſſent. de Iudic.* etiam si Prælatus, vel alia persona Ecclesiastica, imò ipsa Ecclesia prætendat, non enim poterit declinare Regis iurisdictionem, ita est *l. Regni Hispan. ordin. lib. 2. tit. 1. l. sic firmat. Odoffred. cons. 83. incipit, An* Episcopus. *cuius consilium recitat Alber. in auth. statuimus. C. de Episc. & Cler. col. 2. vers. sed licet verum. cuius meminit Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. col. 6. in fin. vers. in glos. 2. Palac. rube. repetit. cap. per vestras. de donat. §. sed est pulchra dubit. nu. 49. fol. 304. Didac. Pertez. in l. 2. tit. 1. lib. 3. ordin. col. 775. ad fin. Azeued. in Regijs constit. lib. 4. tit. 1. l. 3. tit. de la iurisdit. Real. nu. 4.* Et Iudex ordinarius cognoscit, an sua sit iurisdictio, licet qualitas iurisdictionis negetur, vel quodcunque priuilegium prætendatur, *l. si quis ex aliena. ff. de Iudic. l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocat. non ier.*

Rursus est etiam clarissimum, quod non potest negari, quod foresta prædicta Lardariæ, quam habet dictus Dominus Archiepiscopus, sit de iure patronatus Regio, quo in casu tam in possessorio, quàm in petitorio cognoscunt Iudices Regij seculares, vt inquit *Bouadill. d. cap. 18. nu. 213.* quod ita etiam obseruabatur in Regno Franciæ, Angliæ, Vngariæ, & Apuliæ, *allegat Auffrer. in d. tract. de potestat. secular. super Ecclesiast. person. reg. 2. num. 25. vers. 25. fallit. Io. Gars. de nobilit. Glos. 6. num. 24. & sequ. post Speculatorem tit. de competent. Iudic. addit. §. generaliter. nu. 2. vers. 4. Gugliel. Benedict. in cap. Rainuntius. verb. & vxorem. in 2. nu. 62. de testam. & num. 74 78. & 79.*

Igitur vel feudalem dicimus, prout est, vel allodialem, & ex quo à Rege habuit, vel de iure patronatus Regio, quod negari nullo modo potest, semper cognitio erit Iudicis laici, & per consequens Regiæ Curiæ Straticotialis, imò ex quo videtur Regiam iurisdictionem vsurpare, Iudex laicus est competens, cùm sibi permittitur defendere iurisdictionem, & Territorium suum, *cap. ex parte. de verbor. significat. cap. dilecto. de sentent. excomm. lib. 6. Auffrer. d. reg. 1. num. 23.*

Quo ad secundum caput, Sindicus habet intentionē fundatam in hoc Eulogio, nam ex antiquissimis Priuilegijs, de quibus in primo Consilio mentionē fecimus, Mēssanæ Vrbi fuit concessum merum, & mixtum imperium, & clarum est de iure, quod Priuilegium datum loco, videtur datum personis, *cap. per exemptionem. de priuil. in 6. Dec. in l. omnibus. nu. 16. ff. de reg. iur. & cons. 152. nu. 3. Decian. cons. 233. nu. 13. & sequ.* Et priuilegium concessum Patriæ intelligitur concessum cuilibet de Patria, vnde, cùm potestas fuerit concessa Vrbi Mssanæ, dicitur concessa Officialibus ipsius, vt vtantur ea iurisdictione in genere eorum, qua vtebantur concedentes, *l. si non speciali. C. de testam. vbi Angel. per text. ibi. & per l. omnes. C. sine cens. vel reliq. Auil. cap. 19. C. Prætor. glos. priuilegium. nu. 3. & 8. Valenz. cons. 79. nu. 73. & 74.*

Nec est mirum, si hodie districtus non est à Leontino vsque ad Pactas, sed à Terra Fortilitij Agrò vsque ad Terrā Castri Regalis inclusiuè, & sic restrictus ad miliaria triginta circumcirca, quoniam etiam districtus Vrbis Romæ antiquitus se extendebat vsq; ad centum miliaria, vt *in l. 1. §. quidquid igitur. ff. de offic. Prætor.* hodie verò est restrictus vsq; ad quatraginta miliaria vt in Bulla Gregorij XIII. super Statuta dictæ Vrbis Romæ, & ita etiam ante dictam Bullam seruabatur, vt testatur *Pute. decis. 24. lib. 3. & Dom. Card. Tusc. d. concl. 516. nu. 11. & 12. lit. D.* Et eo maximè, cū omnia dicta Priuilegia fuerint confirmata per inuictissimam Maiestatem Regis Philippi in Priuilegio nouissimo, vbi confirmat omnia Priuilegia, tam Romanorum, quàm Grecorum, & omnium Regum, quæ confirmatio habet vim renouationis. *cap. 1. & cap. examinata. vbi Imol. Abb. & alij. de confirmat. vtil. & inutil.* & inducit nouam dispositionem, & quando actus confirmatorius non valeret, valet vt de nouo, quando fit ab eo, qui habet potestatem concedendi. *Io. Vinc. de Ann. alleg. 35. nu. 20. & alleg. 37. nu. 19.* & dicuntur istæ confirmationes ex certa scientia, & continent nouum priuilegium, & sunt magis, quàm in forma cōmuni; nam interuenit examen & causæ cognitio, cùm Rex Guglielmus vidit oculis proprijs, & inde de eius mandato fuerunt recognita ab Archiepiscopo Panhormitano, & talis cōfirmatio egredi-

tur

tur metas confirmationis in forma communi, *Io. Vince. de Ann. d. allegat. 35. num. 13. & 14. Bero. quæst. 50. num. 13. Guttie. conſ. 11. num. 8. & ego dixi in d. conſ. nu. 121.*
49 *vſque ad num. 125.* vbi, quod generalis confirmatio dicitur confirmare omnia priuilegia antiqua, licet eſſent reuocata ex *Bart. in l. more. num. 5. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* quæ priuilegia, cum ſint propter ſeruitia, & ſan-
50 guinis effuſionem, de quibus ipſi Reges teſtantur, quibus creditur, eorumque aſſertioni circa merita ſtandum eſt, & ſi regulariter in prohibitis non ſtetur concedentis aſſertioni, ſed aliter ſint probanda merita, tamen nos non ſumus in prohibitis, ſed in conceſſis, ideoque ipſis creditur. *Bar. in l. ambitioſa col. 11. ff. de decret. ab ordin. facien. gloſ. in cap. Paſtoralis in verb. exornare de offic. delegat.* Et ego latiſſimè alios retuli *in d. conſ. num. 66. & 67. & 148. cum ſeqq.* vbi multa alia deduxi pro comprobatione; veriſſimum eſt, quod ſunt inreuocabilia, *l. Aquilius ff. de donat. gloſ. in l. Decurionibus C. de ſilentiar. lib. 11. Bal. in l. ſi cum mihi ff. de dol. & in l. qui ſe patris C. vnd. libe. ſurd. conſ. 419. nu. 51.* cum tranſeant in vim contractus, qui inreuocabilis eſt, *Bardellon. conſ. 22. num. 19.* vbi aſſerit ex hoc priuilegio ſolui mercedem laboris, multos retuli *in d. conſ. num. 63. & ſeq. & num. 149. vſque ad num. 160. in verſic.* dum ex aduerſo adducuntur.

51 Fundat etiam ſuam intentionem copioſo numero actuum iuriſdictionalium tam reſpectu meri & mixti Imperij adminiſtrati per Regiam Curiam Straticotialem, quam DD. Conſulum maris quò ad res concernentes mercaturam, quam Conſulum artis ſerici, etiam D. Bayuli circa eius iuriſdictionē de vnceis quinque infra; quam Illuſtriſſimi Senatus circa regimen victus & potus, eorūque menſuras, & pondera, & de limitibus, & tranſitu per vias in dicto rure Lardariæ, vt per ſententias prolatas viſo loco per ipſum Senatum in dicto rure ſub die 4. Nouembris 1491. & alteram ſub die vltimo Octobri 1543. cum multis alijs actis tam de tempore inmemorabili, quam de præſenti continuatim, & per multos teſtes ipſoſmet acathapanos, & magiſtros vini qui in dicto rure Lardariæ eorum officia gerebant, prout & in vrbe iſta.

Item & per multos actus conſtat gentes de dicto rure ad vocationem Senatus, eiuſque officialium aduenisſe ad hanc vrbem, eiuſque mandatis obtemperaſſe, eodem modo, & Regiæ Curiæ Straticotialis. Item conſtat Caporalem, & Prouiſionatos in dicto rure ab Illuſtriſsimis Straticoto, & Senatu eligi, & ad eorum nutum mutari, & denique dictum Caſale eſſe de territorio, & ea omnia exequi, & facere reſpectu vrbis, & officialium ipſius, quæ faciunt gentes de alijs Caſalibus ſubditis ipſi vrbi: ſoluunt enim gabellas tam ſuper rebus, quæ comeduntur, quam quæ potantur, quam etiam & ſuper ſerico, promulgantur etiam omnia alia bamna, quæ ſolēt promulgari in omnibus alijs Caſalibus. Item Senatus eſt dominus aquarum, quæ ſunt in flumine publico ipſius Caſalis, & ipſe conceſsit multa molendina, concedendo ſufficientem aquam, per multos actus conceſsionum, & per alios actus in Eulogio conſtat, qui actus oſten-
52 dunt poſſeſsionē iuriſdictionis *Alb. conſ. 64. num. 16. & ibi addit. in litt. C. Menoch. conſ. 1000. num. 4. & ſeque.* vbi loquitur in promulgatione bamni, & in *num. 7.* loquitur in actis exactionum gabellarum ex *auctoritat. Bal. in conſ. 161. lib. 3. col. 2. verſic. ſed ita eſt, & in l. 3. C. de natural. libe. Maſcard. concluſ. 1052. num. 15. & ſeq.* vbi etiam dicit
53 ſufficere teſtes ſingulares, quod exercitium iuriſdictionis dicitur factum ex titulo præambulo, & ſic vigore dictorum priuilegiorum *gloſ. in l. 2. C. de acquire. poſſeſſ. Abb. conſ. 82. num. 4. & 5. volum. 2. Surd. conſ. 429. num. 46. vol. 3.* & hoc exercitium iu-
54 riſdictionis, & ſubſequuta poſſeſsio declarat omnia dicta priuilegia *Bart. conſ. 53.* incipit commune ſpoleti *Roma conſ. 271. Domi. Reg. Apont. conſ. 51. nu. 28. & 29.* vbi dicit talem poſſeſsionem interpetratiuam non requirere longi temporis præſcriptionem. *Menoch. conſ. 163. nu. 8. vol. 2.* & quod ſubſequuta conſuetudo, & obſeruantia eſt fida interpres priuilegiorum, & ſtatutorum eſt
55 *tex. in cap. cum dilectus de conſuetud. vbi Butr. l. ſi prius. §. placuit ff. de aqu. plu. arce. Burg. de paz. conſ. 15. Valenz. d. conſ. nu. 29. multos retuli in d. conſ. nu. 136.* vbi etiam dixi, quod eſt tantæ potentiæ obſeruantia interpetratiua quod ſi ſtatutum tollat conſuetudinem,
56 non tollit interpetratiuam, imò ſi ſtatutum expreſsè reprobat conſuetudinem, non comprehendit interpetratiuam, *vltra Decia. & Dec. Domi. Card. Tuſc. litt. C. concluſ. 878.*
57 Et hæc priuilegia, cum ſint multa dicuntur fortiora, & difficilius illis derogatur *cap. prudentiam de offic. delegat. Valenz. d. conſ. num. 124. & ſeq.* & non indigent confirmatione, cum ſint ſui natura perpetua, ex quo conceſſa nomine dignitatis, quæ ſemper durat, & in ſucceſſorem tranſit *Cap. decet. de regul. iur. in 6. Bardellon. d. conſ. nu. 37. & Valenz. num. 15. & ſeq. & ego in d. conſ. 1. num. 140.*

58 Et quando Princeps concesit iurisdictionem Ciuitati super Casale ob merita Ciuitatis tunc tale priuilegium transit in contractum, & non potest alteri concedere, vt in terminis nostræ vrbis loquendo dixit *Petr. de Greg. conciuis de conces. feu. par. 1. quæst. 6. & post eum Ioan. Franc. Capiblanc. tractat. de Baronib. & eorum officialib. pragm. 8. num. 31. seq. par. 1. Rosentall. de feud. cap. 3. conclus. 21. qui in litt. B. allegat. Præpos. Aluarott. Afflict.* & alios, nec illam diuidere, nec moderare posse dixerunt *Auenda. lib. 1. prætor. cap. 12. num. 10. Belluc. in specul. Princip. rubr. 7. num. 3. Mex. in l. de Toledo 9. fundam. 2. par. num. 50.* vbi dixit, quod Rex non potest terras, & villas vni Ciuitati datas alteri alienare. *sesse. decis. 79. par. 1. & decis. 187. num. 18. & 19. par. 2.* alios refert, & licet concesserit, dicendum est ad importunitatem partium, sed quod verè noluit concedere, esto, aliter, appareat Aponte *cons. 59. num. 35.* cum Rex neminem præsumatur velle lædere *l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe. ff. nequid in loc. public.* & vti omnium iustus pater non præsumitur
59 velle vni dare, & alteri auferre etiam in rescriptis, & priuilegijs *l. nec auus C. de emancipat. libero. cap. quamuis de rescript. in 6.* etiã quando verba essent ampla cum præiudicio tertij. *Rui. cons. 88. vol. 4.* quia debent stri-ctissimè interpetrari. *Clement. Pastoralis de priuileg.* etiam quod cum impropriatione verborum redderentur superflua *cap. super eo. de offic. delegat.* & quod semper intelligatur clausula (saluo iure tertij) *l. ex facto. deuulgar. & pupillar. & ego in d. cons. num. num. 180. & seq.*

60 Vltra quod Illustrissimus Archiepiscopus in priuilegio concessionis tenimenti Lardariç quod non est præsentatum in hoc Eulogio, nullam habet iurisdictionem, sed tantummodo fuit concessum tenimentum, & per consequens dicitur Regem dedisse illum locum, & res proprias quas habebat in dicto loco, cum iurisdictionem tunc Rex non habebat, ex quo Messanæ vrbi concesserat, vt clarè dixerunt *Auenda. lib. 1. prætor. cap. 4. num. 5. & Azeued. lib. 5. nou. recopilat. tit. 10. l. 1. num. 35. fol. 325. Menoch. Rosentall. & alij per me allegati in d. cons. 1. nu. 176.* cum multis, vbi etiam discussi, an concesso Castro, vel appido præsumatur concessa iurisdictio, & quando.

Rursus apparet in Eulogio per multos testes, quod cum Reuerendissimus Antistes Don Petrus Ruiz titulum Baronis voluisset apponi facere in edictis impressis, statim habita notitia per Senatum fuit ablatus dictus titulus, & impressa omnia sine titulo prædicto, asserens Archiepiscopus iustitiam esse Senatus, & ita etiam fuit tempore præsentis moderni Archiepiscopi.

Apparet etiam Sindicum habere intentionem fundatam, ex quo constat ex priuilegijs, & infinitis actis dictum Casale Lardariæ esse de territorio vrbis, & per consequens de eius iurisdictione, cum ordinarius
61 habet fundatam intentionem, quò ad iurisdictionem super omnibus locis subiectis *Bar. in l. 1. §. cum vrbem Mandell. cons. 111. per totum, & cons. 22. num. 1. Mart. vot. 262. nu. 1. & vltra Alex. Decia, & alios Auend. d. cap. 4. prætor. num. 3. lib. 1. Azeued. ad recopilat. tit. 15. lib. 4. l. 4. num. 55. fol. 323. Aluar. Velasq. quæst. 8. de iur. emphiteot. nu. 38. cum seqq. Mex. in l. de Toledo 9. fundam. 2. par. num. 50.* vbi asserunt procedere non solum, quò ad dominium verum etiam, quo ad possessionem, cum regulariter quælibet iurisdictio cohæret territorio *d. l. 1. §. cum vrbem & l. final. ff. de offic. præfect. vrb. l. Pupilius. §. territorium ff. de verb. significat. Scrader. de feu. par. 10. sect. 3. num. 152.* vbi asserit adeò esse radicatam territorio, vt ab eo euelli non possit, & in *num. 156. & seq.* quod transit merum, & mixtum Imperium, & etiam regalia territorio cohærentia, vt puta flumina publica quę iam videmus hodie esse Senatus, cum per eum fuerunt concessæ aquæ molendinis imò, & cum Illustrissimus Don Antonius la Lignami anno 1532. olim Antistes promulgasset bamnum, per quod prohibebat, nè caperetur aqua à flumine publico, ex quo suum erat, statim instante Senatu fecit actum reuocatorium de dicto bamno, in quo etiam declarauit, quod flumen illud Senatus erat, vt apparet in Eulogio.

62 Et iam si loquimur dispositione iuris communis Iurati possunt constituere prætium, modum mensuram, & pondera, quò ad res concernentes victum humanum, & eorum officium est vt dixit *iurisconsult. in l. final. §. Episcopi ff. de munerib. & honorib. Marci. decis. 540. num. 42. Decia. respons. 55. num. 7. vol. 1. Lop. in sinctagm. iur. 3. par. pag. 740. in fin. Azeued. lib. 7. recopilat. tit. 5. cap. 4. num. 5. fol. 177. Mexi. in pragm. de tax. pan. conclus. 5. & 7.*

63 Idem si loquimur dispositione Capitulorum Regni est capitulum Serenissimi Regis Federici 116. vbi datur impositio metæ prætij rebus venalibus, & cognitio ponderum. Et mensurarum, & cognitio limitum, & nè quis in publico ædificet, & multa alia, & in speciè concedit Iuratis N. V. Messanæ.

Idem

Idem, si loquimur respectu priuilegiorum nam vltra quod Rex Fidericus in d. capitulo Regni specificam mentionem fecit de dicta potestate data Iuratis Vrbis Messanæ, concessit particulare priuilegiũ ipsi Vrbi, vt in Eulogio apparet, & sunt alia duò priuilegia Regum Ludouici, & Ferdinandi, quod de limitibus & contentione super diuisis vinearum, domorum & aliarum possessionum, & his similium Senatus ipse cognoscat cum clausula abdicatiua (tu solus, & nemo alius.)

64 Constat enim Senatum prædictam iurisdictionem in hac vrbe à tempore inmemorabili vsque ad præsens exercere eodem modo Regiam Curiam Straticotialem, Consules, Bayulum, & alios officiales, dicendum est idem esse respectu dicti Casalis Lardariæ, cum iurisdictio Ciuitatis, & eius territorij intus quod est dictum rus Lardariæ est vnica, indiuidua, & incorporalis, & respicit æqualiter totum, & quamlibet partem illius, & ita Casale, sicut Ciuitatem vt declarauit *Bal. in cap. 1. de capita. qui cur. vendid. col. 4. num. 5. & 6. Bart. in l. 2. ff. de verbo. significat.* dixit, quod ex eo, quod cõ-

65 prehenduntur sub nomine Ciuitatis vici, & vicini illorum, iurisdictio vici dependet à iurisdictione Ciuitatis, tanquam membra dependent à suo capite. *Morot. respons. 16. num. 27. Valenz. d. cons. 79. num. 72.* & ita iudicantur vniformiter Ciuitas, & illius vicini cum vicis, & habitantibus in eis, & cum sit certũ de iure quod Casalia Ciuitati subiecta sunt partes eiusdem Ciuitatis, & continentur sub eodem nomine, vt declarat *Barbat. cap. Rodulphus num. 7. de rescript. Purpurat. cons. 528. num. 6. vol. 2.* cum Ciuitas, & territoriũ sint vna, & eadem res, & quoddam totum constituant inter certos fines positum *vt l. pupillus. §. territorium ff. de verb. significat.* & territorium habet se ad Ciuitatem, quemadmodum accessorium ad principale *cap. si quis Episcopus 6. quæst. 4. Loffred. cons. 29. num. 77.* dixit, quod omnia Castra vnius Comitatus habent ius indiuiduum, *l. Imperialem. §. præterea ducatus de prohibit. feu. alienat. per Fideric. Bart. cons. 189. Valenz. d. cons. num. 84.* inquit, quod qui facere intendit differentiam inter Ciuitatem, & vicos, ac territoriũ euertit integralitatem quam habent de iure, & directè contradicit vnitati, quam territorium habet cum Ciuitate vnde cum Regia Curia Straticotialis, Senatus & alij officiales iurisdictionem habeant in vrbe eamdem dicuntur habere in toto territorio.

Vltra quod constat per multos actus publicos & per multos testes de exercitio iurisdictionis in dicto Casale Lardariæ tam per Regiam Curiam Straticotialem, quam per ipsum Senatum, & per eius acathapanos, magistros vini, & alios ministros, aliosque officiales vrbis, vt supra fuit deductum,

66 qui testes, esto, parte incitata plenissime probant, cum simus in summario possessorio, *Alex. cons. 147. in princ. volum. 6. Dec. cons. 559. num. 8. Neuizan. cons. 86. num. 7. Cepha. cons. 19. in fin. vol. 1. Rola. Anall. cons. 8. num. 39. vol. 4. Mascard. 1366. num. 9. Farinac. quæst. 71. num. 71. versic.* sed quod in possessorio, & in eodem puncto multa deduxit *Cassan. in cons. pro nobilissim. Vrb. Messa. super eius inmunit.* eo maximè, quod stilus, & consuetudo ita est, vt per infinita Eulogia apparet taliter quod potest dici transiuisse in vim priuilegij, cum vsus, & consuetudines transeant in priuilegium, vt ex multis priuilegijs retroprincipum, & est de iure, vt dixit *Ias. in l. 1. in 1. lect. nu. 33. C. de summ. trinit. & fid. catholic.* Præterea esset destruere tot, & tanta Eulogia sic facta quod de iure non permittitur, sed dicendum est legitimè bene procedi, dictosque testes probare. *Bertacz. cons. ciuil. 22. nu. 17. vers. 4. & vlt.* vbi asserit, quod sic rescinderentur tot successiones, & fierent tot lites, & reuocarentur tot negotia sopita, standum esse sententiæ frequenter in practica seruatæ, & ad propositum allegat tradita per *Castr. in l. iustæ in princ. de vsucapion.* vbi loquitur, quando plures capturæ sunt factæ nulliter, quod non reuocentur, & annullentur tot gesta licet contra formam iuris, & quod potius est pronunciãdum ad fauorem rei gestæ, capturam esse validam & sequitur *Marsil. singular. 282. incipit Creditor.* & cum fuisset ordinatũ per S. Maiestatem per eius litteras regales quod citentur partes in tali compilatione contra priuilegij dictæ litteræ fuerunt allegate, & decise tendere contra priuilegia vt per *decis. factam sub die.*

67 Cum igitur actus facti per Illustrissimum Archiepiscopum, eiusque ministros nullius sint considerationis, & tanquam actus turbatiui, non solum non probant possessionem sed perturbationem *ex tex. in l. quamuis §. si conductor. & ibi Alex. ff. de acquir. posses. & in l. Pomponius ff. quib. mod. vsus fruct. amitta. Afflict. decis. 167. num. 3. & 4. Valenz. d. cons. 79. num. 131.* Merito, tanquam tendentes contra ius, & iustitiam Sindaci debent decidi, quod sunt contra Regia Priuilegia Nobilissimæ Vrbis, & ita indubitanter concludo, cætera suppleant spectabiles Iudices Straticotiales Regij

delegati more eorum. Et hæc omnia dicta sunt sub correctione sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ cui me submitto Messanæ die 24. Februarij 1620.

IESVS MARIA.

DIe 10. Septembris 1619. Per Reuerendissimum D. Iudicem Regiæ Monarchiæ fuit decisum grauamen in fauorem D. Ansaldi de Patti, & consortum. Item & fuit declarata nulla ipsa declaratoria; nam per ipsos fuit etiam tentata causa nullitatis, & ex parte Reuerendissimi Archiepiscopi fuerunt tentati duo articuli. Primus quod non audiatur, secundus, quòd non procedatur in causa, & ambo fuerunt decisi in fauorem D. Ansaldi, & consortũ, & litteræ aduisi, & copiæ illarum venerunt in die 14. Septembris, qui fuit dies Vigiliæ Octauæ festiuitatis Beatissimæ Virginis, & fuit etiam dies Sabbathi.

Fuit appellatum per Archiepiscopum, & datus Iudex Ecclesiasticus per S. E. cum voto Tribunalis Consistorij, & etiam fuit appellatum per Ansaldum Patti, & consortes ex quo reseruauit iura Archiepiscopi.

Die 15. Martij 1620. per Iudicem Ecclesiasticum cum voto dicti Tribunalis Consistorij fuit declarata nulla dicta sententia declaratoria, & etiam fuit decisum fuisse illatum grauamen, & fuerũt sublatæ omnes clausulæ positæ per Iudicem Regiæ Monarchiæ, & sic obtinuerunt DD. Clientes olim Senatores.

Interea verò temporis non destitit Reuerendissimus Archiepiscopus in eodem Ruræ Lardariæ quàmplurimos turbatiuos actus exercere, quinimò & titulo Baronis se insignire, ex quo iurè Sindicus Nobilissimę Vrbis prædictum titulum, omniaque acta Iurisdictionalia contra Regia Priuilegia tendere allegauit, & Eulogio compilato sub die 29. mensis Februarij in fauorem Senatus, quòd sunt contrapriuilegia decisum fuit: Die vero 24. Martij, qui Sacratissimus est Vigiliæ Sanctissimæ Annunciationis Beatę Virginis Dei genitricis, festiuissimus autẽ Messanensibus omnibus Illustrissimus Straticotus, & Spect. Iudices Regij Delegati cum Illustrissimo Senatu, aliorumque officialium Comitatu Lardariam versus processerunt, ibique cum formatis Curijs omnia ad pristinũ reduxerunt, solita bamna promulgando, iurisdictionalia exercendo Baiulum ab Archiepiscopo constitutum inhibendo, vt ex iniunctione de mandato Illustrissimi Straticoti, & spect. Iudicum registrata in Regia Curia Straticotiali dicto die 24. Martij videre est.

Ordo vero in dictum Rus Lardariæ procedendi hic fuit.

Peruenerant in eodem curru omnes Senatores Illustrissimum Straticotum cum Regijs Delegatis iudicibus alacriter excepturi. Post non multum vero temporis Illustrissimus Straticotus, & Regij Delegati Iudices in altero simul curru aduenerunt, vbi alteri, alteri occurrentes, seseque inuicem consalutantes, Illustrissimus Straticotus medium tenens locum, spect. Ioseph Bectoni à dextris vnus ex iudicibus, & à sinistris vnus ex Senatoribus primi progressi sunt, sequebantur eos duo alij Senatores medium cedentes locum Spect. Mario Caribdi vni pariter ex iudicibus, & deinde Spect. Placidus Colossus Iudex medius inter alios duos Senatores, cæteri verò commixti in comitatu hoc ordine progressum, & peruentum fuit domum vsque Hieronymi de Gregorio Nobilis Messanensis in eodem Rure Lardariæ sitam, vbi varijs animi significationibus de more habitis consederunt hoc ordine Illustrissimus Straticotus medius inter spect. de Bettono Iudicem è dextro latere, quem sequebantur cæteri Iudices, & post eos Magister Notarius Curiæ Straticotialis, è sinistro verò latere vnus ex Senatoribus, ad quem cæteri Senatores consedebant, è fronte verò Illustrissimi Straticoti. Ego Don Franciscus Antonius Costa, Consultor Vrbis, Hieronymus Donatus V. I. D. pro Sindico, & Hieronymus Caribdi Procurator, consedebamus, neque vllus alius. Atque hic est sedendi ordo seruari solitus in reductionibus contra Regia Priuilegia prout fernatus fuit per me Iudicem Curiæ Straticotialis in Regio Palatio in reductione facta de actis in officio Magistri Notarij Dohanæ tempore Illustrissimi, & Excellentissimi Principis Castiglioni, Marchionis Iuliane, tunc Regij Straticoti meritissimi. anno 1617.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentiæ exceptio tunc obstat iurisdictioni quando exceptio rei iudicatæ obstat actioni.*

2 *Sententia lata in vno iudicio, vt pariat exceptionem rei iudicatæ in alio, tria copulatiuè, debent concurrere, quæ recensentur.*

3 *Exceptio rei iudicatæ obstat, quando origo petitionis est eadem in vtroque iudicio, & interpetratiuè agitur de eadem re, intelligo, quando fuit principaliter deducta, & de ea plena cogni-*

cognitio processit num. 5.

4 *Causa quando est expressa in sententia per Iudicē tunc clarū est motum fuisse ex illa causa.*

6 *Sententia lata super incidenti tunc parit exceptionem rei iudicatæ, quando fuit sollemniter cognitum sicut si ordinariè actum fuisset, & quod pars conata fuerit probare, num. 7.*

8 *Excipiens de spoliatione contra agentem, si succumbat, potest principaliter agere, quia dicta duo iudicia non tendunt ad eumdem finem.*

9 *Litis pendentia non obstat quando sententiæ tendunt ad diuersum finem.*

10 *Litis pendentia non obstat, quando in secundo iudicio continetur plus, quam in primo.*

11 *Idem, quando processus est nullus. 17. 32.*

12 *Reseruatio facta in sententia (saluis iuribus) nil operatur, quando iudicium illud est nullum.*

13 *Sententia, & processus, quando sunt nulli, sunt ab integro repetenda omnia acta.*

14 *Litis pendentia non obstat ex citatione circumducta, licet sit incusata contumacia eò magis, vbi nulla interuenit citatio; idem, si citatio est nulla, num. 18.*

15 *Instantia perempta pereunt omnia acta, & non datur litis pendentia.*

16 *Litis pendentia non obstat in sufflato spiritu instantiæ.*

19 *Nullus, quando est processus, non est facienda mentio de pendentia litis.*

20 *Litis pendentia non obstat, quando recurritur ad alium iudicem pro manutemptione possessionis, etiam si fuit inhibitus, esto Iudex laicus sit. num. 22.*

21 *Idem nullitate pendente, si faceret actum per modum continuationis.*

23 *Litis pendentia non obstat, quando profertur sententia declaratoria priuationis.*

24 *Feudalis est causa ex denominatione Baronis.*

25 *Princeps laicus in quæstione feudi inter Clericum vassallum, & alium vassallum, eiusque Iudices laici cognoscunt.*

26 *Iurisdictio in causa feudi non potest prorogari sine licentia Domini nec tacitè, nec expressè, & sententia est nulla ipso iure num. 27. & & processus ipso iure nullus num. 28.*

29 *Magna Curia in Regno est competens in causa feudi & Curia Straticotialis in prima instantia. num. 30.*

31 *Iudices Straticotiales sunt Regij Delegati in decisione contrapriuilegiorum.*

33 *Sententia lata non parit exceptionem rei iudicatę, quãdo Iudex cognouit de quæstione incidenti, si non poterat principaliter cognoscere.*

34 *Tacitum non operatur plus, quam expressum.*

35 *Litis pendentia non obstat, quando quis impugnauit litem petendo, quod non audiatur.*

36 *Idem, quando iudicibus non constat ex exhibitione scripturarum de pendentia litis.*

ARGVMENTVM.

An sententia lata in vno iudicio pariat exceptionem rei iudicatæ in alio; Et quando est nulla an sint repetenda omnia acta. Et quando obstet litis pendentia, & multa de præcedenti consilio.

CONSILIVM III.

Spiritus Sanctus adsit.

PEndente Eulogio contrapriuilegij super titulo Baronis Lardariæ, & vsu iurisdictionis in dicto rure prætenso per Illustrisimum Dominum Archiepiscopum coram Regia Curia Straticotiali, quod exinde fuit decisum in fauorem sindaci istius Vrbis. Proposuit dictus Archiepiscopus suæ Excellentiæ dictam causam contrapriuilegij non potuisse tentari, nec decidi, ex quo pendebat lis in Regia Monarchia, etiam quò ad merita; nam licet in dicta Regia Monarchia fuerit tentata nullitas sententiæ declaratorię incursus in censuras prolatæ per Vicarium, tamen in dicto incarthamento fuerunt præsentata priuilegia, & plures actus iurisdictionales ex vtraque parte, quæ concernunt merita, & veritatem ipsius iurisdictionis; vnde infertur de consensu ipsarum partium fuisse deuentum ad merita coram Reuerendisimo Iudicę Monarchiæ. Quo non obstante dicimus assertam litis pendentiam non refragari in facto, de quo quæritur.

1 Primò quia excæptio litis pendentiæ tunc obstat iurisdictioni, quando excæptio rei iudicatæ obstat actioni *Bal. in cap. 1. circa finem de controue. feud. apud par. termina. Paul. de Castr. in l. ex duobus ff. de duob. reis. Gabr. comm. opinion. tit. de indic. conclus. 1. nu. 33. Surd. cons. 139. num. 12. Bursat. cons. 74. num. 120. volum. 1. Capit. decis. 122. in fin. num. 9. Alex. cons. 105. num. 24. lib. 3. Graff. de except. in prælud. num. 50. Lancellott. de attentat. in 2. par. cap. 4. limit. 2. num. 2. & seq. & num. 38. Ias. cons. 9. vol. 1. num. 6. Honded. cons. 9. num. 40. volum. 1.*

2 Etenim, vt sententia lata in vno iudicio pariat exceptionem rei iudicatæ in alio, tria copulatiuè debent cõcurrere. Primum, quod eadem sit conditio personarum. Secundum, quod idem, petatur in vtroque iudicio, & ad eumdem finem. Tertium, quod sit eadem causa petendi. *l. cum quæritur*

cum duab. ſequen. ff. de except. rei iudicat. Dec. conſ. 445. num. 43. Bart. in l. ſæpe in 1. quæſt. num. 3. ff. de re iudicat. Pariſ. conſ. 87. nu. 53. & ſeq. lib. 3. Honded. conſ. 30. nu. 50. volum. 1. ſed hæc non concurrunt. In primo iudicio in Regia Monarchia agunt Anſaldus Patti, & litis conſortes ex vna, & Fiſci promotor Curiæ Archiepiſcopalis Meſſanæ ex altera, nec inter vrbem ipſam Meſſanæ, ſeu illius Sindacum, & Dominum Archiepiſcopum dictæ Vrbis pendet aliquod litigiũ in dicta Regia Monarchia. In iudicio verò contrapriuilegij egit Sindicus contra Archiepiſcopum, & ſic adeſt diuerſitas perſonarum. Nec concurrit ſecundum; nam in iudicio Monarchiæ petierunt actores de Patti & conſortes, quod ſententia declaratoria aſſerti incurſus declaretur nulla defectu totalis citationis, & ſcripturæ in eorum inchartaméto miſſæ fuerunt ad finem, quod ſententia declaratoria dicti Vicarij declaretur nulla, prout iam fuit declarata nulla per Iudicem Monarchiæ, dictæque ſcripturæ, ex quibus oſtendebatur iuſtitia, fuerunt miſſæ ad finem oſtendendi manifeſtam nullitatem, & excludendi notorium ex aduerſo prętenſum; nam ſi citati fuiſſent, non ſolum deduxiſſent probabilia, quibus mediantibus non poterant declarari incurriſſe, ſed talem iuſtitiam, quod nullo modo poterant declarari incurriſſe, ſed in iudicio contrapriuilegij agitur ſuper manutentione poſſeſſionis iuriſdictionis temporalis ipſius vrbis, & declaratur titulus Baronis, & alij actus, tanquam turbatiui, quod ſunt contrapriuilegia, & hæc deciſio tendit ad alium finem, dictaque priuilegia, & ſcripturæ præſentantur ad finem demonſtrandi titulum, vt legitimè procedat manutentio poſſeſſionis.

Neque concurrit eadem cauſa petendi, cum cauſa eadem debet eſſe deducta, & proſequuta in vtroque iudicio, vt dixit *Soci. ſeni. in conſ. 18. num. 45. lib. 1.* cauſa enim in Monarchia eſt ſuper nullitate dictæ ſententiæ declaratoriæ, & cauſa, qua petitur, quod declaretur nulla, eſt, quia Anſaldus Patti, & conſortes non fuerunt citati ad dicendum cauſam, quare non debebant declarari incurriſſe in cenſuras. Iſta enim cauſa fuit deducta, & proſequuta in illo iudicio, qua ſtante petebant nullitatem ſententiæ, & quatenus præſentauerunt in inchartamento ſcripturas concernentes merita, & iuſtitiam fuit, vt eſt dictum, ad manifeſtandum ipſam nullitatem, quod ſi ipſi fuiſſent citati, iuſtitiam deduxiſſent, qua mediante non poterant declarari incurriſſe.

Sed in petitione, in cõtrapriuilegio, cauſa, qua petitur, quod declarentur contrapriuilegia, eſt, vt quietè poſſideatur iuriſdictio temporalis à Magiſtratibus Vrbis Meſſanæ, & quod Archiepiſcopus deſiſtat ab actis turbatiuis. Vnde cum identitas perſonarum, eadem petitio ad eundem finem, & eadem cauſa petendi non ſolum copulatiuè non concurrant, ſed neutra ex iſtis. Sequitur dicendum non obſtare exceptionem rei iudicatæ, & per cõſequens litis pendentiæ ex *Honded. d. num. 50. in 1. & alijs quibus addo Fab. de Ann. conſ. 17. & conſ. 18. & conſ. 19. Io. Petr. Surd. conſ. 114. num. 2. & conſ. 165. num. 11. Menoch. conſ. 828. Intrig. ſingular. 56. nu. 1. Aponte. conſ. 49. num. 3. & conſ. 90. num. 10. vol. 1.* 7

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd origo petitionis eſt eadem in vtroque iudicio, ex quo nullitas dictæ declaratoriæ iuſtificatur in Regia Monarchia ex cauſa, quod iuriſdictio erat Senatus, & quod dicta declaratoria proceſſit ex falſa cauſa ſub prætextu vſurpationis iuriſdictionis. Et pariter idem iuſtificatur, & deducitur in contrapriuilegio coram iudicibus Curiæ Straticotialis, & ſic interpretatiuè agitur de eadem re, dum
3 origo petitionis eadem eſt, vnde obſtare videtur rei iudicatæ exceptio, & per conſequens litis pendentia ad *tex. in l. ſi mater. ff. de except. rei iudicat. Aponte. conſ. 49. & conſ. 62. num. 47. Surd. in d. conſ. 312. num. 36. volum. 3.*

4 Reſpondetur primo, quod quando conſtat de cauſa, quæ mouit iudicantem, tunc dicẽdum eſt iudicem motum ex illa cauſa, ſed ſententia lata per Iudicem Regiæ Monarchiæ ſuper nullitate fuit ex cauſa ordinis non ſeruati, vt ipſe iudex in ſententia, qua declarauit nullam, dixit; vnde non parit exceptionem rei iudicatæ, cum alia eſt cauſa deciſionis factæ in contrapriuilegio, vt optimè conſiderat idem *Surd. d. conſ. 312. num. 27.*

5 Secundo reſpondetur, tunc prædicta procedere, quando origo petitionis in vtroque iudicio principaliter deducitur, & de ea plena cognitio proceſſit in primo iudicio, pro quo allegant *Innoce. in cap. ſuborta. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* qui etiam loquitur, quando ius fuit deductum incidenter in primo iudicio, ſeù per modum cauſæ partes aſſumunt diſputationem, & plenè proſequuntur, ſicut ipſum principale, quod ſen-
6 tentia lata ſuper incidenti, tunc parit exceptionem rei iudicatæ, ac ſi principaliter fuiſſet de illo actum, quem ſequitur *Butr. in cap. aduerſario. de except. in antiqu.* quorum

doctri-

doctrina intelligitur, quando in iudicio illo fuit sollemniter cognitum, & discussum super meritis, sicut si ordinariè actum fuisset, & hoc nec minus sufficit, quia requiritur etiam, quod respectu partis fuerit plenè cognitum, hoc est, quod pars conata fuerit deducere, & probare, sicut si ordinariè egisset, potuit enim fortè, non curare producere probationes, sicut in ordinario, quia causam agere reputabat in ordinario. *Bar. in extrauaga. ad reprimen. vers. summariè ad fin. Soci. seni. cons.* 225. *num.* 6. vbi etiam asserit considerandum esse, si in casu isto pars fecerit diligentiam suam inducēdo, & probando incumbentia, quia alias non diceretur plenè cognitum; imò cum difficultate
7 probari potest, quod pars non fuisset diligentior in causa ordinaria, & magis præiudiciali, quam in causa summariè: hæc latissimè adducit Sesse referēdo alios *in tract. de inhibit. cap.* 2. §. 3. *num.* 19. *vers. ideò oportet. sentit Barz. decis.* 82. *num.* 25. *& Surd. in cons.* 189. *num.* 42.

In facto enim, in lite, quæ pendebat in Regia Monarchia, non verificantur; nam primò fuit processum per viam effectus, & sic nullis datis terminis. Item scripturæ præsentatæ concernentes iurisdictionem, sunt incidenter ad iustificandum nullitatem censuræ. Item ipse Iudex dixit declarasse ipsam sententiam nullam defectu ordinis non seruati, vt expressè legitur in sententia, & sic ostendit se merita iurisdictionis non cognouisse. Item eius sententia tendit super nullitate, seù validitate dictæ sententiæ declaratoriæ, quæ non est apta parere præiudicium meritis iurisdictionis incidēter deductis, de quibus in dicto iudicio non potest fieri plena cognitio, & ambæ tam sententia Regiæ Monarchiæ, quam contrapriuilegij tendunt ad diuersum finem, vt est dictum, quod comprobatur ex doctrina eiusdem *Innoc. in cap.* 2. *de ordin. cognit. prope. fin.* asserentis, quod si contra agentem ex-
8 cepi de spoliatione mea, & sic ad repellendum, & succubui, potero nihilominus illam spoliationem deducere principaliter, & sic ad consequendum, & hoc in casu non obstat exceptio rei iudicatæ, quia ista duo iudicia non tendunt ad eumdem finem, & nihilominus in casu *Innoce.* agebatur de consequutione eiusdem rei, sed quia in vno iudicio agebatur de repellendo, & in alio agitur de consequendo, ideò diuersus est finis, at hic, vt est dictum, in iudicio Monarchiæ agitur de declaranda nulla sententia asserti incursus, prout fuit declarata; hic in contrapriuilegio agitur de manutenenda possessione, & nè Archiepiscopus turbet, & titulus dominij iurisdictionis
9 ostenditur pro fortificatione, & sic cum sententiæ tendant ad diuersum finem, non obstat litis pendentia *Bart. in d. l. sæpe. Soci. in cons.* 264. *vol.* 2. *Honded. cons.* 9. *num.* 41. *vol.* 1. *& Gabr. d. concl.* 1. *num.* 33. *de iudic.* qui loquuntur in terminis litis pendentiæ. *Bursat. cons.* 74. *num.* 120. *Surd. decis.* 139. *num.* 12. *Lancellott. d. limit.* 2. *num.* 38 *par.* 2.

10 Præterea non obstat litis pendentia, quādo in secundo iudicio cōtinetur plus, quam in primo *Roman.* Et alij allegati à *Sesse* vbi supra *num.* 30. At in hoc secundo iudicio contrapriuilegij continetur plus, quam in in primo, cum in hoc prouidetur, quod Senatus, eiusque ministri, & omnes alij Magistratus istius Vrbis, stantibus priuilegiis, & vsu iurisdictionis quietè possideant, & manuteneantur in possessione, at in iudicio Regiæ Monarchiæ non agitur, nisi quod declaretur nulla, prout iam fuit declarata illa sententia asserti incursus, ex qua declaratoria non fuit manutentus Senatus in possessione, nec Archiepiscopus, quod desistat à turbatione; imò post ipsam sententiam vidimus Archiepiscopum facientem actus turbatiuos, prout in carceratione Acathapani, & alijs actibus.

11 Rursus considerari non potest litis pendentia, vbi Iudex ne dum dixit fuisse illatum grauamen, sed pronunciauit declaratam excommunicationem esse nullam, quo in
12 casu non datur reseruatio ex illa clausula (saluis iuribus in possessorio) quia nullum
13 iudicium, nullus processus, nulla sententia, & omnia erant ex integro ab Archiepiscopo repetenda, si enim ex citatione circumducta non datur litis pendentia, licet incu-
14 sata fuerit contumacia, & eò magis, vbi nulla interuenit citatio, nè dum in possessorio, sed nec ad excommunicationem inferendam, vel declarandam, vt post *Afflict. & alios dixit Muscatell. in prax. ciuil. par.* 2. *glos. tribunali. nu.* 5. *&* 9. & cum illius inua-
15 lidi, & nullius iudicij perierint acta omnia, periit etiam instantia, propter quam cessat litis pendentia *ex Bald. in l. si pater C. manda. dixit Muscate.* vbi supra *nu.* 6. *adeò vt dixerit Gramm. decis.* 103. *num.* 114. *& seq.* nec
16 in sufflato vitæ spiritu ipsi instantiæ dari
17 litis pendentiam, nec processus nullus litis
18 pendentiam inducit, sicut nec citatio nulla. *Paris. cons.* 98. *num.* 27. *volum.* 3. *Lancellott. de attentat. par.* 2. *in præfat. num.* 85. & de eo facienda est mentio, quando est nul-
19 lus, vt idem *Lancellott. d. par.* 2. *illat.* 7. *num.* 651. & quod ex sententia nulla, non inducatur

catur litis pendentia dixerunt *Gabr. conſ. 52. num. 6. 7. lib. 1. & conſ. 31. num. 14. & 15. lib. 2. oſaſc. deciſ. 144. num. 8. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. num. 375. Gracian. diſcept. for. cap. 531. num. 61. vol. 3.*

20 Inſuper, eſto lis penderet, prout in effectu nulla pendet lis, vt eſt dictum, tamen dico primo pro manutemptione poſſeſſionis, quam poterat propria auctoritate defendere, poteſt recurri ad iudicem ordinarium, etiam ſi fuit inhibitus pro manutemptione ſuæ poſſeſſionis *gloſ. in clement. 2. in verb. innouare in fin. vt lit. pende. gloſ. magn. in cap. non ſolum in verbo. reducendum de appellat. in 6. Lancellott. de attentat. nullitat. pende. cap. 18. num. 163. in fin.* qui loquitur,

21 quando quis nullitate pendente faceret actum per modum continuationis ſuæ poſſeſsionis, & idem *in tit. de attentat. lit. pende. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 38. & 39.* aſſerit quod pro conſeruatione, & manutemptione liceat ad alium iudicem recurrere, & *Achil. de graſſ. deciſ. rot. roman. 36. tit. de appellat. fol. 119.* loquitur in cauſa pendente coram Rota, inquit, quod poteſt ad alium Iudicem

22 Regium recurrere pro manutemptione poſſeſſionis.

Item pendente lite, declaratoria ſententia priuationis ferri poteſt *Alex. conſ. 52.*

23 *num. 8. volum. 2. & alij à Surd. deciſ. 194. nu. 36.* contrapriuilegij enim ſententia eſt declaratoria priuationis iuris, quod ſibi arrogauit Prælatus prætextu cuius officiales Vrbis in iuriſdictione temporali moleſtat, & per conſequens manutemptionis poſſeſſionis officialium ipſius Vrbis, igitur legitime potuit proferri aſſerta lite pendente.

Secundo, eſto, cauſa penderet, tamen, quia, quò ad cognitionem meritorum Iudex Regiæ Monarchiæ ſit incompetens, cum ſimus in cauſa feudi, de qua ſolus Rex, & eius iudices laici cognoſcunt, & ſuæ Maieſtati competit iure proprio, non potuit prorogari iuriſdictio, eſto voluiſſent prorogare, & ſententia ſuper meritis proferenda eſſet ipſo iure nulla; vnde cum ſimus in iudicio nullo, non poteſt dici obſtare litis pendentiam, & inferius comprobatur. *num. 27.*

24 Apparet primò cauſam eſſe feudalem, cum Archiepiſcopus prætendat ſe Baronem Caſalis Lardariæ & iuriſdictionem habere, à quo titulo prætenſo arguitur feudalem eſſe cauſam, quomodocunque accipiatur terminus iſte *Baro. Cum. in prælud. cap. ſi aliquem. num. 187. Aluar. Velaſc. tratt. d. iur. emphit. quæſt. 30. nu. 20. Intrig. de feud. cent. 1. quæſt. 6. num. 132. cum ſeq. Menoch. conſ. 1110. num. 5. cum ſeq. Capibianc. de auctorit. Baro. in prælud. nu. 3. Don Garſ. in tract. de magiſtrat. lib. 4. cap. 1. par. 2. Bouad. in ſuæ polit. lib. 2. cap. 16. num. 22. & ſeq. Fontan. d. pact. nupc. gloſ. 10. clauſ. 4. part. 1. num. 1. cum ſequ. vbi multos refert. alios retuli in conſ. 2. num. 9.*

25 Si igitur feudalis eſt, pro vt negari minimè poteſt, eſto, dominus ſit laicus, & quæſtio ſit inter Epiſcopum, & alium vaſſallum, prout hic, tunc iudex laicus illius domini cognoſcit *cap. verum, & cap. ex tranſmiſſa. de for. compete. cap. cæterum de iudic. cap. ſolitæ de maiorat. & obedient. cum alijs adductis à Graſſ. de effect. clerical. effect. 1. num. 718. & poſt eum Rot. Roma. diuerſ. recollect. Azacch. deciſ. 93. num. 6. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 8. num. 92. Scrader. de feu. ſect. 1.*

26 *par. 10. num. 2. multos retuli in conſ. 2. num. 2. cum ſequ. & num. 8.* dixi quod adeò vera eſt hæc opinio, quod etiam ipſi non poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine licentia ipſius domini, *gloſ. in cap. 1. §. præterea ſi inter. verb. duos, & ibi Iſern. & alij de probibit. feu. alienat. per Fideric. alios refert. Scrader. d. par. 10. ſect. 1. num. 136. cum ſeqq.* vbi latiſſimè ampliat talem ſententiam, eſto tacitè, vel expreſſe vaſſalli conſenſerint, eſſe ipſo iure nullam, *vt num. 138. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de iudic. Alex. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de nou. oper. nunciat. num. 21. vbi dicit comm. Sapia. in d. l. 1. num. 23. ff. de iudic. Curt. iuni. de feud. par. 7. regul. 2. quæſt. 5. Marant. in ſpecul. aur. in 4. part. principal. diuiſ. 12. nu. 19. Clar. d. quæſt. 90. verſic. ſed quæro. vbi refert etiam Iacob. in verb. & dicti vaſſalli. num. 32.*

Et ſi prorogauerint tacite, vel expreſſe

27 adeo quòd fuerit prolata ſententia ab alio iudice, ipſo iure, ipſoque facto eſt nulla, *ita gloſ. in d. §. præterea ſi inter, & ibi Andr. de Iſern. Bald. Aluarot. Præpoſit. & alij Hoſtie. in d. cap. cæterum, & ibi Butr. num. 17. Abb. num. 9. Dec. num. 6. vant. in tract. de nullitat. rubr. de nullitat. ex defect. iuriſdict. ordinar. Scrader.* vbi ſupra *nu. 138. & num. 161. vbi ex auctorit. Abb. in conſ. 82. num. 7. lib. 1. & vant.* vbi ſupra, *num. 50.* dicit proceſſum

28 eſſe ipſo iure nullum, *allegat. Abb. Butr. Hoſtienſ.* & alios; vnde cum talis cognitio ſpectet iure proprio ad ſuam Maieſtatem,

29 vt dominum, & in Regno Magnæ Regiæ Curiæ *ex conſtitut. Regn. incipit.* Iuſtitiarij nomen, & in *conſtit. ſi quis poſt litem. §. in feudalibus Afflict. in cap. 1. nu. 39. de ſucceſſ. feud. Petr. de Greg. de conceſſ. feu. par. 1. quæſt. 5. verſic. quartus effectus, & de iudic. cauſ. feuda. quæſt. 7. num. 2. & 27. cum ſeque. & capit. Regni Maie. Regis Philippi II. nu. 4.* ſit

Curia

Curia Straticotialis verè ordinaria in prima instantia. *Cum. cap. vith. 83. nu. 2. addit. ad Petr. de Gregor. in d. quæst. 7. litt. D.* & ex
31 peculiari priuilegio Messanæ ea, quæ tendunt contra illius priuilegia, sua Catholica Maiestas constituit Iudices Straticotiales Regios delegatos, à quibus ad supremum consilium suæ Maiestatis deuolvitur negotium, ideò cognitio dictæ causæ prætensi tituli Baronis, & vsus iurisdictionis allegati contrapriuilegia per Sindicum ad Regios Iudices Straticotiales spectauit, & sic ad suam Maiestatem iure proprio, eiusque Iudices latos, quibus ipse concessit: proces-
32 sus enim nullus litis pendentiã non inducit, sicut nec citatio nulla, vt post *Afflict. dixit Muscatell. vbi sup. num. 9. Paris. d. cons. 98. & Lancellott. d. par. 2. in præfat. nu. 55. vbi allegat. Ferrett. in cons. 25. & idem Lancellott. in d. præfat. illat. 7. nu. 750. vbi allegat Afflict. Rui. & alios.*

Præterea, quando Iudex qui ex ordinaria potestate non poterat principaliter cognoscere de quæstione incidenti si de illa plenè incidenter cognoscat, sententia lata non
33 parit exceptionem rei iudicatæ, si postea quæstio incidens principaliter tractetur in alio iudicio coram Iudice ordinario illius causæ per modum actionis, vt notabiliter declarat *Paul. de Castr. in l. 1. C. de ordin. iudic. nu. 3. & 7. vers.* & prædicta quando Iudex habet iurisdictionem cognoscendi vbi citat rationem quia si non potest Iudex super incidenti pronunciare, sed solum cognoscere vt pronunciet super causa principali, cuius est Iudex competens, ergo nec quod cognouit super incidenti debet ius facere etiam inter easdem partes, quasi tacitè super incidenti fuisset pronunciatum quia si non possit expresse super incidenti pronunciare ergo nec tacitè debet intelligi pronunciatum nè plus operetur tacitum quam expres-
34 sum *argum. l. qui ad certum ff. delegat. & hanc sententiam Castre. fuit sequutus Angel. de Aretio. in l. si expressim ff. de appellat. col. 12. vers. 2.* sequitur ex prædictis alius effectus, & alios referens *Cluper. in centu. causa. cau. 64. quæst. 2. num. 2. & seqq. vbi declarat, etiam doctrinam Bar. in d. l. 1.* & ita decisum pluries in illo tribunali. At hic est plenissime comprobatum Iudicem Regiæ Monarchiæ non potuisse principaliter cognoscere de quæstione incidenti igitur, si de illa cognouit eius sententia non parit exceptionem rei iudicatæ.

Rursus fuit missum ad effectum ex parte
35 promotoris Fiscalis contra Ansaldum Patti, & cõsortes quod non audiantur in nullitate, ob quod quando quis impugnauit litem ab initio petens non audiri aduersarium, tunc non potest obijcere dependentia litis, vt post *Anchar. Fælin. Henric. & Lancellott. dixit Honded. in cons. 9. num. final. volum. 1.*

Postremò asserta litis pendentia non mi-
36 litat; nam debebat iudicibus de pendentia ipsa constare, & ipsis exhibere scripturas, per quas apparuisset pendentia dictæ litis, *Abb. in cap. cum M. Ferrarienses, & ibi Dec. in fin. de constit. Fælin. in cap. ex tenore nu. 11. de rescript. sentit Bart. in l. sepulchri in fin. ff. de sepulch. violat. Rui. post Bal. Salicet. Imol. in cons. 61. num. 36. vol. 5. Gabr. d. conclus. 1. de iudic. num. 18.*

Hæc enim dicta sunt ex abundanti, cum in effectu lis, quæ fuit in Regia Monarchia fuit inter Ansaldum Patti, & consortes super nullitate sententiæ contra eos prolatæ asserti incursus, de causa, eorum personas afficiente, prout excommunicatio quæ criminalis est, quæ tendit ad alium finem vt latissimè supra fuit deductum, hæc enim occurrunt sic in promptu. Messanæ die 10. Martij 1620.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia erant quinque in Vrbe Messanæ nunc reducta in vnum.*

2 *Hospitale sub protectione Regis non visitatur ab Episcopo sine speciale licentia Regis num. 10. 32. idem si est de iure patronatus Regio. 33. 34. 63.*

3 *Hospitale an sit sub Regis protectione cognoscit Episcopus.*

4 *Hospitalia alia sunt Ecclesiastica, alia profana, & declarantur quæ sint nu. 11. 14. 15. 18.*

5 *Immunitate Ecclesiæ gaudet existens intus Hospitale Ecclesiasticum secus inter profanum num. 12. secus etiam si intus apotecam de publico quæ habet aditum ad hospitale, & portam ad viam publicam. num. 5.*

6 *Hospitale Ecclesiasticum visitatur ab Episcopo, secus quo ad profanum. num. 15.*

7 *Episcopus habet intentionem fundatam vt possit visitare omnes Ecclesias in sua Dioces, etiam exemptas num. 8. intellige quando non habent specialem exemptionem, cum exemptio à visita debet specialiter fieri. num. 9.*

13 *Hospitale profanum remanet sub dominio, & iurisdictione laicorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & ex delicto confiscatur.*

16 *Episcopus in Hospitale profano non cogit, administratores ad redendum compotum, sed cognitio est iudicis laici num. 17. & quando possit num 19. 21. 22. 23.*

20 Episco-

20 *Episcopus cognoscit de executione legati pij.*
24 *Negligētia administratoris non nocet successori.*
25 *Hospitale an sit Ecclesiasticum, vel profanum quando non constat recurritur ad signa, & quæ sint num. 26.*
27 *Hospitale Sancti Angeli de Capparina est sub Regis protectione.*
28 *Coniecturis non est opus in claris.*
29 *Ius patronatus quando acquiratur.*
30 *Hospitale de Castello ad mare est de iure patronatus Regio.*
31 *Hospitale solitum concedi laicis in administratione potest fundari sub titulo beneficij.*
35 *Vnio Ecclesiarum duplex est perpetua, & temporalis, & quot modis fiat num. 36. 37. & qui sint num. 38. & quid operetur num. 39. & quod exempta à visita faciat aliam exemptam num. 40.*
41 *Hospitale sub protectione Regis est magis dignum, & sic vt tale trahit ad se minus dignum.*
42 *Ius patronatus si habet laicus insimul cum Ecclesia dicitur mixtum, & priuilegium Ecclesiæ transit in laicum etiam quo ad ius præsentandi infra sex menses.*
43 *Priuileginm prodest consorti quando causa est indiuidua.*
44 *Laicus in indiuiduis gaudet beneficio Clerici.*
45 *Res temporales iunctæ Ecclesiasticis censentur Ecclesiasticæ.*
46 *Priuilegia concessa vni quando extendantur ad alios, & quando Ciuitati extendantur ad Castra, & villas remissiuè.*
47 *Licentia quæ requirit specialitatem non venit in generali mandato, fallit. num. 62.*
48 *Principi reseruata in signum supremæ potestatis non veniunt in generali concessione nisi specialiter exprimantur etiam si sint verba generalia, & num. 49. & in dubio numquam veniunt. num. 50.*
51 *Episcopus si eximat Ecclesiam verbis generalibus non dicitur exemisse à visita.*
52 *Vicarius Episcopi licet habeat facultatem concessam faciendi omnia, quæ potest Episcopus non potest diocesim visitare sine speciali mandato, cum sit de reseruatis Episcopo.*
53 *In generali mandato non veniunt ea, quæ sunt de reseruatis. num. 58.*
54 *Princeps concedens omnimodam potestatem non dicitur concessisse appellationem.*
55 *Appellatio est de reseruatis Principi.*
56 *Pontifex si concedat potestatem conferendi beneficia qualitercumque vacantia, non poterit conferre reseruata ipsi Summo Pontifici idem in absolutione reseruata, num. 57.*
59 *Episcopus à Rege electus non dicitur per talem electionem habuisse licentiam visitandi Hospitale existens sub Regis protectione immediatè, sed specialis requiritur licentia.*
60 *Principis aulam quoties causa ingreditur amplius non egreditur, nisi remittatur.*
61 *Episcopi in statu Hispaniarum Flandres, & aliarum Prouinciarū eliguntur à Rege Catholico.*
64 *Obseruantia est fida interpres priuilegiorum, & statutorum.*
65 *Obseruantia declaratiua non requirit præscriptionem.*
66 *Statutum si tollit consuetudinem non tollit interpetratiuam.*
67 *Hospitalium regimen ad Episcopum spectat, & administratores vltra trienniū non permittit.*
68 *Administratio sacramentorum in ipsius Hospitalibus debet exerceri per Parrochos, intra quorum parrochiam existunt, non autem à Sacerdotibus præpositis ipsis Hospitalibus.*
69 *Verba generalia, & vniuersalia nullam admittunt restrictionem, & comprehendunt incogitata.*
70 *Præscriptio immemorabilis eximit à visita.*

ARGVMENTVM.

An Hospitale sub Regis protectione possit visitari ab Episcopo sine licētia Regis, & an dicatur cōcessa dicta licentia, si à Rege est electus, & præsentatus Episcopus. Et an reseruata Principi in signum supremę potestatis veniant in generali concessione. Et an declaratio quod sit sub Regis protectione spectet ad Episcopum. Et quando Hospitale sit Ecclesiasticum, quando vero sit profanum, & qui sint effectus. Et an Hospitalia non exempta, vnita cum exempto gaudeant Priuilegio exemptionis, & quid operetur vnio.

CONSILIVM IV.

Iesus Maria Franciscus.

1 ANtiquitus erant quinque Hospitalia in hac nobilissima Vrbe, alterum sub titulo Sancti Angeli de Capparina, alterum verò sub titulo Sancti Leonardi, tertium sub titulo Sanctæ Mariæ de Monserrato, quartum nominatum Castello à Mare, alterum, & vltimum Hospitale delli Trouatelli; fuit visum Serenissimo Regi Catholico Ferdinando vnionem dictorum Hospitalium esse commodioris seruitij, ob id in anno 1509. per suas regales litteras exequutas in Regno anno 1504. mandauit, fieri dictā vnionem, & assignauit Abbatiam Roccæ Amadoris,

licet

licet non habuit effectum, quæ aggregatio in anno 1542. per Illustrissimum Don Ferdinandum Consagha tunc Proregem fuit proposita, & tandem in anno 1548. per Illustrissimum Ioannem de Vegha tunc Proregem fuit vltimata, & dirutis omnibus alijs fuit factum Hospitale magnum sub titulo Sanctæ Mariæ de Pietate, obtempta tamen licentia, & dispensatione Summi Pontificis; quod regitur à duodecim confratribus nobilibus, sunt etiam confratres Excellentissimus Prorex Regni, & Illustrissimus Archiepiscopus, habent enim potestatem faciendi quascunque ordinationes, & capitula pro ipso regimine illaque mutandi ad eorum libitum voluntatis toties, quoties eis placuerit qui per biennium administrationem duobus ex ipsis confratribus per suffragia vocum electis permittunt; Nouiter Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus posuit ædictũ in specie, se velle visitare ipsum magnum Hospitale, quòd statuta die Thesaurarij, & confratres cum alijs ministris essent prõpti pro ipsa visita faciẽda, quod cum sit nouum in ipso Hospitale, ex quo tam ante vnionem quàm post tempus vnionis vsque adhuc, nunquam fuit facta dicta visita; vltra alia fuit supplicatum ipsi Illustrissimo Domino Archiepiscopo, quod nullatenus se intro-
2 mittat, eum sit Hospitale sub protectione Regis, & per consequens sit casus limitationis Sacri Concilij Tridentini, & cum talis exceptionis cognitio, eiusque deffinitio
3 pertineat ad ipsummet Dominum Archiepiscopum, non autem ad sæcularem Iudicem, vt censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium, prout refert Martha. *in tract. de iurisdict. par. 2. cap. 18. num. 8. vbi etiam refert, alias declarat. 5. congreg.* circa regimen Hospitalis fuit factũ incarthamentũ per Illustres DD. Thesaurarios, per quod in facto clarè ostẽditur iustitia ipsius Hospitalis; in iure enim nonnulla sunt videnda. Primò an Hospitalia antiqua sint Ecclesiastica, an vero profana. Secundò, quę ex illis antiquis sint sub protectione Regis. Tertiò, an Hospitalia, quæ non erant sub protectione Regis, stante vnione, & reductione in vnum cum Hospitale existẽte sub protectione Regis gaudeãt eadẽ protectione. Quarto, an, ex quo Dominus Archiepiscopus est electus à Sua Catholica Maiestate, dicatur sub illa electione, sibi tradita licentia à Sua Maiestate visitandi ea Hospitalia, quæ sunt sub protectione Regis, an verò requiratur licentia specialis.

Quò ad primum pro illius intelligentia sciendum est, quod Hospitalia alia sunt Ec-
4 clesiastica, alia profana; Ecclesiastica sunt, quæ auctoritate Episcopi sunt erecta, & hæc sunt religiosa, & subsunt Episcopo, & veniũt appellatione Ecclesiæ, & gaudent ipsius Ecclesiæ priuilegijs, cap. ad hæc, *de religios. domibus, cap. 2. de for. compete. glos. in clement. quia contingit, de for. compete. Fœlin. in cap. de quarta, nu. 3. & 14. de præscrip. Lambert. de iur. par. lib. 1. quæst. 11. Paris. cons. 36. num. 15. & 17. & in cons. 44. num. 5. vol. 4. Gabr. de pia caus. concluſ. 2. num. 1. & 4. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 13. nu. 10. Mascard. de probat. concluſ. 869. num. 9. cum seq. Tusc. litt. H. concluſ. 159. num. 1. Velasc. consultat. 105. nu. 45. Ricc. in prax. decis. 40. num. 1. Gars. tractat. de benefic. 5. par. cap. 1. nu. 601.* vbi multos refert, & etiam inquit, quod
5 gaudent immunitate Ecclesiæ, allegat *Remig. de Gonni. in tract. de immunit. Ecclesiast. ampliat. 17. Couarr. lib. 2. variar. cap. 20. nu. 4. Padil. in l. si aquam C. de seruit. & aqu. num. 49. Paz. in prax. 1. thom. 5. par. cap. 3. §. 3. num. 27. Farin. quæst. 28. nu. 36. aponte. decis. 35.* qui limitat in apoteca Hospitalis quæ seruit de publico licet habeat aditum ad Hospitale, & portam ad viam publicam, & sic decisum per Collaterale. *Mascard. d. concluſ. 869. num. 18.* & impugnat Flores dicentem, quod si non haberet Ecclesiam annexam in forma sollemni Ecclesiæ, non daretur immunitas confugientibus ad Hospitale.

6 Hæc enim visitat Episcopus dispositione iuris cõmunis *cap. 3. de religios. domib. Federic. de sen. cons. 111. col. 1. Calderin. cons. 4. de religios. domib. Abb. in cap. hospite, de censib. Doct. in d. clement. quia contingit, de religios. domib. Valasc. consult. 105. nu. 45.* nam communis est conclusio, quod habet intenti-
7 onem fundatam, vt possit visitare omnes Ecclesias sibi subiectas, *cap. 1. §. hanc autem, de censib. lib. 6.* & subiectæ præsumantur quæcunque existentes in ipsa Diocæsi, *vot. decis. 286. num. 2. par. 1. diuers. Marescott. variar. resolut. cap. 15. lib. 2. in princ.* vbi
8 asserit propria auctoritate posse exemptas visitare, quando non habent specialem
9 exemptionem, quò ad visitationem, cum illa requirat specialem mentionem etiam dispositione S. C. Tridentini, etiam exempta, vt Delegatus Sedis Apostolicæ, *vt d. sess. 22. cap. 8. Tusc. d. litt. H. concluſ. 161. num. 5.*
10 præter illa, quæ sunt sub immediata Regis protectione.

11 Profana sunt, quæ auctoritate Episcopi non

non sunt erecta, *Calderin. consi.* 352. *alias* 23. *deteſtam. Angel. conſ.* 117. *col.* 2. *verſ. ſed dubitari poteſt. Caſtre. conſ.* 167. *lib.* 2. *Bald. conſ.* 5. *poſt medium lib.* 3. *verſic. nec ratione loci. Tuſc. concluſ.* 158. *num.* 3. *& ſeq. & hæc*
12 *non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. Romæ conſ.* 477. *num.* 2. *in fin. cum ſeq. & plenius nu.* 6. *neque ſunt de iuriſdictione Epiſcopi. Roma. d. conſ. num.* 14. *&* 15. *Zabarell. conſ.* 121. *per totum Caſtrenſ. conſ.* 351. *lib.* 1. *Calderin. d. conſ.* 23. *deteſtam. Tuſc. d. concluſ.* 158. *nu.* 8. *&* 10. *qui in num.* 16. inquit quod remanent
13 ſub dominio laicorũ, & iuriſdictione laicali tam in ciuilibus quàm in criminalibus, & ex delicto poſſunt deſtrui, refert *Bald. conſ.* 465. *lib.* 4. *num.* 1.

14 Et hæc ſunt duo genera Hoſpitalium profanorum. Primum eſt, quando quis viuens ordinat ſine licentia Epiſcopi, quod in domo ſua fiat Hoſpitale, & iſtud dicitur in libero dominio ordinantis, & mere profa-
15 num, & Epiſcopus non poteſt viſitare neque aliquid exigere, & ipſe ordinans ponit Rectorem, vel cuſtodem ſua auctoritate, & poteſt illum amouere, imò deſtruere, ita diſtinguit *Abb. in diſput.* 3. *incipit Sempronius num.* 13. *& ſeq. verſ. ad tertium dubium, & verſic.* condeſcendo, vbi quod laicus fundans non dicitur patronus, ſed abſolutè Dominus, hanc dicit eſſe communem *Innoce. & alij in cap. inter dilectos, de donat. Tuſc. d. concluſ.* 161. *num.* 9. Et quod Epiſcopus non habet ius viſitandi huiuſmodi Hoſpitalia, dixerũt *Pariſ. in conſ.* 34. *num.* 16. *lib.* 4. *Dec. conſ.* 148. *col.* 1. *Card. d. clement. quia contingit nu.* 18. *& in conſ.* 11. *&* 13. *Velaſc. qui alios refert d. conſultat.* 105. *num.* 50. *cum ſeqq. qui*
16 *in num.* 49. inquit, quod nec poteſt cogere adminiſtratores ad reddendum rationem, & ſi contra illos procedat, proceſſus erit nullus, vt ab incompetenti ex auctoritate *Fideric. de ſen. conſ.* 130. *& aliorum, & num.* 47. inquit, quod non habet iuriſdictionem ſuper illo, nec ſuper hominibus illud admi-
17 niſtrantibus, ſed cognitio, & iuriſdictio in totum pertinet ad Iudices laicos, qui de litibus cognoſcũt de prouiſione, viſitatione, redditione rationũ, & quod impleãt volũtates inſtitutorum. Secundũ genus Hoſpitaliũ profanorum eſt, quando à laico ſine licentia
18 Epiſcopi inſtituũtur, ſed in vltima voluntate, & licet pariter iſta Hoſpitalia ſint mere profana, & inſtituens ſit Dominus, & poſsit apponere Rectorem, & miniſtrum ſua auctoritate, & Epiſcopus non poſsit aliquid exigere, & ordinare in dicto Hoſpitale pro-
19 fano, tamen poteſt, tanquam executor vltimarum voluntatum ad pias cauſas illud viſitare, & dirigere ſecundum voluntatem defuncti, etſi reperit Rectorem male adminiſtrare, poterit illum amouere, & alium deputare, & inſtituere pro illa vice, etiam ſi patronus, qui tale Hoſpitale inſtituit, cõtrarium ordinaſſet, *vt in auth. de Ecc. tit.* §. *ſi ſi quis ædificatione, ita Abb. d. quæſt.* 3. *& d. verſ. condeſcendo, in fin.* dicit, quod clementina, quia contingit, & omnia iura de hac materia loquentia, reducuntur ad hanc concordiam, refert *Tuſc. d. concluſ.* 161. *num.* 11. & in caſu negligentiæ, vel diſsipationis, aut vſurpationis Deputatorum ad adminiſtrationem ipſorum Hoſpitalium, in executione relictorum ipſis Hoſpitalibus pro alimonia pauperum, ſeu curatione infirmorum quod bene poſſet Epiſcopus ſe in-
20 tromittere; prout poteſt de iure pro executione cuiuslibet legati pij, quod veniret diſtribuendum à quacunque perſona priuata, dixit *Velaſc. d. conſult.* 105. *num.* 55. *&* 56. *& comprobat ex ratione deciſionis text. in d. clement.* quia contingit, vbi ita tenet *Card. quæſt.* 12. *num.* 18. ibi (ſed tantum inquirere poteſt contra negligentes) *& quæſt.* 14. *num.* 17. ibi (niſi in quantum poteſt de alijs legatis pro anima fundatoris relictis) *vt cap. ſi quis parocchias, & cap. vnicuique de conſecrat. diſtinct.* 1. *cap. ſi hæredes, de teſtam. cum ibi notatis tenent Anchar.* 4. *notab. col.* 3. *& imol. in d. clement. col.* 5. *idem imol. in cap. officij, col.* 12. *de teſtam. Lapuſ. de Caſtel. in tract. hoſpital. quæſt.* 55. incipit, ex hoc conſequenter, & hodie ſanciuit Sancta Sinodus Tridentina, *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *in fin. vt refert etiam Velaſc. d. conſult.* 105. *num.* 57. *conſult.* 105. *num.* 57. *& ſ. congreg. Illuſtriß. Cardin.* ad quam ſpectat declaratio dicti Concilij vt inquiunt *Nauarr. conſ.* 3. *num.* 2. *lib.* 3. *de cleric. non reſident. Mari. Anton. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 85. *num.* 4. *fol.* 157. *Bouadill. in ſua polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 139. *in litt. H.* cenſuit Epiſcopum non habere au-
21 ctoritatem viſitandi Hoſpitalia, quæ à laicis reguntur, niſi in caſibus à iure communi expreſsis, *vt in declarat. nu.* 288. *refert Zerol. in prax. Epiſc. in verbo, hoſpitale, nu.* 2. *verſic.* ordinarius non habet auctoritatem, *fol.* 91. *à tergo, & in* 2. *par. in verbo, viſitatio, verſ.* 14. *fol.* 61. *Roderic. quæſt. regular. thom.* 4. *in prax. crimin. tit.* 4. *de viſitat. cap.* 25. *num.* 38. & in caſibus à iure expreſsis intelligitur data notoria negligentia ex *conſ. Trident. cap.* 15. *ſeſſ.* 7. *& in d. cap.* 8. *ſeſſ.* 25. nam dicta duo decreta habent relationem ad *text. in clement. quia contingit, de religioſ. domib. vbi etiam clarè inquit gloſ. in verbo, negligentia, & Fuſc. in tract. de viſit. & regim.*

Eccl.

Eccle. lib. 2. cap. 13. num. 21. Inquit, quod in dictis decretis renouata est constit. clem. quia contingit, vbi refert *Florent. in summ. 3. part. tit. 11. cap. 2.* & in Hospitale, quod Episcopus posset supplere negligentiam executorum. loquitur *Castrens. cons. 437. num. 5. vers. ad quintum. lib. 2.* Idem videmus, nam licet regulariter Episcopi sint executores vltimarum voluntatũ vt ex *d. cap. 8. d. conc. Trid. sess. 22.* tamen dicitur ibi in casibus à iure concessis, & de iure procedit, quando alius non est datus executor, *Innoc. & Host. in cap. si heredes. de testam. Alex. cons. 139. in fin. num. 14. vers. accedit. lib. 6. vbi dicit magis communem. D. Card. Tusc. in lit. E. conclus. 293. num. 5. allegat. Io. Calderin. cons. 5. & num. 16. allegat. Gemin. Anchar. Castr. & alios. & in num. 20. & post alios nouissime Muta in decis. 2. ante num. 25.* & quando datus est
22 executor, tunc Episcopus non admittitur ad cognoscendum, & exequendum nisi in casu negligentiæ, quæ negligentia non datur nisi præcedente monitione facta executoribus, & administratoribus, & expectatis per annum. *Castr. d. cons. 437. num. 5. lib. 2. Cuman. cons. 12. circa finem. vers. ad tertium. Petr. Anchar. cons. 45. in princ. latè Signorol. cons. 204. in quæst. vertente num. 2. & seq. vers. in oppositum. Card. Tusc. in lit. E.*
23 *cõclus. 546. nu. 53.* & requiritur sententia declaratoria, quod fuerunt negligentes, *Bald. in cons. 171. circa mediũ, vers. quantũuero. lib. 3. Tusc. d. conclus. n. 55. qui nu. 10. inquit,* quod potest allegare impedimentũ, & debet pronũciari, si impedimentũ fuit legitimum nec ne, *vbi allegat Calderin. cons. 398.* & vno tẽpore posset esse negligentia respectu alicuis administratoris, cuius negligentia nõ
24 nocet successoribus inscijs de hoc negotio, *Glos. fin. in cap. 1. de rest. in integrum. in 6. Abb. cons. 22. num. 32. vol. 2. Dec. cons. 36. sub num. 9. Gall. cons. 25. num. 60. & cons. 60. num. 25. cum seq. Alexand. Raudens. respons. 54. Barez. decis. 201. num. 17. Bero. cõs. 160. num. 5. vol. 2. Soci. sen. cons. 187. sub num. 27. lib. 2. Berett. cons. 112. sub num. 10. cum seq. Muta in d. decis. num. 21. & 22.*

Modo ad conclusionem redeundo, an antiqua hospitalia fuerint Ecclesiastica, an Profana non cõstat, quod Episcopi auctoritate fuerunt erecta. *vt nu. 4. & addo Apont. cons. 18. nu. 2. & 3.* Recurrendum est igitur ad signa, ex quibus possit cognosci fuisse Ecclesiastica, *Fideric. de sen. d. cons. 111. in princ. vers. si autem diceretur.* inquit cognosci,
26 si appellatur hospitale, & habet altare, & campanile, si habet oratorium connexum, à quo denominatur, & oratorium sit religiosum. Item si in eo celebratur missa, sequitur *Roman. cons. 477. num. 12. qui in num. 3. addit,* si ibi sepeliantur mortui, & etiam sit onus baptezandi. Item si soluit censum. Episcopo. *Tusc. in lit. H. d. conclus. 159. num. 17. & seq. Ric. in prax. decis. 40. num. 2.* refert multas auctoritates, & addit, si habet nomen sancti sibi appropriati, *allegat Felin. d. cap. de quarta. num. 13. vers. signa cognoscendi, & Menoch. de præsumpt. lib. 3. num. 25.* & etiã si reciperet decimas, & collectas non solueret. De istis signis nihil constat, nisi tantũ illa tria hospitalia habebant nomen Sancti, cætera duo nequaquam.

E contra sunt signa euidentissima, quod omnia erant profana, prout in effectu negari non potest. Primò soluebant gabellas, nam apparet, quod Serenissimus Rex Fidericus fecit francum, ex quo infertur, quod si gabellas non soluisset talem immunitatẽ minimè petijsset administrator ille, ex hac enim solutione præsumitur profanũ. *Valasc. decis. 105. Roman. d. cons. quos refert. Ricc. d. decis. 40. num. 2. in fin. Calderin. cons. 410. alias 4. de religios. domib.* nam ex venditione bonorum Hospitalis per Episcopum approbati, non debetur gabella, *Lasart. de decim. vendic. cap. 19. num. 90. Gironda. de gabell. 7. part. num. 43. & 66. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 601. infine.* Item cum non extet memoria, quod Episcopus in eo iurisdictionem exercuit, nec vnquam visitauerit. *Fideric. de sen. cons. 130. factũ est tale in princ. & per totũ. Tusc. d. concl. 159. n. 24. Caualc. decis. 28. nu. 66. & seq. & decis. 33. n. 24. & seq. part. 2. Apicell. all. 19. n. 2.* Imo Iudex laicus exercebat iurisdictionẽ, vt ex infinitis processibus in archiuio publico apparet. Item etiam, quando institutio, & destitutio hospitalarij sine Episcopo spectat ad laicos, *Calderin cõs. 418. aliàs 2. de religios. domib. Tusc. d. num. 24. & 29.* Item Hospitale in quo non debetur quarta Episcopo de legatis relictis ipsi hospitali non dicitur esse de iurisdictione Episcopi, & dicitur hospitale laicale, *Mabar. cons. 121. per totum. Castr. cons. 351. quæritur, lib. 1. Roman. d. cons. num. 14. & seq. Calderin. d. cons. 23. de testam.* & quod in dubio profanum dicatur hospitale, & non Ecclesiasticum, quamuis in eo exerceatur pium opus, *Rom. d. cons. nu. 13. & Ricc. d. decis. n. 3.* & ita concludo in hac prima conclusione.

Quò ad secundum, quæ ex illis antiquis sunt sub Regis protectione, & dico, quod
27 Hospitale Sancti Aegeli de Capparina est sub regis protectione: nam primò Serenissimus Rex ille Fidericus in anno 1326. die 20. Nouembris fecit francum, & immune

ab omnibus gabellis,& exinde in eodē priuilegio volens maiorem gratiam largiri, recipit illud sub eius protectione infrascriptis verbis; *Et ampliorem gratiam munificentiæ nostræ hospitale ipsum, dictumq; Berardum, & alios hospitalerios successores, & bona hospitalis ipsius prædicta sub protectione nostra suscipimus, & tenebimus.*

Hic enim sumus in claris, & per consequens non est opus coniecturis, *l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. l. continuus. §. cū ita. ff. de verbor. obligat.* quod priuilegiū fuit exinde confirmatum per Serenissimum Regem Petrum Secundum eius filium, expeditum Messanæ die 29. Augusti 1337. 28

Præterea hoc Hospitale Sancti Angeli existens sub Regis protectione fuit dotatū a Cæsarea Maiestate Caroli V. Imperatoris, & Ioanna matre de Abbatia milis, vt per dotationem in anno 1541. per quam dotationem fuit acquisitum ius Patronatus Suæ Catholicæ Maiestati, cum fundatio constructio, & dotatio sunt causæ æquales procreandi ius Patronatus, & faciendi patronum, & æqualem producunt effectum, vt inquit *Lambert. de iure patronat. lib. 1. art. 22. part. 1. 5. quæst. princ. num. 3. fol. 48. & in 4. arcic. 2. quæst. prine. p. par. p. lib. num. 11. fol. 82.* & in hospitale, quod acquiratur ius Patronatus, *Felin. in c. de quarta, num. 14. in 3. col. de præscript. Card. post Glos. in verb. beneficia. in clement. vnic. in 2. column. in 3. quæst. habetur in cap. inter dilectos, vbi Abb. de donat. Idem Card. d. cap. de quarta. quæst. 7. Valasc. consult. 105. num. 15. 16. Lambert. d. tract. xi. artic. xi. quæst. princ. p. part. p. lib. Iulian. Viuian. in prax. iur. patr. par. 1. lib. 3. cap. 2. num. 1.* vbi etiam ex auctoritate *Felin.* asserit Hospitale, & Ecclesiam in 19. casibus æquiparari. 29

Item etiam aliud nominatum (Castello ad mare) est proprium suæ Maiestatis, & de iure patronatus regio, eiusque prouisio beneficialis spectabat ad Suam Catholicā Maiestatem, de quo Hospitale Sua Maiestas concessit perpetuam administrationē Iuratis vrbis Messanæ, & eligendis ab eis, reseruando sibi collationes beneficiorum si quæ essent, & prohibendo alienationē bonorum, inconsulta sua Maiestate, quæ Hospitalia apparent clare esse de iure Patronatus regio, nam præcise Hospitale dicti Castri ad mare à suo principio apparet fuisse S. Cæsareæ Maiestatis, cum de illo beneficialis erat Dalmaus de Tholosa electus a S.C. Maiestate, vt clare colligitur ex concessione facta per Serenissimum Regem Ferdinandum anno 1517. dum vocat 30

illum beneficialē dicti Hospitalis, & deinde inquit infrascripta verba; *Attendens igitur beneficium Hospitalis prædicti Castri ad mare nuncupati in platea dictæ Ciuitatis intra fines suos siti, & positi de nostri esse iuris patronatus regij, ipsiusque beneficij, siue Hospitalis præsentationem, collationem, prouisionem, & omnimodam dispositionem dicti Hospitalis, Iuriumque & pertinentiarum illius vniuersorum ad nos pertinere, & spectare.* Per quę verba dicit clarissime esse de iure patronatus regio. Item etiam titulus beneficialis cadit in Hospitale etiam solito concedi laicis in administrationem, *Anchar. in clem. dispendiosam in 4. notab. ibique Card. in 3. quæst. de iudic. Flam. Paris. tract. de resignat. benef. lib. 11. quæst. 3. nu. 47. glos. in clement. fin. de decim. Io. Petr. Monet. in tract. de decim. cap. 9. quæst. 2. num. 34.* In hospitalibus enim duo sunt consideranda, scilicet ius patronatus, & regimen Hospitalis, & ista sunt diuersa, *Bald. cons. 167. col. 1. Velasc. d. consult. 105. num. 18.* Nam ius patronatus est ius præsentandi, vt per *Rocc. de Curt. in princ. sui tractatus.* regimen vero est ius regendi, & præsentatio ad huiusmodi regimen pertinet ad patronum in Hospitale patronato. Ita *Valasc. d. num. 18.* Serenissimus Rex Ferdinandus, vt patronus præsentauit, & constituit ad regimen Iuratos, & eligendos ab eis. Quamobrem dicitur *Hospitale* de iure patronatus regio, & sub protectione regia, *Valasc. d. consult. nu. 16. vbi referendo Mantuan. in cons. 162. asserit*, si testator iubeat fieri Hospitale, & per eius descendentes eligi Rectores, poni, & deponi ad eorum libitum absque contradictione cuiuslibet personæ Ecclesiasticæ, vel secularis, quod talis dispositio debet intelligi, vt illi non sint veri patroni, quia non est auctoritas ordinarij, sed tantum dicetur illud Hospitale esse sub protectione descendentium, si igitur dicitur esse sub protectione, quando non est verus patronus, multo magis, si est verus, vt hic nā, patronus dicitur protector, & defēsor Ecclesiæ, & tenetur illam protegere, & defendere; *Ita post Rocc. de Curt. & alios, dixit viuia in prax. Iur. patronat. part. 1. lib. 1. cap. 1. num. 10.* Clarum est igitur Ecclesiam, & Hospitale esse sub protectione sui patroni. 31

Vnde concludendū est indubitanter hoc magnum Hospitale contineri sub decreto consilij limitante, *d. sess. 22. cap. 8.* quod Hospitalia, quæ sunt sub Regum protectione, Archiepiscopus non possit illa visitare sine speciali Regis licentia. *Bonadil. in sua polit. lib. 2. cap. 18. num. 218. in fin. & num. 219. &* 32

seq. loquitur etiam in hospitale, quod est de
33 iure patronatus regio, quod non possit visitari per Prælatum sine licentia Regis, *Fusc. d. cap. 13. nu. 23.* dans rationem, inquit, quod Regibus Ecclesia multum fauet propter Protectionem ipsius, quam Reges habere tenentur propter sublimitatem eorum, ac generis claritatem sunt potioris prærogatiua gradus, seu gratiæ attollendi, vt in *extraua. Io. Execrabilis. §. nos itaque de*
34 *præbend.* & quod in his nec Ecclesiasticus, nec secularis intromittere se possunt, nisi de Regis speciali licentia loquitur in puncto. *Velasc. d. consult. num. 62.*

Quò ad tertium an hospitalia, quæ non erant sub protectione Regis, stante vnione, & reductione in vnũ cum hospitalibus existentibus sub protectione Regis gaudeant
35 eadẽ protectione, & sciendũ est primò vnionem Ecclesiarum dupplicẽ esse perpetuã, & temporalem. Prima perpetua durat, nec reuocationis locus est, quia sic actũ est, vt nũquam separetur. *cap. exposuisti. §. 1. de præbend. Innocent. & Abb. cap. 1. ne sede vacante. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 26. nu. 1.* & hæc est in casu isto, temporalis verò eidem perpetuæ contraria, vt latè *Rebuff. practic. benefic. tit. de vnion. benefic.*

36 Tres enim modos, quibus fit vnio, ponunt. *glos. in cap. temporis qualitas 16. quæst. 1. & glos. in d. cap. 1. ne sede vacante, refert Guid. Pap. cons. 134. num. 1. Petr. Perus. in tract. de vnion. Eccles. cap. 2. num. 18. Gonzal. ad regul. Cancellar. regul. 6. glos. 5. §. 7. num. 26. Gars. de benefic. part. 12. cap. 10. tit. de vnion. num. 7. tamen Hostiens. in d. cap. 1. vers.*
37 *quot modis fit vnio, ne sede vacãte.* ponit quinque modos, quos refert, & sequitur *Abb. d. cap. 1. num. 6. Petr. de Perus. d. cap. 1. versic. quinque modis. Caccialup. art. 2. Pauin. de offic. & potestat. cap. Sede vacante. 3. quæst. part. 2. num. 20. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 26. num. 4. Gars. d. tract. de benefic. part. 12. cap. 2. tit. de vnion. num. 5.*

38 Primus modus vnionis est, quando communicantur spiritualia tantum, & hæc non vocatur propriè vnio, *vt Gars. num. 6. ex auctoritate Petr. de Perus.* Secundus cum vna Ecclesia subijcitur alteri. Tertius, vt neutra alteri subijciatur, sed æquè principaliter, & vnus sit vtriusque Prælatus, de quo vltra allegatos loquitur. *Mantic. decis. 224. num. 3.* Quartus dum ex duabus fit vna. Quintus cum vna Ecclesia erigitur in Cathedralem, vniendo illam alteri, & idem sit Episcopus vtriusque. Et quia nos sumus in quarto casu, cùm ex duabus fit vna, nam hic ex quinque fuit erectum vnum Hospitale, omissis alijs, quatuor casibus, qui non sunt nostri, & videri poterunt apud *Gars.* & alios in locis supra allegatis, dico quod in casu isto exemptio, quæ erat Hospitalis Sancti Angeli, & Castri ad mare, est etiam communicata alijs Hospitalibus, cum de-
39 omnibus vnitis fuit erectum vnum, nam in tali vnione priuilegia data vni competunt alteri, etsi sunt contraria, meliora, & fauorabilia conseruabuntur. *Gars. d. c. 10. num. 10. refert. glos. Hostiens. Abb. Petr. de Perus. & alios Marescot. variar. resolut. lib. 2.*
40 *cap. 15. nu. 4.* qui tamen loquitur in quinto casu in visita in Ecclesia vnita alteri, quod gaudeat exemptione Ecclesiæ, cui vnitur, cuius propria verba refert. *Ricc. decis. Neapolit. 213. num. 12.* nullam faciens mentionem de Marescoto.

Comprobatur hæc opinio; nam Hospitale sub Regis protectione, dicitur magis
41 dignum, cum priuilegiatum sit, magis enim dignum trahit ad se minus dignum. *Io. Nicola in addit. ad Rocc. de Curt. de iur. patronat. lib. 2. num. 208. Iul. Cæs. Mad. tract. de Sacr. ordinib. cap. 13. num. 36.* vbi motus dicta ratione asserit, quod si laicus habeat
42 ius Patronatus, cum Ecclesia dicitur mixtum. Et priuilegium Ecclesiæ transit in laicum, qui cum infra quatrimestre beneficiatum præsentare teneatur hoc casu ratione communionis poterit præsentare cum compatrono Clerico intra semestre, *alleg. Thesaur. de collat. benefic. cap. 18. num. 46. cum seq. Piasec. part. 2. cap. 5.* quæ beneficia conferre possit Episcopus *num. 7. verb. iure patronat. Idem Thesaur. de iur. patronat cap. 21. num. 24.*

Et fortius, nam hæc vnio Hospitalium indiuidua est, & ex illis vnum Hospitale erectum, & sic cum non possit Prælatus visitare Hospitalia olim sibi subdita, & relinquere quæ sunt sub Regis protectione, quia & vnita, & taliter, quæ indiuidua sunt, & nõ apparent alia subdita distincta ab exemptis, vnde succedit vera conclusio, quod
43 ex consortibus, & socijs, etiam non priuilegiato, alterius priuilegium prodest, dum causa eorum diuidi, & separari non potest. *l. si communem in princ. ff. quemad. seruit. ammitt. l. vna est via. ff. de seruit. rusticor. prædior. l. si is qui duos. ff. de liberat. legat. l. 4. §. si fundus. ff. si seruit. vindice l. præcipimus. in fin. C. de appellat. l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. appella. l. 1. C. de diuers. rescript. Serade. de feud. part. 9. capit. 4. num. 13. & 14.* Alia iura, & authoritates refert *Georg. Aghat. tract. de priuileg. lib. 2. cap. 4. num. 86.* vbi asserit, quod si quis ex his, quibus

a Principe communiter aliquid donatum est, nullo hærede relicto decesserit, ad consortem potiùs pars illius, quam ad alium perueniet, sæpe enim, quod quis ex sua persona non habet per alium impetrat. *l. 3. ff. quæres pignor. dat. obligar. non*
44 *poss.* Item laicus pro indiuiduis gaudet beneficio Clerici. *cap. per tuas. & cap. ad audientiam. §. fin. de præscript. Gail. observat. 20. num. 12. & de pac. public. lib. 1. cap. 6.*
45 *num. 17.* & res temporales iunctæ Ecclesiasticis censentur Ecclesiasticæ, vt respondit *Grauet. cons. 279. colum. penult. Deci. l. rogasti. §. si tibi. num. 6. ff. si cert. peta.* Item socium Doctoris gaudere priuilegio Doctoris, ait *Bald. in additione ad primam constitutionem. ff. veter. §. hæc autem tria. Aghat. vbi supra*, qui latissimè per plures numeros infert, quando priuilegia concessa vni ad
46 alios extendantur, & quando Ciuitati extendantur ad Castra, & villas. *num. 115. & seq.*

Quo ad quartum, an ex quo dominus Archiepiscopus est electus a S. C. Maiestate dicatur sub illa electione sibi tradita licẽtia a Sua Maiestate visitandi ea hospitalia, quæ sunt sub protectione Regis, an verò requiratur licentia specialis, & clarum est, quod Hospitale existens sub Regis protectione, non potest a Prælato visitari absque Regis licentia, vt expresse dicant verba ipsius Sacri Concilij Tridentini *d. sess. 22. cap. 8.* quam licentiam specialem debere esse asserit. *Valasc. d. consult. 105. nu. 62.* in
47 generali enim mandato, & concessione non venit licentia, quæ specialitatem requirit,
48 quæ enim Principi sunt reseruata in signum supremæ potestatis non veniunt in generali concessione, nisi specialiter exprimantur, *Paris. cons. 10. num. 7. lib. 4. Rolan. cons. 76. num. 20. lib. 3. Apetr. de potestate Princip. cap. 22. num. 36. dicit*, quod
49 si in concessione Regni, vel a Principe supremo emanata, sit dictum cum translatione omnis imperij, & potestatis cum omni iure, quod habet concedens nullo reseruato, adhuc non veniunt reseruata Principi, sed solum ea, quæ possunt conuenire communiter, cuilibet inferiori in re sua, & sic illa verba debent intelligi de iure, quod habet in re concessa, tanquam Dominus eius, non autem tanquam Rex, aut Princeps, *alleg. Riminald. cons. 1. num. 20. vol.*
50 6. Immo indubiò Princeps generaliter concedendo non videtur concessisse sibi reseruata in signum supreme potestatis, *Grammatic. cons. 6. num. 9. glos. in cap. cum venerabilis, de censib.* In verbo causa correctio-
51 nis, exemplificat in Episcopo, qui si eximat aliquam Ecclesiam, quibuscunque generalibus verbis, non intelligitur eam exemptam voluisse à visitatione, & alijs sibi reseruatis. Item nec Vicarius Episcopi, cui sit attributa generalis potestas faciendi
52 omnia, quæ potest ipsemet Episcopus, posset Diocœsim visitare absque speciali mandato, quoniam visitatio Diocœsis est reseruata soli Episcopo, & ea quæ sunt de
53 reseruatis non veniunt in generali mandato, & concessione, *Iacob Brocc. de Vicar. Episcop. quæst. 120. num. 2. 3. & 4. lib. 2. & subdit num. 5.* quod in generali mandato Episcopi non veniunt ea, quæ verisimiliter non erat concessurus. Exemplum
54 etiam ponunt D D. in Principe, qui tribuens alicui generaliter, omnimodam eius potestatem, non intelligitur tribuisse, nec
55 a se abdicasse appellationem, appellatio enim est de reseruatis Principi, *Bald. in auth. quas actiones, versic. ex his apparet. C. de sarcosanct. Eccles.* talia enim reseruata Principi non veniunt in generali concessione, nisi specialiter exprimantur, ita concludit. *Nacl. cons. 580. num. 24. lib. 3.* vbi reprobat Iason tenentem contrarium in *cons. 161. lib. 2.* per illam dictionem omnimodam. Idem & in Papa, puta si dat potestatem alicui legato de latere conferendi
56 beneficia qualitercunque vacantia, non poterit conferre beneficia reseruata ipsi Summo Pontifici, *Rolan. cons. 75. n. 23. lib. 3.*
57 Idem in absolutione reseruata ipsi Papæ non censetur concessa sub generali dispensatione absolutionis, sed requiritur, quod specialiter demandetur, quæ autem sunt
58 reseruata non transeunt sine speciali priuilegio. *Abb. in cap. prudentiam. §. 6. num. 4. de offic. & potestat. Iudic. deleg.*

Et in terminis, in quibus versamur in
59 Archiepiscopo electo a Rege, quod non dicatur per talem electionem sibi concessa licentia visitandi Hospitale existens sub protectione Regis immediata, sed requiratur specialis licentia Regis. *loquitur Valasc. d. consult. 105. num. 62.* In Hospitale omnium Sanctorum Ciuitatis Olisippolensis, & in omnibus confraternitatibus nominatis de misericordia Regni Lusitaniæ, quod in his, neque Ecclesiasticus, neque secularis possunt se intromittere, nisi de speciali Regis licentia Pro quo facit id, quod alias di-
60 citur rem affectam manu Principis non exire à Principe sine causa, & deuolutam ad Papam, seu ad eius Curiã non exire à Curia,

nisi

nisi rursus remittatur, vt per *Bald. in l. si vt proponis la prima, num. 15. vers. quæro Papæ. C. quomodo, & quando iudex. Ias. in l. filiusfamilias §. Diui. num. 58. ff. de legat. 1. Rip. in cap. cum M. num. 158. de constit. Dec. in cap. vt nostrum, col. 1. de appellat. cũ alijs quos citat Conar. pract. quæst. cap. 9. num. 5. & Alciat. resp. 406.* quos referendo sequitur *Valasc. d. consultat. nu. 63.*

Et quod in illo Regno Episcopi sint ele-
61 cti à sua Maiestate clarè dicit *Bouadil. in sua Polit. lib. 2. cap. 18. num. 222.* vbi inquit infrascripta verba. *Y de passo es de saber, que en sola España presentan, y proueen los Reyes della treynta, y seys Obispados, y nueue Arcobispados con los de Aragon, y Valencia, y Cataluña sin los de Portugal. y en las Abadias, y encareciendo la grandeza di nuestros Reyes, demas, dellas prouisiones, refiere conrado: que sin los Estados de Flandes, y otras prouincias tiene il Rey Don. Felipe nuestro Señor el Señorio de 277. ciudades, & in num. 223. inquit,* vnde prouenit suæ Maiestati hoc priuilegium eligendi Episcopos, & præsentandi suæ Sanctitati.

Doctores enim, qui dicunt, quod reser-
62 uata Principi, & ea, quæ requirunt specialẽ licentiam in generali concessione dicuntur translata loquuntur quando Princeps concessit omnimodam eius potestatem, & immediate expressit aliquod de istis, quod requirit speciale mandatum, secuta clausula generali; *& ad omnia alia, quæ Nos possumus, etiam si mandatum speciale requirant,* tali enim casu omnia includuntur, etiam ea, quæ requirunt speciale mandatum. *Glos. in cap. 2. de offic. Vicar. Grauet. in cons. 208. in fine.*

63 Et etiã in Hospitale, quod est de iure patronatus regio, quod visita debeat fieri de licentia regis dixit. *Bouadil. d. cap. 18. nu. 219. cohadito num. seq.* vt supra dixi.

Tanto fortius omnia comprobantur, tã quod Episcopo nunquam dicatur concessa talis licentia à sua Maiestate, quàm quod Hospitale ipsum sit sub Regis protectione, quã etiam & quod per bullã Sũmi Pontificis fuerit exemptum à visita, quandoquidẽ ante ipsam vnionem ipsorum Hospitalium & à tẽpore vnionis, quæ fuit in anno 1548. vsque ad præsens nemo ex Prælatis fuit, nec est in quasi possessione visitandi hoc Hospitale, vnde ista continuata, & subsequuta obseruantia est fida. & veridica interpres secundum subiectam materiam visitationis bullæ Pontificiæ, & priuilegiorum, & dotationum a Rege, quod nostrum Hospitale non fuerit visitatum ab ordinario, vel quod huiusmodi exemptio comprehendatur in ipsa bulla Pontificia, declarata a prædicta obseruantia subsecuta, vel in priuilegijs, per quæ constat quod sit sub Regis protectione, & de iure patronatus regio, & quod
64 numquam talis licentia fuit concessa Prælatis, cum fida interpres sit ipsa obseruantia, in inueterata cõsuetudine loquitur *à ponte cons. 18. n. 8. in Hospit. Neapolis. Becc. cons. 101. n. 47. & seq. lib. 1. 2. Laur. Silu. cons. 88. nu. 27. lib. 2. Io. Guttier. cõs. 2. n. 10.* dicens nõ esse necessariam præscriptionem in obseruãtia
65 declaratiua, sed sufficere, ita fuisse aliquoties factũ, *Steph. Gratian. decis. 24. nu. 8. Ludou. decis. Perus. 29. n. 31. & Valenz. cons. 97. num. 204. vol. 1.* vbi alios refert, & dixi in *cons. 1. num. 141.* quod est tantę importantię obseruantia interpretatiua, quod si statutũ
66 tollit consuetudinem, non tollit interpretatiuam, *Decia. cons. 24. num. 28. lib. 3. & cons. 51. num. 56. lib. 2.* immo si statutum expressè reprobet Consuetudinem, non intelligitur comprehẽdere interpretatiuuam. *Dec. cap. cum M. num. 7. de cõstit. dom. Card. Tusc. concluſ. 878. lit. E.* vnde dum sacrum Concilium Tridentinum in dictis decretis inquit non obstante quacunque consuetudine, non
67 comprehendit interpretatiuam. Etenim videmus Hospitalium Regimen ad Episcopos spectare taliter, quod non debẽt permittere, quod administratores vltra triennium regant, & maneant in administratione, vt inquit *Fusc. d. cap. 13. lib 2. n. 26.* & nihil ominus ex bulla Summi Pontificis clarissimè constat administrationem, & regimen dictĩ Hospitalis spectare ad ipsos DD. Confratres, potestatem faciendi quascunque ordinationes, & capitula pro ipsius regimine, illaq; mutandi ad eorum libitũ voluntatis toties, quoties eis placuerit. qui per biennium adminIstrationem duobus ex ipsis DD. Confraribus per suffragia vocum electis permittunt, vnde in ipsa fundatione hoc ius fuit sublatum ipsi Episcopo iuxta dispositionem S. C. *cap. 8. vt refert Fusc. d. nu. 26.*

68 Item etiam & administratio sacramentorum in ipsis Hospitalibus debet exerceri per Parochos, intra quorum parochiam existunt, non autem à sacerdotibus propositis ipsis Hpspitalibus, & tamen hæc administratio in ipsa bulla conceditur ipsis sacerdotibus, & amouetur ab ipsis parochis de cuius validitate non dubitatur, vt inquit *Fusc. num. 30. d. c. 13. vbi allegat clement. 2. §. fin. cum sua glos. de religios. domib.* vnde dum apparent omnia quæ ad Prælatum spectabant fuisse per ipsam bullam Summi Pontificis sublata, & inde esse verba generalis-

sima, & vniuersalia, per quæ tam in spiri-
69 tualibus, quam in temporalibus datur administratio dicti Hospitalis ipsis Confratribus in omnibus, & per omnia, quæ verba nullam admittunt restrictionem, *Roland. cons. 27. num. 27. & num. 28. lib. 4.* adeo vt comprehendant alia non cogitata, *Bald in l. tres fratres, ff. de pact. & in l. sub prætextu. C. de transact. Grauet. cons. 294. per totũ. Monter. decis. Aragon. 35. num. 6. 8. 67. & 76.* & quæ alias non includerentur, *Bardel. cons. 14 num. 54. vol. 1.* & continent id, quod priuilegio, & iure speciali competeret, iuxta *glos. fin. in cap. 1.* vt lite pendente, quam secutus est ibi *Abb. notab. 4.* post quam bullam exinde fuit secuta obseruantia interpretatiua, dicendũ est prælato hodie ius visitæ non competere, quod comprobatur etiam ex dictis per *Zerol. in verb. visitatio. vers. 7.*
70 an aliqui sint exempti, vbi exemptos illos esse inquit a visita, qui habent præscriptionem immemorabilem, quam tenentur probare ex auctoritate *Caputaq. decis. 361 part. 2. & ex decis. rot. rom. de mense Iulij 1582.* vbi fuit determinatum audiendos esse super consuetudine, & fuit decisum sufficere, si probetur consuetudo, licet non sit immemorabilis, & latissimè appositæ in *cons. 18. vol. 1.* in causa Hospitalis Diuæ Annunciatæ allegat *Paris. in cons. 34. Vinc. de Anna in singul. 90.* & alios.

Ex quibus omnibus concludo nostrum Hospitale, vt existens sub protectione Regis Domini nostri, & de eius iure patronatus non posse ab Illustrissimo Archiepiscopo visitari sine speciali licentia suæ Maiestatis. Hæc sunt quæ occurrunt pro defensione eius iustitiæ. & iudex in causa supplebit omnia, Messanæ die xx. Iunij 1621.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter nobiles, quoties non apparet quomodo sit contractum, intelligitur secundum ius commune, dummodo sint magnates.*

2 *Pater in matrimonio contracto ad vsum Messanæ tantummodo de suo tertio disponere, & illud vinculare potest.*

3 *Dictio præsertim, est implicatiua, aliquando tamen importat etiam taxatiuam.*

4 *Dictio videlicet est declaratiua, restrictiua, & modificatiua præcedentium.*

5 *Dictio videlicet, quando importat restrictionẽ, quando vero declarationem.*

6 *Pater potest præsium eligere, & illud vinculare, si adsunt alia bona, vnde possint filij sibi ipsis de legitima satis fieri.*

7 *Prohibitio alienationis facta, vt bona remaneãt in familia est nuda, nisi adijciatur causa, quia tunc validatur, quo casu fideicommissum intelligitur introductum in casu contrauentionis.*

8 *Fideicommissum in casu proposito ordinatum non inducit reciprocam substitutionem.*

9 *Fideicommissum factum ab ascendente cum prohibitione, ne dotentur in præiudicium descendentium non tenet.*

10 *Instituens eum qui sibi ab intestato successurus est, non dicitur alienare extra familiam, esto quod non sit de familia.*

11 *Femina ex masculo nata dicitur vocata in fideicommisso cum conditione, quod non alienentur bona sed remaneant in perpetuum in familia, & cognomine, saltem temporaliter ad illius vitam.*

12 *Neptis ex masculo excludit patruum etiã quando testator considerauit fauorem agnationis n. 42. secus vocando masculos n. 43. intellige vt n. 44. & 45. 49.*

13 *Filia ex masculo est de familia, de domo, de casata. de genere de stirpe, n. 25. 27.*

13 *Femina ex masculo venit in fideicommisso familici relicto eslo sit nupta n. 15. contra n. 39. secus quando non est nupta n. 40.*

16 *Femina non conficit lineam masculinam tamen est in ipsa linea, cum pater sit caput lineæ, & ipsa finis lineæ paternæ,*

17 *Filius, istud verbum est masculini generis, tamen cõtinentur etiam feminæ, cum in vltimis voluntatibus masculinum concipit femininũ, nisi de contraria mente testatoris appareat.*

18 *Filiorum appellatione in fideicommissis veniunt mares, & feminæ non obstante statuto feminarum exclusiuo. n. 19. & 24.*

20 *Moriens cum filiabus non dicitur sine filijs decedere.*

21 *Grauatus sub condicione si decesserit sine filijs conditio deficit per existentiam feminæ, etim si vnica n. 22. 23.*

26 *Familiæ vocabulum, & agnatio est commune ad masculos, & feminas.*

28 *Fideicommissum vocans masculos ex masculis descendentibus excludit feminas n. 38. intellige n. 44. & 45.*

29 *Femina filia masculi donec viuit conseruat dignitatem familiæ, & agnationis, idem monachus, & monialis, n. 30.*

31 *Voluntas testatoris in mente retenta nihil operatur, & debet transire in dispositionem.*

32 *Testator eo ipso, quod vinculauit bona visus est voluisse conseruare familiam, & descendentiam.*

33 *Defunctorum memoria conseruatur per feminas, sicut per masculos.*

34 Fi-

34 *Filij testatoris sunt melioris conditionis, quam neptes fallit num. 36.37.*

35 *Familia conseruatur per masculos, intellige, vt nn.13.14 55.27.40,*

41 *Testator dicitur se confirmare dispositioni Statuti.*

45 *Musculinitatis expressio non operatur exclusionem fœminarum, sed prælationem in eodem gradu. num. 49.*

46 *Masculis istud verbum dicitur appositum, quod existente masculo lineæ directæ ille succedat, licet sit minor, & non sequitur fœminarum exclusio.*

47 *Odiosa sunt restringenda.*

48 *Fœminarum exclusio est res odiosa.*

49 *Linea durante illius in quem bona vinculata peruenerunt non fit riuersio ad lineam alterius.*

50 *Lineam facit quilibet frater.*

51 *Monasterium capax bonorum excludit substitutum saltim durante vita monachæ. num. 52.*

53 *Filia dicitur posita in cõditione tacita ad exclusionem substituti iuxt. l. cum auus etiam stante Statuto exclusiuo propter masculos, nu. 54. nisi expressim excludat fœminas propter patruum, num. 55.*

56 *Ecclesiæ, & pupillorum in causa proceditur sola facti veritate inspecta.*

57 *Iudex debet amplecti æquitatem, & opinionem magis æquam.*

58 *Fideicommissum est res onerosa, & euitanda, & in dubio contra eum num. 59. & 62. & quod minus scriptum, quam dictum num. 60.*

61 *In dubio pro possessore pronunciandum est.*

63 *Hereditas in re dubia sanctius est, quod deuoluatur secundum causam intestati.*

ARGVMENTVM.

An matrimonium, si non est scriptura, præsumatur ad vsum Messanæ, & quid inter nobiles, & quid inter magnates. An Fideicommissum factum ab ascendente cum prohibitione ne dotentur, teneat. Et an masculinitatis expressio operetur exclusionem feminarum omni tempore, vel prælationem. Et an quilibet frater faciat lineam suam, taliter, quod durante illius linea non fit reuersio ad lineam alterius. Et an femina, & monasterium excludant sustitutum saltem durante vita.

CONSILIVM V.

IESVS MARIA.

ANnis elapsis ob mortem Petri Andreę Sollima lucessit in tota eius hæreditate Theopatia filia vnica, in qua hæreditate inter alia erat locus, de quo agitur. Exinde dictus locus cũ alijs bonis fuit distractus per sententiam secundi decreti ad instantiam Antonini Sollima eius patrui, fuit dicta Theopatia existente in monasterio tentata nullitas decretorum, & tandem in M. R. C. fuit vltimo loco obtemptum, & declarata nulla, pendente liquidatione fructuum, maximis factis expẽsis per monasterium forte in vnz. mille, cõparuit Antoninus Sollima in M.C.A. & petit, quod locus declaretur vinculatus ad masculos, dictæque Theopatiæ nullum ius competere, fundat eius intentionem in vinculo facto per quondam V. I. D. Nicolaum Sollimam Seniorem pro parte Monasterij, & dictæ Theopatiæ excipitur, quod omnino à petitis debent absolui, & verè iustitia Clientum vndique clara est.

Pro cuius dilucidatione de tribus disputari cõtingit. Primò quæ bona poterat vinculare ille quondam Nicolaus Sollima. Secũdo quę voluit vinculare. Tertio, qui sunt vocati in vinculo.

Quo ad primum videndũ est pro declaratione primi dubij, ad quem vsum sit contractum eorum matrimonium, & concludo ad vsum Messanæ, nam licet contentio
1 fuerit inter DD. quod inter nobiles præsumitur secundum ius commune, quoties non apparet, quomodo contraxerunt, *vt Fab. de Ann. & Nepit.* tamen intelligitur non de omnibus nobilibus, sed de magnatibus. *Ita Lopes, Soarez, Muta, Nepit.* & post alios DD. *Giurba consuetud. Messa. part. 1. cap. 1. Glos. 7. num. 24. vsque ad num. 50.*
2 Igitur si ad vsum Messanæ, tantũmodo potuit de suo tertio disponere, illudq; vinculare est statutum sub *cap. 5.* ibi eius stabitur testamento, dummodo quod de tertia sua filios recognoscat.

Quo ad secundum voluit vinculare tantumndo locum magnum cum domibus, nam licet dicat, vinculo omnia bona mea, tamen inde dixit, præsertim stabilia, & inde dixit videlicet locum magnum cum domibus, vnde per speciem fuit derogatum generi, *iuxta reg. l. pnũ. ff. de regul. iur.* Et licet

3 Et licet dictio (præsertim sit implicatiua, & importat id, quod dictio (maxime) *Tusc. litt. C. conc.* 338. *allegat. Calderin. & gemini.* tamen in casu isto importat taxatiuam, ac si dixisset, vinculo tantum stabilia, nam quando resultat correctio iurium, vel prauus intellectus, tunc stat loco taxatiuæ, & non implicatiuæ, & est, ac si dixisset, tantum stabilia vinculo. *Alex. conf.* 116. *num.* 36. *vol.* 2. *vers. nec enim absurdum est. Tusc. litt. D conclus.* 309. *& conclus.* 338. Quod resultet correctio iurium, & prauus intellectus tangitur manibus, nam inde dicit, videlicet locum; dictio (videlicet) est declaratiua, restrictiua, & modificatiua præcedentium, *text. in cap. transmissa, de eo, qui cogno. consang. vxor suæ, Glos. in verb. videlicet. in clement causam, de elect. l. cum quidam. ff. de vsu, & habitat. Bart. in l.* 1. *ff. ad l. aquiliam. Angel conf.* 354. *in princ. Soc. conf.* 47. *num.* 6. *in fin. & num.* 7. *lib.* 1. *Marant. in prax. part.* 3. *nu.* 105. *Decian. conf.* 34. *nu.* 89. *vol.* 3. *Menoch. conf.* 21. *num.* 27. vbi referunt alia iura, & auctoritates, & idē *Bart. in l. quæsitum. §. si quis fundum ff. de fund. instruct. instrum. legat.* inquit, tunc dictionem
5 (videlicet) starc restrictiuè quando post expressionem generis, vel nominis appellatiui, sequitur expressio aliquarum rerum, vel personarū, & nō omniū contentorū sub genere, vel nomine præcedennti, vt in casu isto, nā expresso genere, exinde expressit locū magnū, & sic restrinxit ad locū, & in fideicommisso loquitur *Rum. conf.* 97. *nu.* 10. *& num.* 15. *vol.* 2. vbi concludit, tunc de necessitate dictionem (videlicet) stare declaratiuè, quod per illam fit expressio, & dinumeratio omnium personarum, vel rerum cōtentarum sub dicto nomine, vel genere præcedenti, vt in casu suo, aliàs stat restrictiue, si dicimus, quod importat (maximè) ergo illa dictio (videlicet) non stat declaratiuè, & restrictiuè, sed de iure talis est, ergo ne correctio legum inducatur, dicendum est, operari dictionem taxatiuam, illam dictionem (præsertim) si dicimus, quod stat declaratiue, & restrictiuè, prout est, resultat prauus, & absonus intellectus, quia remanent mobilia vinculata, & de stabilibus vnum prædium tantum, vnde veritas est, quod testator voluit dicere, vinculo omnia bona mea tantum stabilia, id est, de stabilibus locum magnum, & hoc maxima ratione, nam cognoscens se tantum suum tertium posse vinculare, & sic de loco illo tertiam portionem nominans, omnia stabilia volens pro sua tertia eligere locum magnum, ideo ad illum se restrinxit, vt locum magnum ostendens se habere affectionem, & sic elegit pro sua tertia, videns hoc
6 sibi de iure esse permissum, cum pater possit eligere prædium, & illud vinculare, & filij non possint petere legitimam super illo prædio, si adsint alia bona, vnde possint sibi ipsis satis fieri de legitima. *Honded. conf.* 66. *num.* 11. *vol.* 2. *Menoch conf.* 401. *num.* 139. referunt Iura, & Auctoritates.

Quò ad tertium dubitari contingit de Tribus. Primò an fideicommissum censeatur ita factum inter illos de familia, vt etiā dictus Petrus Andreas grauatus fuerit erga dictum Antoninum: secundò posito citra veri præiudicium, quod sit grauatus, & facta reciproca substitutio, an sub illa comprehendatur dicta Theopatia. Tertiò posito etiam, quod dicta Theopatia non sit expressè vocata, an saltim dicatur posita tacitè in conditione, *iuxta l. cū auus. ff. de cond. & demo. & l. cum acutissimi. C. de fideicom.*

Quo ad Primum, ex quo est prohibita
7 alienatio, vt remaneant in cognomine, & familia, per eam fideicommissum simplex, & absolutum nō resultat, propter quod dictus Petrus Andreas vltimò defunctus possit dici grauatus restituere familiæ, & sic dicto Antonino; (clara est DD. conclusio, quod quando prohibitio alienationis in se absq; adiectione d. causæ (quia voluit bona remanere in familia) est nuda, & consequēter inualida, tunc per adiectionē dictæ causæ validatur tantum, quo ad hoc, vt alienari non possint bona prohibita alienari, etsi alienentur possint reuocari ab illis de familia, & sic fideicommissum dicitur tantum in casu contrauentionis inductum, nō autem censentur, propterea grauati illi de familia inuicem sibi restituere in casu mortis, ita *Bart. in l. pater filium. §. filiam ff. de leg.* 3. dicit fideicommissum esse conditionale, si dicatur prohibeo bona vendi, & volo pertinere ad tales, quia intelligitur volo pertinere si vendantur, nam inquit *Bart.* si procedit dispositio prohitiua, & alia simpliciter sequitur, intelligitur sequēs dispositio, si contra prohibitionem factum fuerit, post multos *Soc. sen. d. conf.* 227. *in prim. dub. lib.* 2. *Soc. Iun. conf.* 140. *num.* 7. *lib.* 3. *Dec. conf.* 23. *num.* 5. *Abbas. conf.* 54. *nu.* 1. *Curt. Iuni. conf.* 43. *num.* 9. *conf.* 114. *num.* 16. *& conf.* 107. *num.* 2. *Bursat. conf.* 157. *num.* 35. *lib.* 2. *& conf.* 301. *num.* 1 *lib.* 3. & pro communi, & magis cōmuni *Sylua. conf.* 6. *num.* 22. *vers. vltimo moueor, & Sforzad. conf.* 46. *nu.* 25. *Sess. decis. Aragon.* 55. *num.* 7. *& seq. vol.* 1. Et quod in fidei commisso ita ordinato non dicatur inducta reciproca

substi-

ſubſtitutio fideicommiſſaria inter grauatos, dixerunt *Soci. ſeni. conſ. 69. lib. 3. Iaſ. conſ. 96. col. 3. lib. 4. Menoch. conſ. 327. num. 73. & conſ. 376. num. 56. 57. & conſ. 680. num. 17.* vnde inter Petrum Andream, & Antonium non eſt facta reciproca ſubſtitutio fidcicommiſſaria, & conſequenter dicta Theopatia non tenetur reſtituere aliqua bona.

Nec obſtat ex quo dedit monaſterio, & ſic venit caſus contrauentionis, nam dicta Theopatia ſe fecit profeſſam, & bona ſua apportauit in dotem ipſi monaſterio, & cum ipſa fuerit ſucceſsibilis in iſtis bonis, eſto vinculata potuit illa in dotem ap-
9 portare, & cum fuerit vinculum ab aſcendente factum, & iſta ſit de deſcendentibus eſto prohibuiſſet, ne dotentur, non tenet, & potuit dotari. *Bart. & alij in auth. res, quæ C. comm. de legat. Surd. deciſ. 60. Giurb. Conſuet. Meſſ. cap. 3. gloſ. 4. num. 17. fol. 290.* referunt multos.

Secundò reſpondetur, quod non contrauenit donando Monaſterio, nam Monaſterium ſuccedit ipſi Theopatiæ, vt monachæ,
10 & qui inſtituit eũ, qui ſibi ab inteſtato ſucceſſurus eſt, non dicitur contrauenire, neq; alienare extra familiã, eſto, nõ ſit de familia, *gloſ. in l. ſi pater. §. Iulius Agrippa. ff. de legat. 3.* & in puncto dicentes communem opinionem. *Alex. conſ. 55. per totum, lib. 3. & conſ. 59. eodem libro, & conſ. 56. num. 5. lib. 1. Dec. conſ. 287. num. 2. Iaſ. conſ. 141. num. 36. & ſeq. lib. 2. multos refert. Sforz. odd. d. conſ. 46. num. 30. verſ. Secundò quod licet.*

11 Quo ad ſecundum, quod d. Theopatia fœmina ex maſculo nata ſit vocata in terminis fideicommiſsi; cum his verbis ne alienentur, vt remaneant in perpetuũ in familia, & cognomine, imò in fortiori caſu, quando ſtatutum extat excludens fœminas propter maſculos, conſuluerunt infraſcripti DD. ſaltim temporaliter ad illius vitam. *Alex. conſ. 56. vol. 1. num. 1. & 4. conſ. 5. num. 4. & conſ. 89. num. 23. lib. 6. Socin. ſeni. conſ. 227. lib. 2. & conſ. 28. num. 27. lib. 4. Soci. Iuni. conſ. 94. lib. 1. num. 10. & conſ. 2. num. 18. & ſeq. vol. 2. Curc. ſeni. conſ. 63. num. 16. & 17. Crot. conſ. 8. num. 26. & 27. Curt. conſ. 230. col. 10. Ceſal. conſ. 53. num. 97. & ſeq. & conſ. 134. num. 47. lib. 1. Sforz. odd. conſ. 46. num. 47. & ſequ.* qui ſcripſit inſimul in eadem cauſa cum *Menoch. in conſ. 680. vol. 7. Burſat. conſ. 57. num. 40. & ſeq. Rui. conſ. 153. num. 9. & conſ. 203. nu. 25. lib. 2. Idem reſpondit Dec. conſ 287. num. 12. & l. 2. num. 85. ff. de regul. iur. Gozad. conſ. 34. num. 27. Paris. conſ. 88. num. 20. lib. 2. conſ. 35. num. 5. conſ. 47. num 55. & conſ. 81. num. 20. & 24. lib. 3. Iaſ. conſ. 69. num. 2. lib. 4. & conſ. 142. lib. 2. num. 9.* Et quando eſt conſideratus à te-
12 ſtatore fauor agnationis, quod etiam neptis ex maſculo excludat patruum, dicit magis communem. *Alciat. conſ. 10. num. 10. quem* refert. & ſecutam fuiſſe, *Rot bon. dicit Barez. deciſ. 11. num. 2.* Probatur intentio, & iuſtitia fœminæ *ex text. in l. voluntas la prima C. de fideicomm.* cuius verba hæc ſunt; *Voluntas patris, & prohibentis liberos fundos extra familiam vendere, vel pignori dare, fratrẽ ſorori donare prohibuiſſe non videtur*: ex quo textu apertiſsime colligunt omnes DD.
13 quod filia ex maſculo dicitur de familia, de domo, de genere, de caſata, de ſtirpe, *Pariſ. conſ. 48. num. 50. vol. 3. Ceſal. d. conſ. 5. num. 84. &* 86. *Burſat. d. conſ. 157. num. 40.*
14 *& ſeq.* & alij ſupra allegati, & in fideicommiſſo familiæ relicto: venire fœminam ex maſculo vltra prędictos, *Cabal. conſ. 128. nu.*
15 *52. & 68. & ſeq. lib. 2.* vbi ampliat, eſto ſit nupta, cùm licet fœmina non conficiat li-
16 neam maſculinam, tamen eſt in ipſa linea, cùm pater eſt caput lineæ, & ipſa finis lineæ paternæ. *Bald. conſ. 339. vol. 3. Mart. de clau. part. 3. clau. 30. per totam.* Secundò ex conſtitutione Iuſtiniani: *in auth. de reſtit. fideicom.* qua ſancitum legitur fideicommiſſum, quod in familia erat conſeruandum relinqui potuiſſe filiæ vnius grauatorum, quem textum notandum eſſe dicit, *Soci. d. conſ. 227. & conſ. 43. & Silu. d. conſ. 6. num. 17.* Tertiò teſtator vocauit
17 filios filiorum, & licet verbum illud (filios) ſit maſculini generis, nihilominus ſub eo continentur etiam filiæ fœminæ, quia in vltimis voluntatibus maſculinum concipit fœmininum, ſi de contraria mente reſtatoris non appareat, *l. 1. C. de condit. inſtit. l. Si ita ſcriptum. ff. de legat. 2. l. lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. l. qui duos in fin. & l. Seruis legatis in princ. ff. eodem. Bart. in l. 1. ff. de verbor. ſignif. DD. c. generali. de elect. in 6. Valenz. d. conſ. 97. num. 85. Honded. conſ. 57. num. 23. vol. 1.* vbi alios refert, & aſſerit, quod filiorum appellatione etiam filiæ continentur. *l. ſi quis ita in princ. ff. de teſtam. tutel. l. inter ſtuprum. §. fin. & ibi Alciat. ff. de verbor. ſignific. Burſat. qui teſtatur comm. conſ. 228. num. 11. lib. 3. Thob. non. conſ. 29*
18 *num. 21.* & in fideicommiſsis, & ſubſtitutionibus, quod filiorum appellatione veniant mares, & fœminæ. *Ceſal. conſ. 45. num. 14. Simon de Pret. conſ. 90. num. 20. & conſ. 159. num. 18. conſ. 47. nu. 8. Burſat.* qui mul-

tos

tos refert *conſ.* 157. *nu.* 45. *& ſeq.* vbi etiam aſſerit, non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, *refert Grauet. conſ.* 250. *Tiraq. Gabr. Porc. & alios*, & quia decedens cum filiabus non dicitur ſine filijs decedere, *l. non eſt ſine liberis. ff. de verbor. ſignif. Honded. d. conſ.*
21 57. *num.* 24. vbi etiam aſſerit, quod quando quis grauatur ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, conditio deficit per ſuper exiſten tiam fœminæ, filiaque ſubſtitutum excludit, *l. 1. l. iuſta. & l. quiſquis. ff. de verbor. ſignif. Paris. conſ.* 18. *num.* 3. *lib.* 2. *multos refert, & in*
22 *n.* 25. dicit procedere, etiã ſi vnica remanſerit filia, *l. pater ſeuerinam* §. 1. *de cond. & dem. l. cognoſcere* §. *liberorum. & l. non eſt ſine liberis, ff. de verbor. ſignif.* & quod filia fœ-
23 mina excludat ſubſtitutum vocatum, ſi ſine filijs deceſſerit, *eſt text. in l.* 1. *C. de condit. inſertis, & ibi Corn. num.* 16. & quod filiorũ
24 appellatione continetur fœmina eſt ex proprietate verbi. *d. l. iuſta. ff. de verbor. ſignif. l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tut. Hond. d. conſ.* 57. *num.* 28. Quartò nam teſtator voluit,
25 quod conſeruentur in familia, & cognomine ſuo, filia enim filij maſculi eſt propriè de familia, & cognomine, & venit appella-
26 tione familiæ cùm vocabulum familiæ, & agnatio eſt commune ad maſculos, & fœminas, *d. l. pronunciatio.* §. *familiæ. ff. de verbor. ſignif.* §. 1. *inſtit. de legit. agnat. Succ. Peregr. d. conſ.* 58. *num.* 5. *circa finem. Valenz. conſ.* 97. *num.* 91. *&* 92. loquitur etiam de linea, *all. iur. & auctorit.* & in fidecommiſſarijs ordinationibus eſt caſus expreſſus *in d. lege voluntas. C. de fideicomm. vbi ſic notarunt Bart. Bald. Salyc. Fulgos. Pau. Alex. quos refert, & ſequitur Pereg. d. conſ.* 58.
27 *num.* 1. *vol.* 5. & quod fœmina filia maſculi ſit, & ipſa de familia, & agnatione dixerunt *Bald. in l. ſi defunctus, num.* 2. *C. de ſuis, & legitim. Corn. in d. l. voluntas. C. de fideicom. Alex. in l. penlt. num.* 14. *ff. de iuriſd. omn. indic. Sforz. odd. d. conſ.* 46. *num.* 41. *qui refert Io. Dilect. de art. teſtam. in tit. de ſubſtit. cap.* 22. *per totum*, & omnes DD. ſupra allegati, qui dat cautelam, quod ſi teſtator
28 vellet excludere fœminas ab his fideicommiſsis ordinatis fauore familiæ, dicat in ſpecie de maſculis ex maſculis deſcendentibus, *Mantic. conſ.* 161. *num.* 41. 42. *& Menoch. d. conſ.* 680. *nu.* 21. *&* 24. *verſ. reſpondetur primò. d. conſ. in fin.* Et quod per fœminam filiam maſculi, donec viuit, dignitas
29 familiæ, & agnationis conſeruetur, dixerunt *Alex. d. conſ.* 5. *col. penult. verſ. præterea poſito, conſ.* 89. *verſ. non obeſt ſtatutum, vol.* 6. *Soci. conſ.* 28. *num.* 27. *vol.* 4. *Pariſ. conſ.* 47. *num.* 61. 68. *&* 104. & quòd per
30 Monachum, & Monialem conſeruetur dignitas familiæ, & agnatio, dum viuunt dixerunt *Paris. d. conſ. num.* 62. *lib.* 3. *quem ſequitur Ceſal. d. conſ.* 53. *num.* 98. *& ambos refert, & ſequitur Peregr. d. conſ.* 58. *num.* 5. *circa finem vol.* 5.

Nec poteſt dici, quod ſi interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet, quod patruus præferatur nepti, nam vltra, quod hoc non procedit, cùm ſit neceſſe, quòd volũtas teſtatoris
31 tranſeat in diſpoſitionem, cùm aliàs in mẽ te retenta nil operatur. *l. quidam cùm filium, & l. quoties*, §. *tanumdem, & ibi Bald. & & Imol. ff. de hæred inſtit. Pariſ. conſ.* 35. *nu.* 14. *vol.* 3. tamen vnico verbo poterat exprimere, quòd maſculi ſuccedant excluſis fœminis, etiam filia per patruum, in puncto *Alex. conſ.* 55. *num.* 6. *lib.* 3. *Sforz. odd.*
32 *d. conſ. num.* 52. Imò ipſo facto, quòd bona vinculauit, viſus eſt voluiſſe conſeruare familiam, & deſcendentiã, vt huiuſmodi medio eſſet illius memoria, *Soci. conſ.* 47. *num.* 6. *conſ.* 57. *num.* 5. *vol.* 3. *Pariſ. conſ.* 72. *nu.* 81. *&* 88. *vol.* 4. *Molin. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 13.
33 *&* 14. Memoria enim inſtitutorum conſeruatur etiam per fœminas, ſicut per maſculos *l. liberorum in fin. ff. de verbor. ſignif. l. lege.* 12. *tab. C. de legit. hæred. Valenz. d. conſ. num.* 88. *& ſeq.* vbi refert alia iura, & authoritates.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò, quòd de maſculis intellexit, quia filios fecit hæredes vniuerſales, & filijs fœ-
34 minis reliquit dotes, vnde melioris conditionis eſſent neptes ex filio, quàm filiæ teſtatoris, *Rui. conſ.* 168. *num.* 12. *&* 14. *lib.* 3. *Crot. conſ.* 48. *num.* 42. *lib.* 1. *alios refert Menoch. d. conſ.* 680. *num.* 27. Secundò quia vocauit filios filiorum & voluit vt conſeruentur in familia, & cognomine ſuo,
35 familia enim conſeruatur per maſculos, ergo de maſculis intellexit. *Dec. conſ.* 370. *nu.* 11. 12. *Menoch. conſ.* 85. *nu.* 8. *& conſ.* 197. *num.* 55. *lib.* 2. *Ceſal. conſ.* 134. *nu.* 49. *lib.* 1. vbi alios referunt.

Ad primum reſpondetur, quòd proprias filias teſtator non excluſit, cùm dotes ipſis reliquerit, non ergo bene infertur, filia quę habuit dotem eſt excluſa, ergo & nep tes
36 nõ dotatæ. Imò hoc caſu neptis poteſt eſſe melioris conditionis, ita in puncto reſpondit *Curt. ſeni. d. conſ.* 63. *Alex. conſ.* 49. *lib.* 4. *col.* 6. *Rui. conſ.* 110. *lib.* 2. *Soci. iun. conſ.* 158. *col.* 7. *& conſ.* 168. *col.* 3. *lib.* 2. *Ceſal. d. conſ.* 45. *num.* 21. Item reſpondetur ideo fuiſſe excluſas, quia fuerunt dotatæ, & ſic habuerunt eorum portionem, & propterea non conueniebat æquitati, quòd plus ex

bonis,

bonis auiæ consequerentur iuxta declarationem in specie, *Soci. sen. d. cons. 227. num. 7. vers. non obest quarta, lib. 2. & apertius Paris. d. cons. 35. num. 24. lib. 3. quos referendo sequitur Menoch. d. cons. 680. num. 28. vers. respondetur hanc testatricem.* Cùm dixerunt non valere argumentum de filia exclusa ad neptem, cùm filia excludatur ob id, quòd pater ei dotem constituit, quod in neptę non contingit. Imò *Alex. in cons. 38.*
37 *num. 7. vol. 6.* inquit, quod neptis ex filio sit melioris conditionis, cùm potuit habere maiorem affectionem testator, ex quo illas non exclusit, & sicut habuit ad eorum patrem affectionem pariter ad illos. *Paris. d. cons. 35. num. 21. & seq.* Item talem coniecturam dicit esse fundamentum debilissimum. *Sforz. odd. d. cons. 46. num. 49.*

Ad secundum respondetur, si consideramus, quia dixit filios, iam fuit supra comprobatum, appellatione filiorum propriè contineri fœminas, si, ex quo dixit conseruentur in familia, etiam ostendi familiam conseruari per fœminam innuptam, etiam Monialem durante vita.

Neque obstant auctoritates in contrarium adductæ videlicet *Curt. iun. cons. 17. nu. 3. & cons. 115. num. 20. & seq. Paris. cons. 1. num. 58. & seq. & cons. 63. num. 11. & 12. lib. 2. Dec. cons. 495. Crot. cons. 16. nu.*
38 *11.* nam loquuntur in testatore, qui expressit qualitatem masculinitatis, imò pluries repetijt, quod non est in casu isto, alij D D.
39 præsupponunt, & loquuntur in fœmina nupta, quasi alienum cognomen cæpit, secus, quando non est nupta, ita *Soci. iun. cons.*
40 *128. num. 36. & seq. lib. 2. Gozad. cons. 34. num. 15. Ruin. cons. 153. num. 9. lib. 2.* qui dicit omnes tenere pro fœmina quando nõ est nupta, refert *Sforz. odd. d. cons. 46. num.*
41 *60.* Et tandem alij loquuntur, quando extat statutum excludens fœminas propter masculos, quasi testator voluerit se conformare dispositioni ipsius statuti, quod statutum non est in vrbe nostra, quo in casu succedit ita fœmina sicut masculus, quia talis prohibitio alienandi, vt remaneant in familia non extenditur ad hæredem legitimum *Bart. in l. si ita quis. §. ea lex. col. penult. ff. de verb. oblig. per text. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de legat. 2. glos. in l. peto. §. fratre ff. eodem. Alex. l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verbor. oblig. col. 3. Dec. cons. 377. num. 9. vbi dicit communem, Alex. d. cons. 56. lib. 1 & cons. 24. lib. 2. multos refert Laderc. cons. 5. num. 2. vol. 1.* Et in effectu, quando sub-
42 stitutus non est talis, quòd ab intestato excluderet fœminam secũ contendentẽ, tunc detestatoris voluntate, & intentione fœmina censetur vocata, & contenta sub filiorum connumeratione, ita ad fauorem neptis contra patruum in terminis consuluerunt, *Soci. cons. 55. lib. 3. Curt. seni cons. 44. & cons. 63. Idem Soci. sen. d. cons. 227. col. fin.* qui prope finem dicit pro hac sententia consuluisse omnes DD. *Bonon. & Perus.* nec non & *Colleg. Auenion.* ita decidisse, ita etiam dicunt *Cefal.* & omnes alij supra allegati. Et tandem DD. qui considerarunt illa verba, vt conseruentur in familia, omnes loquuntur, quando est dictum in
43 familia ipsa masculina, adeo quod euidenter, & clarè constat, testatorem voluisse bona coseruari in familia masculina, ad quam aliquo certo signo se restrinxit, *Menoch. cons. 197. num. 66. & cons. 680. num. 24. vers. respondetur primò.* Alij verò loquuntur in fideicommissis dispositiuis, &
44 absolutis perpetuis, & descendentibus ordinatis fauore familiæ, in quibus ob præsumtam testatoris mentem collectam, aut ex statuto, aut aliunde, non tamen ex verbis de masculinitate expressis, potest colligi mens testatoris propensa magis ad masculos, quam ad fœminas ea ratione, quia per fœminas non conseruatur agnatio, sed in prima fœmina finitur, hoc casu sumitur interpretatio, vt masculi donec extant præferantur fœminis, aut deficientibus, fœmina agnata capax sit, ita sentijt *Anchar. l. tres fratres. ff. de pact. & ibi Soci. Corn. Curt. sen. & Ias. clarè, & in puncto Ruin. cons. 20. nu. 2. lib. 2. & in cons. 117. sub nu. 15. lib. 2. & cons. 130. nu. 12. Peregr. d. cons. 58. nu. 3. vol. 5.* Hoc enim intelligitur, quòd ex-
45 pressio masculinitatis non operatur exclusionem fœminarum, sed prælationem in eodẽ gradu, ita in statuto loquitur *Loffred. cõs. 39. num. 8.* hanc dicit tutiorem opinionem *Brun. de stat. exclud. fœm. art. 10. quæst. 3. col. fin. & qnæst. 5. Bero. cons. 120. num. 74. lib. 2. Valenz. cons. 97. num. 108.* Et adeo verum est, quod licet fecisset exclusionem fœminarum propter masculos, dicendo quod eis extantibus non succedant, siue quod masculus fœminæ præferatur, adhuc fœminæ non censentur excluſæ, nisi per masculum eiusdem gradus, & lineæ. *Bald. cons. 275. vers. Item non est verum. vol. 2. Castrens. cons. 47. num. 1. & 2. lib. 1. Anchar. cons. 339. num. 7. Alex in l. si dotali. nu. 5. ff. solu. matr. & consult. 204. num. 16. lib. 2. Corn. cons. 125. num. 1. lib. 4. & cons. 119. num. 37. lib. 2. Multos refert Dominus meus Illustrissimus Regens D. Petrus Corsetto in addit. ad patrem in cons. 25. num. 10. cum seq.*

Soci.

Socl. conſ. 30. num. 25. lib. 1. Dec. conſ. 451. num. 3. cum ſeq. Idem conſ. 568 nu. 4. Paris. conſ. 21. num. 29. lib. 1. Idem conſ. 81. cum ſeq. lib. 3. Valenz. conſ. 97. num. 104. vol. 1.

46 Nam verbum maſculos, ſeu filios nepotes, & deſcendentes maſculos, intelligitur appoſitum ad oſtendendum, quod exiſtente maſculo lineæ directæ ille ſuccederet, licet eſſet minor, & non ſequitur fæminarũ excluſio, *l. cum ita. §. in fideicommiſſo. & l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Alex. conſ. 13. nu. 7. lib. 4. Dec. conſ. 305. num. 7. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 6. Valenz. d. conſ. num. 100.* vbi aſſerit, quod ſolum operabitur, quod exiſtente maſculo eiuſdem gradus, & lineæ fœmina non ſuccedat, nam cùm iſte ſit modus regularis ſuccedendi, eſt ita intelligenda ſucceſsionis diſpoſitio, ſcilicet, vt potiùs verba importent ordinem ſucceſſionis, quam neceſsitatẽ excluſionis, *all. Bald. in l. fratres. num. 13. in fin. C. de in-offic. teſta.* Et in materia priuatiua excluſiua, & odioſa,

47 illud tantum amiſſionem inducit, quod reperitur expreſſum, *Auth. de non elig. ſec. nub. §. 1. collat. 1. Bald. auth. ex teſtam. num. 9. C. de ſec. nupt.* Et dicere, aut velle intelligere, quod adſit fœminarũ excluſio, vbi non eſt expreſſa, ſiue quod maſculi alterius, & poſterioris lineæ ipſas excludant, eſt res odioſa, & contra rationem, *l. maximum vitium. C. de liber. prætert. §. cæterum. inſtit. de legit. agnat. ſucce. Valenz. d. conſ. num. 110. & ſequ.* vbi inquit etiam, quòd cum contineat quamdam veluti exhæredationem, etiam ſi adeſſet expreſſa ex-

48 cluſio, reſtringenda erat reſpectu maſculorum eiuſdem gradus, & lineæ, quia hoc eſt magis iuri conſonum, refert *Bald. d. conſ. 275. vol. 2. Alex. d. l. ſi dotali. & Molin. lib. 3. cap. 5. nu. 15. 18. & ſequ.* Et quando bo-

49 na fideicommiſſo ſubiecta peruenerunt ad vnum durante illius linea, non fit reuerſio ad lineam alterius, donec linea primi duret ad inſtar ſucceſſorij edicti, ita conſuluerunt *Abb. conſ. 60. num. 17. & conſ. 85. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 164. lib. 2. Aponte. conſ. 57. num. 6. Peregr. de fideicomm. art. 20. num. 8. & art. 22. num. 24.* nam quot ſunt

50 filij, tot ſunt lineæ ab vno ſtipite, cùm vnuſquiſque ſuam conſtituat lineam deſcẽdentem, *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. Gutier. conſ. 13. num. 12. Giurb. ſuper conſuet. Senar. Meſſan. part. 1. gloſ. 3. cap. 12. num. 7.* & vnus frater licet deſcendat ex eodem latere patris, non tamen dicitur de linea alterius fratris, *all. Cuman. conſ. 263. n. 10. Ruin. conſ. 9. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 23. nu. 34. & alios.* Quando enim ſunt in linea tranſuerſali, non ad patris lineam deuoluuntur amplius, ſed ad eum, qui ſucceſſurus eſt filio, *all. Mangill. de imputat. quæſt. 7. nu. 15.* alios plures refert *Maſtrill. deciſ. 65. num. 1. & ſequ.* vbi loquendo in monaſterio capace bonorum,

51 prout hic, aſſerit, non excludi à ſubſtituto, imò monaſterium excludere ſubſtitutum, non obſtante quacunque forma in ſubſtitutione adiecta, quia teſtator monaſterium non poteſt excludere *ad text. in §. ſed & hoc præſenti. in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. quæ eſt nouella 123.* ex quo deſumitur alius textus in *auth. niſi rogati. C. ad Trebell. & de Iure Canon. eſt text. in cap. in præſentia. de probat.* & licet DD. controuertant, an perpetuo excludat ſubſtitutum, tamen omnes concordant, durante vita Monachæ, *alleg. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 19. num. 7. Iaſ. conſ. 212. lib. 2. Rolan. conſ. 99. num. 21. lib. 2. & conſ. 35. nu. 11. 12. & 74. vol. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. nu. 71. cum ſeq. Burſat. conſ. 97. num. 23. vol. 1. Rim. iun. conſ. 270. num. 6. vol. 3. Honded. conſ. 62. num. 15. & ſeq. lib. 1. Peregr. art. 28. num. 81. Maſtrill. vbi ſupra. num. 3.* alios refert.

53 Quo ad Tertium, quod filia Theopatia ſaltim ſit poſita in conditione tacita ad excluſionem ſubſtituti iuxta diſpoſitionem *l. cum auus. ff. de cond. & dem. & l. cum acutis. C. de fideicomm.* dixerunt omnes D D. *in d. l. cum auus, & cum acutiſſimi. Soc. iun. conſ. 158. num. 36. lib. 2. Menoch. conſ. 680 num. 29. cum multis Sforz. odd. d. conſ. 46. & in num. 33. & ſequ.* Menoch. loquitur pro-

54 cedere etiam, ſtante ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, vbi aſſerit, tunc

55 non procedere quando eſſet ſtatutum excludens filiam à ſucceſsione patris ſui propter patruum, *Soc. ſen. conſ. 55. lib. 3. Alex. conſ. 38. l. 6. & in num. 39. Menoch.* inquit procedere etiam ſi ſubſtituti eſſent filij, & nepotes teſtatoris, vbi aſſerit veriorem, & receptiorem opinionem, & ratio eſt clara, quia ea charitate, ac pietate, qua dilexit filium, & nepotem ſuum grauatum, dicitur dilexiſſe nepotem ex dicto filio, *all. l. inbemus. §. cum autem. C. ad. Trebell. iuncta l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. Menoch. nu. 41.* Et quicquid ſit negari non poteſt, quod in hac quæſtione, vt controuerſa varij varia dixerunt, vnde cum dicta Theopatia pupilla ſit, & monaſterium ſit Eccleſia, & conſequenter ſola veritate inſpecta, & vt iuſtum, & æquum fuerit debeat tractari in cauſa ipſa ad tradita per *Natt. in conſ. 341. num. 7. Becc. conſ. 47. nu. 15. Rim. iun. conſ. 115. num. 5. & conſ. 186. num. 27.* Debet

amplecti

amplecti hęc ſeutentia pro nepte, tanquam magis æqua. Primò, quia per illam filia nõ excluditur â ſucceſſione bonorum, quę iam patris ſui fuerant effecta, & in quibus teſtator patrem prædilexerat, *ad l. cum auus. & d. l. cum acutiſſimi. & adnot. per Couar. pract. reſolut. cap. 3. num. 2.* Et maiorem æquitatem habet interpreiatio illa, qua filia à patentum hæreditate minus excluditur, *Dec. conſ. 347. ſub num. 4.* cùm ralis excluſio importet exhæredationem. *l. maximum vitiũ. C. de liber. præterit. Valenz. d. conſ. 97. nu.* & Iudex ſemper in iudicando æquitatem,
57 & ſic opinionem magis æquam amplecti debet, *Dec. l. in omnibus quod in fin. ff. de regul. iur. Menoch. conſ. 202. num. 8. & conſ. ſeq. num. 17. & 174.* vbi plura ad rem, & quod ſit æquitas, ac æquum, *Barez. d. de-*
58 *cif. num. 13. & 14.* Secundò, ex quo fideicommiſſum eſt res oneroſa, & euitanda. *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. l. ex trib. C. de ineffic. teſtam. Cefal. conſ. 67. num. 27. Rim. iun. conſ. 371. num. 40. refert Caſtrenſ. & ſoci. in l. ſi fuerit notab. 5. ff. de reb. dub.* dicentes ademptionem fideicommiſſi fauorabilem eſſe, dationem verò
59 odioſam, & quod in dubio fieri debet talis interpretatio, vt euitetur fideicommiſſum. *Grauet. conſ. 180. Cefal. conſ. 45. num. 12. Natt. couſ. 200. ad fin. Alb. conſ. 29. num. 7. conſ. 31. num. 9. conſ. 51. num. 10.* nam indubiò debet pronunciari, non ſubeſſe onus, & fieri debet interpretatio, ne priuetur hæres, *l. vnum ex familia §. ſi rem. ff. de legat. 2. Burſat. conſ. 64. num. 1. Roland. conſ. 46. vol. 3. & conſ. 97. vol. 4.* vbi dicit, quòd ad excluſionem fideicommiſſi fit in-
60 terpretatio, quod minus fuerit ſcriptum, quam dictum, & ob id ad excluſionem fideicommiſſi perſona extrinſecus ſubintelligitur contra regulam, *l. ita ſtipulatus. §. Criſogonus. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 465. num. 15. & addit Alciat. in conſ. 492. nu. 31.* quòd Iudex inclinare debet in hanc partẽ,
61 poſſidente muliere conuenta, nam indubiò propoſſeſſore pronunciandum eſt. *§. cõmodum. inſtit. de interdict. & actor.* niſi clarè probet reijciendus eſt. *l. qui accuſare. C. de edend.* cum interpretatio ſemper ſumatur pro eo, quod conuenitur, *l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. Arrianus. ff. de act. & obl.* quia ſemper illa pars eſt amplectenda, per quam pronunciatur pro libertate bonorũ,
62 vt non ſubſint alicui fideicommiſſo, quia eſt onus, eſt res odioſa, & ſancius eſt in re
63 dubia, quod hæreditas deuoluatur ſecundùm cauſam inteſtati, cui lex magis fauet, tanquam legitimè, & iuſtè, *l. 3. §. 1. ff. proſoc.* cùm cauſa teſtamenti ſolum procedat ex quadam diſpenſatione. *latè Rim. iun. conſ. 80. num. 11. cum ſequ. & conſ. 117. num. 64. & conſ. 371. num. 50.* & in multis numeris antecedentibus.

Tandem fuerunt præſentatæ ſcripturæ ab extra, per quas conſtat, quòd ille Nicolaus Sollima, Natalibus fuit nobilis, cùm & Pater, & Auus eius erant nobiles, quæ nobilitas appellatur quaſi natura, & à maioribus proueniens, *Franch. deciſ. 62. nu. 6. Otalor. de nobilit. cap. 3. cum alijs adductis à Giurba d. gloſ. 7. num. 49.* vbi etiam aſſerit *Magnates* eos eſſe, in quorum domibus ſunt milites de præſenti, & fuerint ab annis viginti citra. Et magnos nobiles cenſeri eos, qui à ſimplicibus Nobilibus communi ciuium opinione differunt propter aliquam vel familiæ, vel honoris dignitatem, *ex Grau. conſ. 757. num. 3. & bint. conſ. 194. num. 19.* & per teſtes appareat Nicolaum reputari de Nobilibus primotibus, & de Magnatibus Vrbis, non ſicut Nobiles ordinarij, quo caſu matrimonium ſecundũ ius commune dicitur contractum ex *Giurin d. nu. 49. verſ. ex his matrimonium.* imò & Noſtrates de Regno inquiunt inter Nobiles præſumi more Græcorum, & ita deciſum per Magn. Reg. Cur. in fauorem Nicolai Roſolmino contra eius vxorem, vt refert *Muta. ſuper conſuet. Panor. cap. 45. num. 25.* licet ipſe teneat contrarium, & & ſic non tertium vinculauit, ſed omnia bona.

Reſpondetur enim, quòd hæc licet ſint veriſsima de iure, tamen dictæ ſcripturæ ab extra non probant. cum debebant præſentari parte citata, & dato termino ad reprobandum. *Bart. in extrauag. ad reprimend. Marſil. ſingul. 81. Petr. de Greg. de iudic. cauſ. feudal. quæſt. 28. in fine. verſ. requiritur. cum alijs relatis à Caſtill. deciſ. 57. num. 10. & 11. & deciſ. 71. nu. 11.* inquit ex pragmatica Excellentiſsimi Comitis Aluæ. omnes ſcripturas debere præſentari parte citata, alias non dicuntur de actis proceſſus. *ex Muta. & Tuſc. in num. 1. & 2. Cohadit. nu. 13. dixit. Caſtill. d. deciſ. 71.*

Hæc enim, quæ diſcuſſimus, ſunt ex abũdanti, cùm monaſterium non poſſideat locum magnum vinculatum, quia cętera bona, vt eſt oſtenſum, non ſunt vinculata. Et ideo concludo, & iuris eſſe cenſeo à petitis eſſe liberandum. Pauca iſta ſic breuiter dicta occurrunt pro iuſtitia ipſius Monaſterij. Meſſanæ, 16. Iunij. 1621.

Fuit per Magnam Curiam Archiepiſcopalem deciſum contra clientes.

SVMMARIVM.

1 Messanæ Magistratus habet merum, & mixtũ imperium in suo territorio, & in districtu. num. 2. & abdicatiuè, num. 3. vbi recensentur priuilegia, & fines territorij, & districtus, num. 5.

4 Priuilegium concessum precio transit in contractum, & est irrenocabile num. 17.

6 Limites, & fines Territorij probantur priuilegio, vel ex consuetudine immemorabili. n. 11

8 Facti quæ sunt debent probari.

9 Rex non potest in præiudicium tertij rem, quam ipsi concesserat alteri concedere. nu. 16.

10 Priuilegia Ciuitati concessa sunt perpetua, & patrimonium, & peculium Castrense ciuitatis.

12 Bona contenta intra fines in priuilegio designatos dicuntur esse de finibus, & illius cuius sunt fines.

13 Nominis diuersitas arguit diuersitatem rerum.

14 Relatum in referente, & non probat nisi constito de relato.

15 Princeps dicitur concedere id, quod habet.

18 Messanæ Casalia Rex non potest alteri concedere.

19 Dictio (ab) & dictio (versus) ostendunt diuersitatem loci.

20 Identitas rei non solum per confines, sed per alias demonstrationes probatur, etiam per nomen ipsius rei. num. 23. 24.

21 Messana vrbs habet duo Territoria, & vtraq; vocantur in finibus, lo Diueto. nu. 22.

23 Confines Territorij probantur per lapides, & saxa magna, per vias regales, flumina, montes, valles, & alia signa apparentia. n. 24. per librum extimi num. 31. per appositiones custodum num. 32. & 47. per iurisdictionis exercitium num. 36. per instrumenta, etiam verbis prenunciatiuè prolatis, num. 39. per diuisiones, num. 48. 50. & 53.

25 Testis contra producentem plenè probat etiam vnicus, etiam de credulitate num. 26

27 Diueto nomen importat vetationem.

28 Fines Territorij probantur exactione Gabellarum.

29 Dominium Territorij probatur, si testes deponant vidisse, quod sibi fiebat solutio collectarum

30 Possessio, & ius exigendi collectas arguit imperium in loco vbi exiguntur.

33 Iurisdictio probatur ex appositione custodum ne damna dentur, & ostendit possessionis acquisitionem. num. 34.

35 Straticotus, & Senatus Messanæ eligunt caporales, & prouisionatos in Casalibus.

37 Territorium dicitur à terrendo per exercitium iurisdictionis.

38 Iurisdictio cohæret Territorio.

40 Confines testibus probantur.

41 Furcam si erigit officialis in alieno Territorio, Dominus Territorij potest armata manu de facto demoliri facere.

42 Virgam iurisdictionis officiali portanti in loco, vbi non competit, potest de facto Iusticiarius frangi facere, & prohibere ne apportet.

43 Assertio Regis probat.

44 Verba enunciatiua in antiquissimis probant.

45 Fines antiqui probantur præsumptionibus, coniecturis, & indicijs.

47 Iurisdictio acquiritur præscripeione.

49 Furcarum erectio probat iurisdictionem.

51 Confines probantur lapide magno, qui habent duos contiguos lapides paruos, intellige vt num. 52.

54 Testes contrarij non probant.

55 Testes, quorum depositio adiuuatur actis publicis magis probant.

56 Testis dictum regulatur ex ratione.

57 Error finium non nocet quando adsunt demonstrationes.

58 Error dicitur probatus, eo ipso, quod constat rẽ aliter se habere.

59 Assertio, quæ habet originem a personis suspectis nil operatur.

60 Rex semel ac concessit Territorium, non potest amplius terminos diuidere, nec iurisdictionẽ moderari.

61 Actus priuatorum non nocent vniuersitati, quæ non consentijt.

62 Seruitus potest acquiri in loco priuatorum, & quando procedit. num. 63.

64 Dominus directus in concessione potest apponere pacta quæ vult.

65 Baro non potest constituere seruitutem, vt vassalli non possint alibi molere, quàm in molendinis ipsius, & quomodo intelligatur.

66 Feudum quoqnomodo causa ipsa tangat, feudalis est, intellige num. 67.

68 Feudales causas priuilegium cognoscendi Iudices Meßanæ obtinuerunt in anno 1560.

69 Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, facit de albo nigrum, de indebito debitum.

70 Sententia lata contra authorem nocet successori, & in causa finium nocet omnibus.

71 Inuestitura est possessio, quæ capitur à manu domini.

72 Possessionem vt quis acquirat per ingressum in loco est necesse, quod eijcias colonos cum familia.

73 Iurisdictio probatur per informationes, fideiussiones, & alios actus.

74 Libris historiographorum creditur, & contrarijs prævalent, quando se conformant priuilegijs

75 Præsumptio cedit veritati.

76 *Dissimulatio officialium non præiudicat vniuersitati, immo officiales sequentes possunt ex integro omnia recuperare tãquam vsurpata.*

77 *Territorium aliud est habere, & aliud est prædia sita in illo.*

78 *Actus dicuntur turbatiui, qui fiunt contra verum possessorẽ, & non probant possessionem.*

ARGVMENTVM.

Acta iurisdictionalia facta per alienos officiales in Territorio vrbis Messanæ, an sint contra eius priuilegia; & quid si per officiales fuerit habita scientia, & fuit dissimulatum, & an per istam dissimulationem officialium ipsa Ciuitas preiudicetur. Confines Territorij, exercitium iurisdictionis, & identitas rei quomodo probentur. Dominus Territorij an possit armata manu, & de facto demoliri facere furcam erectam per alienos officiales, & prohibere ne virgã iurisdictionis apportent, & illã frangi facere. Et an possit constituere, vt vassalli non possint alibi molere, quàm in molẽdinis ipsius. Causa, quoquomodo tangit feudum an sit feudalis. Sententia lata contra authorem an noceat omnibus. An Possessio acquiratur in feudalibus per inuestituram, quæ capitur à manu Domini.

CONSILIVM VI.

IESVS MARIA.

Hieronymus Donato V.I.D. pro Sindaco Nobilissimæ Vrbis Messanę sub die 21. Februarij 1620. allegauit tendere contra Regia priuilegia erectionem furcarum factam per D. Principẽ Scalettæ, vel eius officiales in territorio dictæ Vrbis in loco existente in contrata nominata li Cutturi, & in frontispicio Ecclesiæ Sancti Viti, nec non exercitium iurisdictionis, eiusque vsum, & acta iurisdictionalia facta intus Diuetum, ac fines territorij, videlicet à lapide communiter vocato (la pietra dello Diueto) cuius petitio iustissima est. Fundat enim primò intentionem
1 suam, quòd Magistratus Vrbis habentomnem iurisdictionem ciuilem, & criminalem in toto territorio, vt ex multis ampliss. priuilegijs tum Romanorum, tum etiam & Sereniss. Regum, ob perpetuam innatam, & illibatam fidelitatem ipsius Vrbis, eiusque grandia seruitia, effusionemque sanguinis, quibus mediantibus inter cæteras gratias, & prærogatiuas, quibus à suis naturalibus dominis Vrbs ipsa meruit insigniri, & decorari, obtinuit concessionem amplissimæ iurisdictionis secundùm omnem latitudinem meri, & mixti imperij, non solum in dicto territorio, sed
2 etiam in districtu tunc assignato a Leontino vsque ad Pactas, & Reg. Cur. Straticot. talem iurisdictionem habet abdicatiuè, ad
3 quoscunque alios Officiales, quibus fuit ex presse interdictum ne pro iustitia administranda confines territorij, & districtus Vrbis intrare præsumant sub pœna incursus Regiæ indignationis, quemadmodum apertissimè demonstrant inter alia priuilegia illud Regis Manfredi anno 1273. p æter illa Romanorum anno 483. & 620. post Vrbem conditam, & Imperatoris Arcadij anno Natiuitatis Domini 407. Regis Rogerij. 1129. Fiderici 1302. Martini, & Mariæ 1396. Alphonsi 1440. Cæsareæ, & inuictæ memoriæ Imperatoris Caroli Quinti 1519. & Sanctæ memoriæ Regis Philippi Secundi 1557. & tandem Suæ Catholicę Maiestatis anno 1616.

4 Quæ priuilegia, quia sanguinis pretio, innumerisq; seruitijs obtenta transiuerunt in vim contractus, & proinde irreuocabilia sunt. *ex Castr. in l. digna vox. C. de legib. & cons. 117. col. fiual. vol. 1. Becc. cons. 56. num. 8. Rolan. cons. 66. num. 33. & seq. vol. 2. Surd. cons. 419. nu. 54. & 55. sess. decis. 79. part. 1. & decis. 187. part. 2. Bardell. Menoch. Valenzol. & pluribus alijs à me relatis in cons. 1. à num. ibi vsque ad num. 165.* in quo etiam cum multis recensui dicta priuilegia, & ostendi quid operetur confirmatio facta per Reges, & quod quando est ex certa scientia continet nouum priuilegium, vt *num. 129. & in sequ.* dixi, quod generalis confirmatio operatur confirmationem omnium priuilegiorum antiquorum, licet essent reuocata, & quòd iurisdictio Vrbis, eiusque territorij est vnica, & indiuidua, & incorporalis, & respicit æqualiter totũ, & quamlibet partem illius, & ita Casalia, sicut vrbem, & quod acta iurisdictionalia ostendũt possessionem iurisdictionis, & quod dicuntur facta ex titulo præambulo, vt *nu. 137. & seq.* illaque cum sint multa, sunt fortiora, & etiam dixi in *cons. pro Senatu contra D. Fidericum. & in cons. 2. nu. 48. cũ seq. & in cons. 23. num. 39. 41. 52. 53. & 54.*

Tota vis istius controuersiæ est, an fines territorij Vrbis se extendant vsque ad petram vocatam lo Diueto, infra quam est contrata nominata li Cuturi, vbi sunt ere-

ctæ furcæ, an verò fines territorij se extendant vsq; ad flumen vocatum Artiliæ, adeo vt à flumine illinc dicatur de territorio Scalettæ, & sic Principis, & non Vrbis, verùm quàm plurimis, & validissimis rationibus satis constat fines territorij se extendere ad petram vocatam lo Diueto.

5 Primò ex particulari priuilegio Serenissimi Regis Rogerij, vbi præter illa Romanorum Messanæ districtum constituit à Leontino ad pactas vsq;, & territorium ex parte Tramõtanæ vsq; ad terram Bauusij, & ex parte meridiei vsq; ad rupem Agrò, in quo & satis vltra includitur territoriũ, 6 de quo agitur, limites enĩ territorij optimè dicuntur probati ex priuilegio Regis, sic testatur *Auend. lib. 1. de exeq. mand. Reg. cap.* 7 *12. nu. 3. vers. constito igitur.* vbi asserit, vel ex priuilegio, vel ex cõsuetudine imemorali; itaq; dum Sindicus ex priuilegio habet intentionem, fundatam, Princeps qui contrarium prætendit, suumq; esse tenimentũ affirmat, probare debet, cum cõsistat in facto, 8 ita in proprijs terminis loquitur *Bald. in l. 1, §. in initio. ff. de offic. præf. vrb. col. 2. quem refert, & sequitur Auend. vbi supra.* Quòd cùm nõ ostendat manifestum signũ quod nõ habet, 9 imò si illud haberet, vtique sibi per Reges non potuisset concedi in præiudicium Vrbis, cui primo cõcesserat, vt ex *Sess. d. decis. 79. & 187. & ego latissimè in d. cons. n. 163. & seq. & d. cons. pro Sen. contra D. Fider.* cum 10 priuilegia Ciuitatibus concessa sint perpetua, & in illis consistat verum patrimoniũ, & peculium quasi Castrense ipsarum ciuitatum, vt *num. 184. & seq.*

Secũdò, exhibetur in Eulogio per ipsum Sindicum priuilegiũ Regũ Martini, & Mariæ, & Infantis Martini, in quo concedunt Nicolosio Crisafi bona, de quibus agitur in anno 1394. & leguntur infrascripta verba; *Concessa fuerunt per Maiestatẽ nostrã Nicolosio Crisafi de Messana oĩa bona burgensatica illorum de Claramonte sita, & posita in Ciuitate Messanæ, & eius territorio, quæ cõsistunt in domibus. viridario, casalis Artiliæ Baiulationis eiusdem, censualibus, herbagijs, territorijs, molendino, arboribus syluestribus, & domesticis.* Ex quibus primò hæc bona esse burgensatica dignoscitur, & per cõsequens non feudalia, nec de membris Scalettæ. Secundò, esse in territorio Vrbis Messanæ, & sic non Scalettæ, cùm iidẽ Serenissi. Reges hoc asserant, quare confines indubitanter probari 11 per priuilegia antiqua concessa ab illo, qui illa confinia poterat dispensare, vt hic cùm simus in Rege tenuerunt *glos. in cap. si Papa. de priuil. in 6. Ruin. cons. 92. n. 13. vol. 4. Aret. cons. 42. in princ. Paris. cõs. 27. n. 12. vol. 1.* hinc est, quòd quãdo bona particularia cõtinen 12 tur intra fines in antiquo priuilegio designatos, oritur probatio esse de finibus, & illius, cuius sunt fines, sic vltra *Paris. prox. cit. voluit Bald. in rubr. C. de cõtrahe. empt. vers. 22 quæro.* etiam si verba sint assertiua, & enunciatiua. *Doct. d. cap. si Papa. Felin. cap. cũ causam. n. 5. de prob. Mascard. qui alios refert. concl. 401. n. 4. & 621. n. 16. & seq. Nacl. cons. 672. n. 34. Valenz. cons. 100. n. 74. Menoch. cons. 21. n. 17. & cons. 1087. n. 2. Cephal. cons. 443. n. 7.*

Tertiò, probatur ex actu diuisionis facto in anno 1472. inter Ioannẽ Salimbeniũ de Marchisi, & V. I. D. de Crisafi, qui actus est præsentatus per Principem in eius contraeulogio, in quo asserunt primò se esse Baro nes flumariæ Artiliæ in cõmuni, & pro iudiuiso. Item dicunt eos habere iurisdictionem creandi Officiales per priuilegia à retroprincipibus cõcessa, ad quæ se referunt. Item, & tertiò Baro Scalettę adoptat sibi in diuisione partẽ in dicta flumaria, incipiendo ab ortu aquæ versus territorium Scalettæ, ex qua diuisione euidentissimè colligitur, primò, aliam esse Baroniam flumariæ Artiliæ in cõmuni possessam, & aliam esse Baroniam Scalettæ; altera enim possidetur 13 in cõmuni, & altera iure proprio, vnde à separatione, & diuersitate nominis arguitur separatio, & diuersitas rerum, *iuxt. l. si idem. C. de codicill. D. Franc. Marc. decis. 634. lib. 2.* & in specie respondet *Menoch. in cons. 147. n. 2. lib. 2. & in cons. 1087. n. 4. vol. 11.* vbi asserit conferre similia tradita à *Paris. in cons. 110. num. 45. lib. 1. Soci. iuni. cons. 159. nu. 20. lib. 2. & Grauet. cons. 6. nu. 1. & 2.* cùm eam, quam in cõmuni habebant diuiserint.

Secũdò se referunt ad priuilegia, & rela 14 tum est in referente, & non probat nisi exhibeatur *auth. si quis in aliquo. C. de edend. Roma. cons. 305. nu. 6. & 336. nu. 2. Tusc. litt. R. conclu. 128.* quod non solum non exhibetur per Principem, sed per Sindacum (tanquam occultatum à parte aduersa) in quo de burgensaticis agitur sitis in territorio Messanæ, nil dicto de iurisdictione, quam Rex noluit concedere, quia tantummo 15 do dicitur concessisse, quod habebat. *Auend. lib. 1. Prætor. cap. 4. num. 5. Azeued. lib. 5. Nouar. recopilat. tit. 10. l. 1. nu.* 16 *35.* imò si expressè voluisset concedere, nec minus poterat, quia Vrbis erat, cui titulo oneroso, & ob immensa seruitia fuerat con 17 cessa, vt latissimè dixi, & transiuit in vim contractus, qui inreuocabilis est. *Rosental. de feud. cap. 3. conclus. 21. nu. 3. Mexia. in l. de Toledo. 9. fundam. 2. part. num. 50.*

affir-

affirmantes Regem non posse terras,& vil-
18 las vni ciuitati donatas alteri alienare, pro vt in terminis casalium nostræ Vrbis meminit. *Petr. de Greg. de concess. feud. quæst. 6. part. 1. Sess. vbi supra, & alij à me relati nu. 171. & in Cons. pro Illustrissimo Senatu contra D. Fidericum.*

Tertiò, dum sibi Baro adoptat partem in dicta Flumaria incipiendo ab ortu aquæ versus territorium Scalettæ, negari non potest, quin ipsa pars non erat in territorio, dum ibat versus territorium, & incipiebat à loco posito in tenimento de quo di-
19 sputatur, dictio (ab, & versus) ostendunt diuersitatem territorij, cum prima demonstret terminum à quo, & secunda terminum ad quem. *ex Oldrad. cons. 49.*

Quarto probatur ex nomine, videlicet la Pietra del Diueto, cùm identitas rei non solum per confines, sed & per alias demon-
20 strationes designari potest, veluti per nomẽ ipsius rei. *Aret in. cons. 102. col. 3. vers. circa secundum. Peregr. cons. 48. nu. 18. vol. 1.*
21 cùm pluralitas nõ præsumatur, Vrbs enim Messana duo habet territoria, vt est dictum, alterum ex parte tramontanæ, alte-
22 rum verò ex parte Meridiei, vtraque vocantur in eorum finibus Diueta, in quibus lapides sortiti sunt nomen Diueti, cùm per la-
23 pides probentur confines territorij; etenim saxa magna præsumuntur esse confinia ex doctrina *Bald. cons. 420. lib. 1. & cons. 468. num. 1. Grauet. cons. 949. in princip. Bouadil. in Politic. lib. 5. cap. 9. nu. 8. Mascard. conclus. 400. D. Card. Tusc. litt. C. conclus. 700. nu.*
24 *10. & seq.* quibus in locis probari fines per lapides, vias regales, flumina, montes, valles, & alia signa multũ apparentia, & quod indubio saxa magna præsumuntur confinia, quando testes dant obseruantiam, & consuetudinem possessionum distinctã ad dicta saxa, sequitur *Fenandez. de Ote. in tract. diuers. quæst. iur. part. 3. q. 22.* vbi multas authoritates refert; quapropter nõ immeritò hic lapis habeat idem nomen Diueti, provt terminus alterius territorij, *iuxta text. in l. 1. §. qui in rationibus. ff. de fals. & l. qui tabulas. in princ. ff. de furt. Glos. in d. cap. cum causam. de probat. Guid. Pap. quæst. 193.* & potius, quia per multos testes firmatur obseruantia, & consuetudo, quod lapis iste fuerit habitus, & temptus pro termino, & fine ipsius territorij, imo & per sex testes productos anno 1514. ad instantiam Baronis Scalettæ, & nunc præsentatos in eius contraeulogio constat, quod territorium se extendebat vsque ad petram predictam,
25 & testis contra producentem plenè probat, etiam vnicus *Roman. cons. 104. Paris. cons. 83. nu. 30. lib. 1. Gabr. tit. de testib. conclus. 1. num. 14. Honded. cons. 84. num. 36. lib. 2. Milane. decis. 3. num. 237. lib. 1.* etiam de auditu, *Torret. cons. 9. num. 27. lib. 1. Me-*
26 *noch. cons. 1087. num. 5.* etiam de credulitate, *idem Torret. cons. 67. num. 34. lib. 1. Bertaczol. cons. ciuil. 102. num. 17. & Gabr. in loco prælleg. num. 15.*

Quod cõprobatur ex venditionibus Gabellarum factis per senatum ab anno 1531. vsque ad præsens, quæ apparent per actus publicos ex Archiuio desumptos, in quibus designando locum, in quo debet fieri exinde solutio Gabellarum, asserũtur infrascripta verba (incipiendo dalli Diueti innan-
27 ti) & nomen hoc proprium videtur importare vel diuetationem bonorum, quæ sunt extra ipsum Diuetũ, ne ingrediantur absq; licentia Gabelloti, vel quæ sunt intra Diuetum, ne etiam egrediantur absque licentia, quasi inferatur, hic est locus, in quo requiritur licentia Gabelloti pro ingressu, & egressu bonorum inferens diuisionem territorij, *iuxta text. in cap. 1. in verb. potius, & ibi Bald. & alij, quæ sint regal. iul. Ferret. d. gabell. num. 497.* si verum est, quod propriè nomina consonent ipsis rebus. *§. est & aliud Instit. de donat. Menoch. cons. 191. num. 17. Corn. cons. 333. nnm. 8. lib. 1.* Idcirco in hoc loco fiunt exactiones gabellarum, tam Regiæ Dohanæ, quam ipsius Vrbis, vt per fides Officialium Regiæ Dohanæ per actus publicos officij ipsius Senatus, & multos testes clarissimè constat.

28 Certum est autem fines probari gabellarum exactione, & solutione ex traditis per *Menoch. in cons. 21. num. 18. qui allegat lex. in §. si quis igitur. in auth. de natural. liber. & tex. in l. 3. & ibi Bald. C. eod. Alex. cons. 23. num. 3. lib. 5. Soci. cons. 187. nu. 3. & 15. vol. 2. & alios. Bald. in l. data opera num. 28. vers. Item bona ratio est. C. de his, qui accusa non poss.* declarando quo pacto debeat deponere testis, vt probet ad aliquem spectare territorium, & ait, esse, si rationem, &
29 causam assignet, quod vidit homines dicti loci ei soluere collectas, *Soc. vbi supra Rui. cons. 2. num. 4. volum 4. Mar. Anton. Nat. d. cons. 672. num. 3. & 4. lib. 4. Hieronym. de Mont. tract. fin Regundor. cap. 52. num. 8. nam, vt inquit Glos. in verb. persoluit. in §. si quis in authent. quib. mod. natural. effic. sui.* Castra, & Villæ sub ciuitate soluunt collectas. *l. forma. ff. de censib. & ius.* & quasi
30 possessio exigendi eas, arguit imperium in loco, in quo exiguntur. *l. vectigalia. C. de vectigalib. & commiss. Bald. in cap. cum causam.*

sam. de probat. num. 6. Hippolit. de Marsil. in rubr. C. de probat. num. 276. Bursat. cons. 235. num. 21. Alex. cons. 35. num. 4. lib. 4. Corn. cons. 333. nu. 10. Io. Vincent. de Ann. singular. 485. Iacob Anton. de Maur. alleg. 58. num. 1. Valenzol. cons. 100. num. 58. & 59. habitantes enim in loco de quo disceptatur non solum non soluunt collectas Regiæ Curiæ, verùm etiam nec gabellas vltimo loco impositas per Excellentiam Illustrissimi Ducis Offunæ tareni vnius super qualibet libra serici, quas soluunt terræ extra territorium Messanæ, nec reuelantur in catastro armorum Capitanei, vt bona aliarum terrarum extra territorium, cum
31 liber extimi probet terminos, & confines, *Bald. & Angel. in l. 3. C. de naturalib. libe. Alex. in cons. 35. num. 4. lib. 4. Menoch. d. cons. 21. nu. 18. lib. 1. & 1101. nu. 20. vbi alios refert.* Et è contra è loco Diueti vsque ad vrbem soluuntur omnes gabellæ solitæ solui super bonis dicti territorij, vt apparet in Manganis positis in loco de quo disceptatur nam soluitur Gabella ipsi Vrbi granorum quatuor pro qualibet libra serici, & etiam Gabella Consulibus artis serici. Item nec Mangana indicto loco possunt erigi absq; licentia Gabelloti ipsius Vrbis, vt per fides, actus publicos, & testes in mediocri numero apparet.

32 Quinto Confines territorij probari per appositionem custodum, probat *tex. in l. si ita. §. Mulier Villæ custos. ff. de fund. instruct. Bald. cons. 420. num. 1. in fine. lib. 1. & cons. 368. num. 1. lib. 3. dicens post. Alex. in cons.*
33 *88. num. 28. & 35. lib. 5.* quod actus custodiendi, ne damna dentur, denotant dominium, & superioritatem iurisdictionis in territorio, quia, Domini Castrorum, & Terrarum solent ad id deputare custodes, vt clarè elicitur ex imperiali constitutione *l. In nomine Domini. §. sancimus. vers. in Sardinia. C. de offic. Præfect. Præto. Afric. Guid. Pap. quæst. 193. num. 1. Bald. in cap. 1. §. conuenticula. de pac. iuram. firman. Cephal. cons. 418. num. 43. & seq. Brun. cons. 39. num. 4. Natt. & Menoch. vbi supra. Bart. l. ne quid. ff. de incend. rui. & naufr. Auendan. de exquend. mandat. part. 1. cap. 1. num. 11. vers. & non solum Rex. & nu. 17. Capit. decis. 27. & Valenz. d. cons. num. 73. & seq.*
34 vbi asserit, quod custodia loci arguit possessionis acquisitionem, & retemptionem custoditi, & territoriorum diuisionem, & ex *l. quarumdam. ff. de acquiren. rer. dom. tradunt. Lucchin. de Curt. in alleg. finium pro communitate terræ S. Saluatoris. num. 19. Mascard. conclus. 402. num. 1. & 2. Nat. cons.*
35 *447. num. 1. &* 17. At Vrbs Messana, & pro ea Illustrissimus Straticotus, & Senatus eligunt in Casali Ioannis Pilerij, & Artiliæ Capurales cumeorum prouisionatis, & in omnibus alijs Casalibus pro securitate itinerum, & ad reprimendos bannitos, seu foraxitos, *iuxta tex. in l. vnica. C. de litt. & itiner. custod. cum traditis per Hostiens. in summ. tit. de censib. §. ex quibus. vers. breuiter puto. Bald. in cap. 1. §. conuenticula. notabil. vltim. de pac. tenen. Dec. Alex. Afflict. Grammat. & alij relati. à Valenz. d. cons. num. 70.* qui soliti fuerunt custodire vsq; ad dictam petram dello Diueto, vt per copiosum numerum testium clarissimè ostenditur.

Et eodem modo solita est ponere custodes, equestres, seu vt vulgo cauallarios pro custodia totius oræ maritimæ, quæ incipit à principio rurium vsque ad dictam petrã dello Diueto ad Piratarum, Turcarum, & infidelium inuasiones, deprædationesque arcendas, contra degentes, aut iter facientes per dictam marinam, seu maris littora, *argument. l. vnic. C. de classic. lib. 11. in puncto Valenz. d. cons. num. 71. & Auendan. d. num. 11. vers. octaua custodia.* prout probatũ extat per multos actus publicos præcisè, & testes in copioso numero productos.

36 Sexto, confines Territorij probantur per exercitium iurisdictionis, ita consuluit *Bald. d. cons. 420. lib. 2. idem. Bald. & Felin. in d. cap. cum causam. de probat. in fin. alleg. cap. dilectos. de offic. Archidiac. & cap. licet. de probat. Ias. in cons. 166. num. 1. Aretin. cons. 42. num. 2. & 3. Mascard. conclus. 403. num. 2. Albert. Brun. cons. 43. num. 11. & 14. D. Franc. Marc. decis. 112. num. 10. lib. 2. & inquit Paris. de Pute. de reintegrat feudor. fol. 169. sub rubr. districtus, pertinentiæ, & fines iurisdictionis.* quibus modis probentur *num. 9.* quod territorium tam in terra, quam in mari probatur per iurisdictionis exercitium. *Menoch. d. cons. 21. num. 10. & d. cons. 1087. num. 9. & d. cons. 1101. nu. 9.* vbi inquit. per actus iurisdictionales probari fines. *Anton. Oliban. tract. de Actionib. lib. 1. part. 2. cap. 40. vbi Montaner. num. 5. & ex cap. dilecto. de offic. Archidiac. Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. tit. de offic. magn. Admirat. num. 18. & seq. Valenz. d. cons. nu. 52.*
37 *vbi alios refert*; & ratio est manifesta, cum territorium dicitur a terrendo per exercitium iurisdictionis, *Purpurat. cons. 528. nu. 18. Curt. iun. cons. 108. num. 5. Io. Cephal. cons. 418. num. 9. Corn. cons. 333. num. 9.*
38 cùm iurisdictio territorio cohæreat. *d. l. pupillus §. territorium. D. Franc. Marc. decis.*

187. *num.* 5. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 13. *nu.* 3. *lib.* 1. dixit non dici territorium Ciuitatis, vbi ius terrendi non habet, *ex Alciat. in cap. quod ſedem. num.* 64. *de offic. Iudic. ordinar. Valenz. num.* 53. *&* 54. vbi alios refert.

Apparet de exercitio iuriſdictionis per quam plures actus, & teſtes à tempore immemorabili vſque ad præſens in Eulogio præſentatos.

Septimò, conſtat in anno 1264. quod Malgerius de Altauilla conſtruxit quamdã Eccleſiam in loco, quod eſt in medio fluminis Ioannis Pelerij, & petræ Diueti, eamque aliquibus bonis ſtabilibus dotauit exiſtentibus in dicto loco, in quo actu Malgerius in territorio Meſſanæ, & in ſlomaria Artiliæ dictam Eccleſiam eſſe fatetur, in qua voluit eſſe Capellanum eligendum per Priorem S. Stephani de Boſco in Calabria, & vſq; adhuc continuatis temporibus apparet Capellanum in dicta Eccleſia eſſe electum à dicto Priore.

Item eſt alia Eccleſia ſub titulo Sanctæ Mariæ della gratia, & altera ſub titulo Sancti Philippi, omnes iſtæ tres Eccleſiæ ſunt intra limites territorij, de quo contenditur reguntur iſtæ ab hominibus, & confratribus rurium Ioannis Pilerij, & Artiliæ, qui conſtituunt Cappellanos & curam illarum Gentium, & vocantur communiter Eccleſiæ dictorum rurium, & per multos actus publicos loci prædicti dicuntur eſſe de tenimento Maſſanæ.

Item ex donatione cauſa mortis facta per Coloſium Criſafi Baronẽ linguæ groſſæ anno 1505 in qua donat feuda nominata, vnum de Chiaramonte, & inquit infraſcripta verba (*Tam ſi eſt feudum, quanto ſi è loco allodiali, & vinculatum ſitum, & poſitum in territorio Meſſanæ in ſlomaria Artiliæ*) & ſic clariſſimè conſtat terrenum, de quo agitur eſſe in territorio Meſſanæ, cùm non ſit
39 nouum confines probari inſtrumentis etiã verbis enunciatiuè prolatis. *Ad tex. in l. final. ff. fini. regundor. iunct. l. cenſus. ff. de probat. cap. cum cauſam. vbi Doct. ff. de probat. Alba conſ.* 83. *num.* 4. *Guid. Pap. conſ.* 88. *num.* 2. *Grauet. conſ.* 54. *num.* 11. *Bald. l. cum aliquis. C. de iur. delibera. Maſcard. concluſ.* 394. *num.* 2. *& ſeq. Pariſ. conſ.* 27. *num.* 15. *& ſeq. lib.* 2. *Valenz. num.* 42. *& alij ſupra relati ſub num.* 12.

Octauo, & vltimo probatur eſſe intra fines, & de territorio vrbis tenimentum, de quo diſceptatur ex multis teſtibus aſſerentibus petram vocatam lo Diueto eſſe
40 finem, & diuiſionem territorii, per quos etiam probantur fines ad tradita *in cap. cum cauſam. de probat. Maſcard. d. concl.* 395. Et etiam de auditu à ſuis maioribus, prout iſti teſtes aſſerunt, vt poſt *Maſcard. Corn. & Guid. Pap. idem Menoch. d. conſ.* 1101. *num.* 10. *& ſeq.* vbi referendo multos aſſerit idem dicendum, ſi deponant communi voce, & fama, prout in caſu iſto, imò eò magis oſtẽditur veritas territorij in caſu iſto, nam cùm in anno 1588. Baro Scalettæ, eiuſque Gubernator feciſſent erigere furcas in loco de li Cuturi, vbi exinde nouiter erexit, & in Caſale Artiliæ creaſſet officiales, Baijulum, Iudicem, & Magiſtrum Notarium, & perueniſſet ad aures Senatus, acceſſit ſuper loco, & apparuerunt furcæ euulſæ, quas de facto Senatus prætendebat demoliri facere, vt per multos teſtes in ſpecie conſtat, & iure permittente, etenim quando extraneus Iudex vult furcam erigere,
41 tunc Iuſtitiarius territorij poteſt illam demoliri facere manu armata, & de facto ita in puncto dixit *Auend. de exequend. mandat. Reg.* 2. *par. cap.* 21. *num.* 3. vbi etiam *num.* 2. *in fine* eodem modo dicit, quod officiali por
42 tanti virgam iuriſdictionis in loco extraneo, frangi poteſt dicta virga de facto, & prohiberi, ne illam apportet, cùm ſic poſſit propulſari violentia *alleg. tex. in l. quemadmodum. §.* 1. *ff. ad leg. aquil. & in l. ſi vitem. §. qui ad ianuã. ff. quod vi, aut clam. & Oldrad. in conſ.* 89. qui multa affert, nihilominus cùm perueniſſet Senatus ad caſale Artiliæ carcerauit Baijulum, & prohibuit, ne de cætero iuriſdictionem aliquam exerceat, alijque Officiales deterriti aufugerunt, vnde per Magnam Curiam nõ immeritò fuit deſtinatus Delegatus V. I. D. Valerius Ardito, qui ſuper loco cepit informationes, carcerauit proſequendo Capitaneos terræ Scalettæ, Baronem, & Gubernatorem, qui fuerunt ligati ſub fideiuſſione in Magna Curia tanquam vſurpatores iuriſdictionis Regiæ, & aliqui Officiales mortui fuerunt in carceribus Panormi in Caſtro ad Mari, quod Caſtrum exinde ob magnum incendium caſu fuit dirutum, & etiam libri dicti carceris combuſti, & exinde non fuerũt amplius Officiales electi per Baronem in dicto caſale Artiliæ, vt ſatis conſtat per innumeros teſtes, licet nouiter à ſex annis hinc erexit furcam in eodem loco, quare clarum eſt, quod locus ſit de tenimento Artiliæ, & per conſequens de territorio Vrbis, cùm tunc temporis, vt dictum eſt, fuerunt de rure eiecti Officiales, prohibiti, & proſequuti, & eodem modo furcæ de loco euulſæ, qui locus eſt de tenimento, & territorio Artiliæ, vt apparet ex priuilegio dictorum

ctorum Regum Martini, Mariæ, & infantis Martini dicto anno 1394. asserentium concedere viridaria Casalis Artiliæ, territoria molendina sita in territorio Messanæ, & sic ijdem Reges asserunt Artiliam habere territorium, his enim assertionibus Regum adhibendum esse fidem dubitandum non est, vt in specie *Menoch. in d. cons.* 1087. *col.* 1. *vers.* 1. *ex inuestituris*, refert alios, & asserit hæc verba dispositiua, cùm donauerit viridaria casalis Artiliæ, & territoria, imò *num.* 2. inquit quod esto essent enunciatiua, tamen in antiquissimis vtique probant.

Non obstant, quæ in contraeulogio ex parte D. Principis adducuntur, pro quorum defensione Aduocati duo principaliter præmittunt. Primò fines antiquos probari posse non solùm plenis, & efficacibus probationibus, sed etiam coniecturis, præsumptionibus, & inditijs, quemadmodum affirmant *d. glos. in cap. cum causam. de probat. & in cap. olim. de censib. & in cap. si Papa de priuileg. in* 6. *Bald. in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. nu.* 16. *Guid. Pap. d. quæst.* 193. *& in cons.* 88. *Corn. d. cons.* 171. *num.* 3. *& cons.* 333. *num.* 4. *& 5. lib.* 1. *Natt. d. cons.* 672. *num.* 13. *& 16. Osasc. cons.* 1. *num.* 82. *post. Mascard. Dec. Cassan. & alios Menoch. d. cons.* 21. *num.* 32. *&* 147. *num.* 1. *& in tract. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 43. *num.* 4. *& in d. cons.* 1101. *nu.* 1.

Secundò, quod iurisdictio acquiritur præscriptione, *cap. auditis, & cap. cum olim de præscript. cap. dilectus. de offic. ordinar. Alba. cons.* 64. *num.* 41. *Menoch. cons.* 100. *nu.* 62. *vol.* 10. *Ego in d. cons. pro Senatu contra Don Fiderichum. col.* 4. *vers. iurisdispositione, vbi multos retuli.*

Probat primò territorium Scalettæ incipere à flumine Artiliæ, dictumq; flumen esse diuisam, & terminum inter Messanam, & ipsum, ex quo indubiò flumina præsumuntur apposita pro finium diuisione. *ex auctor. Castrens. in l. ex hoc iure. in* 1. *lectur. num.* 6. *ff. de iust. & iur. quem sequutus est Mart. in quæst.* 173. *in fin. part.* 2. *Bald. in d. cons.* 420. *lib.* 2. *& multi alij relati à Menoch. in d. cons.* 1101. *num.* 2. *&* 3.

Secundò ex diuisione facta anno 1472. inter Ioannem Salimbenium de Marchisio, & V. I. D. Thomasium Crisafi, in qua Sallimbenius sibi capit Casale Artiliæ, & in flumaria prædicta, & ex parte Meridionali versus territorium Scalettæ, cùm ex diuisione fines optimè probentur. *ex Bald. in d. cap. cùm causam num.* 6. *Grauet. Dec. Soc. Corn. Osasc. & alijs, de quibus Menoch. d. cons.* 1101. *num.* 7.

Tertiò, ex erectione furcarum in loco delli Cuturi, qua stante præsumitur dominium, & iurisdictio in illo loco, *ex Bald. in d. cons.* 420. *& Auend. vbi supra, num.* 3. *D. Franc. Marc. decis.* 636. *lib.* 2. Pro cuius comprobatione producit multos testes, ab annis sexaginta hinc semper stetisse in illo loco, alij dicunt exinde producti, quatenus non steterunt, fuit, ex quo erant veteres & ceciderant.

Quartò, exhibentur multi testes anno 1514. recepti, & 1552. & etiam de præsenti, per quos probatur iurisdictionem in dicto loco fuisse ipsius Baronis, pro cuius comprobatione mittitur iniunctio facta anno 1553. ad instantiam Baronis de mandato Magn. Curiæ, & aliqui actus iurisdictionales a paucis annis hinc, & quod duo Straticoti reliquerunt eorum virgam in dicta flumaria asserentes se vt priuatos, tunc ingredi territoriũ alienum, & aliqui actus, per quos nonnulli se reddũt culpabiles pro pena non apportationis oliuarũ in trappeto Baronis, & sententiam obtentam contra Abbatem S. placidi, & literæ obtentæ à Magna Curia contra gentes de rure Ioannis Pilerij, quod apportent oliuas in dicto trappeto, & banna promulgata de mandato Suę Excellentię, & Baronis pro apportãdis oliuis in dicto trappeto, & aliquas literas rogatorias Reg. Cur. Straticotialis, vt dent possessionem de bonis in dicto tenimento asserendo, quòd sunt de territorio Scalettæ. Item & exhibetur quædam fractio fideiusionis condemnata per iudices Reg. Cur. Straticotialis, ex quo fregit fines territorij, præsupponens esse vsque ad flumen Artiliæ.

Quintò, exhibetur priuilegium Regis Martini in anno 1398. per quod confirmat Baroniam Scalettæ relictam per Nicolaum de Patti Sallimbenio de Marchisi V. I. D. Iudici Magn. Reg. Curiæ, nec non, & actum inuestituræ captæ in anno 1479. per ipsum Ioannem Sallimbenio de dicto Casale Artiliæ, & alium actum in anno 1557. possessionis captæ de dicto rure Artiliæ per Procuratorem Baronis tanquam de membris Scalettæ.

Quibus breuissimè respondetur, quod nullius sunt considerationis, & primò, quo ad flumen verũ est de iure, quod facit præsumptionem diuisionis territorij, attamen & eodem modo faciunt lapides, montes, valles, vallones, & alia signa multum apparentia, vt dixerunt *Bald. d. cons.* 420. *& d. cons.* 468. *Grauet. d. cons.* 949. *& Tusc. d. litt. C. conclus.* 700. *num.* 10. *& alij supra allegati*

nu. 23. At in casu isto non solum est lapis magnus, verum etiam habens nomen Diti, & sic signum apparens vltra lapidem, & vna præsumptio tollitur per aliam, eò magis per fortiorem, *l. duus. ff. de in integr. restitut. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 30. & lib. 3. præsumpt. 132. num. 84. Bursat. cons. 97. num. 31. lib. 1.*

Nec obstat, quod dicebatur, ad hoc, vt
51 lapis ostendat terminum, necesse est, quod habeat duos lapides paruos hinc, inde, quos lapides paruos solent appellare Iudices, qui ostendunt, quem confiniant, vt post *Parid. de pute in cap. 1. num. 20. de finib. feudor. & Hieron. de Mont. tract. fini. regundor. cap. 17. num. 4. dixit Menoch. d. cons. 21. num. 30.* Vnde cum hic non sint duo lapides à latere, non potest dici probare fines nam respondetur procedere in lapidibus
52 mobilibus, secus in lapidibus imobilibus, & terræ inhærentibus instar terminorum, vt in puncto dixit *Mascard. conclus. 400. nu. 4.* qui optimè vidit, *& Parid. de pute. & Hieron. de Mont. in loc. citat.* quos ipse refert hic enim lapis magnus est, & immobilis terræ inhæret, imò habet nomen Diueti, quod plus importat, quam si esset lapis mobilis, & paruulus, & haberet alios duos lapides paruos, in Iudices, cùm non erunt meliores Iudices, nec melius iudicium præstabunt paruuli lapides, quàm nomen datum ipsi petræ, videlicet il Diueto, cùm per illud identitas rei plenissimè probatur vt ex *Aretin. in d. cons. 102, & Peregr. in d. cons. 48. num. 18.* supra fuit deductum.

Ad secundum de diuisione respondetur,
53 licet sit verum ex diuisione probari fines, *ex Menoch. d. cons. 1101. num. 7. cum alijs per eum adductis*, tamen si rectè miretur in hac diuisione non fit mentio, quod flumen Artiliæ sit de finibus, & membris Scalettæ, imò ex ipsis colligitur oppositum, vt latissmè deduxi supra in tertia ratione, versiculo tertio probatur ex actu diuisionis.

Minus obstat tertium de erectione furcarum, nam multi testes producti primo loco deponunt, quod semper steterunt, & cùm fuisset visum, quod testes pro parte Sindici deponebant, quod in anno 1588. habita scientia per Senatum, dum super loco accedebat, fuerunt euulsæ, & demolitæ, & quod ab annis sex hinc iterum fuerunt erectæ, fuit facta alia probatio per Principem, quòd licet aliquando non steterunt, fuit, ex quo veteres erant, & ceciderant. Respondetur enim, quòd primi testes deponentes sic continuò semper stetisse, videtur suspecti, cum in effectu non ita sit veritas, prout alij testes per Principem secundo
54 loco producti asserunt, quasi inter se repugnantes, *l. 1. C. de fart. l. vbi repugnantia. ff. reg. iur.* vltra quod probatio Sindaci, vt magis distincta assignans rationē actis publicis de illo tempore comprobatā, videlicet
55 prosequutionem, eiectionem, carceratio-nem Officialium in dicto rure Artiliæ præfertur, & ipsa est, quod probat, ipsiq; creditur. *Grauet. cons. 6. num. 55. Bursat. cons. 46. num. 35. vol. 1.* nec momenti est depositio armorum Capitanei, quod in illis furcis fecit suspendere delinquentem. Nam tunc erat M.R.C. Messanæ, & sic non præiudicat & qui dicit contrarium debet probare. Vltra quòd exinde de facto fuerunt furcæ euulsæ.

Non obstat quartum, primò, de testibus productis anno 1514. nam inter illos sunt sex testes in fauorem Sindaci, qui dicunt, quòd finis territorij Messanæ est petra vocata lo Diueto, & quod vetabatur ingressus frumenti, vini, & olei absque licentia iuratorum, vt asserunt ijdem testes qui licet inde dicant, Baronē Scalettæ habere iurisdictionem vsque ad flumen Artiliæ, tamen reddunt rationē, quia videbant ipsum Baronem exigere census, & concedere terras ad censum, hæc ratio non infert ad iurisdictionem, cùm aliud est habere iurisdictionem, aliud est concedere rem propriam ad censum, & exigere census suos. *l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. signif.*
56 *Valenz. d. cons. nu. 104.* Et vbicunque dictū testis habet se in plusquam ratio, tunc ratio minuit dictum, & si est friuola, & non concludens, trahit ad se dictum testis, vt non concludat, neque probet aliquid, ita *Bald. in l. conuenticula. colun. final. versic. modo venio ad testes. C. de Episcop. & cleric.* vbi dicit, quòd inspicitur ratio, cùm ipsa est, quę dat esse rei, idest testimonio, *Alb. in cons. 266. num. 12.*

Alij enim testes in anno 1553. deponunt de exercitio iurisdictionis restringentes se ad exactionem censuum, & seruitutem apportandi oliuas in trappeto, & frumentum in molendina Baronis, per quos nec minus dicitur probata iurisdictio, cum aliud sit habere seruitutem, aliud sit habere iurisdictionem, vt inferius ostenditur. Testes verò de præsenti, licet videantur fundare, tamen in casu isto dicuntur potiùs probare turbationem, quam possessionem iurisdictionis, cùm apparet in anno 1588. fuisse expulsos, prosequutos, & carceratos omnes Officiales, eodem modo & respondetur assertis actis iurisdictionalibus, contra quos

sunt

sunt actus in copioso numero iurisdictionales Regiæ Curiæ Straticotialis, etiam Iudicum super loco, etiam cum præsentia Capitanei Scalettæ receptæ informationes de nece, quod non reclamauit, sed tacuit, multi actus possessionum facti super loco per Commissarios Regiæ Curiæ Straticotialis, & testes quamplurimos de exercitio iurisdictionis, quæ probatio, cùm adiuuetur priuilegio Regis Rogerij dantis constrictum vsque ad rupem Agrò, priuilegio Regum Martini, & Mariæ, quod cõcesserunt dictum territorium, & dixerunt esse in territorio Messanæ, & actu diuisionis facto in dicto anno 1472. vbi ostendũt aliam esse Baroniam flumariæ Artiliæ inter eos in communi habitam, & aliam Baroniam Scalettæ, Itemetex donatione facta per Colosium Crisafi 1505. in qua nominat duo feuda, vnum de Chiaramonte, & inquit infrascripta verba; *Tam si est feudum quàm si è allodiali & vinculatum situm & positũ in territorio Messanæ, in flumaria Artiliæ.*

Non obstant actus iurisdictionales ob litteras Regiæ Curiæ Straticotialis rogatorias Officialibus Scalettæ, & quod duo Straticoti reliquerunt virgam in flumine Ioannis Pilerij asserentes iurisdictionem esse Baronis Scalettæ, & asserciones factæ in actibus particularibus inter contrahentes, nam respondetur primò, quòd hoc processit ex errore, & error finium non nocet, 57 maximè quando adsunt aliæ demonstrationes, *l. si quis infundi vocabulo. vbi Doct. ff. de legat. 1. l. patronus liberto. ff. de legat. 3. & post Paris. de Puteo, & alios. Valenz. d. cons. num. 97. qui in num. 98. & seq. asserit,* quod error in demonstrationibus non nocet. *l. demonstratio falsa. vbi Doct. ff. de conditionib. & demonstrationib.* error probatus 58 remanet eo ipso, quod constat rem aliter se habere, *Valenz. num 9.* At in proposito manifestus est error, quia Vrbs habet titulum de suo territorio vsq; ad Rupem Agrò & Princeps habet titulum in priuilegio Regis Martini, in quo sibi hoc tenimentũ, vt burgensaticum datum absque vlla iurisdictione, imò asserit, vt subditum territorio Messanæ, cùm Rex in illo dicat esse. Item per innumerabiles actus iurisdictionales ex custodia loci, ex solutione gabellarum, ex non solutione collectarum, nec nouæ gabellæ vltimo loco impositæ in Regno, ex demolitione furcarum, eiectionem Officialium, & alijs, vt est dictum, manifestus igitur est error, qui non nocet eò magis, cum partes ipsæ apponunt hos fines, qui per Iudicem nec leguntur, nec considerantur, nec discutiuntur, sed causa incognita imponitur manus litteris, & exinde post præteritas assertas litteras, quas forte per personas interessatas, & sub colore passionis aliquando fuerunt expeditæ apparet quòd sunt multi actus possessionum facti per Commissarios Regiæ Curiæ Straticotialis super loco in dicta contrata.

Actus factus per Regium Straticotum, legatur millies non nocet Vrbi nec assignatio delinquentis facta in Turri noua aliquid operatur, cùm Capitaneus Scalettæ cæpit delinquentẽ in sua terra, si transportasset ad carceres Vrbis, non propter hoc dum intus territorium, & Vrbem apportabat, dicitur acquirere iurisdictionem cùm hoc dicatur facere, vt minister, & auxiliator Iustitijarij istius Vrbis, vt in dies videmus.

Secundò respondetur, quod isti testes videntur affectatè, inuerisimile, immò quod est impossibile deponere, quod Illustrissimus Straticotus vir tantæ auctoritatis, & magnitudinis apportet virgam, quam à sęculo non est auditum apportasse, imò tota probatio corruit, nam legatur, quæso, vnicus testis nomine Coletta Crisafi fol. 172. à parte aduersa productus in eius contraeulogio, qui asserit, quòd existente Domino Francisco Vintimillia Straticoto in Turri noua fuit ab ipso petitum à Barone Scalettæ, qui ibi erat cum eo, dicendo, [Signor Barone, vnd'è lo vostro territorio della Scaletta?] qui Baro respondit, [di quà innante Signore] ex hoc testes colligitur veritas, quod Straticotus ignorabat territorium, & sub assertione Baronis illi credens dixit, [Io ora non vegno come Straticò] vnde cum ex errore processerit ab eo 59 qui ignorabat causato ab assertione personæ interessatæ in facto illo nihil operatur, vt in puncto in probatione confinium, quã do assertio habet originem à personis suspectis, dixerunt *Natt. d. cons. 622. nu. 41. Bart. in l. de minore. §. tormenta. num. 15. ff. de quæstionib. Soci. cons. 194. sub num. 9. col. final. lib. 2. Mascard. d. conclus. 395. nu. 24. vers. nono sublimita. Valenz. d. cons. 100. num. 84.*

Tertiò respondetur, quod territorium Messanæ iam constat ex priuilegio, quod irreuocabile est, vt est dictum, & sicuti idẽ Rex si dixisset tenimentum Messanæ esse vsque ad flumen Artiliæ, non potuisset præiudicare, cùm licet ad Regem spectet diuidere territoria, & dare iurisdictionem, ta- 60 men postquam semel dedit, & transiuit in

contra-

contractum non potest amplius terminos & iurisdictionem diuidere, nec moderari, *Bald. l. 1. nu. 7. de constitut. Princip. Afflict. super constitut. Regn. rubr. 47. num. 4. Nacl. cons. 636. num. 54. Belluc. in specul. Princip. rubr. 7. num. 31. Sess. d. decis. 69, & 187. num. 18. & 19. vbi refert Auendan. lib. 1. prætor. cap. 12. num. 10.* multò minus assertio Straticoti poterit nocere, & præiudicare territorio Vrbis.

Assertiones factæ per illos in instrumentis, in quibus se reddunt in penam ipsi Baroni ex quo contrauenerunt in non apportando oliuas, sunt nullius momenti, cùm
61 nullum præiudicium possunt inferre Sindaco Messanæ, cùm actus priuatorum non nocent vniuersitati, quæ tanquam vniuersitas non consentijt, sicuti in specie respondit *Soci. Sen. cons. 187. num. 28. lib. 2. Menoch. qui alios refert in d. cons. 1087. nu. 14.*

Nec supplicationes factæ Iuratis nocet, præsupponetes, quòd sciuerint iurisdictionem, & tacuerint, nam primò apparet, quod Iurati in anno 1550. dubitantes de aliquo præiudicio se contulerunt super loco, & recognouerunt ex relatione multorum testium veterem finem territorij esse petram nominatam lo Diueto, vt deponit Marius Pereopi tunc Secretarius, qui asserit super loco cum eis extitisse, & eodem modo in anno 1554. iuerunt super loco pro differentia Capitanei furiæ cum incolis Casalis Ioannis Pilerij, qui informati dixerunt, quod petra del Diueto est verus terminus, vt inter alios testes deponit Antoninus Campolus de terra Scalettæ, & in anno 1555. etiam Iurati fuerunt super loco, pro differentia orta inter populum dicti Casalis cum Barone Scalettæ, qui Iurati informati ab antiquis dixerunt tenimentum esse la Porta dello Diueto, vt deponit Nicoletta de Gilio, & cum eo contestis Ioannes Artalis de Bonfilio Capitaneus furiæ, & quod ita fuit exinde obseruatum.

Vnde tantum abest, quod Iurati sciuerunt, & dissimulauerunt, quod apparet per tres vices iuisse super loco, & apparet ab anno 1531. vsque adhuc vendidisse gabellas de Diueto in Diueto, & cùm habuissent scientiam de erectione furcarum in loco, de quo agitur, & de electione Officialium in rure Artiliæ, statim accesserunt super loco, quorum timore fuerunt demolitæ furcæ carcerati, expulsi, & prosequuti Officiales, & ex tunc in antea nulli amplius facti, & à sex annis hinc iterum erectæ furcæ, quæ allegantur tendere contra priuilegia, vnde non solum potest dici ex scientia illatum præiudiciũ, sed sublata omnia ex dictis actibus subsequutis, eò magis, quod semper Officiales Vrbis Messanæ steterunt in hac possessione, prout stant, vltra quod dissimulatio Magistratus non nocet vniuersitati, vt inferius comprobatur, licet hic nulla detur.

Nec obstat sententia prolata contra Abbatem in causa spolij, nec litteræ Magnæ Curiæ contra rurales Ioannis Pilerii, nam amiserunt illi, quia Baro erat Dominus illius tenimenti, in quo vel in concessione per Antecessores facta, vel ob immemorabilem possessionem acquisiuerat seruitutem contra omnes Possessores dicti tenimenti de apportando oliuas in trappeto suo, & frumentum in molendino, quæ seruitus nil nocet iurisdictioni Vrbis, cùm illa posit in loco priuatorum tam ex pa-
62 cto, quam ex consuetudine induci, & potest acquiri possessio, vt ciues veniant ad eius molendinum, & non ad aliud, *Bald. in cap. significante. num. 1. vers. nota, quod carnes. de appellat. & in l. de quibus. num. 32. ff. de legib. vers. circa rationem. Gratia. discept. forens. 89. num. 12.* quod procedit, quando
63 volentes ire ad molendinum alterius, fuerunt prohibiti, & illi prohibitioni acquieuerunt per longissimum tempus, quo casu à tempore prohibitionis nascitur præscriptio, aut consuetudo, quæ facit, vt prohibitus tunc gerat actum non gratuitum, sed meræ seruitutis, vt declarat *Gratian. num. 18. qui vltra Bald. & Abb. refert. Nacl. in in cons. 126. num. 9. ad finem. & cons. 107. lib. 1.* & quod etiam pacto posit fieri, dum
64 Dominus directus in concessione posit apponere pacta, quæ vult, *l. secunda C. de iur. emphiteotic. vbi omnes Doct.* & dicendum est, quod hanc seruitutem in hoc terreno Baro Scalettæ habebat, vel quia quando concessit, tale pactum apposuit, vel quia consuetudine acquisiuit, vt iam ex literis Magnæ Curiæ constat, per quas dicitur, quòd ipse Baro erat in possessione huius
65 seruitutis, nam vt Baro non potest talem seruitutem statuere, vt subditi non possint alibi molere, quàm in molendinis ipsius, quando ordinatio respicit rem priuatam, ideſt proprium patrimonium Baronis pro ut esset in casu illo, *l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordin. faciend. Gratian. d. discept. nu. 15.* & Banna promulgata sunt nullius considerationis, cùm hæc sint promulgata in terra Scalettæ, & in Casale d'oglio di mandri, vt *fol. 36. & seq.* & vt per ea acquiratur iurisdictio, erat necesse, quòd promulgarentur in loco de quo contenditur, vt dixerunt

Menoch.

Menoch. & alij ab eo allegati in conſ. 1000. num. 4. & 3.

Hæc enim, vt eſt oſtenſum, non nocent Sindaco, ſed id quod nocet Principi, præſentatur ab ipſo Sindaco, & eſt, quòd cùm fuiſſet lis incepta ſuper ſpolio prædicto ab Abbate S. Placidi contra Baronem Scalettæ in Magna Curia tunc ob eius receſſum remanſit in curia Straticotiali, quia feudalis erat cauſa, ex quo de membris, &
66 pertinentijs Scalettæ, cùm in effectu ſi ita fuiſſet, talis erat, nam de lege feudi agebatur, & quoquo modo tangat feudum, feudalis eſt cauſa, *Petr. de Gregor. d. iudic. cauſar. feudal. quæſt. 5. in princ. qui refert Abb. & de. magis communiter de iudic.* ſiue dica-
67 mus tunc dici feudalem, quoties actor, vel reus in lite ad legem feudi pro defenſione vel actione fundanda recurrere neceſſe habent, quam veriorem dicit, *ex auctorit. Bald. & aliorum Caſtell. deciſ. 15. num. 3.* qui loquitur in puncto, in quo verſamur, & Dòctiſſimus Cõſiliarius Octauius Corſetto in *conſ. 30. num. 5. & ſeq. & Illuſtriſſimus Filius meritiſſimus Regens in addict. in d. conſ. num. 1. vbi refert. Milan. deciſion. 6. lib. 1. Roſental. & alios.* Et Curia Straticotialis tunc temporis non habebat priuilegium cognoſcendi cauſas feudales, ex quo hoc fuit in anno 1554, & ipſa habuit talem co-
68 gnitionem in anno 1560. & cùm fuiſſet miſſum ad contrarium effectum, quòd procedatur in Curia Straticotiali, ex quo deburgenſaticis bonis agebatur, tandem viſis teſtibus, & probationibus pro vtraque parte, fuit deciſium, quod procedatur in Curia Straticotiali, quæ ſententia fecit
69 tranſitum in rem iudicatam, & de non ente ens, & de indebito debitũ, & æquauit quadrata rotundis, *l. res iudicata. ff. de regul. iur. Oſaſc. deciſ. Pedamont. 90. num. 10. Torret. conſ. 41. num. 31. lib. 1.* & ſic Principi obſtat ſententia, per quam fuit declaratum hoc tenimentum non eſſe de membris Scalettæ, ſed de territorio Meſſanæ, cum ſententia lata contra Auctorem nocet ſucceſ-
70 ſori, imò & omnibus in materia confiniũ, & ad illos probandos eſt ſufficiens, vt poſt *Bald. & alios dixit Maſcard. concluſ. 403. n. 12.*

71 Nec inueſtitura eſt conſiderabilis, cum licet ſit poſſeſſio appræhenſa à manu Domini, *cap. præpoſuit. de conceſſ. præben. Din. cap. 1. num. 12. de regul. iur. in 6. Menoch. conſ. 1. nu. 25.* & idem operetur actus poſſeſſionis captæ per procuratorem, tamen talis poſſeſſio nullius eſt momenti, cùm neceſſe erat eijcere officiales Regiæ Curiæ Straticotialis, eoſque prohibere, ne amplius iuriſdictione in dicto rure vterentur,
72 cùm vt ingrediens prædium per inſtrumentalem poſſeſſionem illam acquirat eſt neceſſe, quòd Colonos cum tota familia, & bonis de prædio eijciat, aliàs poſsidens per Colonos non priuatur ſua poſſeſſione. *l. peregrè. §. quibus. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. quamuis. §. 1. ff. eod. Bero. quæſt. 41. num. 4 & ſeq. Ludouic. deciſ. rot. luccenſ. 20. num. 7. multos refert Honded. in conſ. 20. num. 15. & ſeq. lib. 1. & conſ. 18. num. 22. & 23. lib. 2.* quod non ſolum non fuit factum ex parte Baronis, imò ex contrario Regia Curia Straticotialis, omneſque alij magiſtratus ipſius Vrbis ſteterunt in poſſeſſione dicti ruris, & eiecerunt officiales, & proſequi fececunt, vt vſurpatores Regiæ Iuriſdictionis, & ex tunc in antea non fuerunt amplius alij officiales in dicto rure, niſi Magi-
73 ſtratus Vrbis, vt per multos teſtes in Eulogio, conſtat, fideiuſsiones, informationes. & notas carcerum, per quas probatur dicta iuriſdictio *Menoch. conſ. 1000. nu. 5. 6. 7. 8.*

Et verè cognoſcens Baro dictum rus eſſe de territorio deſtitit amplius à petitione inueſtituræ.

Nec obſtant fides Gabelloti terræ Scalettæ, quod exigunt gabellam ſuper ſerico in tenimento ipſo, & quod ſoluunt alias gabellas, nam hæc fides intelligitur de habitatoribus Scalettæ, qui apportando frondes de dicto tenimento in terram Scalettæ, & ibi nutricando non eſt dubium, quod debent ſoluere gabellam, tanquam de ſerico facto intus terras Baronales, nam ſi aliter intelligeretur, ipſi obſtarent tot teſtes pro parte Sindaci producti, Gabelloti Vrbis, & acta publica de officio Conſulatus artis ſerici.

Nec iuuat, quod ex aduerſo aſſerebatur Vincentium Ferrarotto V. I. D. in ſuo tractatu de officio Straticoti aſſerere territorium Meſſanæ ex parte Meridiei eſſe vſque ad Turrim nouam, vt *fol. 60. tit. del coſtretto di Mezzo giorno*, nam ipſe nihil dicit, ſi Turris noua haberet tenimentum, vnde poſſet intelligi vſque ad Turrim nouam cum eius tenimento, eò magis, cùm ibi in numero Caſalium ponit Caſale Artiliæ, quod eſt extra illam partẽ Turris nouæ, & in hoc nõ obſtat conſideratio, quòd in Caſalibus Tramontanæ ſit Caſale Gauteri, quod eſt extra conſtrictum, quoniam ipſe idem in *fol. 59. num. 13.* facit mentionem de Gauteri, quod eſt extra conſtrictũ, eamdem mentionem feciſſet dell'Artilia, ſi ita fuiſſet, ſed quia ita non erat, dum dixit inſino á Turri noua, intellexit cum tenimẽto Tur-

to Turris nouæ, quod est totum tenimentum, dequo hodie disceptatur: eò magis, quod ex Ioseph Bonfilio in historia Siciliana part. 1. lib. 1. fol. 23. in princip. clarè
74 patet dictum territorium esse vsque ad petram vocatam lo Diueto, & libri Historiographorum plene probant. *Fontanel. de pact. nuptialib. claus. 4. glos. 10. part. 2. num. 29. fol. 163. & dixi in cons. pro Senatu contra D. Fideric.*, & quando sunt alij contrarij, præualet ille, qui se conformat priuilegijs. *Rip. in l. 1. num. 74. & 76. ff. si cert. peta.* & Bonfilio se conformat priuilegijs, iam supra adductis, vltra quod in casu isto non est recurrendum ad Historiographos, cùm omnes vt Iudices scimus territorium se extendere ad dictam petram: & custodiam, & omnia esse prouisa per Magistratum ipsius Vrbis, vsque ad dictum locum.

Et tandem cùm hæ præsumptiones cessent prædictis maioribus præsumptionibus existentibus multò magis debent ce-
75 dere veritati, cum præsumptio sui natura cedat veritati. *l. penult. §. mulier. ff. de probat. Bald. l. filium. num. 4. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Paris. cons. 29. num 82. lib. 2. Menoch. lib. 1. præsumpt. 75. num. 27. lib. 2.* Hic veritas vt est dictum patet tum ex priuilegio Vrbis, tum etiam & principis, vbi asseritur esse hoc tenimentum in territorio Messanæ, tum ex diuisionibus, & donatione facta per Colesum Crisafi. ex vsu iurisdictionis, custodia loci, solutione gabellarum, & tot alijs dictis.

Non obstat vltimum, quod iurisdictio acquiratur præscriptione, & quod Princeps illam præscripserit, quoniam hoc posset procedere, quando solus princeps possedisset, sed quando Magistratus Vrbis sem per possiderunt, prætensa possessio ex aduerso dicitur turbatio, & nõ habilis ad præscribendum, cùm deficit verum requisitum quod esset, quod Magistratus non possiderent, immò oppositum video, quod quando ad aures Senatus peruenit, fuerunt expulsi, & ex tunc in antea non facti amplius officiales, immò asserti actus facti contra aliquos particulares non inducunt acquisitionem Dominij, nec præscriptionem iurisdictionis contra vniuersitatem, vt post alios dixit *Hieron. de Mont. d. tract. de finib. cap. 28. nu. 17.* & in specie magis respondit *Roman. in cons. 275. num. 9. in fin. Paris. in cons. 25. num. 34. lib. 1. & Menoch. d. cons. 1087. num. 14. & in puncto Bouadill. in sua Politic. d. lib. 5. cap. 9. nu. 11. & seq. in tit. visita de los terminos fol. 802. asserit*, quod dissimulatio magistratuum non præ-
76 iudicat, quod possint vsurpari bona de patrimonio publico, sed officiales inde sequentes possunt omnia ex integro recuperare, nam, vt refert Plutarchus in Catone Censorino, quòd Themistocles in Athenas, & Cato Censorino Romæ despoliauerunt personas particulares de toto eo, quod propter temporis antiquitatem, & magistratuum dissimulationem vsurpauerunt de patrimonio publico asserentes in colloquio facto populo, quòd neque homines possunt præscribere contra Deum, neque particulares contra Rempublicam, Respublica enim est communis patria, hoc etiam titulo à suis Dominis insignita, vt patet in consuetudibus Nobilissimę Vrbis *cap. 58. tit. de rapt. Virgin.*

Non negatur se esse Dominum tenimenti, & illos emphitheotas teneri ad solutionem censuum, licet etiam in dicto tenimento sunt alij Domini directi, & non est incompatibile, quòd vnus habeat partem territorij sine iurisdictione, quã inibi exerceat vniuersitas aliqua iuxta tradita per *Soci. cons. 15. Hieron. de Mont. de finib. re-*
77 *gundor. cap. 6. num. 12.* & aliud est habere territorium, aliud verò habere prædia sita in illo *l. pupillus §. territorium. ff. de verbor. signif. Purpurat. cons. 119. num. 11. & cons. 574. nu. 2. Valenzol. d. cons. nu. 104. & seq.*

Cum igitur erectio furcarum prædicta,
78 & prætensi actus iurisdictionales, tanquam actus turbatiui non solum nõ probant possessionem, sed perturbationem, *ex tex. in l. quamuis. §. si cõductor. & ibi Alex. ff. de acquir. possess. & in l. Põponius. ff. quib. mod. vsus fruct. amitt. Afflict. decis. 167. nu. 3. & 4. Valenz. in cons. 79. nu. 131. dixi in cons. 2. nu. 67.* Meritò tanquam tendentes contrarius, & iustitiam Sindaci debent decidi, quod sunt contra priuilegia Nobilissimę Vrbis, & ita indubitanter concludo, cætera suppleant Iudices Straticotiales Regij Delegati more eorum. Messanæ die 1. Aprilis 1620.

Die 4. Aprilis eiusdem per totum Collegium fuit votatum, quòd sunt contra priuilegia. Eodem modo & per Sp. Iudices R. Delegatos.

Accessum autem ad locum, vbi per Illustrissimũ Straticotum executioni sententia demandanda erat, & ad pristinum omnia reducenda, vt moris est, qualis ipse fuerit, quo ordine celebratus, quibusque solemnitatibus insignitus opere prætium obiter hic describere existimaui, non solum vt præsentium, bonorumque ciuium animo, ac desiderio satisfacerem, verum etiam & vt posteris consulerem.

Itaque Illustrissimus Nobilissimæ Vrbis Senatus die Aprilis eiusdem Anni 1620. ad Illustrissimum Regium Straticotum se contulit, ibique paulò post Sp.C.S. Iudices Regij Delegati conuenerunt, inde equestres per Austriacam viam transeuntes quæ ducit ad Forum, in quo D.Mariæ tam huius Vrbis, quam Regni Protometropolitanum insigne Templum conspicitur, profecti sunt.

Considebat medius Straticotus inter Iudicem, & Senatorem: Ille à dextris, hic autem à siniſtris. Sequebatur illos alter Iudex medius inter duos Senatores, & sic alter Iudex, ad cuius siniſtram erat Senator, & inde duo Senatores sequebantur. Præcedẽtibus tamen prædictorum Tribunalium plenæ Curiæ, ipsoſque egredientes, & ingredientes tuba associante.

Peruentis igitur ad petram Diueti in Contrata, vt vulgo dicitur (delli Cuturi) pro decisionis prædictæ executione, primò furcæ admotæ dirutæ, ac penitus demolitę fuere; canentibus inde tubis voce præconia indictum fuit, ne quis temerario ausu in dicto territorio vllam iurisdictionem experiri, ac exercere præter Nobilissimæ Vrbis officiales in posterum præsumeret, si pœnam in priuilegijs contentã, aliasque contra vsurpantes Regiam Iurisdictionem impositas cuperet euadere sic imperante Illustrissimo Straticoto.

Et tandem rus Artiliæ ingressi, repetito prius eodem Banno, fuit ex Illustrissimi Senatus decreto per aliud publicũ proclama omnibus iniunctum, ordinatum, ac stabilitum, quod in posterum sub dictæ Vrbis metis, pondere, & mensuris, viuere, & venalia agere cogantur; ac proinde insignũ veræ, & actualis possessionis per dictum Illustrissimum Senatum vino fuit assignata mæta, vt designato tantum pretio vendatur, quod si secus agerent pœnam in banno contentam sentiant eos esse incursuros.

His denique peractis maxima ciuium hilaritate, & applausu ad vrbẽ reuersi sunt.

SVMMARIVM.

1 *Contractum habens dicitur habere intentionem fundatam.*

2 *Census potest constitui in donatione, Idem in legato, nu. 3. idem in dote, nu. 4.*

5 *Donatio facta absenti Notario stipulante est inreuocabilis ex parte ipsius donantis. Secus ex parte ipsius donatarij, nu. 6. Idem si promisit cum iuramento non reuocare, nu. 7.*

8 *Dotis fauore obligatio facta absenti inreuocabilis est.*

9 *Dotis augmentum habet eadem priuilegia dotis.*

10 *Ratificatio tacita, seu sola scientia, seu scientia præsumpta, etiam ex consanguinitate operatur ratificationem actus facti in personam absentis.*

11 *Totum qui dicit nil excludit.*

12 *Donatio si non acceptata in vita donantis dicitur reuocata per mortem ipsius donantis intellige, vt num. 13.*

14 *Hæres non habet plus iuris, quam defunctus.*

15 *Hæres donatarij potest acceptare donationem factam absenti donatario.*

16 *Donatarius etiam post mortem donantis potest acceptare donationem*

17 *Consensus, qui potest actum annullare sufficit, quod quandocumque superueniat.*

18 *Declaratio voluntatis potest quandocunq; fieri.*

19 *Donatio facta absenti, nemine pro eo stipulante de aliquo predio est reuocabilis ad voluntatem donantis ante ratificationem. fallit si moritur donans ab intestato num. 20. Idem si fecit testamentum, & generaliter disposuit de bonis num. 21. nisi specialiter disposuit de rebus donatis, num. 22.*

23 *Renuntiatio de successione tam ab intestato, quã ex testamento non præiudicat si in testamento relinquitur idem si fiat patri num. 24. secus si perseuerat pater in eadem voluntate. num. 25. & 27.*

26 *Renunciatio, & donatio non differunt.*

28 *Renunciatio successionis fratris, vel sororis absentis ad fauorem alterius presentis non valet, secus si est præsens num. 29. 31. & consensus perseuerauerit vsque ad mortem nu. 32 & potest reuocari etiam per actũ inter viuos. num. 34. & si consensisset cum iuramento, num. 35. nec potest agi ad interesse.*

30 *Regula prohibitiua si concurrat cum permissiua, prævalet prohibitiua.*

33 *Actus vltimæ voluntatis sunt ambulatorij vsq; ad mortem.*

37 *Pactum per quod fit dotis conditio deterior non valet, idem in augmento dotis num. 38.*

39 *Dotis augmentum eandem publicam vtilitatem continet quam ipsa dos.*

40 *Pactum quod præmortuo marito pars dotis, remaneat penes hæredes mariti est nullum. Idẽ si fiat per patrem mulieris.*

41 *Pactum in contractu matrimoniali, quod vxor donat eius dotem filijs illius matrimonij, si vxor præmoritur valet, secus si vir præmoritur, intellige vt num. 42.*

43 *Pactum, quod ob mortem sponsæ, dotes reuertantur ad dotantem, & suos, & ipsa non possit disponere, nisi de centum, an si præmo-*

ritur

riatur, euaneſcat, & libere de dote diſponat.
44 Prouiſio in vnum caſum non porrigitur ad aliũ.
45 Vaſſallus tenetur in pluribus ſeruire domino, fallit nu. 46.
47 Conditionem qui dicit euenisſe, probare debet.
48 Fideicommiſſum prætendens probare debet ſe vocatum in caſu illo.
49 Teſtatorem non ſufficit id velle, niſi aliquo modo diſponat.
50 Limitatio eſt de regula.
51 Relatum eſt inreferente cum ſuis qualitatibus, & attenditur relatum, & non referens, intellige num. 52.
53 Paria ſunt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem
54 Dos data pro legitima nullum recipit grauamen, fallit de conſenſu filiæ num. 55.
56 Fideicommiſſum non extare in dubio dicendum eſt.
47 Fideicommiſſum eſſe in bonis ſi quis fateatur, ſi tale non eſt, confeſſio non nocet.
58 Error vbi eſt, non eſt conſenſus.
59 Diuiſio facta de re vt hæreditaria, ſi talis non eſt, non nocet.
60 Confeſſio facta per hæredem in contractu, in quo vt talis contrahit, probat eſſe hæredem, etiam quo ad alios, qui non contraxerunt, intellige vt num. 61.
62 Doctori diſtinguenti magis credendum.
63 Hæres quando facit actum, quod non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis dicitur adiuiſſe hæreditatem, intellige num. 64.
65 Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, num 66.
67 Probatio mortis, & ſucceſſionis ſufficit fieri infra quindenam, ſecus quo ad probationem detentationis, vt cogatur tertius poſſeſſor, quia debet eſſe ante implementum, num. 68. licet pluries vidi ſufficere, quod ſit productus vnicus teſtis.
69 Actus publici magis probant, quàm teſtes in vim extremorum. eò magis ſi ab ea parte ſint facti contra quam exhibentur in indicio num. 70.
71 Debitor ſuccedens creditori ſtatim extinguitur debitum, intellige num. 37.
72 Lex magis fauet ei, qui agit de damno vitando, quàm ei de lucro captando.
74 Hæres cum beneficio inuentarij quomodo tenetur ex forma ritus, quid ſi eſt indiſcretus, intellige num. 75.
76 Fructus percepti per hæredem augent hæreditatem in beneficium creditorum, ſecus quo ad legatarios. num. 77.

ARGVMENTVM.

An donatio irreuocabilis facta abſenti notario ſtipulante ſit reuocabilis ante acceptationem, & an dicatur reuocata per mortem donantis, & an hæredes donatarij poſſint acceptare poſt mortem donantis, & an nemine ſtipulante pro abſente poſſit donans reuocare, & an per generalem diſpoſitionem dicatur reuocaſſe, quo ad bona donata, vel requiratur ſpecialis diſpoſitio, & quando renũciatio ſucceſſionis fraternæ, & aliorum valeat, & an pactum, quod vxor donat eius dotem filijs illius matrimonij valeat, ſi vir præmoriatur, & an pactum quod ob mortem ſponſæ dotes reuertantur ad dotantem, ſi præmoriatur vir euaneſcat, & dos libera remaneat penes vxorem.

CONSILIVM VII.

IESVS MARIA.

IN anno 1610. ſub die 27. Februarij. Margaritella Sollima vidua donauit vncias decẽ annales, pro quib⁹ ſubiugauit omnia bona ſua pro capitale vnc. centum cum pacto de retrouendendo Portiæ eius ſorori pro iuſtis cauſis, quã pro contẽplatione matrimonij contrahendi inter ipſã Portiã cum Nicolo Iacobo Buſa V.I.D. abſente Portia. & Notario pro ea ſtipulante, qui cenſus debeat currere â die, quo dictũ matrimoniũ contraxerit; ſequẽti die fuit contractũ matrimoniũ, cuius cõtẽplatione prędicta Portia ſe ipſã dotando dotauit, non ſolũ dotes, & dotariũ à primo viro recuperandas, verũ etiã oĩa, & ſingula alia eius bona in ampliſſima forma; in anno 1619. ſub die 18. menſis Decemb. fuit ſeparatũ matrimoniũ per mortẽ dicti V. I. D. in Menſe verò Martij, ſub die 8. prædicta Portia fecit donationẽ de omnibus bonis ſpecificato cenſu, de quo agitur D. Laurentio Minutuli, fuit exinde ſub die 1. Iulij proximi pręteriti cauſata executio ad inſtantiam Donnæ Siciliæ vxoris dicti Don Laurentij hæredis dicti quondam V.I.D. de Buſa Pro vnc. centum infra decenniũ decurſis tẽpore vitæ dicti de Buſa contra Cler. D. Antoninũ Sollima, vti hæredẽ dictę Margaritellę, fuit interpoſita cędula primi decreti ſuper bonis hęreditarijs dictæ quondã Margaritellæ, aduerſus quã fuit oppoſitũ per dictũ de Sollima, & miſſis ſcripturis ad effectum, & contrariũ effectũ & alijs in concurrendo, dicimus indubitanter, quod oppoſitiones debent reijci, appa-

ret primò de legitimatione personę Clientis, nam hæres est. Item & de eius credito
1 cùm appareat per actũ publicum, per quẽ dicitur habere intentionẽ fundatam, *Gioseph Ludou. decis. peruf. 50. nu. 5. vbi plures refert. Bart. l. si cotem. §. si maximas. ff. de public. Tusc. litt. in conclus. 237. num. 4.* hic enim
2 census titulo donationis potuit constitui, *l. vltima. C. de rer. permut. Ludou. Rom. cons. 301. nu. 1 Falcia. tract. de censib. lib. 2. cap. 5. nu. 10. addit. ad Petrum de Gregor. de censib. q. 5. num. 192. & ante num. 192. vers. item*
3 *constitui.* inquit posse constitui iure dotis, prout fuit hic constitutus pro matrimonio contrahendo cum V.I.D. de Busa, & inlegato est *tex. in l. tertia. §. finali. ff. de annu. leg.* solum est difficultas an habeat priuilegiũ,
4 taliter quod possit fieri executio contra tertium, & in hoc non insisto, ex quo quãdo requisita à Regnicolis essent in præsenti contractu, nec minus potest procedi contra tertium, quia non est insinuatus iuxta formam pragm. Regni, & casus iste est contra hæredem, contra quem nulla est difficultas. Plures proponuntur difficultates;

Prima est, quod fuit absens Portia, stipulatio Notarij non fecit actum inreuocabilem, cum requirebatur exinde ipsius Portiæ ratificatio, quam cum non fecerit, potuit Margaritella donationem prædictam reuocare, & licet de Margaritella non appareat actus reuocationis, tamen moriendo ab intestato dicitur reuocasse, & transtulisse omnia bona, etiam dictas vncias decem donatas inuenientes ab intestato.

Secunda, quod Portia in primo matrimonio per eam contracto, contenta illa dote renunciauit omnes successiones, etiam Sororias, tam ab intestato, quàm ex testamento, dicto Clerico Antonino. Item & quando nupsit cun dicto de Busa, etiam dixit se dotare cum renunciationibus contentis in dicto primo contractu matrimoniali.

Tertia Margaritella donans totam suam dotem habebat fideicommisso subiectam, & tantummodò poterat disponere de vncijs ducentum, & etiam de dotario, quod importabat alias vnc. ducentum, de quibus vnc. quatricentis satis ante fecerat donationem dicto Cler. Antonino.

Quarta, quod Antoninus conuentus nõ est hæres, sed tertius possessor, ex vinculo, & fideicommisso.

Quinta, quod, esto, hæres esset, cum ipse sit debitor in redditu vnc. sexdecim, statim ac successit Margaritellæ Creditrici, extinctus est contractus bullalis cum
actio, & passio in eodem subiecto stare non possunt, quandoquidem omnes prædictæ difficultates euanescũt in causa ista. Et quo ad primam magna fuit disceptatio inter
5 Doctores: An donatio facta absenti Notario stipulante ante acceptationem absentis sit reuocabilis, & licet multi teneneant reuocabilem esse, quos refert *Thesaur. decis. 70. num. 3. Peregr. cons. 100. vol. 5. num. 4.* tamen vera opinio, & magis amplexa, & in iudicijs obseruata, & practicata est, quod irreuocabilis sit, vt asserunt *Doct. relati à Thesaur. in d. decis. nnm. 2. & post eos Torret. cons. 60. vol. 2. Menoch. cons. 1153. num. 54. vol. 12. vbi refert auctoritatem vigintisex Doctorum refert, & sequitur Molfes in addit. ad comment. tit de renunciat. quæst. 9. nu. 19. fol. 127. & vltra eos Magon. sub rot. Floren. decis. 39. nu. 14. cum seq. & in decis. 57. nu. 1. Steph. Gratian discept. foren. cap. 49. nu. 17. Gall. cons. 36. num. 6. & 7. Barz. decis. Bonon. 26. nu. 10. vbi multos refert. Franch. decis. 339. Surd. decis. 111. & decis. 206. nu. 4. vbi alleg. glos. Bart. Bal. & alios relatos ab Otta. decis. pedusci. 33. nu. 4. & sequ. & Rot. Cephal. & Clar. & Io. Baptista Costa in tract. de clau. conuention. clau. 1. part. 2.* vbi referendo multos ex prædictis, inquit,
6 quòd talis donatio est reuocabilis ex parte ipsius absentis, nam non cogitur absens, pro quo Notarius fuit stipulatus accipere vt ex multis probat *Ruin. cons. 126. num. 10. vers. nam licet. & cons. 172. num. 16. vol. 1. Rolan. cons. 19. nnm. 28. vol. 1. Burs. cons. 118. sub num. 6. Barz. d. decis. 26. num. 13. vers. nec prædictis.* Sed ex parte promissoris, vel donantis est irreuocabilis, & ratio secundum præallegatos est, nam quando Notarius stipulatur lex est, quæ illius ministerio acquirit absenti, *ita Bald. ante illos in l. prima in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & post multos Cancer. cap. 8. tit. de donat. num. 26. vers. quod diximus. fol. 40. & Gratian. discept. Foren. cap. 575. fol. 607. num. 14.* vbi etiam asserit ita fuisse decisum per Rotam coram Cardinale Serafino

Præterea, quando donatio est inreuocabilis, & in ea est stipulatio Notarii pro ab-
7 sente, & facta est cum iuramento, nempe donans promittit cum iuramento non reuocare, nec alio modo contraenire, pro vt in casu isto, tunc inreuocabilis est, vt ex multorum sententia, dicit ita decidisse *Senatum Thesaur. vbi supra, num. 8. vers. Pro concordia.* vbi etiam inquit esse falsam illorum sententiam, qui voluerunt talem donationem posse reuocari,

sequitur

sequitur Gratian. d. cap. 575. nu. 16. vbi refert Card. Veraf. decis. 427. num. 4. & 5. Barez. d. decis. Bonon. 26. num. 11. & 12. qui vltra Bertaz. Rol. & Natt. refert. Thesaur. & Torr. num. 15. referentem alios.

Insuper promissio facta absenti fauore
2 dotis irreuocabilis est, ita dixit *Additio ad Thesaur. d. decis. 70. vers. ad numerum decimum in fin. vbi allegat tex. in l. si ego. §. si res. ff. de iur. dot.* hic enim sumus in augmento
9 dotis. quod pari passu, & idē est cum dote & habet eadem priuilegia, *Auth. res qua. C. cōmuni de legat. Ias. in rubr. ff. solu. matrim. in vlt. col. Fan. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 46. vers. tamen priuilegium. Ant. Fab. & alij infra allegandi. Paris. cons. 126. lib. 1. Surd. decis. 88. num. 10. & decis. 214. num. 9. Bursat. cons. 178. nu. 1. Rimin. iun. Bellon. & Alba. quos refert, & sequitur Mar. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 1. num. 10. fol. 255.*

10 Rursus idem *Thesaur. in num. 12.* inquit quòd tacita ratificatio sufficit quinimo sola scientia, *ex auctorit. Guid. Pap. Roman. Aret. Neuiza. Guttier. Grauet. Rolan. qui in cons. 19. à num. 34. vsque ad num. 39.* ampliat etiam in scientia præsumpta ex consanguinitate, *Surd. d. decis. 141. num. 13. & decis. 206. num. final.*

At hic sumus in facto inter duas sorores & in die præcedente pro causa matrimonij cum eodem de Busa, & sequenti die sequuto matrimonio, & dotatione omnium bonorum in amplissima forma, per quam dotationem, cùm totum dotauerit, dicitur
11 etiam & dotasse dictum censum, qui enim totum dicit, nihil excludit, *DD. l. 1. ff. de legat. primo. vbi communiter Doct.* nec miretur, quomodo in specie non fuit facta dotatio, nec per dictum quondam de Busa petitio, cum in effectu timebant partem aduersam, & per aliquos menses ante mortem iam scripturæ erant penes me vt Aduocatum, & ex quo mors præuenit non fuit per eum actum in iudicio, & hæc vera, & ego, qui totum scio, possum in rei veritate dicere, prout est.

12 Dum enim dicitur, quod si non est acceptata in vita donantis, dicitur reuocata per mortem ipsius donantis, & ipsa bona censeri relicta inuenientes ab intestato, ex *auctor. Cephal. & aliorum allegatorū per Thesaur. d. decis. 70. num. 9.* respondetur, quòd
13 contra eos tenet idem *Thesaur. in d. loco*, vbi dicit ita decisum per illum Senatum & allegat *Tiraqu. Couar. Canalc. Guttier. & alios, & volvis Surd. decis. 209. num. 7.* nam ratio eorum est, quòd hæres donantis non potest reuocare, cùm ante mortem perfecta
14 est, & quod defuncto denegatur nō est permittendum hæredi. *ex Franch. decis. 330. part. 2. Bart. Guid. Pap. & alijs Couar. lib. 1. variar. cap. 14. nu. 17. Clar. §. donatio. quæst. 1. ad fin. Molin. qui alios refert de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 77.* & è contra
15 hæredes donatarij possunt acceptare eam donationem, vt docent *Tiraqu. Caualc. & alij allegati à Thesaur. d. nu. 9. Molin. vbi supra. Sanch. de matrim. tom. 1. lib. 1. disput. 6.*
16 *nu. 6.* & quòd post mortem donantis etiam possit acceptari, si acceptatio foret necessaria, dixit *Surd. d. decis. 111. an senum.* x. ratio secundum eum, quia scriptura semper loquitur. *Bart. l. si citatio. in princ. ff. de public. DD. in l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. vbi Ias. num. 3. Cret. num. 10. & 13. & idem Surd. in decis. 206. num. 8. 9. & 10.*
17 vbi aliam adducit rationem, quòd consensus, qui potest actum annullare, sufficit, q quandocunque superueniat, *Imol. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Alex. num. 9. & Ias. num. 43. Bald. l. final. num. 1. vers. Secundò quando actus. C. ad Macedon. Cystr. l. bonorum. num. 6. ff. rem rat. haberi. Berou. cons. 73. num. 12. vol. 1.* sicut declaratio voluntatis potest quandocunqoe fieri, vt post *Angel. ponit Dec. in l. semper. qui*
18 *num. 14. ff. de reg. iur. Nat. cons. 474. nu. 20.*

Quod tanto fortius comprobatur, nam
19 licet donatio facta absenti, nemine pro eo stipulante de aliquo prædio sit reuocabilis ad libitum donantis ante ratihabitionem, *Couar. rubr. de testam. part. 3. num. 13. Dec. cons. 126. nu. 1. Salon. de pace cons. 14. nu. 2.*
20 tamen si moritur donans ab intestato, non dicitur reuocasse, neque si testamentum fe-
21 cerit, & generaliter de bonis disposuerit,
22 nisi specialiter de rebus donatis disponat. *Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 10. vers. ex quibus omnibus allegat. tex. in l. quoties. C. fami ercisc. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 23. num. 14. Cancer. var. ar. resolut. cap. 8. lib. 1. fol. 40. vbi alios refert.*

Quò ad secūdam licet renunciatio fuerit facta per Portiam de successione soro-
23 ris eius fratri Don Antonino tam ab intestato, quàm ex testamento, tamen talis renunciatio non prohibet illam posse succedere, quando à sorore instituitur, nam aliàs impediretur libera testandi facultas, *ita dixit Bart. in indiuid. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. num. 4. ff. de verbor. oblig. vbi inquit*, quòd filia, quæ cum iuramento facit pactū fratri de non succedendo patri, non impeditur succedere ex testamento, quia aliàs impediretur libera testandi facultas, & illius sententiam probauit *Bald. in l. Pactum.*

q. 3. C. de collat. vbi sequitur Roman. & alij. & plures citat Alex. in d. l. stipulatio. num. 8. & Iaſ. num. 13. qui dicit eſſe pulchram deciſionem, ſubdens, quòd *Bart.* decidit caſum multum dubitabilem, quando ſcilicet
24 renunciatio facta eſt fratri, quia multò magis procederet, quando fieret patri, *Ruin. conſ. 98. num. 8. vol. 1. Pariſ. conſ. 69. num. 10. & ſeq. vol. 3. Tiraq. in tract. demort. ſaiſit. in 2. part. declar. 8. num. 1. vbi multos allegat Vaſqu. in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. requiſit. 29. limit. 1. num. 138. vbi ponit octo fundamenta. Port. Imol. cõmun. opin. lib. 4. concluſ. 32. col. 8. verſ. tenendo. & Ant. Gabr. in eod. tract. lib. 3. tit. de iur. dot. concluſ. 1. nu. 26.* & quòd hoc pactum tunc valet, quando pater perſeuerat in eadem voluntate, & cum ea moritur, *dixit Bal. in cap. ad noſtram il ſecundo. num. 8. verſ. pone filia extra de iur. iuran. & Afflict. deciſ. 350.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum per Sacrum Concilum Neapolitanum, licet ipſe fuerit ſingularis in ſua opinione, vt alios referens inquit *Surd. deciſ. 14.* qui licet videatur dicere opinionem *Afflict.* poſſe procedere, quando renuneiatio contineret donatio-
26 nem, ſeu iuriumceſſionem, tamen renunciatio, & donatio in effectu non differunt, vt dixerunt *Dec. l. poſtquam liti. num. 11. C. de pact. Couar. lib. 2. variar. cap. 4. num. 8. Menoch. in addit. de arbitrar. caſ. 436. nu 10.* quam reſponſionem videns ipſe non ſubſiſtere, tranſit ad aliam, & inquit infraſcripta verba; *Demum renunciatio tacitam habet conditionem matre perſeuerante in ea voluntate, at matre recedente à prima diſpoſitione, renunciatio habetur pro non facta, & ideo frater non capit.* Vnde clariſsimè colligitur Senatum illum Mantuæ decidiſſe renunciationem factam fratri de bonis matris tunc ſuum operari effectum, ſi mater perſeuera-
27 uerit in ſua voluntate vſque ad finem, *Gio. Guttier. in repetic. cap. quamuis de teſtament. Seraph. de priuileg. iur. cap. 21. num. 21.*

28 Præterea renunciatio ſucceſsionis ſororis vel fratris abſentis ad fauorem alterius fratris præſentis eſt nulla etiam ſtante iuramento, nam licet contineat pactum negatiuum, tamen etiam continet pactum affirmatiuum virtualiter, & æquè principaliter, quod ille ſuccedat fratri, quod pactũ
29 de ſuccedendo abſque illius conſenſu eſt de iure reprobatum, & contra bonos mores, nec firmatur iuramento, & ſatis eſt, quod tale votum captandæ mortis ex vna tantum parte inſurgat dato, quod ex altera parte ceſſet, concurrente regula prohi-
30 bitiua cum permiſſiua præualet prohibitiua, *l. tertia. ff. de ſuſpect. tuto.* & dato concurſu regulæ, quę nocet cum ea, quæ prodeſt, præualet illa, quæ nocet. *l. ſi quis in graui. ff. ad Sillan. Ias in l. ſi Rufin. col. 1. de teſtam. milit.* & ita in ſpecie per prædictas, & ſimiles rationes concludunt cõmuniter *Doct. in l. fin. vbi Purpur. num. 41. vſque ad num. 45. Cagnol. nu. 92. ad fin. verſ. ſed pro defenſione. & num. 95. C. de pact. Anchar. conſ. 39. Fulgoſ. conſ. 73. Gratian. diſcept. for. cap. 470. num. 13. vſque ad nu. 17. vol. 3.* vbi inquit hanc opinionem etiam ſeruari per Rot. Rom. & quod non eſt tuta opinio Surdi *in conſ. 355. num. 13.*

31 Præterea DD. qui dicunt valere pactũ, & donationem de hæreditate viuentis, dicunt procedere accedente conſenſu illius, de cuius hæreditate tractatur, quod procedit, ſiue ſumus in filijs, ſiue in extraneis, *Bart. Bal. Caſtr. Iaſ. Dec. Aquenſ. Riminal. & Cagnol. in l. fin. C. de pact.* & conſentiẽs
32 in conſenſu perſeuerauerit vſque ad extremum vitæ ſpiritum, vt propriè dicit *text. in d. l. fin. Curt. iun. conſ. 98. num. 3.* quo fit, vt talis conſenſus efficiatur reuocabilis, ſi interuenire debet perſeuerantia vſq; ad mortem, cum aſſumat naturam vltimæ
33 voluntatis, quæ eſt ambulatoria vſque ad extremũ vitæ, & conſequenter volunt DD. per talem conſenſum nullum ius quæri ipſis contrahentibus, ne auferatur libera facultas teſtandi ipſi conſentienti, vt per DD. *in d. l. fin. maximè per Caſtr. num. 5. Ias. num. 12. Dec. num. 6. Cagnol. num. 87. in fin.*
34 & talis conſenſus ne dum poteſt reuocari in vltima voluntate, ſed etiam per actum inter viuos, *vt per DD. vbi ſupra. Anchar. conſ. 403. Dec. conſ. 184. num. 10. verſ. non obeſt. Fulgoſ. conſ. 73. Oldrad. conſ. 131. Ruin. conſ. 16. num. 5. & 18. vol. 2. Pariſ. conſ. 24. num. 18. 23. 24. 60. & 63. vſque ad nu. 67. vol. 2. Menoch. conſ. 1. nu. 166. & conſ. 92.*
35 *num. 46.* quod procedit eſto cum iuramento conſentijſſet, *vt latè per Pariſ. d. conſ. nu. 66. Molfeſ. conſ. 38. num. 16. 17. & 18. vbi allegat Cappell. Toloſan. deciſ. 454. Vaſqu. de ſucceſſ. lib. 2. deciſ. 18. num. 195. & 199. Theſaur. deciſ. 225. nu. 6. & ſeq. Gabri. conſ. 137. num. 13. 26. & 30. & ſeq. vol. 1.* qui ſtante iuramento loquuntur in pacto facto fauore matrimonij de æqualando filium, vel filiam cum alijs fratribus, & ſororibus q̃ tenet, ſi pater in eadem voluntate perſeuerauerit vſque ad mortem, cum poſſit reuocari ad libitum patris, qui promiſit, *allegant text. in d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. & ibi Doct. & nouiſſimè Peregr. conſ. 69. vol. 1. num. 1.* imò *in nn. 14. & ſeq.* inquit,

procedere

procedere, etiã ſtante iuramento quod pater dictũ pactũ poſſit reuocare, cùm ad validitatem illius requiratur perſeuerantia vſque ad mortem, *vltra alios allegat Boer. deciſ. 204. per totam. Decian. conſ. 48. nu. 11. & ſequ. vol. 2. Simon de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 2. nu. 64. fol. 481. Molfes. nu. 41.* qui in numeris ſequentibus
36 inquit, non poſſe agi ad intereſſe, *ex auctor. Deci: & aliorum.* In caſu iſto non interuenit Margaritella, de cuius hæreditate fuit facta renunciatio; Item, eſto, interueniſſet, prout non fuit,, debebat pemanere in eadẽ voluntate vſque ad mortem, in qua non permanſit, cùm inter viuos diſpoſuit, & cùm ſint clariſſima hæc de iure, quod renuntiatio tantummodo habet locum, data morte ab inteſtato illius, de cuius hæreditate fuit facta renunciatio, ſecus verò quãdo condidit teſtamentum, & perſonam, quæ renũciauit, inſtituit, vel illi aliquid legauit, nam tunc renuncianti acquiritur, & non illi cui fuit renunciatum.

Multò fortius prædicta procedunt in ca-
37 ſu iſto, cùm per hoc pactum efficitur dotis conditio deterior, quod de iure non valet, *l. 2. ff. de pact. dotal. Afflict. deciſ. 154. Theſaur. deciſ. 230. Barbo. repetit. l. 2. part. 1. num. 141. cum multis. ff. ſolu. matrim. Surd. conſ. 78. Ant. Fab. in ſuo C. lib. 5. tit. 9. de*
38 *pact. conuent. defin. 1. & 2.* vbi idem dicit procedere in augmento dotis, & ſic in pun-
39 cto in caſu, quo verſamur, & non minus dicitur continere publicam vtilitatẽ augmẽtum dotis quod continet ipſa dos, quẽ refert, & ſequitur *Fontanel. de pact. nuptial. clau. 4. gl. 9. part. 5. num. 182. fol. 137.* & in dote data â patre, cum pacto quod præ-
40 mortuo marito aliqua pars dotis remaneat penes hæredes mariti, quod tale pactum ſit nullum, eſt *text. in l. quamuis. C. de pact. conuent. Bar. conſ. 126. num. 1. Soci. in l. 2. ff. ſolu. matrim. num. 5. Ias. num. 8. Alciat. num. 14. Zaſ. num. 13.* & receptam eſſe ſententiam, aſſerit *Bal. nouell. de dot. 7. part. primil. 11. num. 15. Boer. deciſ. 208. num. 2. & contra Roma. & Crot. tenet. Barbos. in d. l. 2. num. 143. verſ. Secundo amplia, & nu. 144. Marquill. inuſat. de inteſtatis quæſt. 29.* Vnde, ſi per Portiam fuiſſet pactitatum cum Don Antonino, quod caſu mortis eius mariti, ſi aſſecundaret ad ſecunda vota, & ſoror eius Margaritella voluiſſet aliquid dare in augmentum dotis, vt nubat ſecundo viro, tale augmentum ipſa Portia renunciabat, & donabat D. Cler. Don Antonino eius fratri tale pactum erat ipſo iure nullum, tanquam tendens, & faciens dotis conditionem deteriorem, & multos referens dixit *Fontanell. vbi ſupra num. 181.* licet ipſe per plures numeros diſputet quæſtionem, quando mulier fecit donationem filijs illi-
41 us matrimonij in contractu matrimoniali quod ſi ipſa præmoriatur valida ſit donatio, ſecus ſi præmoriatur maritus, quia tunc liberè poterit dotare, & non tenebitur ſtare pacto, cùm eſſet contra publicam vtilitatem, quæ vult dotes mulierum eſſe ſaluas vt nubere poſſint, *l. prima. ff. ſolut. matrim.* cum alijs tenens in caſu ſuo validum eſſe pactum ab initio, ſed pendere à futuro
42 euentu, vt appareat, an mulieris conditio fiat deterior, quod non eſt in caſu iſto, nam à principio nullum eſt pactum, cũ id, quod eſt promiſſum verificatur tempore ſecundi viri, vnde impedit ad ſecundo nubendum, vt ex eis per eum allegatis clariſſimè patet.

Quo ad tertiam in dotibus Margaritellæ nullum eſt fideicommiſſum, nam eſt pactum, quod caſu ſeparationis matrimo-
43 nij per mortem Margaritellæ ſine filijs dotes reuertantur ad dotantem, & ipſa poſſit diſponere de vncijs ducentum, hic caſus euanuit, quia matrimonium fuit ſeparatum per mortem ſponſi, & ſic dotes remanſerunt liberæ pro ſponſa. *text. eſt. clarus il l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matrim.* vbi Iuriſconſultus inquit, quod qui ſibi prouidit in vnum caſum reſtitutionis dotis, alij renunciare videtur, & in eum caſum, in quẽ non pepigit mulieri eſſe actionem, & quod
44 prouiſio in vnum caſum non porrigitur ad alium per viam tacitæ incluſionis, ſed potius inducit excluſionem conſenſus in alio caſu vltra *gl. Bart. & alios in d. l. ſi cum dotẽ. eſt gloſ. notab. in cap. fin. de capita, qui cur.*
45 *vendi in vſib. feud.* quæ vult, quod licet vaſſallus teneatur in pluribus ſeruire domino vt notatur in capitulo primo, quibus mo-
46 dis feudum ammittatur, ſi tamen dominus ſibi prouidit in vno caſu, cæteris renunciaſſe videtur, & qui dicit conditionem euenijſſe, id probare debet, *l. ex his. C. quando dies legat. cedit Alciat. in præſumpt. 3. nu. 1. in fin. Bald. & Salycet. l. cum te. C. de probat.*
48 & petens ſe admitti ad fideicommiſſum, probare debet fuiſſe vocatum in caſu illo, aliàs ſuccumbit, *l. ei, qui dicit. ff. de probat: & in puncto gloſ. in l. qui duos. in verb. ſuperſtes fuit. ff. de reb. dub. l. ſi quis ita ſubſtituerit. ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. Oneded. conſ. 78. vol. 1. num. 1.* nam ſemper ad excluſionem Actoris ſufficit dicere, quod eo caſu nõ loquitur ſubſtitutio. *Oldrad. conſ. 21. Riminal. iun. conſ. 110. num. 15. & ſeq. lib. 1. & conſ. 171.*

conſ. 171. *num.* 87. *& ſequ. lib.* 2. qui dicit regulam procedere, etiã ſi diceretur, quod teſtator voluerit illum caſum includere,
49 nam non ſufficit id velle, niſi aliquo modo diſponat *l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtituend. Soci. Iun. conſ.* 111. *num.* 28. *lib.* 1. *& Onded. num.* 10. *& ſeq.*

Tantò magis, quod caſus ſeparationis per mortem mariti fuit prouiſus, quod tunc dotes reſtituantur ipſi Margaritellæ, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, in perpetuum, & hic caſus fuit verificatus, vnde dotes reuerſæ fuerunt ad Margaritellam liberè eiuſque hæredes, & ſucceſſores.

Non obſtat, quod ex aduerſo ſubtiliter conſideratur, quod licet hoc ita ſit in capitulis matrimonialibus, & diffugere non poſſunt, cùm ſit valdè clarum, tamen in ſtipulatione illorum fuit replicatum, quod Margaritella non poſſit de eis diſponere, niſi quoad ſummam vnciarum ducentum tantum, inferendo, quod ſufficiebat ſola approbatio capitulorum, vnde cùm fuiſſet deuentum ad ſpecialitatem, quod non poſſit diſponere niſi de vncijs ducentum, hæc verba poſſunt comprehendere omnem caſum prohibitionis alienationis. Errant enim in hoc intellectu, nam lecto toto capitulo contrarium videtur, videlicet illa verba acceptãtes, & affirmantes ipſi d. ſpõſi exiſtens ipſa d. ſponſa cum auctoritate ſui mariti vt contra limitationes, quas habuerunt de ipſis dotibus, & quod ipſa d. ſponſa non poſsit de eis diſponere, nec aliquod facere, niſi quoad ſummam vnciarũ ducentum tantum, & renunciationem, ac donationem omnium iurium competentiũ ipſi d. ſponſæ tam ſuæ iure naturæ, & legitimæ (iuxta formam capitulorum prædictorum) ex quibus verbis patet primò, quod acceptant limitationes, inter quas eſt, quod non poſsit diſponere, limitatio
50 enim eſt de regula, & ſic in caſu excepto.

Caſus enim exceptus eſt, ſi ſeparatur per mortem vxoris, hoc enim in caſu eſt limitata diſpoſitio dotis, nam debet reſtitui Paulo Sollima eius patri dotanti, eiuſque hæredibus, cum alius caſus, ſi ſeparatur ob mortem viri, reſtituitur dos Margaritellæ, & eius hæredibus. Item approbatio dictæ limitationis eſt iuxta formam capitulorũ, vnde per ſtipulationem iſtam non ſunt alterata capitula, cum eſto, fiat mentio de diſpoſitione dictarum vnciarum ducentũ; tamen dicitur iuxta formam capitulorum
51 prædictorum; vnde relatum eſt in referente cum ſuis conditionibus, & qualitatibus *l. aſſeto. ff. de hæred. inſtit. vbi plenè Bart. & alij. Dec. conſ.* 647. *num.* 3. *Grauet. conſ.*
52 45. *num.* 4. & attenditur relatum, & non referens, *Pariſ. conſ.* 19. *nu.* 74. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 180. *nu.* 3. *lib.* 2. *Caſtill. deciſ.* 64. *nu.* 26.
53 & Paria ſunt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem, *l. ſi nominatim. ff. de condit. & demonſt. Pariſ. conſ.* 122. *nu.* 3. *& ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 2. *num.* 44. *lib.* 3. *Caſtr. conſ.* 91. *in fin. lib.* 1. Et quod referens cenſeatur continere idem, quod eſt in relato. *Soc. conſ.* 77. *nn.* 6. *& conſ.* 89. *nu.* 9. *lib.* 1. *& conſ.* 188. *nu.* 3. *& 4. lib.* 2.

Præterea quando Margaritella nupſit ſecundo viro in Anno 1575. pactitauit, quod dotes ipſi reſtituuntur, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, & non aliter, nec alio modo, volens verè annullare limitationem appoſitam in eius primo matrimonio, pro ut fuit nulla, ex quo caſus ille non venit. Ex iſtis enim clarè patet, nullum fuiſſe impoſitum fideicommiſſum ipſi doti, & legantur prima, & ſecunda capitula matrimonialia, non videbitur in eis ſcriptum verbum, quod dicat approbata fuiſſe capitula cum vinculis, conditionibus, ſed tantummodo iſta verba (cum obligationibus, renuneiationibus claaſulis ibidem expreſſatis) & in ſtipulatione ſunt illa verba (approbantes limitationis iuxta formam capitulorum) & quando prædicta on eſſent, vt apparet in dictis capitulis, attamen ſemper dos Margaritellæ dicetur
54 libera, cùm fuerit data pro ſua legitima, in qua nullum poterat imponi onus per patrem, *l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* & licet de conſenſu filiæ poſsit. *Mila. deciſ.* 11. *lib.* 1. *num.* 77. *& ſequ.* limitatè tamen fuit per eam conſenſum, & probatio fideicommiſſi in qua pars ſe fundat debet eſſe clara, & concludens, nec dubia re-
56 leuat, cum in dubio ea eſt ſumenda interpretatio, quæ fideicommiſſum excludit, *Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. Gratian. conſ.* 68 *num.* 8. *lib.* 1. *Riminal. iun. conſ.* 50. *nu.* 55. *lib.* 1. *& Onded. d. conſ.* 78. *nu.* 12. *Surd. deciſ.* 210. *num.* 5. *& ſeq. & conſ.* 279. *num.* 5. *Burg. de paz. conſ.* 34. *num.* 13. *cum ſeq. Azeued. conſ.* 18. *num.* 18.

Nec obſtat, quod Margaritella in emptione reddituum dixit emere iuxta formã cõtractus matrimonialis, & cum interuentu fratris, qui erat hæres patris, quoniam primò reſpondetur hoc nihil eſſe, nam dũ dicit iuxta formam contractus matrimonialis, ſi in eo euanuit vinculum, vtique non erit vinculum, cum ſe retulit ad contractum, in quo nullum erat vinculum. Item licet interuenit frater, potuit eſſe,

quia

quia ita primò tempore matrimonij erant empti redditus, & illi, qui depositarunt, fuit necesse, quod cùm dictis vinculis depositarent, stante pacto, quòd deberent emi redditus pro cautela dotis cum interuentu dotantis, & hæredum, & si Margaritella voluisset quòd amoueretur dicta clausula, erat necessaria sententia Iudicis, & erogandæ multæ expensæ, quas non reputauit necessarias facere. Secundò respondetur, quod, esto, Margaritella confessa fuisset has dotes esse fideicommisso subiectas, cùm verè non sint, sibi non præiudicat, *Soc. iun. cons.* 112. *num.* 2. *& 3. lib.* 1. *Menoch. cons.* 91. *num.* 39. *vol.* 1. *& cons.* 105. *num.* 95. *& seq. Peregrin. cons.* 83. *nu.* 10. *vol.* 1. *Surd. cons.* 403. *num.* 76. *& seq. Decian. cons.* 10. *num.* 85. *cum sequ. vol.* 3. *Castill. decis.* 64. *num.* 27. Item dum asserebat esse vinculata, vt ex cõtractu matrimoniali, erat ex falsa causa, cùm in illo non legitur fideicommissum, at certum est, ea, quæ ex falsa causa fiunt, nullius esse valoris nam vbi adest error, operatur, vt non adsit consensus, *l. nihil consensui. ff. de reg. iur. vbi Decian. & glos. Cras. de except. cap.* 8. *Muta. decis.* 73. *num.* 12. *& ex auctoritate multorum dixit. Menoch. in d. cons.* 91. *nu.* 40. *& seq. inferens ad plura exempla, & num.* 50. loquitur in fratre, qui diuisit propria bona, præsupponens esse hæreditaria cùm non sint, *& post alios Felic. de societ. cap.* 40. *num.* 2. *& seq.* vbi conludunt nullum sibi intulisse præiudicium.

Quò ad quartam, quod Antoninus sit hæres Margaritellæ, DD. disputant, quando ex verbis dicatur adita hæreditas, & quando ex facto, & gestis, si primò miramur verba dicimus esse plene probatum eum esse hæredem, apparet ex tribus contractibus, in quibus contrahit, vt hæres Margaritæ, in hoc casu per hanc assertionem dicitur adiuisse hæreditatem, & talis confessio, quòd ipse sit hæres probat non solum, quo ad illos, qui cum ipso contraxerunt, verum etiam, quo ad omnes alios quandoquidem *Bart in l. pro hæred. ff. de acquir. hæred. nu.* 14. distinguit, quod aut cõfessio, quod sit hæres, est prolata ab eo, qui potest esse hæres, aut ab eo qui non potest esse hæres; primo casu, prout est noster, cõfessio est facta à Don Antonino Sollima, qui erat frater, & astrictior in gradu Margaritellæ, & sic ipse poterat esse hæres, & debebat succedere, vt hæres, & hoc in casu talis confessio nocet ipsi, quo ad omnes, secundo casu, quando idem Antoninus asseruisset se hæredem Margaritellæ, quæ reliquisset filios, prout non reliquit, ex tunc non poterat ipse esse hæres, ex quò ad filios spectabat successio, *§. primo. Instituta de succes. quæ ab intest. deferu. Torret. cons.* 5. *nu.* 1. *lib.* 1. vbi iura, & auctoritates refert talis confessio ipsi noceret, quò ad illum, cum quo contraxit, & non quo ad alios, quam opinionem. *Bart. sequitur Bal. in l. potuit. C. de iur. deliberan. Aret. in l. gerit col.* 5. *ff. de acquirend. hæredit. Matesila notab.* 34. *Ruin. cons.* 113. *num.* 6. *lib.* 3. *Iaf. l. ex his verbis. col.* 3. *vers. octauò limita. C. de testam. milit. Decian. cons.* 35. *num.* 3. *alios refert Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 100. *nu.* 22. *& post eum Vinc. de Franch. decis.* 694. auctoritati quorum magis est credendum, vt distinguentium, cùm distinguens magis proximus sit veritati, ita *Salyc. in l. filiæ. vers. ex prædictis. num.* 2. *C. fam. ercisc. Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 71. *num.* 47. *Peralta. l. cum ita legatur. §. d. legatario. num.* 4. *ff. de legat.* 2. *Ceual. cons.* 240 *num.* 21 *lib.* 2. *Octauia. decis. Pedamont.* 21. *nu.* 16. *Ceual. tract. cõmunes contra communes, in præfat. nu.* 56. *& 57. vbi alios refert.*

Secundò, si miramur facta, & gesta per Antoninum etiam plenè probatum est per eum aditam esse hæreditatem Margaritellæ, nam postposita distinctione. *Menoch. d. lib.* 4. *præsumpt.* 100. me restringo ad casum, quòd, quando fit aliquid, quòd non potest fieri citra ius, & nomen hæredis, tunc dicitur adita hæreditas. *l. pro hærede. §. Papinianus. & §. fin. & Bart. in d. l. gerit. num.* 19. *ff. de acquirend. hæred. Bald. in d. l. potuit. num.* 15. *Nacl. cons.* 140. *num. fin. & Menoch. d. præsumpt.* 100. *num.* 2. *qui in nu.* 19. dat exemplum, quod est præsentis causæ, videlicet, quando quis exigit debitores hereditarios, hic dicitutur adiuisse hæreditatem, cùm actus iste fieri non possit citra ius, & nomen hæredis, refert Iura, & auctoritates, & post alios *Farinac. Rot. Rom. dec.* 495. *num.* 2. *tom.* 2. *fol.* 36. qui loquitur in eo, qui locauit domos hæreditarias; apparet enim, quòd Don Antoninus post mortem Margaritellę exegit census decursos maturatos in vita ipsius Margaritellę à matre Clientis eius debitrice; Item exegit census decursos vnc. sexdecim, ad quas ipse Don Antoninus tenebatur ipsi Margaritellę, hęc omnia discutiuntur a Doctoribus, quando non apparet titulus hęredis in exactione, at quando titulus hæredis est expressus, tunc nemo ex Doct. talem punctum differit, vt clarum de iure, cùm tunc quando dicit se contrahere, vt hęredem constat de animo, quòd voluit adire iuxta

ta *text. in l. gerit. ff. de acquir. hæredit.*

Non obstat primò, dum prætenditur fuisse factam protestationem per Camillam Sollima, vxorem dicti Antonini, tunc assertam donatariam, quòd quatenus possideret bona post mortem Margaritellæ, non intendit adire eius hæreditatem, sed ex fi-
65 deicommisso ea possidere, & quod hæc protestatio conseruat ius protestantis, *cap. cũ M. Ferrariensis. de constit.* & in protestatione facta per eum, qui non vult esse hæres, loquitur *Surd. decis. 154. nu. 19. vsque ad fin. Menoch. cons. 44. nu. 22. vbi multos allegant.*

Respondetur primò, quòd hæc protestatio fuit facta à Camilla, quæ exinde declarauit donationem per Antoninum ipsi factam, simulatam esse, & omnia ad Antoninum spectare, actus autem exactionum titulo hæreditario sunt facti ab Antonino fratre vero hærede, & successore Margaritellæ. Item, esto, ab Antonino esset facta protestatio, nullius ipsa est momenti, nam conseruat ius protestantis in actibus, qui
66 exinde fiunt, & possunt intelligi fieri titulo non hæreditario, at quando actus exinde facti aliter intelligi non possunt, quàm aditionis hæreditatis, tunc protestatio tanquam contraria facto non releuat, ita in punctо, idem *Menoch. in d. cons. 44. nu. 22. in fin. vers. ex quibus declaratur, & post eum idem Surd. d. decis. 154. in fin. vbi allegat Menoch. in d. cons. num. 22. allegantem Grauet, & alios, & Nacc. in cons. 140. num. 11. & 12. vers. sin autem ferina exegisset*, vnde cum isti actus exinde facti nullo alio titulo possint fieri, nisi hæreditario Margaritellæ cùm non sit dare fideicommissum, vt latissimè fuit ostensum, sequitur esse legitimè probatum Antoninum vti hęredem possidere.

Vanitates sunt, quę ex aduerso dicuntur ex forma ritus debere probari mortẽ,
67 & successionem, exinde posse Actorem se dirigere, nam licet sufficiat intra quindenam fieri talis probatio, vt testatur *Io. Aloys. de septimo cap. ritus* 103. qui dicit hanc opinionem seruari in M. R. C. & veram etiam esse de iure cõmuni per doctrinam *Bart. in l. 1. col. 2. ff. indicat. solui.* licet secus sit, quando agitur contra tertium
68 pro censibus bullalibus; nã tunc tale extremum debet esse verificatũ ante implementũ executionis, vt alios referens dixit *addit. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. num. 98. & seq.* licet pluries vidi sufficere, quod sit productus vnicus testis, tamen in casu isto omnia hæc sunt verificata, non solum ante implementum executionis, verum etiam & satis ante ipsam executionem, & hæc omnia, sufficit, si non mittuntur cum scripturis ad effectum, quod mittantur cum scripturis in concurrendo ante decisionem causæ, ex quo sunt actus publici, quod fa-
69 ciunt maiorem fidem, quam faciunt testes recepti in vim extremorum, maximè, quod sunt actus facti per ipsum et Antoninum,
70 qui, quò ad eum sunt probatio probata ex notatis per *Rom. in cons.* 104. & *Honded. cons.* 84. & si fuissent testes recepti ante implementum, per quos probaretur mors, & successio, qui testes non fuissent missi cum scripturis ad effectum secundum opinionem partis aduersæ, non potuissent amplius mitti in concurrendo ad ostendendũ legitimationem personę conuenti, & nihil ominus hoc dicere est somnium, & ridiculum, vltra quod in magnis Tribunalibus, vbi tantum Deus ipse miratur, hæ iuris apices sunt reiectæ, & sufficit quandocunque recipiantur testes pro verificando hoc extremo, cùm non agatur de captura personæ hęredis, vt indiscreti, nec de bonis proprijs, sed de bonis debitoris mei, cuius ipse est hęres.

Quò ad quintam, cùm sit debitor Anto-
71 ninus in vnc. sexdecim annalibus, statim ac successit Margaritellæ creditrici fit extinctus contractus bullalis ex *Rodor. de ann. reddit. lib. 2. quæst.* 19. qui quæso, legatur nam casus eius est in debitore, qui subiugauerat maioratum pro restitutione dotis cum licentia Principis, & pro alio debito dotali posteriori, exinde obligauit omnia bona generaliter. Primus creditor reliquit exinde hæredem ipsum debitorem, qui adita hæreditate, decessit secũdus creditor contendit redditum illum per creditorem communi debitori relictum, & per consequens sibi hipotecatum ad ipsius solutionẽ distrahẽdum, è contra maioratus successor dicebat redditum extinctum ipso iure, statim ac debitor successit Creditori suo, & ratio est, quia ibi agitur per secũdum Creditorem de acquirenda noua hipoteca, & sic de lucro, maioratus verò successor agit
72 de damno vitando, & iura magis fauent ei, qui certat de damno vitando, quàm ei, qui agit de lucro captando. *l. fin. ff. ex quib. caus. maior Rodor. d. quæst. num. 29. in fin.* & hic casus est longè diuersus à nostro, nam redditus, qui per Antoninum debebatur erat obligatus in vita ipsius Margaritellæ, &
73 per consequens non permittitur confusio actionum, quando fit tertio præiudicium. *l. debitor. ff. de separ. l. hæres. §. quòd si hic hæres seruus. ff. de solut. l. generaliter. ff. de fideiuss.*

fideiuſſ. Dec. l. debitori. num. 22. C. de pact. Rodor. d. quæſt. nu. 1. & melius nu. 33. vbi limitat non confundi, quando creditor antequam obiret hipotecam in alium trāſtuliſſet, prout hic, *l. ſi hæres la ſeconda. & ibi Bart. ff. ad trebell. l. hæreditatem, & ibi gloſ. in fin. ff. de donat. l. quis ergo caſus. ff. de pecul. leg. alios refert Rodor. d. num. 33. in fine.*

Item dictus Antoninus noluit extinguere prædictum cenſum, nam à ſe ipſo exegit vt per actum publicum apparet. Item etiā nec de hoc redditu ſolo agitur in hæreditate Margaritellæ, cum ſint etiam plures alij redditus.

Præterea, ſi non eſſet redditus ille vnc. ſexdecim, ſed fuiſſet ſimplex debitum, quod Antoninus debebat eius ſorori Margaritellæ, & exinde, vt hæres Margaritellæ Cancellari ſibi feciſſet contractum, ex quo ex ſemetipſo exegit, numquid ſi eſſent Creditores ſuper hæreditate Margaritellæ, poſſent ab eo repetere exactum, & aut dicimus eſſe hæredem cum beneficio legis, &
74. inuentarij, tunc ſi miramur ritum ſub cap. 25. facta iniunctione ad exhibendum bona contenta in inuentario, ſi non exhibet, te-
75 netur de proprio, ſin verò eſt hæres indiſcretus tenetur de perſona, & in bonis proprijs *Oldrad. in conſ. 134. Anchar. conſ. 411. Tuſc. litt. H. concl. 85. num. 1.*

Vnde veriſimum eſt, hæredem totum id, quod ad eum peruenit, teneri ad ſoluendum creditoribus hæreditarijs, imò, quod
76 magis eſt, fructus per hæredem percepti augent hæreditatem in beneficium Creditorum, & tenetur hæres ad ſolutionem illorum Creditoribus hæreditarijs, prout in puncto dixerunt *Laderch. conſ. 8. lib. 1. nu. 1. vſque ad 3. Vincen. de Franch. deciſ. 613. nu.* 18. qui claris verbis loquitur in fructibus non extantibus, & hæres tenetur tantumdem refundere *Riminal. Iun. conſ. 496. nu. 8. & poſt Bart. & alios Peregr. de fideicom. art. 49. nnm. 77. qui in nu. 74.* inquit aliud eſſe,
77 quò ad legatarios, nam legatarij agunt de lucro, Creditores autem de damno.

Ex quibus omnibus clarè patet iuſtitia Clientis, reliqua ſuppleat Sp. Iudex in cauſa. Meſſanæ die 7. Decemb 1619.

Die 11. Decembris 1619. fuit deciſum in fauorem Clientis per Magnam Curiam Archiepiſcopalem, quod reijciantur oppoſitiones.

Die 13. Auguſti 1622. per Reuerendiſſ. Iudicem Tribunalis R. Monarchiæ fuit reuocata interlocutoria prædicta, & deciſum contra Clientem, & cùm fuiſſet petita Reuiſio per Iudicem Eccleſiaſticum cum voto Tribunalis R. Conſiſtorij; fuit reuocata, & deciſum in fauorem Clientis ſub die 2. Martij 1624. & partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium quoties non eſt capax bonorum, tunc bona Monachi durante vita illius retinentur per hæredes venientes ab inteſtato, vel per eos, quibus facta eſt diſpoſitio per ipſum grauatum.*

2 *Monaſterium quoties eſt capax durante vita Monachi grauati poſſidet bona vinculata excluſo ſubſtituto, etiam ſi ſint illa verba; ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio.*

3 *Subſtitutio euaneſcit, ſi viuente Monacho moritur ſubſtitutus, nam tunc ſuccedit ipſi Monacho Monaſterium.*

4 *Grauatus durante ſua vita poteſt diſponere de bonis, & tenet, eo viuente, in præiudicium ſubſtituti vocati in caſu mortis.*

5 *Legitima non comprehenditur in grauamine.*

6 *Legitima ſi ſunt quatuor filij infra, erit tertia pars, ſi ſunt quinque, vel plures, erit ſemis inter omnes filios diuidenda.*

7 *Trebellianicam etiam cuilibet extraneo debetur, non prohibita à teſtatore.*

8 *Trebellianica teſtator non poteſt prohibere filijs primi gradus, quod etiam procedit in legitimatis. Per reſcriptum. num. 10.*

9 *Vinc. de Franch. deciſ. 612. impugnatur.*

11 *Legitima, & Tribellianica poteſt etiam ab hæredibus grauati detrahi.*

12 *Ius detrahendi legitimam, & Tribellianicam tranſit in emptorem bonorum.*

13 *Bona primo alienata eſto ſtabilia, ſeu mobilia imputantur in portionem Legitimæ, & Trebellianicæ.*

14 *Trebellianica eſt quarta pars hæreditatis, quæ hæres eſt grauatus reſtituere.*

ARGVMENTVM.

Monaſterium durante vita Monachi poſſidet bona vinculata excluſo ſubſtituto, & quid ſi non ſit capax: an retineantur per veniētes ab inteſtato, vel per eos, quibus facta eſt diſpoſitio per ipſum Monachū, & Legitima, & Trebellianica, quæ filijs primi gradus prohiberi non poteſt, an poſſit detrahi ab hæredibus grauati, & etiam ab emptore bonorum.

CON-

CONSILIVM VIII.

IESVS MARIA.

REquisitus vt dicam, quid iuris censeam in fideicõmisso facto per quondam Octauium Scribani, in eius testamento, in quo voluit, quòd morientibus eius duabus filijs hæredibus vniuersalibus sine filijs vna succedat alteri, & mortuis omnibus sine filijs, & descendentibus in dictis bonis succedant Fabricius, Annibal, Marcus Antonius, & Hector Scribani eius fratres, & in eorum, seu cuiuslibet eorum defectu succedant eorum filij, & cum ambæ filiæ prædictæ ingressæ fuerint Monasterium S. Barbaræ, vbi professionem fecerunt, facta prius de omnibus earum bonis donatione Hectori Scribani eorum Patruo, de quibus mortua est vna. Idcircò videndum, an sit locus fideicommissi in personam fratrum prædictorum, vel durante vita dictæ filiæ esto professa sit, donatarius debet gaudere omnibus bonis, & quæ bona teneatur restituere mortua dicta filia, an saltim quo ad legitimam, & trebellianicam competentem dictæ filiæ donatarius ipse excludat prædictos substitutos.

Breuitati adhærendo, & omissa disputatione eorum, qui dixerunt quoties Monasterium non est capax bonorum durante vita grauati, bona interim debere retineri per hæredes venientes ab intestato, vel per eos, quibus facta est dispositio per ipsum grauatum, vt per *Ioann. Andr. in addit. ad speculat. in tit. de stat. Monach. §. 1. super vers. 3. & in cap. 1. de Religios. domib. in 6. Federich. de sen. in cons. 26. Clement. de patr. potest. effect. vltimo. num. 75.* & *alij allegati ab Honded. in cons. 62. nu. 17. vol. 1.* contra quos ipse *Honded.* contrarium tenet. Tamen quoties hæres grauatus professus est Religionem capacem bonorum in communi, prout est præsens casus, nam Monasterium capax est bonorum, tunc substitutus excluditur ante mortem naturalem grauati, vt dixit *Honded. in. d. cons. 62. nu. 37. vbi allegat Bart. Bal. Angel. Imol. Ruin. Soc. iun. Abb. Dec. Bero. Alex. & plures alios.* & hanc opinionẽ alios referens dixit *mag. comm. Alb. in cons. 702. & ibi addit.* vbi multos alios refert, & loquitur, quando adsunt illa verba (si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis) & indubitatum dicunt esse scribentes Monasterium interim in vita Monachæ possidere bona fideicommissario restituenda post illius mortem naturalem, & moriente interim substituto euanescere substitutionem, *ad tex. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iur. Fisc. vbi Bart. multos alios refert. Pereg. in tract. de fideicomm. art. 28. num. 81. Intrigl. de substitut. centur. 3. quæst. 36. in fin. & post eum Carol. Bardell. cons. 57. nu. 2. vol. 1.* Erit igitur vere concludendum in casu isto, quod si respectu Monasterij non est locus substitutis, sed expectatur dies mortis naturalis: eodem modo, & legitimè potuerunt donare durante earum vita, nam licet bona sint fideicommisso subiecta, tamen valet alienatio durante vita ipsius alienantis in præiudicium substituti in casu mortis *l. fin. §. sed quia C. eommun. de legat. vbi Paul. de Castr. & Ias. in num. 8. Alex. in cons. 23. num. 12. lib. 1. & Paris. cons. 57. nu. 22. lib. 3. Alba. cons. 327. num. 1.* qui loquitur in donatione facta per grauatum. *Menoch. in cons. 105. num. 23. 24. & seq. vol. 1. & cons. 732. nu. 35. latissimè Milan. decis. 1. num. 146. vsque ad nu. 152. lib. 2.* vbi quod similiter potest grauatus prædicta bona hypotecare, & pignorare, & super eis annuum censum imponere, licet huiusmodi contractus resoluantur aduenientе fideicommisso, *ex trad. per Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. num. 9. Mastril. decis. 150. nu. 4.* & per consequens ipse Dominus Hector Scribani legitimè sibi bona donata possidebit durante vita ipsius donantis, exclusis alijs eius fratribus substitutis.

Post mortem ipsius donantis vtique sibi poterit retinere medietatem omnium bonorum ratione legitimæ, & trebellianicæ, ex quo assertum fideicommissum factum per dictum quondam Octauium nullo pacto comprehendit legitimam, cùm filius grauatus restituere hæreditatem, in legitima grauari non possit, *l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. testam. c. Rainal. §. dilectus filius. & cap. Rainutius. & ibi can. de testam. Cyn. in l. ex tribus. C. eodem titulo. Bart. in l. 1. §. fin. ff. de vulgar. & pupill. Ruin. cons. 58. nu. 8. lib. 2. Bal. in l. filium, quem habentem col. 10. vers. vlterius quæritur. C. famil. hercisc. Rolan. à Vall. cons. 78. num. 2. lib. 1. Alba. in d. cons. 327. num. 2. Honded. in cons. 63. nu. 74. vbi allegat etiam Graff. & alios DD. Paris. cons. 12. num. 30. lib. 2.* quæ legitima est tertia pars, ex quo remanserunt duæ filiæ tantum, nam quando sunt quatuor, vel pauciores, tunc competit tertia pars quando verò sunt quinque, vel plures, tunc legi-

tima

tima aſcendit ad medietatem inter omnes filios diuidendam, §. 1. *Authent. de Trient. & ſemiſſ. l. cum quæritur. & in Authent. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. Cefal. conſ. 109. num. 30. lib. 1. Menoch. conſ. 88. nu. 9. lib. 1. alios refert Honded. in conſ. 59. nu. 9. & 10. vol. 1.*

Nec minus comprehendit trebellianicam, nam quilibet etiam extraneus hæres
7 grauatus per fideicommiſſum vniuerſale ſemper illam detrahit, §. *ſed quia hæredes inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. Peregr. tract. de fideicomm. artic. 3. num. 1. & 4. & 51. Alb. d. conſ. 327. nu. 2. Bec. conſ. 23. vol. 1. col. 1. Coſta in cap. ſi pater. in 2. part. in verſ. debitè num. 21. in princ. Bero. conſ. 79. num. 35. vol. 2. alios refert Surd. in conſ. 459. nu. 24. & conſ. 541. num. 9. & conſ. 576. num. 40. vol. 4. Pariſ. conſ. 83. num. 17. & conſ. 12 num. 31. lib. 2. Menoch. conſ. 1023. nu. 27. lib. 11.* quoniam pater non prohibuit detractionem trebellianicæ, vt ex ipſo teſtamento clariſsimè legitur, imò eſto, pro-
8 hibuiſſet (quod negatur) tamen filijs primi gradus illa prohiberi minimè poteſt, *l. iubemus. C. de trebell. Ceph. conſ 557 nu. 8.* & latiſsimè hanc opinionem confutatis alijs tenuit *Peregr. d. art. 3. num. 107. & ſeq. & idem Peregr. in conſ. 68. nu. 9. vol. 3. Impugnatis Honded. in conſ. 56. & conſ. 66. vol. 4. Franch. deciſ. 11. Viu. deciſ. 3. Menoch. in conſ. 272. & 277. &* contrarium
9 affirmantibus, non obſtante, etiam eodem *Vinc. de Franch. in deciſ. 612.* qui ampliat poſſe prohiberi nō ſolum expreſſe, ſed etiā tacitè, *& in nu. 10. inquit idem Peregr.* pro-
10 cedere etiam in filijs primi gradus naturalibus legitimatis per reſcriptum; qui in *deciſ. 2. num. 12.* dicit ita pluries fuiſſe deciſum, & quod etiam bis vidit deciſum in excellentiſsimo conſilio de 40. & poſt eum *Carol. Bardellon. in conſ. 67. num. 3. vbi allegat. Burſat. Bott. Turret. Borrel.* & dicit, quod verè ſemper vidit huiuſmodi opinionem canonizatam fuiſſe coram Perillustri Senatu Mantuæ, dicitque eſſe crebriorem, ac veriorem ſententiam in iudicando, & conſulendo ſequendam, *& in nu. 27. & ſeq.* inquit, quòd ſicuti pater nequit in totum præiudicare filijs primi gradus reſpectu trebellianicæ, ita nec pro parte apponendo aliquod grauamen, & ex auctoritate *Eugenij in conſ. 38. num. 46.* ait talem paternam diſpoſitionem habere legem reſiſtentem, & concludit, quod integraliter debetur, & legitima, & trebellianica ex legis diſpoſitione, æqualiter enim procedunt legitima, & trebellianica reſpectu grauaminis, & deductionis, nam debetur filijs ex diſpoſitione legis, & contra voluntatem teſtatoris eam prohibentis. *Ceph. d. conſ. 657. num. 7. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. num. 7. tit. 11. num. 7. & num. 11. Gabr. conſ. 86. num. 23. in 2.* & hæc opinio in Regno Siciliæ fuit amplexa, nam ita fuit deciſum in cauſa Don Mariani Spatafora Baronis Maczarræ contra Donnam Violantem, & aliàs eius ſorores, ſic per Regiā Curiam Straticotialem, ſic etiam, & confirmata prædicta ſententia per Magnam Regiam Curiam, & in multis alijs cauſis imò legitima, & trebellianica non detracta
11 per filium grauatum, poteſt per eius hæredem detrahi. *l. quanquam. vbi Bal. Salic. & Corn. C. ad l. Falcid. Port. Imol. conſ. 9. nu. 7. in fin. & 8. Burſat. conſ. 19. num. 37. lib. 1. Viui. deciſ. 405. num. 8. Pariſ. d. conſ. 83. num. 18. lib. 2. Honded. conſ. 63. num. 76. vol. 1.* Imò hoc ius tranſit in emptorem
12 bonorum, nam poſſunt, quando conueniuntur à fideicommiſſarijs excipere quod Grauati non poterant grauari in legitima, & trebellianica, *DD. in l. in quartam. vbi Rip. ff. ad l. falcid. Soc. conſ. 97. vol. 3. Surd. d. conſ. 576. nu. 41. vol. 4.* & illa primò alienata, eſto, mobilia, ſiue ſtabilia
13 ſint, imputantur in portionem legitimæ, & trebellianicæ, *DD. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell. omnes. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. Cephal. conſ. 189. nu. 19. & ſeq. multos refert Honded. in conſ. 59. nu. 12. & 13. vol. 1.* & in legitima, & trebellianica loquitur *Bal. in l. filium quem habentem col. 15. verſ. vlterius creditur. C. famil. erciſc. Dec. conſ. 202. num. 8. Abb. d. conſ. 327. num. 2. vol. 2. Pariſ. d. conſ. in nu. 30. lib. 2.*

14 Et hæc trebellianica eſt quarta pars hæreditatis, quam hæres inſtitutus, fuit rogatus alteri reſtituere, *l. liberto. §. filium. ff. de ann. legat. & in §. nihil autem intereſt. & §. quæ autem dicimus. inſtit. de fideicom. hæredit. Andr. Sicul. in conſ. 58. lib. 3 Gabr. conſ. 93. nu. 8. lib. 1. Ceph. d. conſ. 189. nu. 29. Peregr. d. artic. 3. nu. 2. & 21. Bardell. d. conſ. 67. num. 50.* vnde dempta tertia portione pro legitima, & de alijs duabus tertijs portionibus, dempta quarta parte pro terbellianica clariſſimè apparet importare medietatem totius hæreditatis.

Ex quibus concludo ita eſſe de iure reſpondendum. De menſe Martij. 1615.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, quando prædium eſt ſpecialiter ſubiu-*

gatum, an debeãt deponere de dominio tempore subiugationis, & quid quando est dictum super omnibus, & singulis.

2 Creditor redditus, si penes eum perueniant pecuniæ sui debitoris non potest compensare quoad capitale inuito debitore.

3 l. si constat. c. de compensat. an procedat in redditu bullali.

4 Solutio indebita vsurarum ipso iure imputatur sorti; affertur ratio num. 5.

6 Exceptio compensationis non admittitur in Bulla.

7 Debitor quando interuenit vnum de tribus in l. 3. C. de nouat. tenetur soluere cessionario.

8 Confessio cedentis facta post cessionem non nocet cessionario, multo magis quando est datum insolutum nomen debitoris, esto sit habiturus regressum num. 9.

10 Decennij interruptio fit per recognitionem partis debiti, & facta cum vno dicitur etiam quod ad alios correos, num. 11. & incipit aliud decennium num. 12. & quid in censibus bullalibus, num. 13.

14 Maritus possidens predium parafrenale vxoris, esto percipiat fructus, dicitur iure familiaritatis, & non tenetur in bulla, idem si restituit dotẽ vxori ob vergentiam nu. 15. quid ratione commoditatis, intellige vt num. 16. 17. 21. 25. 26. & 27. Declaratur Milan. decis. 3. nu. 128. lib. 2. & Mastrill. decis. 184. vbi etiam declaratur quid sit commoditas, num. 28.

18 Maritus fructus consumptos ex bonis extradotalibus sibi acquirit, & iura afflictus dicuntur industriales num. 19. & quando tenetur illos restituere num. 20.

22 Vxor duo genera bonorum dicitur habere, dotalia, & extradotalia, & quæ sint num. 23. & secundum aliam opinionem tria, & quæ sint num. 24.

29 Vxor quicquid habet in constantia matrimonij præsumitur à marito habere, sin verò sua esse prætendit per veras probationes debet ostẽdere num. 30.

31 Empta res per vxorem ex pecunia viri, ad quẽ spectet, & quid quando simul emunt n u. 32. & quid si simul, sed maritali nomine n. 33. & 34.

35 Exceptio est de regula, & secundum terminos regulæ debet intelligi. num. 36.

37 Maritus quando facit actum sibi ita spectantẽ, debet exprimere maritali nomine, immò intelligitur.

38 Dotis fructus spectant ad maritum, ita & bonorum, in quibus potest vt maritus agere in vita vxoris. num. 39.

40 Fructuum pro acquisitione sufficit qualis qualis ostensio possidendi.

41 Tertius possessor semel ac fuit positus in quindena, nil releuatur ex relaxatione bonorum, etiam per decretum exinde factum, affertur ratio. num. 42.

43 Tertius possessor, qui sibi accollauit soluere censum, quo in casu non tenetur, & quando gaudeat Pragmatica quamdiu, & quid si probatur quod est dominus. num. 44.

45 Testes in alio Tribunali an probent, & quid quando tendunt ad eundem finem.

46 Testes in iudicio executiuo inter alios recepti probant.

47 Dominium probatum certo tempore & inde etiam medio tempore dicitur probatum, affertur ratio num. 48. eò magis si concurrant adminicula. num. 49.

50 Testes si deponant de possessione tali anno, cum illis verbis (ante, & post) dicuntur deposuisse de toto anno, secus si sit dictio (circa) num. 51.

ARGVMENTVM.

An creditor inuito debitore possit compẽsare pecuniam debitoris cum capitale redditus bullalis, & an maritus possidẽs bona parafrenalia vxoris, teneatur restituere fructus, quos percepit, & quando, & quo in casu habeat commoditatem fructuum, & an in Bulla possit excipere se iure familiaritatis possidere.

CONSILIVM IX.

IESVS MARIA.

IN Anno 1559. quondam Dominus Baldassar Saccano, Baro terrarum Mõtifortis, Sancti Perij, & Casalis noui causa matrimonij contrahendi per Scipionem eius filium, cum Lucretia de Pactis dedit dicto Scipioni, & filijs ex eo procreandis legitimis, & naturalibus quamdam domum, & vnc. mille, quas non habens promptas subiugauit secundum formam Bullæ, quo ad vncias trecentum numerandas à die matrimonij contrahendi, quod fuit exinde sequenti die contractũ, quo ad alias verò vncias settingentas numerandas à die mortis ipsius Baldassaris subiugantis, qui obijt in anno 1567. & sic vsque ad dictum tempus currebant census ad vncias triginta singulis annis, à die verò mortis in antea currere incepit in totum ad rationem vnciarum centum

centum singulis annis. Fuit exinde ad instantiam Don Petri Viperano causata exe cutio in vnc. quingentis pro censibus decursis annorum decem pro medietate dicti census ipsi spectante, quæ per Don Ioannem Spatafora, vti possessorem prædij specialiter subiugati dicto censui, fuit adimpleta de persona, infra quam cùm se opposuisset, fuerunt missæ ad effectum eius oppositiones, de quarum reiectione agitur; Apparet legitimatio personæ ipsius Don Petri actoris, quandoquidem Scipioni fuit facta subiugatio, cui succesſerunt quatuor filij, de quibus obierunt duo absque filijs, & ab intestato, remanſis Flaminio, & . . . . . vxore Baronis Brigandi, cui Flaminius, & Lucretia mater cesserunt pro computo eius dotium vncias quingentas de dicto capitale vnc. mille, vt supra, debito vna cũ iuribus decursis, & decurrendis ex illo anno 1597. in mense Nouembris, cum iuribus de cætero decurrendis ad rationẽ vnc. 50. singulis annis. Posthæc Baro, & Baroniſſa de Brigandi dictũ capitale cũ iuribus decursis, & de cætero decurrendis ob matrimoniũ cũ eorũ filia cõtractũ, dotauerũt clienti actori. Item cõstat de legitimatione personæ dicti Don Ioãnis Conuenti, nã est probatũ, quòd tã in anno 1556. quo tempore fuit constitutus census, locus, pro quo Don Ioannes conuenitur, erat in dominio subiugantis, quam etiam, & tempore mortis, à quo debebant currere aliæ vnc. septuaginta annales, vt per testes, & per inuentarium, & denique, quod de præsenti possidetur per Don Ioannem Conuẽtum; constat, & per testes, & per acta publica locationum, & exactionum, qui locus dicitur specialiter subiugatus stantibus illis verbis (super omnibus, & singulis) & rectè facta probatione de tempore subiugationis agitur contra tertium, ac si nominatim esset in cõtractu subiugatorio facta subiugatio, nam differentia est, quando nominatim subiugatur, ex quo non coartatur actor ad probandũ Dominiũ tempore subiugationis cùm illa assertio facta in cõtractu per contrahenres probat contra tertium, sed sufficit ostendere idemtitatẽ, vt dixerunt *Milan. decis. 1. nu. 114. lib. 2. addict. ad Petr. de Gregor. de censib. quæst. 6. nu. 97.*

Stat tantũmodò vis in tribus principaliter adductis ex aduerso. Primò respectu ipsius contractus bullalis, aduersus quem præsentat multas pecunias peruentas in posse Scipionis subiugatarii, per quas prætendit fuisse extinctũ capitale, si non in totum saltem in partem. Secundò, quòd ipse Don Ioannes possidet vt maritus, & sic iure familiaritatis. Tertiò & vltimo, quòd Don Ioannes, qui cõuenitur tanquã detemptor prædij habet dictum prædium litigiosum ex quo antiquior creditor causauit executionẽ, & interposita cedula primi decreti prætendit distractionem, vnde cùm nõ possideat amplius prædium non debet teneri, cùm eius obligatio est intuitu detemptationis, quę si cessat, cessare debet ipsa obligatio; quibus breuiter respondetur; & quò ad primũ, tres actus diuersi præsentantur. Primi sunt, quòd Scipio declarauit in anno . . . . recepisse nonnullas pecunias, quæ tempore receptionis apparebant esse satis vltra census tunc decursos, & absorbere posse in partim ipsum capitale, quæ cõfessiones, si rectè inspiciantur, sunt factæ per Scipionem debitoribus Baldassaris eius patris, & sic apparet, quòd dictas pecunias Scipio fatebatur, vt cõmissionatus patris, vnde dicendũ est, quòd Scipio fuit effectus debitor patris, tanquã eius negociorũ gestor, & sic nulla potuit cadere compensatio respectu capitalis, sed tm̃ respectu censuũ decursorũ, in quibus tunc temporis apparebat creditor Scipio, quoniã nulla est obligatio sortis reddendæ, sed stat ad voluntatẽ (tanquã de mortua) ipsius Baldassaris subiugantis, igitur nulla cõpensationis materia, quia, vt est dictum, non erat creditor Scipio in capitale, quod potuisset petere, & iniq ũ esset quòd Scipio, vt verus debitor deberet habere pecuniã promptã, & ociosam pro soluendo Baldassari eius patri ad oẽm eius nutũ, & tm̃, quod capitale ipsius interea staret in pendenti ad voluntatẽ dicti Baldassaris, si vellet cõpensare, nec etiã aderat æqualitas, quã cõpensatio requirit, quia creditores non possunt inuitis debitoribus redditualibus cũ sorte cõpensare, quod eisdẽ ex alia quauis causa deberent, potest enim debitor nolle cõpensare, si nolit redimere, sed redditum continuare, & quod ei debetur exigere, *Ita post Nauar. post Cõmentarium de vsur. quæst. 40. nu. 125. dixit Gasp. Rodoric. de ann. redd. lib. 2. quæst. 18.* vbi respondet his, quæ in contrarium possunt adduci, *& in nn. 14. inquit text. in l. si constat. C. de cõpensat. & in l. etiam. C. eod. & in l. eius. C. de solut. & in l. cum alter. cũ l. seq. ff. de compens. vbi Iur. consult.* in debito vsurario etiã sine facto hominis determinat ipso iure fieri cõpensationẽ, procedere, ex quo ibi creditor potest petere capitale, & vsuras, & ad ea soluendũ potest astringi debitor, sec9 est in debitore annui redditus, quia nõ potest astringi ad soluẽdũ capitale, vt ex ipsa bul

ſa clarè apparet, & dixerũt oẽs de Regno.

Non obſtãt *Milan.deciſ.2. nu.64.lib.2.& add.ad Petr.de Greg. in tract.de cenſib. quæſt. 10.n.17.vbi allegat iura,& auctor.* dum aſſe-
4 runt, ꝙ ſolutio indebita vſurarũ ipſo iure imputatur ſorti, quoniã bene loquuntur in
5 caſu eorũ, nam debitor qui ſoluit, ſoluit ex cauſa vſurarũ, & I.C. in odiũ earũ diſponit ꝙ exigens vltra vſuras imputet in ſortẽ, at hic diuerſus eſt caſus, quoniã nil fuit ſolutũ ꝓ vſuris, ſed pater cõſtituit filiũ exacto rẽ ſuorũ debitorum, qui filius ob talẽ exactionẽ, tanquã negotiorũ geſtor, fuit effectus debitor patris, & erat in poteſtate patris petere eius creditũ, vnde lex in hoc ca ſu nullã dat cõpenſationẽ, *ex doctr. Rodoric.*
6 *ſuperius allegata.* Itẽ terminus cõpenſationis eſt prorſus excluſ⁹ in bulla, *vt dixit poſt multos add.ad Petr.quæſt.9. n.25.verſ.item an admittatur.allegãs.Rouit.ſup.pragm.de cenſib. n.20.qui multos refert.Milan.deciſ.13.nu.89. & deciſ.14.n.19.lib.2.Graſſ.de excep.cap.16 nu.4.* tãto fortius in hoc caſu, ꝙ in caſu reluitionis capitale erat depoſitandũ in tabu la pro emẽdis iterũ redditibus in perpetuũ pro ipſo, & filijs legitimis, & naturalibus.

Alij duo actus facti per Flaminium nõnullarum confeſſionũ, quatenus ſunt facti poſt ceſſionem factam eius ſorori, imputãtur in portionẽ ipſius Flaminij aliarũ vnc. quinquaginta ſibi remanſarum, ex quo cla riſſimè apparet, quod poſt prædictam ceſſionem in anno 1604. fuit facta ſolutio per
7 debitorem, & ſic interuenit vnum de tribus, *in l.3.C.de nouat.* quatenus verò in alia confeſſione de anno 1607. In ſumma vnc. 3101. fateatur Flaminius multas peecunias de prẽterito ſolutas, talis confeſſio facta
8 per ipſum nõ nocet ceſſionario, cui ius fuerat acquiſitum, vt hic clariſsimè fuit oſtenſum, nam ſolutio fuit facta in anno 1604, confeſſio verò eſt in anno 1607. *ita dixerũt Afflict.deciſ.150.col.fin. & deciſ.163 in fin. Alex.conſ.46.nu.5.vol.5.Bero.conſ.187.n.5. vol.1.Nacl.conſ.152.n.11.Rol.à Vall.cõſ.85. n.8.vol.2.Io.Petr.Surd.deciſ.218.n.5.& cõſ. 22.ante n.29.& in n.31.inquit,* quod quãdo
9 eſt datum inſolutũ nomen debitoris pro eo quod cedens debebat ceſſionario, confeſſio inde facta per cedentẽ numquã præiudicat ceſsionario, eſto, ſit habiturus regreſſũ cõtra cedentem, *refert multos DD.* vnde cùm appareat Baronẽ de Brigandi eſſe creditorẽ in iuribus decurſis annorũ 17. cõpletorũ, cõputato anno 1597. quę importãt vnc. 850. de quibus tãtũmodo recepit vnc. 200 rectè igitur petit pro modo vnc. 500. ſ. p. de pluri, quoniã adhuc eſt creditor in alijs vnc. 150. præter dictas vnc. 500. pro quib⁹ nunc agitur. Nec minus eſt conſiderandũ, quòd ex aduerſo opponitur, ſolutionẽ factam vnc. 100. anno 1604. & aliã vnc. 60. anno 1609. aliã verò vnc. 40. in anno 1611. fuiſſe factã pro decennio, in quo verſamur, quoniã cõſideretur factũ; ſolutio vnc. 100. quæ eſt facta in anno 1604. eſt ꝓ annis antecedentibus, vnde nõ eſt tractandũ de ea, quia factam reſiſtit parti aduerſæ; Prẽterea ex binis illis ſolutionib⁹ factis in an. 1609. & 1611. interrupta fuit præſcriptio decẽ-
10 nij, infra quod poteſt agi executiuè ex forma ritus, interruptio fit inter alia, quando eſt facta recognitio partis debiti, quę inter
11 ruptio licet facta cũ vno extenditur, quoad oẽs alios, qui tenentur ex vnico cõtractu,
12 & per hanc interruptionẽ incipit aliud decenniũ ꝓ illis cenſibus decurſis, *ita ex Bart. Paul.de Caſtr.Aret. & alijs dixerũt in punct. Cum.in cap.ritus.ſm ord.37.num. 22.fol.167. Mut.in d.cap.ritus.102.* & ꝙ in Bulla cenſus
13 decurſi dicantur vna obligatio, & ex vnico cõtractu, licet multę annualitates decurrerint, & interrũpatur per petitionẽ effectiuè ſequutã, *dixit Rodoric.lib.2.quæſt.9.n.70. & ſeq.* vnde ex his clarè apparet interruptũ decenniũ, & per cõſequens legitimè clientem petere dictas vncias quingentas.

Quòd ad ſecundũ ꝙ Don Ioannes excipit poſsidere iure familiaritatis, vti maritus,
14 ex quo locus in totũ ſpectat ad vxorẽ tanquã prædium extradotale, ſeu parafrenale, & per cõſequens poſsideat, vel fructus percipiat, intelligitur iure familiaritatis poſsidere, & ſic ad nihilũ teneri, *vt in puncto dixerũt Milan.deciſ.3.n.128.lib.2.add.ad Petr. in d.tract.q.6.n.85.Bal.ſup.pragm.q.7.& idẽ Maſtril.in deciſ.184.preciſè n. 11. vſq; ad fin. vbi alleg. Io.Pet.Surd.Burſat.Peregr.& alios.*
15 & tenet etiã procedere, quando vir reſtitu-
16 iſſet dotẽ ipſi vxori ob vergentiã. Reſpon-
17 detur quod maritus, ſi verum fatemur fru-
18 ctus ex bonis extradotalibus, ſeu parafrenalibus, tam induſtriales, quàm naturales
19 conſumptos ſibi ipſi acquirit, & iura affi-
ctus dicuntur fructus nõ ſolũ induſtriales ſm *Bal.in l.2.in princ.C.de vſur.& fruct.leg. ſed induſtrialiſſ.dicit idẽ Bal.in l.ſi traditio. in fin.C.de act.empt.& vẽd.vt refert Affl.dec.44 nu.6. verſ. ſed contrarium.* & non tenetur ad
20 reſtitutionẽ, quãdo illos percepit nõ reclamante, nec proteſtante vxore prout in prẽſenti caſu; nã nulla eſt proteſtatio, imò ambo capiũt, & retinẽt poſſeſsionẽ, vt inferius dicetur, ambo locãt, & exigũt fructus, quo in caſu non data, præſtatione facta in iudicio pſumitur percepiſſe de volũtate vxoris,

Iaſ.poſt

Ias. post. Raphael. Cuman. in l. maritus. C. de Procurator. & ita dicit decisum per sacrũ Concilium Neapolitanum, *afflict. d. decis. 44. num. 8. & post eum Thesaur. decis. 187. qui in num. 3. vers. ego verò.* inquit ridiculam esse illam distinctionem, an fructus sint parui, vel magni momenti, & eum sequitur *Caualc. decis. 26. num. 49. part. 3. DD. in l. fin. C. de pact. Conuent. Bald. cons. 276. & cons. 29. vol. 3. & cons. 478. vol. 4. & in l. siue mater. C. de bon. matern. Aret. cons. 160. Curt. cons. 104. Alex. cons. 144. vol. 4. Guid. Pap. decis. 468. Socin. cons. 82. nu. 8. & 9. vol. 4. Dec. cons. 531. nu. 4. Ruin. cons. 222. nu. 4. vol. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 9. Grauet. cons. 193. Natt. cons. 75. Mart. vol. 107.* vbi de extantibus non consumptis aliam facit distinctionem. Vnde cùm
21 appareat, quod fructus ipse percipiat, illosque ad sui, & familiæ commoditatem consumat, non dicitur iure familiaritatis possidere, *ex Bart. Paul. de Castr. & Aret. tenet Castill. decis. 72. num. 22.*

At hic sumus in bonis extradotalibus, quæ Græci vocant parafrenalia, quæ secũdum vnam opinionem sunt vnum, & idem,
22 & vxor solum hæc duo genera bonorum dicitur habere, dotalia, & extradotalia. *l. bona mariti. C. de priuil. Fisc. & ibi Bal. & DD. Franc. Hottom. cons. 47. sub num. 1. Pancirol. cons. 76. num. 7. Cefal. cons. 122. num. 13. & cons. 365 nu. 25. Thesaur. d. decis. 187. num. 1. & 2. Caualc decis. 26. nu. 49. & 50. part. 3. vbi plures refert,* cùm
23 illa sint, quæ vxor habebat tempore, quo nupsit, & non dotauit, vel quæ ad eam per uenerunt in constantia matrimonij ex succes-
24 sione, donatione, vel aliter, & secundũ aliam opinionem parafrenalia sunt, quæ vxor habebat tempore constitutionis dotis post multos *d. Card. Tuse. litt. B. conclus. 110. & conclus. 424. num. 7. litt. M.* extradotalia verò sunt, quæ obuenerunt vxori constante matrimonio, *& latissimè Surd. cons. 290. in princ.* quandoquidem Donna Antonia, quando nupsit habebat ius offerendi, quod non dotauit. Si verò tenemus
25 opinionem, quod maritus in parafrenalibus extra casus positos *à Thesaur.* tenetur ad restitutionem fructuum non per hoc maritus ex dicta perceptione non habet commoditatem, ex quo durante matrimonio gaudet fructibus exactis, cũ in constantia, non tenetur ad illorum restitutionem, sed eo resoluto, *Burg. tract. de laudin. part. 1. inspect. 4. num. 27. Alex. cons. 42. in princ. vol. 1. & ibi apost. quem refert, & sequitur d. Card. Tusc. lit. B. conclus. 110. nu. 5.* vnde fructibus penes eum peruentis ipse gaudet, & fruitur, quia potest illos expendere in emptione bonorum, & redditum, & redditus pernentos ex redditibus & bonis emptis per ipsum sibi acquirit ratione laboris, & periculi, quia habet illorum administrationem periculo suo, vt legitimus administrator, *Bald. cons. 366. lib. 2. & cons. 464. lib. 5. per tex. & glos. in l. fin. C. de pact. conuent. Castr. cons. 199. in princ. vol. 2. Tusc. litt. M. conclus. 97. nu.*
26 *20. 22. & 29.* Et ratione dictæ commoditatis tenetur in bulla. *Milan. d. decis. 3. lib. 2. num. 127.*

27 Non obstat *Milan. d. decis. 3. num. 128. lib. 2.* nam loquitur in marito, qui possidet prædium vxoris, de quo nec fructus nec commoditatem fructuum percipit: nam in *nu. 69.* inquit maritum qui percipit fructus ex parafrenalibus in casibus notatis per *Thesaur. d. decis. 187.* teneri in bulla, idem si fructus, quos percipit tenetur restituere soluto matrimonio, nam tunc habet commoditatem fructuum, hæc enim commoditas differt ab vsufructu, nam est fructus fructuum illius vsufructus *Castr. cons. 455. sub num. 7. vol. 2. Paschal. de virib. patr. potest. lib. 1. cap. 3. num. 9. refert vltra Castr. Caualc. de vsufr. mulier. relict. num. 182. Milan. d. decis. num. 74. vbi refert alios.* Et idem dicit in patre, quando non habet vsumfructum, quia tunc habet cõmoditatem. *Ias. l. cùm filius familias. num. 147. ff. de legat. prim. Milan. d. decis. nu. 73. & 75. refert Bald. & Rol. Anall. & in num. 126. refert Caualc. in d. num. & seq. Vinc. de Franc. decis. 10. nu. 8. 9. & 10. Bursat. cons. 133. num. 36. & seq. Paschal. vbi supra nu. 8. & 9.* & ratione illius commoditatis dicit teneri in Bulla. *Milan. d. decis. num. 127.* & fuisse reiectas per Magnam Curiam oppositiones.

28 Nec pariter obstat *Mastril. d. decis. 184. nu. 13. & sequ.* mouetur enim *authorit. Peregr. in cons. 76. nu. 3. vol. 2.* dicentis, quod in rebus vxoris & parafrenalibus, quarum administratio ad maritum spectat absolutum esse non maritum, sed vxorem possidere: hoc enim non facit ad rem, nam vt quis teneatur in bulla, non est necesse, quod sit possessor, sed sufficit esse detentorem, vt clarè dicunt verba ipsius bullæ, & *Milan. d. decis. 3. nu. 69.* & omnes de Regno, & ita quotidie videmus in conductoribus, & alijs detentoribus, qui coguntur soluere. Licet enim maritus non possideat, tamen percipit fructus ad sui commoditatem, quando vxor non reclamat, vel saltem ha-

bet commoditatem fructuum pro qua tenetur in bulla, & est comprobatum *nu. 27. in fin.* & minus est esse detentorem, quam possessorem. *Bald. in l. 2. in fin. ff. vbi Pupill. educ. deb. alios refert Ball. d. quæst. 7. num. 16.* Item alia ratio per eum adducta *in nu. 18.* quòd etiam procedit exceptio iure familiaritatis, quando vir restituit ob vergentiam, nec est considerabilis in bulla, nam maritus ex bonis restitutis alendus est, & sic ex quo de bonis illis habet fructus, quibus alimentatur, vt inquit *Iurisconsi. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & Mastrill. decis. 142. nu. 16. & 19.* ratione dictorum fructuum tenetur in bulla, & ita intelligendus est, *Ball. d. quæst. 7.*

Verum hodie sumus in fortiori casu: nam prætendens habere ius offerendi super bonis distractis per matrem ipsam, insimul cum Don Ioanne eius viro fecit depositum de credito materno, & ambo petierunt remedio iuris offerendi ipsis restitui locum, de quo agitur, clarum est enim de iure, quod prętium hoc dicitur esse ipsius Don Ioannis mariti, ex quo vxor,
29 quicquid habet præsumitur à marito habere, *ex l. quintus. ff. de donat. int. vir. & vxor. glos. Ball. & alij in l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. Ang. cons. 141. num. 1. Dec. cons. 237. num. 7. vers. circa secundum. Grauet cons. 81. num. 4. Bellon. cons. 17. nu. 10. Boer. decis. 81. in princ. Surd. cons. 290. nu.*
30 *39.* Et vt mulier constante matrimonio possit dici, quod habet bona propria, oportet quòd clarè constet per veras probationes, aliàs semper præsumitur à viro quicquid habet, peruenisse: *Dominus Card. Tusc. in litt. M. conclus. 424. num. 29. vbi alios refert*, quatenus verò dicitur, quòd li-
31 cet præsumatur de pecunia viri facta emptio, tamen res empta non spectabit ad virũ, sed ad vxorem, quę tantum tenetur viro restituere prætium, vt dixit *Iurisconsi. in l. prima. & in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. & ibi Bart. & alij.* quod procedit, quando emptio facta est tantum per ipsam vxorem solam, vt clarissimè dicta iura dicunt, at quando emptio facta est per vtrũque nomine proprio (quo non expresso) ita præsumitur *l. & magis. ff. de solu. l. papinianus. & ibi glos. & Alber. ff. mand. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obligat. Tiraqu. de retract. lignag. §. 10. glos. 1. num. 3.* & hic non est casus noster, tunc acquiritur vtriq; pro dimidia, *Brexia. in repert. ad decis. Caualc. in verb. maritus, & vxor. Muta. consuet. Panorm. cap. 80 num. 4.* tamen tenetur vxor reficere prætium pro sua rata, si velit rem emptam, *Bal. cons. 223. viso primo puncto in fin. vers. super secundo. lib. 5. Bart. in l. fraudati. in fin. ff. de publican. & in l. 2. C. pro Soc. Dec. cons. 58. Abb. cons. 46. vers. circa tertium dubium lib. 1.*

32 Quando verò emunt vterque, sed maritus maritali nomine, vt hic, quia emit rem pro qua dispositione iuris potest astringere emptorem ad vendendum, prout in retractu iuris sanguinis competentis vxori, & tunc maritus, quia sua pecunia rem cõsequitur, & vt maritus vult emere durante matrimonio, gaudebit re, & fructibus, quo resoluto, vxori, & eius hæredibus restituenda est refuso prætio quo empta fuit, ita
33 distinguendo dixit *Rendel. in tract. de iur. protho. in verb. habet. nu. 16. vers. tu autem considera.*

Nec obstat, quòd actio erat vxoris, quo-
34 niam operatur, quòd durante matrimonio prædium remaneat penes virum, ex quo ipse, vt maritus voluit sibi acquirere, & suam expendit pecuniam, resoluto enim matrimonio competit actio vxori ad recuperandum ipsum prædium restituto prętio viro, seu hæredibus viri, prout casus euenit, ita dixit vltra *Rendel. vbi supra Mar. Mut. in consuet. Panorm. cap. 26. nu. 162. & seq. ex Bonior. in l. 3. §. sed, & si forte. ff. Iudic. solu.* Idẽ in præsenti casu iuris offerendi, nam actio erat Donnæ Antoniæ, Don Ioannes verò vt maritus voluit emere pecunia sua, & sic ambo emerunt proprio nomine, iste maritali nomine, qui durante matrimonio Dominus est, vt maritus, percipiendo fructus ad eius commodum, ob prætium per eum exbursatum; eo tamen resoluto tenetur ad restitutionem, restituto sibi prætio per vxorem, & hoc est, quod in puncto dicit *Mastril. in addict. ad Petr. de Gregor. de censib. quæst. 6. nu. 88. vers. sed limita.* dum dicit, quod mariti, qui possident bona propria vxorum non conueniuntur in bulla, ex quo iure familiaritatis dicuntur possidere, quod limitat secùs esse, quando constaret bona fuisse empta ex pecunia viri, & hoc nullo casu potest adaptari, dum infert ad bona vxorum, nisi mediante actione spectante vxori, prout in retractu, & iure offerendi, quando pecunia viri facta est em-
35 ptio, quia aliàs limitatio non esset, cùm illa est de regula, *l. nam quod liquido. ff. de pen. leg. Dec. l. 1. sub. num. 26. ff. de reg. iur.*
36 & secundum terminos regulæ intelligi debet, *Plot. l. si quando. num. 271. C. vnde vi. Alex. cons. 35. num. 20. vol. 4. & cons. 106. nu. 10. lib. 5. & cons. 36. nu. 2. lib. 6. Octauian.*

uian. Pedam. decis. 50. num. 10. & 11. cum infinitis; & iustè fuit expensum nomen mariti, quia si nomine proprio voluisset emere, vtique non potuisset, cum in tantum admittebatur, in quantum erat maritus, & illa expressio nominis mariti sic operatur in casu isto, sicut quando fatetur dotem à socero, vel à sponte, vel alio dotante, quia talis confessio dotis, esto, fiat nomine proprio, non esset apoca de dote, quia verè, & realiter debet fieri nomine mariti, nam vt maritus recipit dotem, &
37 quando maritus facit actum circa rem sibi vt marito attingentem, tenetur exprimere qualitatem mariti, *l. 3. §. sed, & si forte. ff. Iudic. solu. Ioseph. sess. decis. Regni. Arag. 86. num. 5.* quemadmodum in dote
38 per eum recepta, vt maritus, non est difficultas, quod fructus faciat suos, *l. dotis fructus. ff. de iur. dot. cum infinitis.* Ita & in his
39 casibus prædictis, in quibus maritus pro illorum recuperatione, etiam inuita vxore potest agere, vt maritus, *Cassan. tit. des droit. appart. agens. marit. §. 5. glos. 1. col. 5. vers. extẽdo quinto. glos. Paris. tit. 1. §. 13. glos. 1. nu. 47.*
40 tanto magis, quod in acquisitione sufficit, qualis qualis occasio possidendi, *Bal. in l. irritam. col. 2. vers. modo quæritur. C. de vsucap. & post Bal. Castr. & plures alios. Bec. cons. 95. num. 15. vol. 1. Gabr. cons. 35. num. 44. vol. 2.* In facto enim non deest occasio possidendi, imò est titulus, nam emit vt maritus, & propria eius pecunia facta est emptio, & inde insimul cum vxore cæpit possessionem, item locat, item percipit fructus ex locatione, in qua pro euictione se obligat in persona, & bonis, semper tolerante ipsa vxore; vbicunque enim in ipsa patientia concurrit aliquis actus positiuus, tunc tolerantia consensum operatur, *Clem. prima de procurat. Abb. cap. cum mirum. in 3. notab. de reg. iur. cap. non iniustè. de procur. Becc. cons. 106. num. 42. refert. alios.*

Quo ad tertium, & vltimum respondetur, quòd sumus in actione personali, vnde sufficit ostendere, quòd tempore, quo fuit conuentus, possidebat, nihil enim ex-
41 inde operatur, vel distractio, vel dimissio, vel relaxatio bonorũ, ita dixerunt *Corrad. Put. in tract. de censib. num. 3. fol. 235. Intrigl. sup. bul. quæst. 42. nu. 19. Milan. decis. 11. num. 40. & seq. lib. 2. addict. ad Petr. de censib. quæst. 6. nu. 107.* & ratio est, quia
42 vna semel, quod est præuentus possessor, non potest amplius desistere, nam esset in contentũ iurisdictionis, & Magistratus allegant *tex. in l. Incola ff. ad municip. & ibi Alex. ad Bart. Castr. Soc. Imol. Aug. Butr. & alios.* & in fraudem paratæ executionis.

Nec obstat, quod tamdiu remanet obligatus, quamdiu rem possidet quoniam re-
43 spondetur, quod aut sumus in tertio, qui contraxit cum onere soluendi censum annuum, exemplum in eo, qui conduxit domum per annos quatuor cum onere soluendi annuum censum, non tenetur ad cẽsum, nisi pro tempore, quo stetit, quando agitur vigore dicti contractus accollationis, ita dicit *add. ad. Petr. quæst. 5. nu. 233. refert Milan. Bal. & alios*; idem in emptore cum onere soluendi dictum censum; nam si ex causa necessaria non possidet non tenetur, vt in retractu *Tiraqu. de retract. §. 1. glos. 18. nu. 7. & 39.* si verò non agitur vigo-
44 re cõtractus accollationis, de quo creditor nõ lętatur, quia ipse absens fuit, & cum eo non contraxit, sed vigore priuilegij bullæ probata detemptione, & tunc si non vult gaudere pragmatica S. E. vocata (lu quãdiu) quod migret à domo soluta pensione præterita, sed vult adimplere in quindena, tenetur soluere, quia ipse per tale ad implementum est effectus principalis debitor, & siue relaxet, siue ab eo aliter distrahatur prædium, pro quo fuit conuentus, & præstitit, semper ipse tenetur, quia suum est debitum, nam agitur de cẽsibus præteritis, & non de futuris, *ita Milan. addit. Corrad. Intrigl. & alij vbi supra.* Item, quando sumus in tertio, contra quẽ per testes constat, quod possidet, vt dominus, tunc nec quamdiu potest gaudere, nec aliquo refugio, sed tenetur præstare in quindena. Vnde cùm hic simus in tertio, qui probatur possessor, & Dominus prędij, & iam adimpleuit in quindena, sufficit, quod tempore adimplementi possidebat, & quicquid exinde eueniat nil operatur, tanto magis, quod asserta distractio, quæ prætenditur fieri est colusiua, ex quo viderunt D D. v v. spectab. dum causa ista disputabatur, quod interuenit in allegatione ille Don Gilotta, qui prætendit distrahere, auxiliando dicto Don Ioanni conuento; Item ipse Don Gilotta procurator est generalis hæredum subiugantium, vltra multa alia, quæ sunt cognita DD. vv. spect. quod tandem dicebatur. Non obstat, videlicet, quod testes per nos præsentati, ad probandum extremum, quòd tempore subiugationis locus, de quo agitur, erat in dominio subiugantis, sunt inter illos recepti, & in alio tribunali, re-
45 spondetur, quòd quando tendunt ad eundem finem, prout hic probant in quocunque tribunali, *Bertaz. cons. 440. num. 6. &*

ex auct.

ex auctorit. multorum dixit Muta. consuet. Panorm. cap. 9. num. 82. Secundo respondetur, quod in iudicio executiuo, in quo versamur sufficit qualis qualis probatio, ma-
46 ximè pro extremo contractus, tunc testes inter alios recepti probant *Octauian. decis. Pedam. 37. nu. 7. Caroc. de iur. decis. quæst. 14. princ. num. 22. fol. 72.* Tertiò respondetur, quòd per actus publicos constat,
47 quòd subiugans ante contractum, & idem vsque ad mortem possedit hunc locum, vn de præsumitur medio tempore possediſſe,
48 probato principio, & fine, medium dicitur probatum, & sufficit, quòd probatio concludat, secundum terminos iuris *Grat. respons. 42. num. 2. 3. 4. & 4. vol. 5.* vbi
49 etiam inquit, tanto magis adiunctis alijs adminiculis, *Menoch. qui alios refert tract. de præsumpt. lib. 6. cap. 36. nu. 2.*

Non obstat, quod testes deponant pro contractu, qui est de mense Decembris 1559. noster verò est de mense Maij eius-
50 dem anni, nam testes dicunt, quod possidebat anno 1559. ante, & post, vnde dicitur incluſus totus annus *Milan. decis. 3. lib. 2. in princ.* qui limitat, quando deponunt cum dictione (incirca.)

Ex quibus intrepide dico, oppositiones dicti Don Ioannis esse reijciendas.

De mense Martij 1614. succubuit cliens in Curia Straticotiali.

De mense Maij sub die 23. 1614. per Iudicem Curiæ primarum appellationum, fuit reuocata interlocutoria, & obtinuit Cliens in vnc. 400. ex quo illæ duæ solutiones vnc. 100. factæ in Anno 1609. & 1611. fuerunt reputatæ infra decennium, vt in causam duriorem.

Die 24. Septembris 1614. per Magnam Regiam Curiam fuit confirmata interlocutoria Curiæ primarum appellationũ in fauorem Clientis, & destiterunt partes.

SVMMARIVM.

1 *Interusuria competunt marito cõtra dotantem. affertur ratio num. 2. & ad decem pro centum, nu. 3. Sed quid seruatur in regno, nu. 4. Et quando incipiant currere, si certa dies est, num. 5. Quid si non præfinita dies, & pater est dotans, num. 6. Quid si dicat ad primam, & simplicem requisitionem, nu. 7. Quid si quantitas sit declaranda arbitrio tertij, vel est facienda extimatio rei dotalis, num. 8. Affertur ratio, nu. 9. Quid si frater est dotans. num. 14. Quid si extraneus, num. 15*

10 *Dotare sororem inopem tenetur frater dives, esto, si aliquid haberet, quod non sufficeret pro congrua dote, num. 11.*

12 *Argumentum licitum est de dote ad alimenta.*

13 *Alimentare tenetur frater dives sororẽ inopẽ.*

16 *Maritus secundus an consequatur interusuria à primo dotante, si ipsi ab vxore fuit facta dotatio, & quando, num. 17. 19. & 20.*

18 *Obligatio non variatur mutatione personæ.*

21 *Legatum vncearum centum. & donec hæres non soluet, quod soluat octo quolibet anno an valeat.*

22 *Relatum est in referente cum suis qualitatibus, & conditionibus, affertur ratio num. 23.*

24 *Voluntas qualis fuit colligitur ex his, quæ ex inde fiunt.*

25 *Doti potest imponi omne onus, quando est dotantis.*

26 *Vsuræ cessant facto integro depositio.*

27 *Vsuræ recompensatiue, an per non implementum amittantur. Affertur ratio, num. 28. 29. & 30. amplia num. 31.*

32 *Ius acquisitum non potest tolli.*

33 *Dotem retinens dicitur cum onere iterum dotandi, & interim alendi, idem in patre, nu. 34. nam propter alimenta capitale dotis non est consumendum.*

35 *Debitor si non soluit, quando fuit interpellatus, præsumitur, quod nec soluisset antea.*

ARGVMENTVM.

An frater dives teneatur alere, & dotare sororem inopem, & quando habet aliquid, sed non sufficiens pro alimentis, & dote, iuxta conditionem. An secundus vir, qui fuit dotatus ab vxore consequatur interusuria contra primum dotantem, & eius hæredes; & an si non impleuit id, ad quod tenebatur, & quod facto adimplemento an consequantur etiam præterita ante implementum. An legatum de vnc. mille, & interim dũ hęres non soluet, quod soluat vnc. octaginta singulis annis subsistat.

CONSILIVM X.

IESVS MARIA.

THomas Lazaro dotauit in Anno 1605. de bonis suis Dominæ Mariettæ eius sorori, quæ virum duxit Hieronymum Cõti inter alias dotes vnc. 2000. in pecunia, quas promisit soluere de voluntate dictæ Mariettæ præfato de Conti, cum pacto ex-

pressо, quòd de dotibus non possit ipsa disponere, nisi de certa quantitate modicæ considerationis, reliquæ verò dotes restituantur dotanti, & alijs in contractu vocatis, & sic debeat obseruare, si ad secunda vota conuolauerit se dotando, cum ijsdem pactis obijt infra paucos dies Hieronymus nulla sibi facta solutione dotis prædictæ, exinde verò in anno 1608. obijt Thomas condito testamento, in quo ordinauit inter alia, quòd dum Ioannes Baptista Lazari eius frater, & hæres vniuersalis non emet redditus de vnc. mille, & de alijs non soluet iuxta formam contractus matrimonialis prædicti, quod debeat soluere vnc. 120 singulis annis præfatæ Mariettę, quæ eodē anno 1608. nupsit Ioanni Pellegrino, cui dotauit omnia bona sua in ampliſsima forma, & præcisè dotes promissas per Thomam eius fratrem, cedens omnia iura. Quapropter fuerut missæ plures cedulæ protestatoriæ per dictum de Pellegrino ipsi de Lazari, continentes, quòd soluat interusuria decursa, & depositet dictas vnc. 2000. aliàs current non solum interusuria, sed lucra cessantia, & damna emergentia, & hoc ampliſsimis verbis, & per Lazari responsum, quòd est promptus soluere, facto prius adimplemento ex parte ipsius de Pellegrino, & Mariettæ iugalium videlicet, quòd se dotassent iuxta formam contractus matrimonialis initi cum dicto quondam Hieronymo Conti, pro personis vocatis in dicto contractu, & cùm fuisset processum ad plures protestationes, & responsiones ex vtraque parte, fuit tandem præsentatus libellus per istos de Pellegrino in Tribunali Sancti Officij, & incusata contumacia prętendendo sibi solui omnia lucra, & quodcunque interesse, etiam priuilegio dotis, & prout in petitione fuit missum ad effectum ex parte Lazari, quod non audiantur, & in die 3. Septembris 1612. fuit decisum, quod facto adimplemento, clarè, simpliciter, & absque confusione verborum iuxta formam dicti contractus matrimonialis initi cum dicto Hieronymo Conti, prouidebitur, prout iustum fuerit, nunc verò non audiantur; saluis actoribus iuribus suis competentibus, in die 10. Octobris eiusdem anni 1612. Ioannes, & Marietta ratificant prima capitula, cū verbis pręgnātibus. In anno 1614. obijt præfatus Ioannes Pellegrino, exinde post paucos dies Domina Marietta se concordauit cum Ioanne Baptista eius fratre, approbauit sententias, dixitque se non ad, implesse, & ratificauit iuxta voluntatem fratris, relaxando omnia interusuria etiam pro tempore competenti quondam Ioanni, licet per alium actum Ioannes Baptista exinde voluit, quòd non dicantur relaxata interusuria de dicto tempore Ioanni competētia nunc Nicolaus Antonius pater, & hæres Ioannis eius filij prætendit interusuria de dictis vnc. 2000. pro tempore, quo Ioannes filius substinuit onera matrimonij, cuius petitio iudicio meo videtur iustissima.

1 Est enim clarum de iure, quòd viro contra promissorem competunt Intervsuria, ex quo substinet onera matrimonij, & illa non habet tamquam vsuras, quę in lucro consistunt, sed tamquam verum, & proprium interesse, *cap. salubriter. de vsur. l. Insulam. §. vsuras. ff. solut. matrim. vbi communiter DD. Bal. in rubr. C. de vsur. quæst. 4.* &
2 ratio dicti capituli *salubriter.* vnica est, respiciens damnum emergens ibi (cùm frequenter dotis fructus nō sufficiunt ad onera matrimonij supportanda) *Nauar. cap. si fenerauerit xiiij. quæst. 3. num. 17. Alex. cons. 63. num. 4. vol. 4. Natt. cons. 495. nu. 1. cum alijs allegatis ab add. ad Bertacz. in cons. 262. in verb. ratio in criminal. & à Giurba decis. 72. nnm. 1. vbi innumeros allegat.* Et debentur *secundum Rodoric. de annu. redd.*
3 *lib. 3. quæst. 7. num. 60.* ad decem pro centum, vbi multos DD. refert. *Cumia. in cap. vit. secund. eius ord. 94. num. 19.* sed hodie inoleuit praxis, quod ad se-
4 ptem pro centum taxantur secundum *Alex. cons. 63. num. 6. volum. 4 Magon. decis. Florent. 83. num. 3. Neuiz. cons. 84. nu. 2. Farin. decis. 129. num. 8.* qui sic in Curia Romana dicit taxari, & in Regno ita dicit obseruari, *Cumia. in d. cap. vit. nu. 19.* & ita indies practicamus, à quo autem
5 die incipiant currere, si est certa dies, statim debentur. *Ias. §. fuerat inſtit. de action. Cumia. d. cap. vit. num. 21.* Si verò est facta
6 dotatio à patre fine præfinitione temporis debentur marito à die traductionis vxoris ad eius domū, cùm pater cōstituatur in mora inregulari, nam rationi consonū est, maritum, qui vxorem alendo socerum exgrauauit quod perciperet ab eodem, qui ad alimenta tenebatur, *glos. in l. de diuisione, & ibi DD. ff. solut. matrim.* quam communiter dicit esse approbatam, *Soc. cons. 179. col. 1. vol. 2. Magon. d. decis. 83. nu. 2. Ruin. cons. 61. num. 6. vol. 4. Alex. cons. 147. vol. 5. dicit opin. mag. approbatam, & tex. in l. fin. §. præterea locum habere in extraneo dotante. Ioan. Baptist. Costa. de port. rat. quæst. 62. num. 7. Castr. l. peculium est in princ. ff. de*

pecul.

pecul. in l. iubemus la secunda. §. sanè. C. de sacrosanct. Eccles. Rolan. de iur. dot. quæst. 8. Giurba. d. decis. 72. num. 1. refert multos qui intelligendus est loqui in patre. vel respectu extranei quando fuit apposita certa dies, non autem indistinctè (ibi siue dos sit promissa filiæ; siue nepti, siue cuiuis alij mulieri, *allegat Nauarrum*) *& add. ad cons. Bertaz. 262. in crim. in verb. neque obstat. vbi multos refert, & in verb. ampliatur primo.* dicit procedere esto socer promisisset
7 dotem ad primam, & simplicem requisitionem generi, quia illa verba non sunt conditionalia nèc suspendunt, sed sunt apposita, vt citius, & sine mora dos soluatur, *l. si decem cum petiero. ff. de verbor. obligat. l. cùm stipulatus sum mihi à proculo. vbi Bart. ff. eodem. Rain. cons. 132. nu. 2. vol. 1. & alios refert.*
8 & ampliat esto sit remissa quantitas declaranda arbitrio tertij, vel rei dotalis extimatio, qnia illo declarare, vel extimare differente intermedij temporis, interusurium debetur viro, *Alciat. cons. 123. nu. 4. lib. 5. Cost. de port. rat. quæst. 208. num. 3. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. num. 13. Corn. cons. 250. num. 7. lib. 2. cum alijs allegatis à Giurba d. decis. 72. nu. 2.* cùm onus
9 dotandi respectu patris necessariũ est, *Bero. cons. 190. num. 7. lib. 1. Magon. d. decis. Floren. 13. num. 13. Costa de port. rat. d. quæst. 62. num. 5. Ludou. decis. Perus. 21 num. 19.*

Idem est respectu fratris diuitis in so-
10 rore ex vtroque parente nata, nam tunc tenetur frater de proprio eam dotare, *Glos. in l. cùm plures §. cùm tutor. ff. de administrat. tutor. Bart. in l. 1. num. 12. ff. solut. matrim. Rip. num. 83. Barbos. part. 4. nu. 142. vers. Octauo, & vltimo. Menoch. cons. 81. num. 2. Boer. decis. 129. Guidon Pap. decis. 429. in fin. Affl. decis. 317. num. 3. Thesaur. decis. 192. num. 7. Caualc. decis. 29. num. 26. part. 3. Nacc. cons. 401. num. 4. lib. 2. multos refert Giurba decis. 45. num. 12.* & inquit procede-
11 re ne dum si soror nihil habet, sed in ea, quæ aliquid habet, quod ad congruam eius dotem satis non sit secundum eius dignitatem, & qualitatem, *alleg. Papon. cons. 24 num. 24. cum multis.* & per consequens
12 tenetur alere, est enim de vno ad aliud licitum argumentum, *Fuerard. in loc. à dot. ad aliment. vbi glos. alleg. text. in l. obes. C. de præd. minor. Cost. de remed. subsidiar. 65. num. 2. Bursat. cons. 110. num. 38. Cabal. cons. 129. num. 17. cum alijs quamplurimis alleg. à Giurb. in decis. 5. num. 12. & Thesaur. in d. decis. 192. num. 7.* vbi dicit fratrẽ etiam
13 teneri alimentare sororem inopem, *sequitur Franch. decis. 178. num. 1.* igitur inter-
14 vsuria currunt statim, sicut in patre dotãte, nam eadem militat ratio in patre, quæ in fratre, quando soror inops est, & frater diues, vt hic, ex quo Maritus vxorem alẽdo, fratrem ab onere releuauit, dum ipse tenebatur illam alere, ita etiam sentit *Cost. d. quæst. 62. num. 5.* ibi (vt est mater frater nisi in subsidium) quod si extraneus dota-
15 uit, nisi fuerit interpellatus, non constituitur in mora, nisi elapso biennio traductionis ad domum mariti, *d. l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. Bart. Soc. Claud. & alij. in l. de diuision. ff. solut. matrim. Iacob. Niger in l. si Insulam. num. 22. ff. de verbor. obligat. Gramm. decis. 70. Magon. d. decis. 83. nu. 2. Cost. de port. rat. d. quæst. 62. in fin. & add. ad Bertacz. in d. cons. vers. secundo modo. Cum. d. cap. rit. 94. num. 21.* qui in extraneo loquitur, *Barbos. in d. l. de diuision. num. 40. & seq. Vrsill. ad Afflict. decis. 184. nu. 4. Roderic. de annu. reddit. lib. 3. quæst. 7. nu. 63. vbi multos refert.*

16 Sed posset replicari, quòd sumus in secundo viro, quo casu non poterit á non soluente consequi alimenta, seu interusuria, cùm ei non fuerit facta obligatio dotis à promissore, *Alex. in specie in cons. 122.* viso processu causæ *nu. 18. lib. 7. cum alijs allegatis ab add. ad eum. in verb. tamen,* quia
17 prædicta procedunt, quando secundus vir petijsset interesse pro vxore, secus si petijt tanquam principalis, & substinens onera matrimonij, prout in casu, de quo agimus, tunc enim debetur interusuriũ dotis, *Bart. cons. 128. Francisc. ad fin. lib. 1.* & ista est verior opinio, quod possit etiam secundus vir pro tempore secundi Matrimonij consequi fructus dotis ab illius debitoribus, *Grat. de communi testatur cons. 56. num. 3. lib. 1. Plot. de inlit. iuran. §. 11. nu. 26.* vbi etiam, quod poterit secundus vir super dicto interesse iurare inlitem contra huiusmodi debitores morosos, *per text. in l. si filio familias. §. maritus. ff. solut. matrim. l. nummis. de inlit. iuran.* tunc enim debetur tale interesse damni emergentis propter onera quæ substinet secundus vir, vnde eidem debetur sicut primo viro per rationẽ, *cap. salubriter. de vsur. & contra Alex. esse veriorem opinionem testatur addit. ad eundem d. cons. 122. in verb. tamen vers. sed contrarium verum est, & cons. 27. viso themat. in verb. concludo. vers. sed hæc sententia. lib. 4.*

Nec obstat, quod quemadmodum vxori non debentur fructus dotis, ita neque dicendũ deberi secundo viro, cum mutatio-
18 ne personæ non varietur conditio obligationis, *Gabr. cons. 106. nu. 3. lib. 1. & ante*

eum

cum Bart. in l. 2. §. ex his igitur. ff. de verb. obligat. nam ex quo dos fuit cessa viro per vxorem creditricem dotis non fit præiudicium debitori, vt in plus teneatur secundo creditori, quam primo, cui si non tenebatur, neque æquum est teneri habenti causam ab eo. l. debitoris. C. de pact. quia verius
19 est quemcumque dotis debitorem teneri marito cessionario ad interesse, ac si dos fuisset illi promissa, quia tunc incipit deberi ex persona propria, quæ debet attendi, licet respectu cedentis, non deberetur, cũ enim sit mutata actio, dicitur creditum mariti, ita vt non sit amplius eadem con-
20 ditio obligationis, quasi adsit in marito diuersa ratio propter onera matrimonij, quę substinet vnde militat dispositio *dicti capit. salubriter*, prout concludit in terminis *Ruin. cons.* 221. *lib.* 1. vbi quando dos esset promissa vxori non marito, non datur petitio interesse respectu mariti, quia illi non fit mora in soluendo, cùm ei non fit obligatus, secus autem si per vxorem datum fuisset illud nomen debitoris marito quo casu, incipit interesse ex persona ipsius cui non debet afferre onus mora debitoris non soluentis, prout hanc opinionem veriorem esse testatur *Surd. de alim. tit* 1. *d. quæst.* 42 *nu.* 70.

Præterea apparet in facto, quòd ipsi Mariettæ debebantur vnc. 120. singulis annis ita taxatæ, & relictæ in testamento per dictum Thomam, vt est dictum, & sic ex forma testamenti constitutus est redditus dictarum vnc. 120. soluendæ per hæredes dic-
21 tæ Mariettæ, quæ constitutio est valida de iure, quia summa principalis est posita in dispositione, & data electio debitori, non autem creditori. *Felician. de censib. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 3. *alleg. Bart. in l. vnica. quæst.* 3. *C. de his, quæ pœn. nomine. Castr. in l.* 1. *col.* 3. *C. de summ. trinit. & fid. Cathol. & in rubr. C. de his, quæ pœn. nomine Bart. Socc. in l. pœnam. num.* 7. *ff. de his, quæ pen. nomine. Franc. Rip. in l. nemo potest. num.* 3. *ff. de leg. prim. Couar. lib.* 3. *Variar. cap. fin. ad finem. Ludou. Mexi. in pragm. taxe. Pan. conclus.* 6. *num.* 106. *& impugnat. Aretin. in cons.* 151. *& alios per eum relatos. Peregr de fideicomm. art.* 8. *num.* 78. *quem refert, & sequitur Rodor. de ann. reddit. lib.* 3. *quæst.* 6. *nu.* 7. *vsque ad* 9. *& Felician. in num.* 5. *inquit*, verisimam opinionem referendo multos, etiam quando Legatarius potest petere summam principalem, quod negat *Rodor. d. quæst.* 6. *num.* 16. & quando fit legatum & est iusta causa propter quam legatur redditus, debetur talis redditus, & in dote loquitur *Rodor. vbi supra nu.* 2 *allegat. Couar. d. lib.* 3. *variar. cap.* 1. *nu.* 9. *vers.* (*quod si legatarius*) *impugnato. Palac. rub.* Vnde mortuo ipso Thoma constitutus est redditus vnc. 120. & capitale vnc. 2000. & sic sumus in re faciente fructus, cuius Dominium est ipsius Mariettæ, dum enim ipsa non nupsit Ioanni, non est dubium, quod redditus pro ea currebant, & per consequens exinde facto matrimonio semper ad fauorem Ioannis, qui substinebat onera matrimonij decurrebant.

Non obstat, quod Marietta, & Ioannes non adimpleuerunt ex parte eorum ex quo eorum capitula non fuerunt ixtua illa inita cum quondam Hieronymo Conti, & per consequens stante non implemento non debeant consequi fructus. Respondetur primo, quod dicta capitula videntur regulata cum illis Hieronymi Conti, vt legitur in dictis capitulis [Declarãdo essa sposa, che le vnze 2000. [& in fine] con l'istesse clausule, cautele, patti, prohibitioni, & altri come di sopra, & come in detti capituli si cõtiene [& ibi] è vero, che in caso, che del presente matrimonio, & in tal caso nelle dote predette habbiano di succedere le persone nominate in detto cõtratto matrimoniale stipulato con detto quondã Hieronimo Cõti die quo supra me notario, &c. per li absenti, & iusta la forma di detto cõtratto matrimoniale, allo quale si habbia relatione] & ibi [à nome di essi sposi loro figli, heredi, & descendenti di lo presente matrimonio, & in loro defetto à nome delli nominati in detto contratto per li atti di Maczone ixtua la forma, e con li conditioni, dispositioni, successioni, & altri descritti, & annotati in detto contratto matrimoniale olim, vt supra inito, & contratto tra essa Marietta con dicto quondã de Conti per li atti di detto quondam de Maczone detto giorno 27. di Agosto tertię indictionis 1605. allo quale in tutto, e per tutto si habbia relatione] & ibi in fine [si intendano obligati alla restitutione di detti doti iuxta la forma di detto contratto matrimoniale, in detti atti di detto quondam de Maczoni, allo quale in tutto, e per tutto si habbia relatione, e non altrimente, ne in altro modo] ibi item [& è conuerso processi per patto] ibi in illis verbis [restando sempre in suo robore, & firmitate la dispositione di detti doti dotati nel matrimonio di essa sposa con detto di Conti, che in quelli habbiano da succedere dette persone in detto contratto matrimoniale nominati iuxta la forma, conti-

mentia, & tenore di detto contratto matrimoniale, e non altrimente, ne in altro modo] vnde, esto, aliquid esset vltra dispositā in dictis primis capitulis cum Hieronymo Conti, ex quo ipsi contrahentes in omnibus, & per omnia se referunt ad dicta capitula, clarum est, quod diceretur sublatū ipso iure, cū illa relatio sit in omnibus, & per omnia, ac si prima capitula matrimonialia essent inserta in istis capitulis vltimis cùm relatum sit inreferente cum suis qualitatibus, & conditionibus, *l. asse toto. ff. de hæred. instit. vbi Bart. & alij, Roman. cons. 30. num. 14. & cons. 305. nu. 6. Dec. cons. 47. nu. 2. vbi apostill. & cons. 657. nu. 3. Grat. cons. 45. num. 4.* & paria sunt nominatim aliquid exprimi, vel per relationem, *Paris. cons. 122. num. 3. & seq. lib. 1. & cons. 2. num. 51. & seq. lib. 3. Castr. cons. 91. in fine lib. 1. Tusc. litt. R. conclus. 129. col. 1.* Ioannes enim, & Marietta volentes in rei veritate ostendere, quod à principio semper intellexerunt contrahere iuxta formam primorum capitulorum matrimonialium, post ipsam sententiam statim sub die 10. mensis Octobris 1612. non appellantes, & nihil aduersus eam dicentes, sed potius acquiescentes ratificauerunt prima capitula inita cū dicto quondam Hieronymo Conti, se reddentes in omnibus, & per omnia conformes dictis capitulis, vinculis, obligationibus, & alijs in eis contentis, ex ista enim ratificatione apparuit voluntas eorum ab initio, quòd semper fuit regulata iuxta formam primorum capitulorum, cum ex his, quæ postea fiunt appareat voluntas, qualis fuerit ab initio, *l. Sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. cum alijs adductis à Surd. in cons. 140. num. 44.*

Considerandum modo est, an non adimpleuisse, vt prætenditur de anno 1608. quo tempore fuit factum matrimonium vsque ad tempus ratificationis primorum capitulorum operetur, quòd Ioannes debeat ammittere fructus vnciarum 120. singulis annis, & in hoc teneo indubitanter in fauorem ipsius Ioannis, quandoquidem non apparet pæna adiecta à testatore, quod casu quo non nupserit iuxta prima capitula cadat à legato, immò pactum in primis capitulis est, quod restituantur dotes Mariettæ, quæ in casu alterius matrimonij debeat se dotare cum eisdem pactis, vinculis, & alijs contentis in dictis primis capitulis, vnde iam est impositum onus per dotantem, quod valuit de iure cum dos erat propria dotantis, *Bald. cons. 479. vol. 4. Surd. cons. 113. nu. 1. & 2. Milan. decis. 10. num. 42. 43. lib. 1.* Et perconsequens, esto, Marietta aliter se dotasset, non tenebat talis dotatio in præiudicium vocatorum in primis capitulis, in quibus fuerat à fratre dotante impositum onus, vnde Ioannes Baptista Lazari hæres, si prætendebat non teneri ad dictos redditus vnciarum 120. singulis annis debebat pecunias depositare in Tabula pro emendis redditibus iuxta formam primi matrimonij, & testamenti Thomæ, quia in hoc tantum casu liberabatur a dicta præstatione annua *Vulgat. l. acceptam. & l. si creditricis. C. de vsur. Honded. cons. 44. num. 36. vol. 1. vbi alios refert, & inquit* non sufficere quod dicat quod promptas illas habebat, & iam per Ioannē respondebatur in cedulis quod depositet iuxta formā primorum capitulorū. Præterea Ioannes ad nihil erat obligatus, nempe ipse non promiserat renunciare facere Mariettam, nec contrahi facere iuxta prima capitula, nec nihil aliud, quod posset dici defecisse, & non impleuisse, si enim Marietta aliter se voluisset dotare, quam fuit voluntas dotantis, hoc non præiudicat, nec dotāti in casibus prouisis, nec etiam nocet Ioanni pro cōsequutione interusuriorum, vt possit illa recuperare à fratre penes quem erat dos, & qui tenebatur illam alere, quia hæc interusuria cōpetunt marito in recompensam alimentorum per eum præstitorum vxori, *d. cap. salubriter.* Et factum vxoris non nocet viro imò neque Mariettæ potuissent tolli vnc. 120. si noluisset stare primis capitulis, quia illæ sibi soluuntur pro alimentis, ad quæ frater tenetur, & potest astringi, vt latissimè est comprobatum. Sed quicquid sit iam Ioannes ratificauit, vt est dictum prima capitula; item & iam Domina Marietta post mortem Ioannis etiam contraxit cum fratre, & dixit in contractu, quæ voluit frater, & impleta fuit eius voluntas, vnde licet ob non implementum prætensum cesset mora Ioannis Baptistę hæredis, non tamen cessat, quod ipse hæres habuit penes se vnc. 2000. & sic non fuit diminutus vsus dictarum vnc. 2000. penes se maximè cum esset mercatori tam insignis, & diuitijs affluens, & solitus lucrari ad 25. & plus pro centum, nec cessat æquitas illa ob perceptionem fructuum, & propterea non potest impediri maritus, & nunc eius hæres, quin fructus vnc. 120. annales consequi possit, licet prætendatur non contraxisse iuxta prima capitula in puncto

Bal.

Bal. in l. 2. num. 7. C. de vsur. Alex. cons. 31. num. 18. col. fin. lib. 6. quos referendo sequitur Honded. cons. 44. num. 28. & 30. lib. 1. & Ego in cons. 31. num. 6. & 7. vbi obtinui. in M. R. C. etiam adduxi, & alios plures, vbi dicunt, quod si vendens prædium promisit dare fideiussores pro euictione cum pacto quòd emptor non teneatur soluere precium nisi datis prius fideiussoribus, quòd, esto, venditor fideiussores non dederit, emptor tenetur ad fructus, ratio est quia mora
28 venditoris non facit, quin emptor non percipiat fructus, & ideo non cessat æquitas ob perceptionem fructuum, ne locupletetur emptor cum iactura alterius, licet
29 dicimus in emptore soluente partem præcij non competere actionem exempto pro consecutione rei, & fructuum. *l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empt. & vend.* & venditorem partem præcij recipientem non teneri ad rem tradendum, nec in mora aliqua esse, *l. fistulas. ff. de contraben. emption.* neque esse obligatum fructus pro rata præcij soluti dare *Corn. cons. 150. col. 3. sub nu. 5. vers. nam Bald. lib. 3.* nihil ominus hoc intelligitur, antequam residuum præcij soluatur, quo soluto bene tenetur dare emptori fructus antea perceptos pro rata precij soluti, *l. fin. ff. de fund. dotal. Bart. in d. §. offerri. Bald. in l. si traditio. num. 19. quæst. 11. C. de action. empti.* affirmans emptorē eo casu pro rata pręcij retro soluti acquirere fructus, non quia venditor sit in mora
30 cum mora integro precio non soluto cessat, nec ex eo, quod emptor dominium, & possessionem habeat, sed solum ex æquitate, ne locupletetur cum aliena iactura, sequitur, *Rain. cons. 144. nu. 3. lib. 1. Abb. cons. 66. num. 2. lib. 1. Nacc. cons. 384. nu. 6. & seq. & num. 10. lib. 2. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 7. vers. 11. Honded. qui alios refert, & alia exempla in d. cons. 44. num. 23. cum multis, & latissimè Surd. d. cons. 101. num. 8. & seq. & num. 23. & 25. nec aduersatur.* vbi tenet etiam emptorem teneri ad vsuras precij non soluti, esto
31 venditor non adimpleuerit integraliter assignando totam rem.

Quatenus verò dicitur Doctores loqui in emptore, & venditore, & sic in contractu oneroso, ne emptor gauderet re, & precio, at hic nihil est datum ex parte Mariettæ ipsi Thomæ, & eius hæredibus, vt possit dici, quod hæredes Thomæ habent vnc. 2000. & æquiualens datum per Mariettā, quoniam respondetur primò, quòd istæ vnc. 2000. per Thomam fuerunt constitutæ in capitale pro Marietta, faciente fructus vnciarum 120. singulis annis, & pro ipsa dum erat vidua cucurrerunt, inde nupsit, quomodo potuit cessare solutio fructuum? si ex quo non contraxit, vt in primò matrimonio; respondetur, quòd non est talis pœna imposita in primo contra-
32 ctu, neque in testamento, in quo non potuisset apponi, cum in primo fuerit ius acquisitum Mariettæ, quod sine ea non potuisset tolli, *l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.* igitur dicti fructus quo ad vnc. 120. currebant absque aliqua interpellatione nil importabant cedulæ Ioannis Pellegrino, neque responsiones super illis, cum vnc. 120. taxatæ à testatore eius cursum faciebant, sed tantum cedulæ tendebant circa maius interesse, quòd si Io. Baptista hæres prætendebat extinctionē vsurarum debebat depositare pecunias iuxta formam primorum capitulorum, vt est comprobatum num. 26. & vt pluries replicauit in cedulis responsiuis Ioannes ipsi de Lazari, vt supra est dictum, vnde si capitale vnc. 2000 Mariettæ erat pariens vnc. 120. annales, Implementum nullum poterat peti, cum ex deposito omnia prætensa per hæredem poterant adimpleri, vt supra est dictum, & parui facienda erat dotatio Mariettæ, ex quo iam onus in dote fuerat appositum quam semper insequebatur, & ex deposito hæres erat cautus.

Respūdetur secundò, quòd Thomas erat dives, & tenebatur alere sororem non valentem se alere bonis suis proprijs iuxta eius conditionem, vt ex *Franc. thesaur. & alijs supra ostendi num.* 10. & dum legauit vnc. 120. casu quo hæres non emit redditus, vt est dictum prædictum legatum dicitur factum pro extinctione alimentorū-
33 ad quæ tenebatur, cum retinens dotem illam conseruat cum obligatione dotandi, & interim alendi, cùm mulier debet viuere ex dote, & propter alimenta capitale dotis non est consumendum *Abb. in cap. 1. de vsur. Surd. de alim. quæst. 10. tit. 4. nu. 2.*
34 Et in patre loquitur *Bart. in l. qui filiam. in 2. let. num. 1. ff. vbi pupil. conue. deb. Aret. §. fuerat nu. 65. instit. de act. Cæsar. manent. de contract. Liuel. pact. 15. nu. 75. 76. & 77.* igitur dum Ioannes de Pellegrino alimentauit Mariettam, & exonerauit hæredes Thomæ à dictis alimentis, ad quæ ipsi tenebantur, consonum est rationi, vt viro dicta alimenta soluantur ab ipsis hæredibus, ad quos dictum onus spectabat, & sicut ante dictum matrimonium pro dictis alimentis soluebantur dictę Mariettæ vnc. 120. eodem modo, & constante matrimonio sol-

uantur marito ex *Alex. Magon. Roder. Barbos. & alijs supra allegats.* vnde sequitur iustissimè, quod prætensum non implementum mariti non fecit, quin hæres non vsus fuisset dictis vnc. 2000. & cum illis lucratus fuisset maximam summam, & maximè cũ sit mercator opulentus, solitus negotiari per oẽs mundi partes, & sic dum denegauit solutionem vnc. 120. in constantia matrimonij, videtur velle locupletari, cùm iactura dicti Ioannis, quod Leges abhorrent, *ex Honded. d. cons. 44. & Surd. d. cons. 101. & alijs supra allegatis.* tanto magis, quod facto implemento per Ioannem, & Mariettam, & exinde per solam Mariettam, vt est dictum, hoc non potest negari, vt latissimè supra fuit comprobatum, & hoc sentijt Iudex reseruando actoribus iura competentia, quæ reseruatio non potest verificari, nisi impleto toto prætenso per partem, cũ tunc lex disponit fructus esse soluendos, cui addo, quod cum Ioanne viuente fuisset factum prętensum implementum in anno 1612. ratificatum, vt in primis capitulis, nec minus capitale depositauit Ioannes Baptista pro reluitione, item etiam in accordio cum sorore continuauit ad annuas solutiones vnc. 120. & sic sicut facto im-
85 plemento non fecit depositum capitalis; ita neç tunc præsumitur quod feciſſet ab initio, *Honded. cons. 56. nu. 19. vol. 1. vbi alios refert.*

Ex quibus concludo dicta interusuria deberi hæredi ipsius Ioannis. Messanæ de mense Februarij: 1618.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui non fuit in loco destinatæ solutionis, an possit petere vsuras dotales ab ijs dotantibus, qui tenebantur alere. Quid in extraneo, num. 4. Affertur ratio, nu. 5. intellige num. 27. & 29.*

2 *Maritus, an æquiparetur emptori, & vsuræ dotales, fructibus num. 3.*

6 *Frater tenetur dotare sororem inopem, etiam si habet aliquid sed non condecens conditioni.*

7 *Legatum annuũ præsumitur in causam alimentorum.*

8 *Venditor si promisit dare fideiussorem pro euictione, cum pacto si non dederit non possit agere ad preciũ; an possit petere fructus recompensatiuos, si non adimpleuit.*

9 *Pecunia in mercatore semper parit fructus, cũ in eo semper præsumantur merces continuo paratæ, & semper dicitur certum lucrum. num. 10.*

11 *Emptores reddituum in regno semper inueniuntur. Et an sit necessaria probatio, nu. 12.*

13 *Dies interpellat pro homine.*

14 *Interusurium dotis est loco vsuræ recompensatiue. Affertur ratio num. 15. 16. 17. 18.*

19 *Mora irregularis, quando contrahitur in dote Et quid operetur num. 20. & quid regularis num. 21. & 23. & quando contrahatur num. 22. Et quid existente iusta causa, num 24.*

25 *Dos si consistit in prædio, tenetur promissor ad fructus, quos ex illo percepit; idem si in pecunia, quam constat mercimoniasse.*

26 *Pecunia in manu mercatoris plus valet, nam maiores fructus reddit.*

28 *Maritus potest expellere vxorem, & denegare alimenta, quando dos non est sibi soluta.*

30 *Lex quod frequentioris vsus exprimit, non mutat in alijs iuris dispositionem.*

32 *Maritus cui pro dote promissa fuit datum prædium loco pignoris; an fructus prædij computet in dotem affertur ratio. num. 33. 34. & 35.*

ARGVMENTVM.

Vsuræ dotales an competant marito, qui non fuit in loco destinatæ solutionis; tam contra dotantes, qui tenebantur alere, quam contra extraneum dotantem, & an fructus ex predio pignori dato, cumputet cum dote.

CONSILIVM XI.

IESVS MARIA.



Cripsi aliàs pro hærede quondam Ioannis Pellegrino competere interusuria pro tempore quo substinuit onera matrimonij, contra Ioannem Baptistam Lazari, aduersus quas allegationes fuit responsum. Poterit itaque spectabilis Iudex ex earum omnium ponderatione cognoscere, quam clara sit iustitia Clientis: ad vnum tantum ex adductis ex aduerso me restringendo, an *Surd.* ex aduerso allegatus *in tract. de alimen. tit. 1. quæst. 42. num. 131. & seq.* faciat pro Cliente, vel contra, vt ex aduerso allegatur: Quando-
1 quidem ibi *Surd.* inquit, maritum, qui in loco destinatæ solutionis non fuit, posse petere à socero, vel altero dotãte qui tenebatur alere, vel dotare, vsuras, ductus argumento, *tex. in l. curabit. C. de act. empt.*
2 æquiparat enim maritum emptori, & vsu-

ras

ras dotales fructibus. *l. fructus. C. de act. Corn. conf.* 145. *vol.* 2. secus esse in extra-
4 neo, qui non tenebatur alere, nec dotare,
5 ratio est quia obligatus releuatur onere alendi, ideo videtur fructum promissæ dotis percipere, qui consistit in alimentis, extraneus verò, qui nõ tenebatur alere, licet pecuniam penes se retineat, non ex ea fructum aliquem percipit, nam ex quo maritus vxorem aluit, aliquid consequitur, cũ pecunia non est apta ad multiplicandum, & germinandum, cum sit mensura rerum, *l.* 1. *ff. de contrah. empt. cum alijs ab eo allegatis*; Ego dixi quod licet Domina Marietta habebat aliquid, vt ex aduerso præsupponitur, tamen non erat sufficiens, vt posset nubere iuxta eius conditionem, & qualitatem & quod ita sit, apparet, & manibus tangitur, quia Thomas dotauit. vnc. 2000. de proprio, quas si non dotasset pari non potuisset nubere, DD. enim, qui dicunt fratrem teneri dotare sororem, loquũ
6 tur non solum quando illa nihil habet, verum etiam quando quod habet non est sufficiens ad nuptias contrahendas iuxta eius conditionem, & qualitatem, *ita testatur Pappon. per me allegatus in conf.* 24. *num.* 1. *& sequ. relatus à Giurba d. decis.* 45. *nu.* 12. ex his igitur concludendum est, quod Thomas tenebatur, & per consequens Ioannes Baptista frater, & hæres dotare ipsam Dominam Mariettam eius sororem.

Addo & fortius, quod Thomas reliquit vnc. 2000. pacto tamen adiecto, quod dum Ioannes Baptista eas non soluet, soluere teneatur vnc. 120. annales, quæ cedunt in
7 alimenta ipsius Mariettæ sororis, nam legatum annuum, quod relinquitur simpliciter, nulla alimentorum facta mentione, præsumitur in causam alimentorum relictum, *l. cum hi. §. si in annos. ff. de transact. Castr. conf.* 5. *num.* 6. *vol.* 1. *Ioan. de Amic. conf.* 56. *num.* 1. *Bal. l.* 1. *num.* 44. *ff. solut. matrim. Ruin. conf.* 24. *num.* 9. *vol.* 1. *Surd. de alim. tit.* 2. *quæst.* 12. *nu.* 1. *&* 10. *tit.* 9. *quæst.* 6. *tit.* 14. vnde stante dicto legato facto per Thomam tenebatur Ioannes Baptista alere Mariettam cum exsolutione dicti annui legati ipse alebat, & ad annuum legatum iam tenebatur, & per consequens doctrina Surdi facit pro Cliente, cum simus in fratre, qui ad alimenta sorori, eãq; dotare tenebatur. Præterea Surd. ideo dicit quod in extraneo nõ habet locũ, *tex. in l. curabit.* quia pecunia, quæ penes illũ remanet non generat fructus; vnde contrarium cõcluderet, si esset in re fructifera, at ego dixi in meis allegationibus, quod hic lumus in capitale, quod faciebat fructus ante matrimonium, nam per testamentum Thomæ ordinatur donec non soluet vnc. 2000. debere soluere vnc. 120. annales, quæ ceperunt currere, exinde vero, ex quo nupsit, & non adimpleuit (vt vult pars) ꝙ negatur (ꝙ ob nõ implementũ dicatur amittere fructus) hoc est contra dispositionem *d. l. curabit.* & contra id, quod inquiunt *Honded. Surd. & alij in meis allegationibus adducti, quibus addo etiam tex. ab eis allegatum in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. & vend. ibi* (hoc enim solum spectare debemus, an habeat facultates fructus percipiendi) *Cefal. conf.* 609. *lib.* 4. *Couar. & alij alleg. à Fachin. lib.* 2. *controuers. iur. cap.* 39. *in* 2. *quæst.* quod si vendidi rem, 11
8 & promisi dare pro euictione fideiussorem cum pacto, dum non dedero non recipiam pretium, quod esto sit elapsum tempus, & non adimpleuerim, possum petere pretiũ, & fructus, quia nõ implementum non facit, quin emptor nõ percipit fructus absq; solutione pretij, vnde non implementum in casu isto non potuit operari, quin Ioannes Baptista non retenuisset in eius posse vnc. 2000. capitalis; & vnc. 120. singulis annis, ad quas tenebatur vigore dicti testamenti, & per consequens æquitas non patitur, quod gaudeat vnc. 2000. & fructibus illarum, qui sunt vnc. 120. annales. ita taxatæ per testatorem.

Insuper ego dixi, nos in mercatore ditissimo versari, & omnium mercatorum huius Vrbis ferè primo, in quo non potest dici pecuniam in eius posse otiosam remã
9 sisse, & non generasse fructus, cùm in eo semper præsumantur merces continuo paratæ, quasi certum lucrum, ex illarum opera, & continuo vsu, argum. *l. hæ operæ. ff. de oper. libert. Salic. l. si sterilis. §. cum per venditorem. in fin. ff. de act. empt. & vend.*
10 cùm semper dicitur certum lucrum in persona mercatoris, vt ex auctor. *Iaf. Neuiz. Dec. Cagnol. & multorum dixit Bursat. in pleno conf.* 68. *vol.* 1. *& post eum Bolognet. conf.*
11 13. *nu.* 2. Item in Regno non potest dici pecuniam stare demortuam, cum semper emptores reddituum secundum bullam ad sunt, & inueniuntur, *Castil. decis.* 61. *nu.* 23. *vbi alios refert. Cæsar Manẽt. de Iur. contract.*
12 *liuel. pact.* 15. *n.* 42. vbi inquit non esse opus probare adfuisse census venales, quia diesim plures inueniuntur, vt experientia comprobatur, *refert Ludou. decis. Perus.* 67. *num.* 32. *part.* 2. *Rot. gen. decis.* 139. *nu.* 9. *Thesaur. decis.* 43. *num.* 5. *Couar. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 1. *col.* 6. *vers.* 6. *hinc etiã*

& vers. 7. in fine, & multos alios refert. hinc est, quod M. Curia aliquando amplexa est opinionē, q̄ in nullitate decretorū, licet creditor, qui distraxit condemnetur ad restitutionem bonorum cum fructibus, tamen ipsi restituitur pretiū pro quo distraxit cum interesse ad quinque pro centum, *iuxta tex. in l. prædiorum. l. vtere. l. si prædiū. C. de præd. minor. Octauian. decis. Pedamon. 160. num. 15. vers. quo vero ad id. & post. multos Rodoric. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 14. num. 44. 45.* & ita fuit decisum anno 1616. per Magnam Regiam Curiam, & per spectabilem de amico Iudicem in causa, & confirmatum per Tribunal S. R. C. *& ego in cons. 41. num. 4. & 5.* Insuper dixi, quod etiam extraneus dotans, quando
13 est certa dies constituta solutionis dotis, statim elapso die constituitur in mora regulari, & incipit currere interusurium dotis, quia dos interpellat, *l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipulat. cum alijs per Cumia. d. cap. vit. 94. num. 21. & post eum Petr. Barbos in l. de diuisione. num. 45. ff. solut. matrim.* At hic dies est certa in dotatione facta per quondā Thomam Hieronymo Conti, & licet exinde separatum fuerit matrimonium, tamen eo tic constituto in mora fuit facta dotatio per dictam Mariettā, & cessa iura secundo viro, cuius est hæres Cliens, per quem vltra dictam constitutionem in mora fuerunt missæ multæ cedulæ interpellatoriæ, quod deposited, & licet Ioannes Baptista replicabat de adimplemēto (quod ego teneo impletum) tamen esto, (vt pars prætendit) assertum non implementum Clientis non fecit. quin Ioannes Baptista non habuisset penes se dictas vnc. 2000. & vt mercator illas implicuisset mercimonijs, & multa superlucratus fuisset. Itē etiam, & vltra nō tenuisset penes se vsuras vnc. 120. annales, pro illis, relictas dictæ Mariettæ per Thomā dum Ioannes Baptista non emerit redditus, nec depositauerit in tabula, vnde cum istas pecunias, & eo-
14 rum fructus, & vsuras recompensatiuas commodi per ipsum Ioannem Baptistam accepti, cùm de iure sunt licitæ ex *d. l. cubit. quam l. in puncto in terminis dotis vltra Surd. allegat, & sequitur glos. fin. in d. l. de diuisione ff. solut. matrim. Mar. Ant. variar. resolut. lib. 1. resolut. 59. nu. 4. Peregr. cons. 95. num. 3. Tiraqu. de retract. conuention. nu.*
15 70. *fol.* 382. vbi æquiparat emptorem respectu rei emptæ, & maritum respectu dotis, & idem iuris dicit esse in vtroque, nam
16 mulier dans dotem, est tanquam vendens, & onera matrimonij, quæ subit maritus sunt loco pretij ipsius dotis, quæ datur ob ea onera, *l. ex promissione. ff. de action. & obligat.* vbi dicitur maritum quantum ad dotem pertinet, esse veluti emptorem, & allegat alia iura, & authoritates, immò inquit quod antiqui dicebant matrimoniū esse quamdam speciem emptionis, & venditionis, & quando maritus subtinuit onera matrimonij dicitur quasi pretium soluisse, & sic reducimur ad terminos *dictæ leg. curabit. C. de action. empt. ita in puncto Barbos. in d. l. de diuisione num. 12. & in num. 40. inquit glos. fin. in. d. l. de diuisione.* quæ dicit dispositionem *leg. curabit.* quæ habet locum in dote procedere non solum in dote promissa per patrem, & vxorem,
18 verum & quemcumq; dotis promissorem, etiam extraneum, cùm extraneus promittendo dotē pro muliere, tacite vult, quod maritus ex fructibus dotis vxorem alat, *d. cap. salubriter. de vsur.* & præsumitur tacitè promittere pro prędictis oneribus tā tum emolumentum, quantum ex dote illa soluta salua existente potest percipere aliquis homo, mediocri prudentia, & diligentia præditus ab illo tempore, quo illa est soluenda, & ab eo, quo incipit maritus prædicta onera sustinere vsque ad solutionem, ita in puncto *Nauar. cap. si fenerauerit. 14. quæst. 3. num. nu. 66. in commentar. de vsur.* si igitur maritus ex hoc illam alat, debet promissor dotis in mora videri cōstitutus, quia nihil interest implementū fieri in vnius persona, vel in persona alterius de mandato illius, *alleg. l. si rem. §. satisfactum ff. de pignorat. act. precisè num. 44. vers. pariter etiam cauendum est. à Bart.* vbi illum, & Capicium impugnat, ibi enim per plures numeros disputando quæstionem
19 inquit moram inregularem esse contractam ab initio promissionis dotis absq;
20 certa die, quæ enim mora inregularis operatur, quem teneri de perceptis tantum *glos. in l. sed & si reipublicæ. §. fin. ff. de vsur.*
21 *& ante num. 53.* regularem verò teneri de perceptis, & percipiendis. *l. apud Iulianum. §. 1. ff. de legat. primo.* & regularem esse
22 contractam per lapsum biennij in extraneo, quando non est statuta certa dies, quæ mora tunc operatur idē, quod illa, quæ fit per litis contestationē, quo in casu morosus tenetur ad interesse quanti plurimi, sicut post litem contestatam. *l. vinum. ff. si cert. petat. & ibi Bal. col. 2. verb. (modo veniamus.) & Alciat num. 28. Corn. cons. 166. num. 6. lib. 4.* & hoc in casu, si habeat iustam causam liberabitur à dicto interesse
24 quanti plurimi, non autem à perceptis,

Granet

Granet. conf. 837. *num.* 17. *lib.* 5. *cum alijs à Barbos. num.* 42. vnde si essemus in casu,
25 quo extraneus promissor dotis consistentis in prædio. de quo percepit fructus, diceretur ipso iure constitutus in mora irregulari, & per consequens teneri ad consignationem prædij cum fructibus per eum perceptis, si autem dos consistit in pecunia, & promissor dotis fuit illam negociatus, cum sit mercator, prout in casu isto, vel ex ea habeat lucrum, cum pro illa soluenda abinitio teneatur ad vsuras, prout in præsenti casu in quo tenebatur ad solutionem vnc. 120. annalium, dum capitale non deponitabat, & tunc tenetur absque aliqua difficultate ad id, quod ad eum peruenit, & per consequens in præsenti casu ad dictas vnc. 120. singulis annis, vt in puncto videri poterit *Barbos. in d. l. de diuisione. num.* 43. Hoc enim in casu, cum verificetur dispositio *dictæ l. curabit.* DD. non considerant non implementum, nec etiam moram, in quam non incurrit ille, qui non impleuit ob non implementum factum per aliam partem, sed tantum considerãt æquitatem, ne locupletetur cum iactura aliena, vt inquit clarè *tex. in d. l. curabit. in vers. nulla licet mora interuenerit.* prout esset in præsenti casu, si Ioannes Baptista Lazari retinendo penes se capitale vnc. 2000. liberaretur à solutione vnc. 120 legatarũ per quondam Thomam dum non depositat dictas vnc. 2000. & è contra Ioannes de Pellegrino alimentaret Mariettam suis sumptibus, & expensis dote, & fructibus remanentibus penes Ioannem Baptistam, prout latissimè *Honded. cum alijs latissime allegatis in d. conf.* 44. *nu.* 23. *vol.* 1. *& Fachin. & alij vbi supra:* Immo non considerant in aliquo, quod Ioannes Baptista habebat pecunias paratas, & promptas pro solutione illarũ; retinuisset mortuas, quoniam vltra, quod lex in mercatore, prout ipse est, numquam præsumit tenere ociosas, vt fuit comprobatum, & tangitur manibus, nam quando Domina Marietta ratificauit, vt voluit frater, nec minus depositauit dictas vnc. 2000. sed soluit vnc.
26 120. annales, ratio est, quia pecunia maiores fructus reddit in eius manibus, & pecunia in manu mercatoris plus valet, *Nauar. d. cap. si feneraueris.* 14. *quæst.* 3. *num.* 46. *in communi de vsur. fol.* 133. tamen cùm illis tenebatur ad vnc. 120 annales. & hoc numquam poterit per partem euitari, vt dictum est, tenetur ad vsuras, cùm de eis depositum non fecerit, quod facere debuisset, si à præsenti petitione releuari voluisset, tanto magis, quod potuisset deposita re pecunias cum clausulis sibi bene visis, videlicet ne expendantur, nisi iuxta formã contractus Hieronymi Conti, & scripturarum, quas voluisset. *Ita post glos. Gabr. & alios. Honded. d. conf.* 44. *num.* 36. *vol.* 1.

Nec obstat ratio tenentium contrariam opinionem, quod ideo extraneus non tenetur ad interusuria, quia non tenebatur illam alere, & dum maritus illam alit, non releuat extraneum, quia non est vera, cum dotis fructus oneribus matrimonij deser-
27 uiant non solum genero, sed etiam extraneo, qui indotatam vxorem non fuisset ducturus, *l. pure. §. si eum. ff. de dol except.* & propter dotem promissam non solutam
28 maritus potest expellere vxorem, & ei alimenta denegare, *l. fin. C. ad velleyan. cap. per vestras. de donat. int. vir. & vxor. Barbos solut. matrim. in prima parte l.* 1. *nu.* 43. *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæst.* 17. *nu.* 1. *Molin. de ritu nupt quæst.* 41. *num.* 3. *lib.* 3. *Palat. rub. in* 3. *notab. post Salic. & alios quos ibi refert:* vnde cum sic in extraneo, sicut ni genero militat, eadem ratio militare debet etiam eadem iuris dispositio, *l. illud. ff. ad l. aquil.*

29 Item Doctores mouentur dispositione *d. cap salubriter.* ex quo loquitur in genero, vnde inferunt non procedere in extraneo, nam, si recte conideretur, non fundatur dispositio illius text, in eo, quod fuit dos genero promissa, sed in oneribus matrimonij à genero supportatis, quibus dotis fructus regulariter non sufficiunt, hoc enim exemplum est gratia frequẽtioris vsus, cùm frequentius filiæ dotantur, quam extraneæ, & quod frequentioris vsus gratia in lege ex-
30 primitur non mutat in aljs iuris dispositionem, *Glos. Clem.* 1. *de rescript. l. vnica. verb. sponsam. C. de rapt. virgin. l.* 1. *C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Peralta. l. Lucius. num.* 22. *ff. de legat.* 2. *Emanu. Cost. cap. si pater. num.* 26. *verb. si absque liberis. Pelaz. de maioratu. part.* 1. *quæst.* 31. *nu.* 4. nec exempla restringunt regulam, sed illã declarant, *§. hactenus. instit. de grad. cognat. Menoch. conf.* 2. *nu.* 205. cùm igitur illius text. ratio sit vniuersalis tam in filia, quã
31 in extranea dotata generaliter exaudienda est, ita in puncto. *Velasc. consult.* 8. *num.* 2. *lib.* 1.

Nec etiam obstat alia ratio, quod pater filiam tenebatur alere, extraneus verò nõ, quia interesse illud, propter quod gener in casu *d. cap. salubriter.* lucratur fructus pignorũ nõ cõsideratur ex persona debitoris sed ex persona creditoris, cui dos promis-

sa soluta non est, itaque non refert, quod dotis debitor sit pater, vel extraneus, sed quod maritus cui dos soluta non est substi nuerit matrimonij onera, quibus dotis fructus frequenter non sufficiunt, item extraneus promittendo dotem pro muliere tacitè vult, quod maritus ex fructibus dotis vxorem alat, *d. cap. salubriter.* cùm autem maritus suis bonis alat, meritò promissor illud damnum tenetur resarcire marito impleti in persona vxoris de mandato, aut voluntate tacita dotantis, *argum. l. solutum. ff. de solut. l. si rem. §. satisfactum ff. de pignoratic. act.*

Et ad corroborationem facit, quæstio posita à DD. an Maritus, cui pro dote promissa fuit datum pignus tenetur fructus
32 pignoris in dotem excomputare, & concludunt, quod tam si sit pater dotans, quã frater, & quilibet extraneus non tenetur
33 excomputare, & ratio est secundum eos, quia maritus impleuit substinendo onera matrimonij, quibus dotis fructus frequenter non sufficiunt, & quia ratio congruit sic patri, sicut extraneo, cùm non sit in consideratione persona debitoris dotis, sed mariti substinentis onera, *Velasc. d. cõsultat. 8. num. 2. lib. 1. & Nauar. d. cap. si feneraueris. 14. quæst. 3. num. 65. & 66.* vbi confutat opinionem tenentium contrariũ ideo in patre procedere, quia tenetur filiã alere, at extraneus nequaquam (quoniam
34 ex natura contractus dotalis competunt fructus pignoris, & interusuria dotis consistentis in pecunia) cùm in eo concurrunt hæc omnia; primò, vt maneat vir obligatus ad onera matrimonij, secundò ad seruandam saluam dotem, *l. vbi adhuc. C. de iur dot.* Tertiò, quia constituens dotem cõfert illam tanquam patrimonium fæminæ ea lege, vt non expendatur capitale, sed maneat semper integrum, & illæsum, & vt ex fructibus eius alantur vxor, & familia, *l. Pomponius. ff. famil. erciſc. l. pro oneribus. C. de iur. dot. cap. per vestras. de donat. inter*
35 *vir. & vxor.* & quicunque dotat aliquam, assumit sibi munus paternum iure omniũ gentium, & consequenter tenetur illam alere, & dare illi dotem ad onera matrimonij, quamdiu actu non exhibet alimenta, & inquit, quod præsumitur maritus pecuniam sibi in dotem constitutam non relicturum ociosam, sed empturum ex ea rem sibi fructiferam, vel expositurum negocijs, vnde salua dote onera sui matrimonij leuaret, nam dos datur ad leuanda onera, & ob eumdem finem vna cum dote fructus, & lucra, quæ ex illa, vel mediocri diligentia adhibita haberi possunt, & propterea iustè sibi conceduntur fructus, & interusuria, & iustissimè fuit prouisum in casu isto per quondam Thomam, quod dum non soluitur dos dictæ Mariettæ per D. Ioannẽ Baptistam fratrem, & hæredem soluantur vnc. 120. annales, quæ in alimentorum causam taxatæ, & legatæ videntur, vt supra dictum est.

Ex quibus currenti calamo dictis, ob festinantiam partis, intrepidè sentio dicta interusuria ad vnc. 120. quolibet anno nullo iure posse denegari. Messan. die 20. Martij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Emisse per interpositam personam præsumitur qui post emptionem reperitur possidere, & fructus percipere.*
2 *Confessio dotantis facta post donationem non præiudicat donatario, quid quando est verisimilis nu. 3. quid si constet de veritate confessionis num. 7.*
4 *Iactare suum nemo præsumitur, maximè mulier, cuius genus auariss imum, num. 5.*
6 *Declaratio facta in testamento irreuocabilis est.*
8 *Filiusfamilias non potest testari. Sic de profectitijs, nu. 9. Sic & de aduenticijs, nu. 10. Esto pleno iure spectarent ad eum, num. 11. Et an tunc possit alio titulo alienare, nu. 12. Affertur ratio. num. 13.*
14 *Amplia, vt nec cum patris consensu possit testari, & nu. 15. Quid fauore piæ causæ, nu. 29. intellige, vt num. 30. 31. & 33.*
16 *Amplia in filia nupta, quæ nec de dote testari potest.*
17 *Emancipatum se esse asserens debet probare.*
18 *Asserenti se posse actum gerere, ex quo prohibitio fuit sublata, non creditur, nisi aliunde probet.*
19 *Filiofamilias asserenti se testari de Castrensibus, vel quasi, non creditur.*
20 *Filius familias non liberatur à patria potestate per Senatoriam dignitatem, nec per matrimonium, nu. 22. licet Panormi sit consuetudo, num. 23. Etiam per habitationem separatam nu. 25. 26. & 27.*
21 *Senator est Iuratus, & Decurio Ciuitatis.*
24 *Filius familias testando si dicit se filium fam. est nullum testamentum ipsum vitio visibili. idem si dicit se putare quod habeat potestatem testandi num. 28.*
23 *Filius fam. si vendidit inscio patre rem peculij aduenticij, poterit patre mortuo rem ipsam recuperare, quia nulla ab initio fuit venditio.*
34 *Statutum Messanæ sub cap. 20. an procedat,*

etiam

etiam quando matrimonium est contractum secundum ius Romanorum.

35 *Ablatiui absoluti important conditionem.*

36 *Statutum Messanæ sub cap. 20. declaratur.*

37 *Testandi facultas, quando conceditur (esto, liberè dicatur) intelligitur iuxta terminos iuris, quod instituat, & ex hæreditet ex causa, & adhibeat alias solemnitates.*

38 *Alienandi liberè concessa facultas non intelligitur, quod non debeat requirere directum.*

39 *Testamentum Filijfam. mortui sine descendentibus præteritione patris est ipso iure nullũ idem, & matris nu. 40. quid si filius sit clericus num. 41. Quid si filius est emancipatus, num. 42. quid si habet filiam, quæ forte excluditur, num. 43. amplia num. 44.*

45 *Descendentes ab ascendentibus iuris necessitate debent instituí, vel exhæredari aliàs testamentum est nullum, nec sufficit relinqui, nisi fiat titulo honorabili, num. 46. idem in ascendentibus. nam debent à descendentibus ita institui num. 47.*

48 *Legitimam patri debet relinquere filius in proprietate, non autem in solo vsufructu. Affertur ratio, nu. 49. Idem & pater filio, aliàs testamentum est nullum, num. 50.*

51 *Clausula Codicillaris nil operatur in testamento filijfam. contra patrem, & quid operetur num. 52. & 53. & quid clausula omni meliori modo num. 54. & quid quando ab initio tentauit remedium testamenti, num. 55. & an operetur vt donatio causa mortis, nu. 56. Affertur ratio, num. 57.*

58 *Donatio causa mortis facta absenti non valet, fallit, quando notarius stipulatur pro absente. Idem si sit clausula codicillaris, nam valet iure fideicomm. nu. 60. Et quando, nu. 61. Affertur ratio num. 62.*

59 *Filiusfamilias potest donare causa mortis patre consentiente, qui consensus debet esse expressus.*

63 *Clausula omni meliori modo apposita in testamento, si non valet, vt vltima voluntas, an faciat valere, vt donationem inter viuos, intellige num. 64. 65. 66. 67. & 68.*

69 *Donatio irreuocabilis, & iam perfecta reuocari non potest, tamen potest ab initio apponi omnis conditio. num. 70. Affertur ratio num. 71.*

72 *Testator facto iam fideicommisso potest permittere hæredi alienationem, tunc hærede non alienante habet locũ fideicommissum, affertur ratio, num. 73. & per illa verba (& ab intestato) potest alienare per actus, etiã inter viuos, num. 74.*

75 *Donatio causa mortis sui natura est reuocabilis, tamen pacto potest fieri irreuocabilis.*

76 *Renunciatio facta per filiam nocet ipsi filiæ, sed non tollit libertatem patri, quin possit ipsi relinquere.*

77 *Renunciatio est strictí iuris, & venit secundum id, quod est expressum, & non fit extensio.*

78 *Donatio esto præmoriatur donatarius subsistit, quando est facta stipulatio quoad hæredes, fallit, quo ad personas prohibitas num. 79. & de veritate, num. 80.*

ARGVMENTVM.

Testamentum filijfam. in quo instituit locum pium, relicto legato patri de certis alimentis an sit nullum, & quid stante statuto Vrbis Messanæ sub capite 20. & de intellectu statuti, & quid si matrimonium non sit secundum vsum Messanę, sed secundum ius commune, & quid stante clausula codicill. & omni alio meliori modo, an saltem substineatur vt donatio inter viuos, & an donatio cum clausula, quod possit dare plus vni &c. toties quoties placuerit, si filia donataria renunciet patri contenta dote possit eidem filiæ pater iterum donare stante dicta protestatione, & quando aliquid dicatur emptum per suppositam personam.

CONSILIVM XII.

IESVS MARIA.

PEtitio DD. de Pellegrino Actorum tentata cõtra DD. Rectores Domus distributionis pauperum Messanę conuentos in causa vti prætensos hæredes testamentarios quondam Ioannis Pellegrino debet omninò procedere, ac etiam à Reconuentione facta Clientes liberari debent.

Etenim die 18. Decembris. v. indict. 1561. Nicolaus Antoninus de Pellegrino alter ex Actoribus per donationem irreuocabiliter inter viuos dedit omnia bona sua in ampla forma dicto Ioanni, & Mariæ Pellegrino eius filijs legitimis, & naturalibus tunc infantibus, & omnibus aliis filijs nascituris ex eo, & Sicilia Donato tũc iugalibus, quã etiam alijs filijs nascituris ex alio matrimonio forte per eum cõtrahendo pro æquali portione, & cum reciproca substitutione, quod vno eorum mortuo tam in minori, quam in maiori ætate ab intestato succedat alter cum facultate sibi præseruata, quod possit, & valeat quãdocunque

docunque declarare,& dare plus vni ex dictis donatarijs natis, & naſcituris, & minus alteri, prout ſibi placuerit, tam in vita, quam in articulo mortis, & quandocunque toties quoties.

De quibus bonis, vt ſupra donatis, ipſe donator ſibi reſeruauit de vnc. 200. pecuniarum poſſe teſtari, & diſponere, prout ſibi placuerit, & in quos, ſeu quem voluerit omni meliori modo, ita quod poſſit,& valeat ipſe donator de dictis bonis, vt ſupra donatis vẽdere, emere, & mercimoniare, & alia ſimilia facere ad eius voluntatẽ, ſubiugare, ſeruitutes imponere,& alia ſibi placita, quoniam per preſentem donationem no habuit, neque habere voluit manus ligatas in præmiſſis: & etiam voluit, quod dicta bona non poſſint confiſcari in forma, & cum dictis præuijs pactis, conditionibus, & præſeruationibus deuenit ad donandum, & non aliter, nec alio modo, & prout latius in dicta donatione ſtipulata per acta quondam notarii Pauli Riczo die quo ſupra.

Die 19. Octobris 1563. dictus Nicolaus Antoninus emit quoddam officium Comeſtabilis ad nomen dicti Ioannis eius filij vnius ex dictis donatariis tunc annorũ nouem pro pretio vnc. 513. & voluit emere pro dicto filio non ſimpliciter, & illius mero, & puro nomine, ſed cum clauſulis, conditionibus, ſubſtitutionibus, præſeruationibus authoritatibus, facultatibus, & aliis contentis,& expreſſatis in ſupradicta donatione.

Anno 1569. dictus donator per interpoſitam perſonam ſororis Franciſchellæ Criſafi eius ſocrus à quibuſdam de Angelica emit locum cum quodam fundaco, vna cũ duabus domibus in contrata Gazis iuxta ſuos fines pro pretio vnc. 756. præter non nulla onera ibi expreſſata: quæ quidem emptio, licet ex lectura actus venditionis facta appareat in perſonam dictæ Franciſchellæ, tamen ipſa fuit ſuppoſita perſona, ab ipſo Nicolao Antonino Actore ſub eius fide mentis, quod ex multis cõſtat,& præcipuè ex actis publicis locationum, & perceptione penſionum, & fructuum, & ex multis teſtibus apparet Nicolaum Antoninum poſt ipſam emptionem ſemper poſſediſſe prædictum locum, & numquam prædictam ſororem Franciſcam; ipſumque ſoluiſſe cenſus perpetuos ſuper dicto loco debitos, vnde ſequitur veriſſima concluſio, 1 eum præſumi emiſſe per interpoſitam perſonam, qui deinde poſt emptionem reperitur poſſidere, & fructus percipere, ita ſcripſerunt *Fabian. de empt. & vend. in 6. quæſt. in fin. 3. quæſt. princip. quem refert, & ſequitur Menoch. de præſumption. lib. 6. cap. 35. num. 24.*

Item etiam ex declaratione facta cum iuramento per ipſammet emptricem, quę declarauit ſe in ipſa emptione ſolũ habuiſſe nudum nomen, eamque fuiſſe verè factã pro ipſo Nicolao Antonino, & ad eius nomen, & etiam de eius propriis pecuniis, & omnia per eam geſta in dicto contractu ſpectauiſſe, & ſpectaſſe ad dictum eius generum, & prout latius in actu ipſo declaratorio ſtipulato in anno 1601.

Et licet in anno 1593. dicta Franciſca donationem fecerit omnium eius bonorũ in perſonam eiuſdem Ioannis eius nepotis 2 ex filia, quapropter dicta confeſſio, & declaratio inde facta poſt donationem non 3 præiudicat donatario, tamen quando confeſſio eſt veriſimilis, nocere non ſolum cõfitenti, ſed etiam tertio, tradiderunt. *Alex. conſ. 18. num. 3. & 4. lib. 3. Cuman. conſ. 31. num. 1. Purpurat. Mohed. & alij, quos ſequitur Rot. Rom. nouiſſima deciſ. 685. part. 1. latè Surd. deciſ. 55. nu. 3.* quod autem ſit non ſolum veriſimilis, ſed etiã vera declaratio apparet ex geſtis, tam ante dictam donationem, & declarationem, quam etiam poſt; ex actis ante geſtis apparet, quia facta dicta emptione per dictam Franciſcam in dicto anno 1569. Inde anno ſequenti 1570. dictus Nicolaus Antoninus valde infirmus teſtamentum fecit, in quo de dicto loco diſpoſuit, tanquam de re propria, ac ſi à ſe ipſo emptus eſſet, mandando, quod fructus eiuſdem ſint dictæ Franciſcæ, & Siciliæ eius vxoris toto tempore earum vitæ, & poſt ipſius Franciſcæ mortem ſint dictæ Siciliæ vxoris ipſius teſtatoris, quibus mortuis locus perueniat ad eius hęredem vniuerſalem prohibendo poſſe alienari & ſubiugari, ſed quod ſemper ſit eius hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum, & in infinitum, & cum clauſula iuris Francorum, ita quod maſculus præferatur fæminæ, & maior minori, & quod nunquam poſſit diuidi, & diſmembrari, præſente ad ea omnia ipſa Franciſca & conſentiente, & ſe contentante de ſupradicta diſpoſitione loci, animo ſibi, & iuribus ſuis præiudicãdi ſcienter, & expreſſè, ex quo euidentiſsime colligitur, locum fuiſſe de propriis bonis ipſius Generi, & ipſi pleno iure ſemper ſpectaſſe, & eius locrum verè in contractu nudum tantum nomen habuiſſe, ſi enim aliter res ſe haberet, eo quod ſpectaſſet ad ipſam, vtique nõ permiſſiſſet Gene-

ro

nero de re sua propria testari, nec in testamento interueniſſet animo ſibi præiudicãdi in iuribus ſuis, quæ ſuper loco habebat, immo expreſſe contradixiſſet, quis enim non præſumitur iactare ſuum *l. cum de indebito. ff. de probat.* maxime in muliere: cuius genus auariſſimum.

4 5

Nec nocet quod illa diſpoſitio non habuerit effectum ex ſuperuiuentia teſtatoris, qui ad præſens actor eſt in cauſa, nam ex hoc non tollitur, quin illa declaratio non teneat, cum in teſtamento fuerit dicta Franciſca præſens, & acceptans, ac etiam interuenerit animo ſibi, & iuribus ſuis prę iudicandi, quo in caſu parte præſente, &

6 acceptante declaratio facta in teſtamento ſubſtinetur, & inreuocabilis eſt, etiam reuocato teſtamẽto ad late tradita per *Surd. in plena deciſ. 127.* ex hoc enim infertur dictam Franciſcam ideo conſentijſſe diſpoſitioni factæ per Generum de dicto loco, & ſe præiudicaſſe in iuribus ſuis, quia locus vere erat de bonis proprijs Generi, quemadmodum ſubſequens declaratio clare nimis demonſtrauit, quæ omnia magis vrgent ex eo, quod à die emptionis prædictę vſque ad præſens ſemper onera accollata inpartem pretij dicti loci fuerunt ſoluta per ipſum Nicolaum Antoninum, quin etiam nonulla capitalia bullalia pro ſumma vnc. 250 aſſignata illis de Angelica venditoribus infra ſolutionem dicti pretij erant bona propria dicti Nicolai Antonini, quæ capitalia ipſe dictæ Franciſcæ dederat per donationem inreuocabiliter inter viuos factæ eodem die venditionis, nec non quo ad aliam ſummam, etiam incompotum pretij ſoluit dictus Nicolaus Antoninus de proprio, & pro alijs vnc. 136. etiam pro pretio ſoluendo per dictam Franciſcam fideiuſſit dictus Nicolaus Antoninus, & reliquum pretij ad complimentum dicta Franciſca ſe accollauit ſoluere quibuſdam creditoribus illorum de Angelica venditorum de eorum voluntate, & interim, quod illa non erunt redempta, ſoluere iura decurſa, & decurrenda, ipſe Nicolaus Antoninus ſe obligauit, quare dicendum eſt veram fuiſſe declarationem exactis tam ante, quam poſt geſtis, dictamque Franciſcam ſolum nudum nomen habuiſſe in emptione iuxta eius declarationem iuramento firmatam, cùm præcipuè conſtet ex lectura venditionis, & ex nonnullis poſt geſtis actis in ſolutionẽ pretij. loci prædicti totum pretium exburſatum, ſolutum fuiſſe per ipſum Nicolaũ Antoninum de ſuis proprijs pecunijs attenta maxime dictæ Franciſcæ nimia paupertate, ex qua illam non potuiſſe tale tantumque pretium exburſare, nemo eſt qui neget, de cuius paupertate ipſemet Ioannes de Pellegrino in alia cauſa conuentus, vti ius, & cauſam habens à dicta Franciſca in oppoſitionibus per eum pręſentatis expreſſe teſtatur; vnde cùm conſtet de veritate confeſſionis dictæ Franciſcæ, non obſtat dicere eſſe factam poſt donationẽ, & ſic poſt ius tertio quæſitum, quia nocet ex ſupradictis, *Angel. in conſ. 235. col. 2. in princ. in verſ. non obſtat, quod poſt ius quæſitum, quem ſequitur Tuſc. in verb. confeſſio. concluſ. 663. num. 63.* & ideo dicendum prædictum locum emptum, vere eſſe, de bonis ipſius Actoris.

7

Poſthæc cùm dictus Nicolaus Antoninus iam nuptui tradidiſſet dictam Mariam eius filiã, etiã donatariã cũ dicto quondã Ioanne, & ei cõſtituiſſet certas dotes prætextu matrimonij cõtracti cũ quondã Scipione Coruaija, & per eam fuiſſet facta renunciatio ampliſſima in perſonam patris, & ſic in familia tantum remanſiſſet dictus Ioannes ipſe Nicolaus Antoninus ſub die 5. Februarij 1613. ex ſupradicta poteſtate ſibi reſeruata in dicta donatione diſpoſuit quod dicta donatio olim per eum facta in perſonam dictorum Ioannis, & Mariæ eius filiorum effectum habeat in perſonam ſolius Ioannis in eo caſu tantum, ſcilicet quando ex ſe haberet filios legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio natos, qui etiam filij ex eo procreandi in dictis bonis donatis ſuccedere debeant cum eiſdem conditionibus, & præſeruationibus contentis in dicta donatione, & voluit caſu quo dictus Ioannes deceſſiſſet ſine filijs legitimis, & naturalibus (prout deceſſit nullis vnquam ſuſceptis filijs) quod in omnibus ſupradictis bonis, vt ſupra donatis ſuccedat ſupradicta Maria etiam actrix eiuſque filij legitimi, & naturales notario pro ea, & filijs ſuis legitime ſtipulante cũ eiſdem tamen vinculis conditionibus, & alijs contentis in dicta donatione, cancellando renunciationem per eam factam in dictis capitulis matrimonialibus.

Et quia poteſtatem prędictam ſibi præſeruauit Actor toties, quoties voluerit, ideo ſub die decimo Decembris 1613. re integra in humanis exiſtente dicto Ioanne aliam fecit diſpoſitionem, & voluit, quod dictus Ioannes de bonis donatis vigore dictæ donationis conſequatur tantummodo vncias quinquaginta, reliquum verò perueniat dictæ Mariæ etiam

cum

cum dictis clausulis, & facultatibus ibi præseruatis, & prout latius vigore dicti actus.

Hæc interim dictus Ioannes habita iam notitia prædictæ primæ dispositionis sub dicto die 5. Februarij 1613. sciens à dictis bonis donatis se fuisse exclusum, cum non habebat filios legitimos, & naturales) sub die 29. Martij testamentum condidit, & hæredem vniuersalem instituit dictum Montem pietatis pauperum sub quibusdam legatis, & dispositionibus, prout in eo.

Sub die 11. Decemb. proximi præteriti decessit dictus Ioānes sub dicto testamēto, & codicillo facto, die præcedenti 10. eiusdem, in quo Actor fecerat dictam vltimā declarationem, quod ipse succedat in dictis vnc. quinquaginta, quo mortuo, per Rectores dicti Montis hæredis dicti Ioannis prætensa fuit possessio tam supradicti loci, officij Comettabilis, & aliorum bonorum (quæ semper fuerunt ipsius Actoris) sub prętextu, quod fuissent dicti Ioannis, & quod ab eo cōtinuetur possessio in dictum hæredem testamentarium, & arma ta manu, licet cum brachio Illustrissimi, & Reuerendissimi Archiepiscopi Messanæ vti ordinarij loci tentauerunt se immitti in posseßionem dicti loci, & etiam iniungendo affictatori dicti officij, & possessoribus aliorum bonorū ipsius Actoris, quod velint soluere iura affictuum ipsis Rectoribus nomine dicti Montis pro continuatione dictæ possessionis.

Verum enimuerò dominium, & possessio bonorū donatorum dicto Ioanni, semper fuit penes ipsum Actorem eius patrē, non obstante dicta donatione, adiunctis supradictis declarationibus per eum factis, & literis Viceregijs sub visione M. R. C per eum obtemptis de manutentione eius possessionis in dictis bonis, ex quibus prȩcedens Actor continuationem eorumdem bonorum post mortem dicti eius filij per ordinarium eius loci (ex eo, quod hæres institutus erat causa pia) fuit facta prohibitio vtrique parti de nō accedendo ad dictum locum appositis per eum custodibus nomine veri possessoris (absq; eo, quod fieret actus sequestrationis, possessionis) quapropter per vtramque partem fuerunt præsentata incartamenta pro manutentione prædicta, & per Clientem innumeris testibus probatum fuit ipsum semper possedisse dicta bona donata vsq; ad diem mortis dicti Ioannis dictam possessionem comprobando, etiam per acta publica locationū, perceptionis fructuum solutionum, onerum, super eisdem bonis debitorum, per plures actus gestos per dictum eius filium super dictis bonis donatis procuratorio nomine paterno, & præsentatæ fuerunt in incartamento omnes procurationes, licet non defecerit pars etiam in probando dictum Ioannem possedisse, sed fuit probatio violenta contra acta publica, & minus concludens, & facta dicta probatione rebus ita se habētibus negocium remansit indecisum (causa ibi pendente.)

His omnibus in hoc statu permanentibus, stante aduentu Excellentiæ Suæ, & M.R. C. in hanc Vrbem fuit per Actorem simul cum Maria eius filia (in quam fuerunt omnia disposita) de omnibus præmissis supplicatum E. S. & facta generalis petitio, quod declaretur super bonis expressis in libello nullum ius competere dicto hæredi, & ea bona in principio semper spectasse, & spectare, & pertinere ad ipsos Actores. Secundò fuit etiam petitū quod super bonis proprijs dicti Ioannis vltra ea, quæ fuerunt donata á patre, dictus hæres super ipsis bonis hæreditarijs condemnetur ad soluendum omnia credita in maxima pecuniarum summa, in quibus Actores ipsi sunt creditores dicti Ioannis: Causa prædicta fuit commissa per E. S. Magnæ Regiæ Curiæ cum prouisione quod statim prouideat de iustitia, coram qua fuit præsentatus libellus, & confectus processus, tam quoad conuentionem, quā quoad reconuentionem; dicimus ergo indubitanter petitionem debere procedere sequuta liberatione à dicta recōuentione.

Quandoquidem petitio ipsa vndiq; iuridica est, cùm bona omnia in libello expressa pleno iure ad ipsos Actores spectēt, videlicet dictus locus magnus, officium comettabilis, & alia ibi enumerata non obstantibus dicto testamento, & donatione.

Et primo loco consideramus testamentum ipsum quo lætatur pars aduersa, est ipso iure nullum, vndique consideratum, siue respectu bonorum donatorum à patre filio, siue per ipsum testatorem acquisitorum loquendo de bonis aduentitiis, & est nullitas notoria vitio visibili ex ipso testamento patens, ex quo nec dominium, nec possessio in hæredem institutum transfertur, & hęres in eo institutus non potest petere se immitti in possessionem bonorum per defunctum possessorum, *iuxta text. in l. fin. de edict. diu. Adrian tollen.*

Quæ

Quæ nullitas ex duobus principalibus capitibus fundatur, primo respectu inhabilitatis personæ testantis; secundò respectu bonorum dispositorum. nullum est cõsiderata persona testatoris, qui filiusfamilias erat & in patria potestate constitutus viuente adhuc Actore eius patre, & per consequens incapax erat ad testandum, & testamentum eius inutile est, *Instit. quib. non est permiss. fac. testam. in princ. l. qui in potestate. & l. filiusfamilias. ff. de testam. cap. licet de sepult. vol. 6. Auall. conf. 68. nu. 3. lib. 4. Becc. conf. 76. num. 1. vol. 1. Ioseph Ludou. conclus. 61. num. 1. vbi alios refert.*

9 idque procedit, ne dum in bonis propriis (prout sunt hęc donata à patre filio) *Bart. in l. 1. quæst. 3. & 4. C. de sacrosanct. Eccles. & post eum Ias. col. 3. in 2. lectur. Ceph.*

10 *in conf. 256, num. 47.* sed etiam in aduentitiis, *l. fin. C. qui testam. facer. poss. & ibi Ias. Dec. & Rimin. l. fin. §. filius autem familias. C. de bon. quæ liber. Ludou. d. conclus. ampliae. 2. vbi refert alios. Calder. conf. 10. de testam. Duran. de art. testan. cauth. 1. tit. 1.*

11 dato quod ad filiumfamilias pleno iure

12 spectarent, licet tunc alio titulo possit alienare, *vt per Glos. & DD. in d. l. qui in potestate. Alex. in l. sicut certi circa finem. C. de testam. milit.* quæ sententia communis est, *vt per Imol. in l. si cum filius. §. Titio decem col. fin. ff. de donat. plenius confirmat Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effect. 9. nu. 4.*

13 & est ratio, quia filiusfamilias non habet integram personam, vt explicari possit ea, quæ sunt publici iuris, *Glos. in d. l. qui in potestate. & latè comprobat. Rimin. iun. conf. 156. vsque ad num. 4. vol. 2. sequitur ea omnia Iul. clar. in §. testamentum. quæst. 18.* amplians, vt nec etiam accedente patris consensu testari possit, *& allegat. comm. opin. & dixit expresse Iurisconf. in d. l. qui in potestate. ff. de testam. Ludou. d. conclus. ampliat. prim. text. in l. tam is. §. 1. ff. de donat. caus. mort. post plures, quos sequitur, comprobat Didac. Aspin. in specul. testam. in 4. part. glos. rubr. num. 9, & 10.* sequendo eamdem ampliationem, vt neque iterueniente cõsensu patris tale testamentum substineri possit, *& Tusc. in verb. (testar. qui non potss. sine culpa sua.) concl. 104. num. 37. & seq.* comprobando prædicta omnia, nec de profectitijs, neque de aduentitiis, etiam pleno

15 iure filiofamilias spectantibus, & de quibus patri non queritur vsusfructus, illum posse testari, etiam cum dicto consensu, & non solum id disponitur in filiofamilias,

16 sed etiam in femina maritata, vt neque de dote testari possit, *Becc. d. conf. 76. num. 2. Roll. conf. 68. nu. 7. lib. 4. quos sequitur referendo etiam alios Ludou. d. conclus. 61. ampliat. quinta.*

Accedat pro confirmatione, quod testator ipse in principio testamenti fatetur se filium emancipatum ab annis quinquaginta circiter, & quod pluries fuit in hac vrbe dignitate Senatoria insignitus, aliisq; publicis officiis decoratus, propterea dixit se hominem sui iuris esse, & à patriæ potestatis vinculis penitus dissolutum.

In quo animaduertendum est in omnibus erasse, nam dum ait se emancipatum, ei non creditur non obtenta emancipatione,

17 qui enim emancipationem allegat, & in ea se fundat, debet illam probare, *post Soarez. Muta. sup. consuetud. Panorm. 48. num. 67.* non enim creditur assertioni alicuius prohibiti actum gerere, quod ipse

18 qualitatem habeat, ex qua cessat prohibitio, nisi de ea aliunde appareat; hinc non

19 creditur filiofamilias se asserentis testari de bonis Castrensibus, vel quasi nisi aliunde appareat illa bona talia esse, *Alex. conf. 64. ad fin. vol. 1. Aret. in cap. proposuisti. col. 2. de probat. cum vulgar.*

Quatenus verò se liberum à patria potestate dixit, quia Senator Messanensis fuit etiam in hoc errauit, cum dignitas Sena-

20 toria patriæ potestatis iura non dissoluat, *text. est expressus in §. filiusfamilias. instit. quib. mod. ius. patr. potestat. soluitur. sequitur ibi Port. Nicol. Vigel. in metod. iur. ciuil. part. 2. lib. 4. cap. 29. regul. 7.* vbi enumerat omnes dignitates, per quas filij liberantur à patria potestate, & in illis Senatoriam non includit, idem prosequitur *in tract. Iur. controuers. lib. 3. cap. 9. reg. 44. vbi plures allegat*, & firmat regulam in contrariũ per dignitatem non solui ius patriæ potestatis, & in proprijs terminis extat *Aurea decisio Anton. Fabr. in eius Codic. fabr. lib. 8. tit. 32. in rubr. de patr. potestat. definit. 2.* vbi ad literam ait Senatoriam dignitatem non eximere filium à patria potestate, & ideo si Senator filiusfamilias voluerit testamentum facere, nonpossit, etiam si pater consentiret, præter quam de peculio Castrensi, vel quasi, *allegat ibi text. in l. tam is. §. filiusfamilias. ff. de mort. caus. donat. & l. penult. C. qui testam. facere poss.* & tantum

21 est dicere Senator, quantum Decurio, & Iuratus, nam idem est, *Apont. de potestat. proreg. tit. de abund. Ciuit. §. 1. num. 1. cum sequ. fol. 52.*

22 Sic etiam neque liberatus fuit dictus Ioannes testator à patria potestate per matrimonium *viu. comm. opin. lib. 1. in verb.*

(filiusfa-

(*filiusfamilias regulariter.*) *num.* 4. 6. & 7. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *nu. vltimo. Gram. decis.* 54. *num.* 9. *&* 6. *cum seq. Boer. decis.* 197. *nu.* 1. *cum seq. plura cumulat Rodoric. Suarez. in l.* 9. *de los pleytos. num.* 1. *Ioseph Ludou. decis.* 28. *num.* 11. *Tusc. in d. conclus.* 104. *num.* 39. *latissime Tiraq. de legib. connubialib. l.* 1. *nu.* 1. *& Thesaur. decis.* 150. *num.* 7. licet stante statuto, vel contraria consuetudine, prout est Panormi, & alibi in Regno, aliter dicendum foret, prout de nostratibus testatur *Muta. sub d. consuetud. Panorm.* 48. *num.* 38. *& seq.* tamen in Vrbe nostra nunquam viguit, nec viget talis consuetudo, sed ius cõmune seruatur prout etiam per clientes probatum est.

Dum igitur dictus Testator non erat emancipatus, nec expressè, nec per dictam dignitatẽ Senatoriã, neq; per matrimoniũ cùm nihil ominus se reputasset liberum, & sui iuris cum in rei veritate aliud fuerit no
24 minando se in testamento filiumfamilias, ipso iure, ex quo visibile vitium continet, *in his terminis loquitur Rimin. iun. in d. cons.* 149. ex illis verbis adiectis per illum testatorem ibi (reputando, che ancora egli non sia expressamente emancipato) & licet subiunxerit, dicendo (reputando, che hauendo habitato separatamente, e fuori di casa del Signor padre di più anni in quà non solo dieci, ma venti, e trenta, gli sia lecito di fare testamento, di qualunque dispositione) tamen inquit ibi *Rimin. nu.* 9. Errore fuisse lapsum illum Testatorem in sua opinione, nam dato, quod filius cum vxore, & familia habitet in loco, & terra
25 separata à patre suo, non dicitur abesse, sed habitare cum patre, nam cum pater & filius sint vna idemptitas, & vnum do-
26 micilium vtriusque, dicaturque pars corporis eius quodãmodo per cognationem non dicitur abesse, *ita Bal. in cons.* 134. *col.* 1. *vol.* 1. *Rol. cons.* 54. *nu.* 23. *& seq. vol.* 3. *Immo subdit in num.* 11. *ibi Rimin.* non repe-
27 riri, quod per habitationem separatam à patre filius liberetur à patria potestate, vt inde testari possit, sed per emancipationẽ, *l. fin. C. de emancipat. liberor. Corn. in cons.* 259. *in* 3. *Duran. de art. testand. in allegat. caut.* 1. *tit.* 1. *col.* 1. *& ad hoc probandum allegat Rim. Asean. Clemen. in tract. de patr. potestat. cap.* 5. *num.* 72. vbi dicit, quod licet filius longè distet à patre, tamen non inde tollitur ius patriæ potestatis, vt per eum, quinimò ait adeo non esse standum opinioni dicti testatoris, qui se existimabat ex dicta habitatione separata sui iuris, quod etiam si ipse, vel alius filiusfamilias reputaretur sui iuris, cùm non esset, non posset facere testamentum, *post. Bal. Alex. & Iason. Rimin ibi num.* 14. *allegans prædictos loquentes*, quando communis erat opinio, quod esset emancipatus à patre, & sic ex eo capite *infert. ibi Rimin.* illud testamentum continere vitium visibile, & impediri hæredem immitti in possessionem bonorum hæreditariorum, & in fine ait, quod dum testator se putat habere factionem testamenti, & id exprimit in præfa-
28 tione eiusdem, & illam non habet, tunc testamentum illud dicitur continere vitiũ visibile, & per consequens omnia sunt nulla, & illud idem confirmauit in *cons.* 565. vbi ampliat etiam, quod relictum esset, tã per viam institutionis vniuersalis, quàm per viam legati, vel fideicommissi, quàm etiam pro exoneratione conscientiæ, si ita dixerit relinquere, & etiam si testamẽtum fuerit factum cum scientia patris, ac etiam si dixerit, quod si illud non valet in vim testamenti, valeat in vim confessionis, vel contractus demonstrat in aliquo ex dictis casibus non valere testamentum.

Neque etiam ad validitatẽ testamenti aliquid tribuendum est ratione piæ causæ in eo hæredi institutæ, vt ratione dictæ institutionis valeat, vbi aliàs non valeret, nam prætermissa in hoc opinione eorum
29 tenentium, etiam de consensu patris filiumfamilias non posse testari, prout voluit *Ias. in l. senium. col.* 2. *C. qui testam. fac. poss. Ioan. Andr. in cap. licet de sepultur. idem in cap.* 2. *de testam. imol. in d. l. qui in potestate. in princ. idem in l. tam is. §.* 1. *de donat. caus. mort.* tunc tamen secundum receptiorem
30 sententiam substineretur fauore piæ causæ, quando filiusfamilias testatus fuerit patre consentiente (vbi alias si testamentum esset profanum, neque cum consensu patris valeret) *ex allegatis, text. est in cap. licet. §. fin. cum Glos. in verb. iudicare de sepultur. in* 6. hanc esse communiorem opinionem, & ab ea in practica non esse recedendum, *sequitur, & testatur Clar. in §. testamentum. quæst.* 5. *vers. sed numquid filiusfamilias.* vbi ait opinionem illam indistinctè procedere, siue huiusmodi filiusfamilias velit ad pias causas testari de bonis aduenticijs, in quibus patri nõ queritur vsusfructus, siue etiam de illis, in quibus patri vsusfructus acquiritur, & attestatur hanc esse magis cõmunem sententiam præter eum *Didac. aspin. in d.* 4. *part. glos. rubr. nu.* 11. aliàs etiam ad pias causas tale testamentum etiam de bonis aduentitijs non valeret latè *Thesaur. dicta decis.* 150. *nu* 13.

& est

& est cõmnis opinio secundũ eum, & idẽ sequitur Anto Fab. n C. Fabriã lib. 1. tit. 2. in rubr. de sacr. sanct. Eccles. definit. 40. vbi ad litteram.

Immo adeo necessarius est consensus, & authoritas patris in testamẽto filij ad pias
31 causas vt si filius sine dicto consensu testatus fuerit in dictam causam, & exinde adhuc eo viuente pater decesserit, dictum testamentum, neque reconualescit, nisi de nuo ille testatus fuerit. *Bal. in l. 1. col. 7. vers. 6. Incidenter quero C. de Sacr. sanct. Eccles. per text. in l. 1. §. si filius. ff. de legat. 3. latissimè Gratian. disceptat. 79. nu. 20. cum duob. seq.* vbi ait non posse reconualescere dictũ testamentũ, nisi de nouo consentiat cùm à principio inutiliter fuerit gestum,
32 sicut dicimus de filio, qui si vendiderit inscio patre rem peculij aduenticij, poterit patre mortuo rem ipsam ab emptore reuocare, *allegat ibi Gratian. Signorol. & Tiraqu.* firmissima est enim iuris conclusio,
33 testamentum filij ad pias causas nullum esse, non accedente patris consensu, *sic post Thesaur. & alios tradidit Gratian. disceptat. 382. vol. 2.* qui non solum in hoc testamẽto non interuenit, sed potius dissensus, & hodie inter alia ex hoc capite de eius nullitate agit Cliens.

Prædictis non resistit statutum Messanæ vigesimum in ordine, dum disponit de quibus bonis filiusfamilias testari possit, dicendo, quòd vtroque parente viuente de bonis eorum filiusfamilias præter voluntatem, & consensum ipsorum testari non potest, de peculio verò suo pro velle testari potest, nam licet matrimonium non sit contractum secundum consuetudinem Messanæ, sed sit ad vsum Romanorum, & sic secundum leges communes, tamen, statutum procedit etiam in casu prædicto, *Franc. decis. 552. part. 4. num. 22. Molfes. in consuet. Neapolitan. part. 1. cap. 1. num. 10.* & dictum statutum inquit vtroque parente viuente, & sic per ablatiuum absolutũ, quod importat condicionem vade
35 requiritur concursus vtriusque, quod pater, & mater sint viui; igitur cũ tẽpore istius testamẽti mater erat mortua satis per multos annos ante, sequitur, quod nõ verificatur statuti dispositio. Insuper dicimus etiã
36 in eo tantum statutum prædictum esse correctorium iuris communis, quatenus disponit cum consensu parentum de bonis eorũ filiumfamilias posse testari, vbi alias de iure eius testamentum est nullum, etiã cum dicto consensu, præterquam quando fit factum ad pias causas, vt est dictum, in reliquis verò omnibus conforme est iuri communi, nam disponit filiumfamilias de bonis parentum non posse testari, & sic includit tertium filiale ipsi competens ex cumulo societatis, quod proprio nomine competit, & ait etiam de eo non posse disponere, inde subdit, secus esse in peculio suo, quod est Castrense, vel quasi, vt super eodem statuto, *in puncto dixit Muta in consuet. Panormit. cap. 59 num. 13.* de quo nos non loquimur, nam dictus quondam Ioannes tale peculium non habebat, sed omnia bona disposita (erant) vel profectitia à patre sibi filio peruenta vigore dictæ donationis, & aliqua habebat aduentitia sibi aliunde peruenta, vel dicimus dictum statutum comprehendere aduentitia, quorum vsusfructus patri non sit quæsitus, vt in statuto permittente filiumfamilias posse testari loquitur *Ceph. cons. 423. nu. 22. lib. 3. refert, & sequitur Ludou. d. concl. 61. vers. secundò fallit.* & neque in his procedat, cùm talia non habebat Ioannes. Item dictum statutum in casu, in quo procedit, necesse est, quod filius testetur iuxta iuris dispositionem relinquendo legitimã patri, nam esto dicat pro velle testetur, ex quo intelligitur secundùm naturam rei,
37 cum statutum, seu Princeps quando concedit intestabili facultatem testandi, esto dicat libere, intelligitur iuxta terminos iuris instituendo, vel exhæredando ex causa, & adhibendo alias solemnitates, *ita in puncto text. in l. si quando. C. de inoffic. testam. & Bald. ibi num. 1. vers. 3. noto Magdalen. d. nu. testi. inteſt. requisit. cap. 13. Neapod. in consuet. filiusfamilias. vers. statutum. Suarez. ad l. tauri. Franch. d. decis. 4. in fine,* vbi inquit, quod data facultate alienandi liberè, non intelligitur, quod non debeat requirere directum.
38

Altera nullitas insanabilis istius testamenti facti per filiumfamilias, qui non relinquendo post se filios, & descendentes, sed superstitem eius patrem, testatus est patrem prætereundo, & hæredem instituendo extraneum, & piam causam, quo in
39 casu patris, & ascendentis prærerictione, filij testamentum non solum subiacet rescisioni, sed est ipso iure nullum, *Theorica est Angeli. in §. aliud. quoque capitulum. in vers. sine igitur. nu. 23. vers. quero an hæc constitutio. in Auth. vt cũ de appellat. cognosc.* qui tangendo difficultatem, an testamentum descendentis sit nullum ipso iure, vel subiaceat rescisioni ex præteritione ascendentium distinguit, aut præteritio est de linea paterna, aut de materna primo casu (in quo sumus) si filius præterierit

patrem, vel exhæredauerit sine causa, & ipse fuerit in potestate, tunc indistinctè si testetur de bonis profectitijs, siue aduentitijs, siue de Castrensibus, vel quasi, testamentum est ipso iure nullum, sicut etiam
40 ait nullum esse præteritione matris, vel exhæredatione ipsius sine causa quando fi-
41 lius est laicus, si verò est Clericus, qui testatur de quasi Castrensibus acquisitis post clericatum, & adhuc eo casu licet non sit ipso iure nullum, tamen agitur conditione ex lege, vt patri detur legitima, & hoc subdit in fauorem Clericorũ esse; subiun-
42 git, si autem filius, qui testatur est emancipatus, & pater est præteritus, vel exhæredatus sine causa, & adhuc non defecerũt tenentes opinionem, esse nullum ipso iure, sed *Angel.* ait eo casu quando filius non habet descendentes, quod pater habet bonorum possessionem contra tabulas contra illud testamentum, immo subdit quod si filius habet descendentem filiam, quæ
34 forte ex aliquo casu excluditur, adhuc emancipatus filius tenetur patrem instituere, quia illa filia non est successibilis, & ratione præteritionis, etiam eo casu nullum est dictum testamentum, quia illa filia exclusa forte ex statuto habetur, ac si non esset, & consideratur tanquam extranea, *quod dictum Angeli latè sequitur Rimin. Iun. in cons. 811. num. 55. vol. 7.* qui consuluit testamentum filii emancipati, qui filiam habebat ex statuto exclusam, esse nullum ipso iure patre præterito, cùm sit necesse patrem instituere, dum post se filius non habet descendentes.

Ampliantur prædicta, adeo nullum esse huiusmodi testamentum, vt etiam si in eo
44 patrem in parte hæredem instituerit, vt puta in tertia bonorum parte adhuc nullũ erit, licet in patris fauorem illud fuerit factũ in terminis, *Gratian. in d. disceptat. 382. nu. 11. allegat. Thesaur. in d. decis. 150. nu. 14.* qui loquitur in donatione causa mortis facta per filium disponentem in fauorem patris (absque tamen eius consensu) vt sit nulla etiam, quod de aduentitijs bonis disposuerit, taliter, quod annullato testamento bona ipso iure reuertuntur ad patrem, & eo casu sumus in dispositione iuris ab intestato *Riminal. in d. cons. 811.*

Nec prodest dicere patrem in hoc testamento non posse dici præteritum cùm de eo fuerit facta expressa mentio, immo relictæ fuerint iure alimentorũ vnc. 80. quolibet anno ei soluendæ per hæredem de mense in mensem, & in fine cuiuslibet mensis, cum id nil refert, eo quod sicuti
45 descendentes ab ascendentibus iuris necessitate debent instituí, vel exhæredari, aliàs ex præteritione nullum est testamentum, prout est communis conclusio, de qua testatur *Curt. iun. in Auth. ex causa num. 52. C. deliber præter.* tamen aduertendum est, quia de iure nouissimo adhoc vt filius nõ dicatur præteritus, non sufficit, quod de eo in testamento sit facta mentio etiam si pater ei aliquid relinquat, quod sit pluſ-
46 quam legitima illi debita, sed requiritur, quod sit ei relictum titulo honorabili institutionis *text. est in d. §. aliud quoque capitulum.* aliàs patri succeditur ab intestato habito pro nullo dicto testamento hanc esse communiorem opinionem post alios testatur *Ambros. decis. 37. num. 19. in vers. & intelligitur part. 2. Iul. Clar. in §. testamẽtum. quæst. 38. in princ. & ibi in vers. sed quæro* eamdem necessitatem habere descendentes erga suos ascendentes, vt filius eodẽ ti-
47 tulo honorabili institutionis debeat eamdem legitimam patri relinquere, *& post innumeros ait in Practica*, nefas esse consulendo, aut iudicando ab hac opinione recedere, *& paulo post in vers. quid verò, subdit idẽ Clar. in d. quæst. 38.* quod si pater filio centum reliquerit, non censebitur relictum iure institutionis, vt testamentum substineatur, & ait hanc esse magis communem opinionem, *& ibidem in vers. præterea quæro* ampliat etiam, quod pater adiecerit clausulam quod nihil vltra filius petere possit, etiam eo casu id relictum non censebitur titulo institutionis, & etiam allegat communem, quæ omnia procedunt eodem modo in descendentibus fauore ascendentiũ, sicuti in ascendentibus fauore descendentium, vt est dictum. Addo in confirmationem, quod non solum relictum non fuit titulo honorabili institutionis, vt necesse erat, sed id relictum fuit patri in causam alimentorum durante tantum eius vita naturali, quo mortuo relictum extinguatur, & in eo casu datur alia nullitas, quia legitimam filius patri relinquere debet in
48 proprietate cum suis fructibus, non autem in solo vsufructu *per tex. in §. prohibemus, in Auth. de trient. & semiss.* ibi (vsumfructũ insuper, & proprietatẽ relinquat, & mandat) *text. in l. scimus. §. repletionem. C. de*
49 *inoffic. testam.* legitimam esse præstandam ex substantia testatoris, sed alimenta quæ præstantur ex bonis hæreditarijs non, dicuntur esse de bonis, & substantia testatoris, *l. in fideicommissariam. in princ. ad trebell. & tex. in l. linea Margaritarum. ff. ad l. falcid.* qui voluit, quod legitima ipso iure deducatur

catur è bonis patris, quæ si ab initio detrahitur, resultat, & alimenta, quæ postea percipiuntur, non sint in ea imputanda, *ita Bal. & Castr. in d. §. repletionem. ex quibus respondet Menoch. in cons. 882. nu. 8. & 12.*
50 *& quasi per tot.* quod pater non potest relinquere legitimam in sola fructuum perceptione, & hanc sententiam, quod testamentũ reddatur nullum, si legitima relinquatur in solo vsufructu comprobarunt, *Anchar. Soc. iun. Barbat. Iaſ. Rodoric. Suarez. Menoch. Craſſ. Rimin. à Petra. Surd. &* 51 *alij, quos refert, & ſequitur nouiſsimè Alex. Ambroſinus in deciſ. 37. à num. 13. vſque ad 17. part. 2.* concludens relinquendam esse in tot corporibus, & non in alimentis, *Bardell. conſ. 21.*

Et quod magis est illud relictũ pro iure alimentorum durante vita actoris, neque fuit simpliciter legatum, sed voluit relinquere in compensationem eius, quod ipse testator ei debebat, & reliquit pro omni & quocunque iure iubendo de eo esse tacitum, & satisfactum, & quod nihil vltra petere posset: immo disposuit, quod patre non acquiescente dicto legato eius hæres debeat se contra eum dirigere, pro consecutione nonnullorum creditorum, quæ à patre prætendebat habere, & ex eius lectura iniquum apparet testamentũ contra patrem, à quo tot, & tanta receperat beneficia, ita quod cessat omnis dubietas pro nullitate testamenti.

Nec poterit pars aduersa lętari ex clausulis ordinarijs ex stylo notariorum positis in dicto testamento, quod si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & omni alio meliori modo, quod si loquimur de clausula codicillari, illa nihil operatur in testamento contra officium pietatis ad patris exclusionem, nam non est verisimile illum voluisse excludere, sed testamentum istud habetur, ac si fuisset factum à demente, *vt probat text. in l. Titia quando. ff. de militar. testam. iuncta l. 2. C. eod. tit. ita Curt. iun. in Auth. ex causa. num. 74. in fin. Igne. Burſat. & Gabr. quos in terminis nostris refert. & ſequitur Rimin. iun. in d. conſ. 811. num. 62. & ſeq. ad literam. prædictos ſequitur Preſes Carol. Bardellon. in conſ 4. n. 21.*

Respondetur secundò, virtutem clausulæ codicillaris solum operari circa formã,
52 & solemnitatem testamenti, vt si non valet secundum formam testamenti, valeat secundum formam codicillorum, non autem operari circumstantiã dispositionis, vt nempe reddatur valida, ex quo legibus repugnat, vnde inferunt DD. quod sicut mater non potest expresse priuare filiam
53 in capillo totaliter in successione bonorũ ipsius matris, ita nec tacite adhibendo clausulam codicillarem, vt in specie aduertit *Menoch. in conſ. 382. num. 14. & ita in ſimil. cenſuit Roman. conſ. 517. nu. 24. Aret. conſ. 24. num. 5.* Ita dicendum in casu nostro, quod neque id testamentum filij potest valere in vim codicillorum, cum neq; in codicillis legitima relinqui possit in solo vsufructu, immo iure alimentorum, vnde sicuti expresse legitima relinqui non potest in solo vsufructu, ita nec tacitè, adhibendo clausulam codicillarem, & ideo
54 eo casu tam dicta clausula, quam clausula omni meliori modo, nil iuuant & hoc manifestum est, & caret probabili dubitatione, & illis non obstantibus consuluit *Menoch. in d. conſ. 882.* testamentum illud esse nullum *ex doctrina eiuſdem Menoch. loc. allegat.* fuit simile testamentum declaratũ nullum, & ita decisum *in deciſ. Peruſ. Alex. Ambroſin. 37. num. 21. part. 2. & ſequitur Bardellon. in d. conſ. 4. num. 22. & in conſ. 21. nu. 67. cum ſequ. vbi plures reſponſiones ad propoſitum.*

Tertiò dicitur prædictam clausulam codicillarem nil prodesse, cùm pars aduersa tam in iudicio summarijssimo manũ tenendæ possessionis prius vertente inter ipsas partes corã Reuerendissimo Archiepiscopo Messanæ semper se possidere asserebat hæc bona, vti hæres testamentarius, & vigore dicti testamenti, & etiam in hoc iudicio se defendebat, & actorem clientem reconuenerat eodẽ nomine, vti hæres testamentarius, & eo in casu dicta clausula, vt hæres ab intestato, qui est ipse actor, vti pater, censeatur grauatus de restituendo
55 hæreditatem hæredibus scriptis in testamento, vti non potest, qui abinitio intẽtauit remedium testamenti. *l. fin. vbi gloſ. in verb. cupiens, & DD. omnes. C. de iur. codicillor. Alex. conſ. 121. ſub nu. 6. verſ. cum ergo. lib. 1. Roman. conſ. 125. num. 20. vbi addentes Boer. deciſ. 33. nu. 15. Paleot. deciſ. 506. in fin. & deciſ. 556. num. 4. lib. 3. part. 3. diuerſ. & Gabr. de action. concluſ. 3. nu. 1.*

Neque etiam valere potest dictum testamentum filij, saltem virtute clausulæ codicillaris, seu donationis causa mortis,
56 quos actus filiusfamilias facere potest, quia id procederet cum consensu patris, *ex tex. in d. l. tam is. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort.* ita vt requiratur specialis, & specifica concessio patris ad hoc, vt filius possit donare, cùm de hoc tã filius, quám pater debent cogitasse, neque sufficiat illa clau-

sula, vel alterius cuiuslibet voluntatis post *Guglel. de Benedict. Soc. & Honded. in terminis nostris, ita Gratian. in d. disceptat.* 382. *nu.* 8. *&* 9. quod etiam procedit tam de bonis, in quibus patri competit vsusfructus quam de alijs pleno iure ad filium spectã-
57 tibus, & ratio est, quia consensus patris nõ requiritur, ex quo agitur de eius præiudicio, sed ad integrandam personam filij, & sic ad sollemnizandũ actũ ita dixit *Alex. in d. l. fin. C. qui testam. facer. poss. Soci. iun. in l.* 1. *§. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. & in consil.* 112 *vol.* 1. *num.* 8. *Couar. in rubr. de testam. part.* 3. *nu.* 8. *Rube. in cons.* 46. *Clar. in §. donatio. quæst.* 6. *vers. aut verò quæris, vbi dicit magis communem esse opinionem, & vers. habes ergo.*

Item quando ille cui donatur est absens
58 nõ valebit talis donatio causa mortis etiã facta in testamento patre consentiente nisi notarius nomine donatarij recipiat. *Gratian d disceptat.* 382. *num.* 10. *Franch. decis.* 4. *num.* 19. & adeo debet interuenire consensus patris in donatione causa mortis facta per filium, vt debeat esse expres-
59 sus, immò neque sola præsentia, & tacitur nitas patris prodesset etiam si donatio patris fauorem concerneret, *Honded. in cons.* 32. *num.* 88. *cum duob. sequ. lib.* 1. sed quicquid sit de hac clausula codicillari, quod
60 faciat valere iure fideicommissi, & codicil-
61 lorũ, tamen procedit in homine sui iuris, non autem in eo qui non est emancipatus, *ita limitat Bart. in d. l. tam is. ff. de donat. caus. mort. Bald. in l. eam quam. C. de fideicomm.* & ita testatur fuisse decisum per sacrum Concilium Neapolitanum, *Franch. d. decis.* 4. *num.* 19. *& sentit Thesaur. decis.*
62 105. *num.* 12. ratio est, quia homo sui iuris potest condere testamentum, & codicillos, igitur non est mirum si transit in vim codicilli, at filiusfamilias neque testamentum neque codicillos potest facere, & sic clausula prædicta nihil potest operari, nisi in vim donationis, quando adest consensus patris in testamento, & præsentia donatarij, *ita inquit idem Franch. d. decis.* 4. *in fine.*

Nec obstat, quòd vltimo loco asserebatur per Dominos Aduocatos ex aduerso, quod stante clausula codicillari si non valet iure testamenti, valeat iure donationis causa mortis fideicommissi, & codicillorũ,
63 & omni alio meliori modo, quod stante dicta clausula operetur etiã dictam dispositionem valere, vt donationem inter viuos, allegando *Paris. in cons.* 90. *nu.* 9. 10. *&* 11. *vol.* 3. *Rol. Anall. cons.* 8. *num.* 24. *&* 25. *vol.* 1. *Alex. Raudens. cons.* 25. *nu.* 58. *vol.* 1. *vbi alios refert, &* quod de iure inter viuos potest donare, quoniam respondetur primò, quod filiusfamilias in bonis, in quibus patri competit vsusfructus, non potest
64 inter viuos donare *l. fin. §. filijs autem C. de bonis q. liber.* etiam si in tali actu adsit iuramentum, *ibi glos. in verbo (voluntate) & ibi Bal. Castr. & Salic. Curt. iun. cons.* 152. *Rub. cons.* 166. Itẽ dicta donatio, quo ad alia bona, in quibus pater non habet vsumfructũ
65 nulla est ipso iure, quia facta absenti, *l. absenti. ff. de donat. vbi Bart. & alij Bal. in l. illud. C. de Sacr. sanct. Eccles. Corn. in cons.* 73. *lib.* 3. *& in cons.* 254. *cod. vol. Clar. §. donatio. quæst.* 12. *vers.* 1. *Capic. decis.* 180. *num.* 8. *Paris. cons.* 88. *num.* 15. & quando vult, vt
66 substineatur ex clausula omni meliori modo, tunc est necesse, quod sit præsens, aliàs non potest transire in vim donationis inreuocabilis, *Bal. in cons.* 272. *num.* 4. *vers. quinto probatur. lib.* 5. *Apostill. ad cons. Signorol.* 30. *quæ allegat. Alex. & Corn. in l. senium C. qui testam. facer. poss. Fulgos. cons.* 92. *in princ. Tusc. in litt. D. conclus.* 637. *nu.* 5. *& conclus.* 639. *num.* 7. *& in his terminis loquitur Alex. Raud. d. cons.* 52. *qui in nu.* 54. *inquit*, non esse nouum quod vltima voluntas transeat in vim contractus mediante stipulatione notarij, & sic in casu suo erat stipulatio notarij & procedit etiam
67 in donatione, quæ fit Ecclesiæ piæ causæ, vel pauperibus absentibus *glos. in verb. aliæ causa in l. illud C. de Sacr. sanct. Eccles. quã cõmuniter approbãt DD. vt refert Ruin. in cons.* 13. *nu.* 10. *& cons.* 37. *nu.* 14. *vol.* 4. *Clar. d. §. donatio quæst.* 12. *in fin.* vnde cum in hoc habeamus Doctores in puncto non occurrit ingredi ad equiparationẽ priuilegiorũ piæ causæ, & ad similitudinem dotis, & aliorum, & hoc adeo verum est, quod
68 esto pater inde moriatur non reconualescit talis donatio *Castr. cons.* 381. *l. b.* 1. *Rube. cons.* 127. *in fin. Bertacch. in verb. bona aduentitia. vers.* 3. adeo quod exprædictis omnibus clarissime constat de nullitate testamenti, & quod titulus partis aduersè nil prodest.

Si verò consideremus bona dispositapa per testatorem, videlicet, donata à patre vigore supradictę donationis in anno 1561 apparet clarissimè non fuisse bona ipsius testatoris ei pleno iure vigore dictæ donationis acquisita, vt liberè testari potuisset nam in ipsa donatione actor, noluit se priuare potestate disponendi, alienandi, & alia faciendi, prout antea poterat, nec per eam voluit habere manus ligatas, tam dispo-

nendo

nendo inter ipsosmet donatarios, dando plus vni, quam alteri, & meliorando quemlibet ex eis, quam ad proprium commodũ disponendo, subiugando vendendo &c. ex illis verbis (ita quod possit, & valeat ipse donator de dictis bonis, vt supra donatis vendere, emere, mercimoniare, &c. & ibi (quoniã per præsentẽ donationẽ non voluit habere manus ligatas) ex quibus verbis donatio nihil aliud in se continet, nisi quod bona donata transeant in donatariũ si per donantem nulla fuerit facta dispositio (prout eam fuisse factam supra ostensum est etiam viuente filio) & hoc fieri
69 non est dubium, cùm donatio iam perfecta licet reuocari nequeat, dum est inreuocabilis inter viuos, *l. perfecta. C. de donat.* imò nec auctoritate Principis potest reuocari, *l. si donationem. C. de reuoca. donat. Deci. cons. 46. num. 18. & 28. & cons. 498. nu. 14. Ruin. & Didac. relati à Menoch. in cons. 178. num. 9. vol. 2. & cons. 1153. num. 54. vol. 12. & alios adduxi in cons. 7. num 5. & 6.*
70 tamen in ea præseruari potest facultas, quod donator possit quandocunque libere disponere, quo in casu si res donatæ inde alijs donentur, prima donatio viribus non subsistit in terminis *Nacc. cons. 118. nu. 3. quem sequitur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. in rubr. de donat. lib. 13. tit. 47. nu. 4. tom. 2. Paris. cons. 90. num. 6 & 7. vol. 3. in eodem puncto Tusc. in verb. donatio. concl. 642. num. 1. & concl. 750. num. 16. sequitur Soc. sen. in cons. 127. post num. 10. vers. ex quo infero. vol. 3. Caualc. plures refert, & sequitur in decis. 42. nu. 34. lib. 1.* vbi ait ex pacto dictã donationem fieri posse reuocabilem, & à principio posse apponi quascumque conditiones, dum adhuc non est perfecta, *post alios Galgan. de condit. & demonstrat. part. 2. cap. 1. quæst. 71. præcipuè nu. 10. & latissimè sequitur Fontanel. de pact. nuptial. b. claus. 4. glos. 26. quasi per tot.* nec mirum id videri debet, cùm rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata.*
71 *C. mandat.* & sicuti non poterat cogi ad donandum, ita donando potuit apponere quascunque conditiones, & sibi præseruare facultatem disponendi, prout sibi placuerit, & donatio tunc habet locum donante aliter non disponente, siue in vita, siue in morte, aliàs illa non attenditur ex allegatis, & præcipuè Fontanell. prout idem videmus in vltimis voluntatibus in fideicommissorum causa, cùm testator in-
72 iuncto iam fideicommisso permittit hæredi grauato, vt possit alienare, tunc enim hærede non alienante habebit locum fideicommissum, *Morel. respons. 4. nu. 4. Surd. in cons. 10. & latè Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 45. Bimi. cons. 7. vol. 1.* vbi loquitur, quod per talem potestatem testandi dicitur permissa omnis alienatio inter
73 viuos, & in ea potestate nulla fit iniuria fideicommissario, cum in potestate testatoris fuerit fideicommittere. *Gabr. cons 99. num. 25. 28. & 33. lib. 2. quem cum alijs sequitur Gratian. disceptat. 216. nu. 14.* vnde ea reseruatio non est contraria dictę dona-
74 tionis, cùm etiam donatio causa mortis sui natura reuocabilis ex pacto fieri possit inreuocabilis, *l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus mort.* vnde cùm Actor iam disposuerit meliorando inter filios omnia donando ipsi Mariæ, declarando dictum Ioannem succedere in bonis donatis pro summa vnc. 50. dicendum est, dictum testamentum vel non comprehendere dicta bona, reuocata iam donatione viuente filio, vel si comprehendit nullum esse.

Friuola etiam est obiectio, quòd Maria actrix vna ex donatarijs fuerit nupta per eius patrem recepta dote, & quòd licet ipsa patri renunciauerit omnia in genere, tamen quia donatio erat facta dicto Ioanni de omnibus bonis præsentibus, & futuris vtique dicta iura renunciata in personam patris tamquam bona futura sint acquisita dicto Ioanni donatario. Respondetur, quòd illa recunciatio operata est, quoad præiudicium Mariæ in casu quo Nicolaus Antoninus donans obijsset sub illa donatione, at in præiudicium donantis, qui habet potestatem dandi plus vni, & variandi nihil operatur, quia stante illa
76 potestate potest variare quoties placuerit talis enim renunciatio non tollit libertatem, & facultatem reseruatam ipsi Nicolao Antonino, *Afflict. decis. 350. Surd. decis. 14. num. 4. vbi allegat. Bart. in l. stipulatio. hoc modo concepta num. 4. ff. de verbor. obligat. & plures alios.* Item Ioannes non est donatarius simpliciter, sed conditionaliter, videlicet si Nicolaus Antoninus non dederit plus vni, quàm alteri, item si non alienauerit, vendiderit, vel aliter fecerit, ex quo noluit habere manus ligatas. vnde cum inde dederit filiæ rectè potuit facere, quia bonis suis apposuit conditiones, quas voluit, & potuit apponere, vt superius fuit comprobatum: talis enim renunciatio intelligitur si pater perseuerauit in eadem voluntate, nam quando filia renunciat patri, etiam cum iuramento ex testamento non succedere, potest pater remittere iuramentum, & filia succedit si illam vocat,

vt Surd. & Afflict. Item filia renunciauit
successioni, non autem pater facultati quã
habebat, vnde renunciatio non præsumi-
tur, *cap. super hoc. de renunciatione*, & quia
77 est stricti iuris venit id, quod est expressum
Alex. cons. 115. *nu.* 1. *vol.* 5. *Deci. cons.* 551.
num. 1. & non extenditur de vna persona
ad aliam, nec de vna causa ad aliã, *Socin.*
cons. 50. *lib.* 1. *Decian. cons.* 21. *num.* 75.
lib. 1. *Tusc. lit. R. conclus.* 180. *num.* 3. præ-
78 terea licet regulariter donatio inter viuos
esto donatarius præmoriatur, subsistat, &
transeat ad hęredes donatarij, *vt dixit. Bal.*
in cons. 108. *lib.* 3. *Tusc. litt. D. conclus.* 704.
79 *in princ.* fallit inter personas prohibitas,
prout patrem, & filium, maritum, & vxo-
rem; *ita dixit allegando alios Tusc. d. conclus.*
704. *magis communẽ num.* 6. *Menoch. cons.*
84. *& plures refert Intrigl. singul.* 85. *num.*
80 53. *&* 54. *lib.* 3. & licet contrarium tene-
ant, impugnato *Menoch. & alijs. Ludou.*
decis. Perus. 71. *num.* 19. *Viu. decis.* 421.
Facchin. l. 3. *cap.* 81. *Franch. decis.* 59. *Mi-*
lan. decis. 3. *lib.* 2. *nu.* 87. *Fontanell. de pact.*
nuptial. cap. 4. *glos.* 7. *part.* 9. num tamen hic
videtur expresse sensisse ipsum donantem,
dum dixit, quod per præmorientiam vni-
us sine filijs, & ab intestato perueniant ad
alium, vnde intellexit tempore habili, quo
potuit testari, & sic si viuunt post mortem
ipsius donantis.

Ex quibus omnibus concludimus peti-
tionem Actorum iuridicam esse, & omni-
nò procedere debere, etiã liberando Acto-
res à reconuentione fundata super asserto
nullo testamento, cùm simus in causa in-
testati. Cætera suppleat Religio, Doctri-
na, & integritas ipsius Tribunalis.

De mense Nouemb. 1614. fuit per M. R.
Curiam decisum in fauorem Clientum,
quo ad donationem, quo verò ad testamẽ-
tum contra Clientes.

Per Tribunal Consistorij, vbi interuenit
Illustriss. Regens D. Petrus Corsetto vt Prę
sidens dicti Tribunalis, & votauit stante
suspicione vnius Iudicis fuit decisum in
fauorem Clientum, & declarato nullo te-
testamẽto, & fuit de mẽse Septemb. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Soluens anticipatim dicitur plus soluere, & im-*
portat maius pretium.
2 *Venditio facta ad tempus, & cum dilatione*
dicitur minori pretio.
3 *Res tantum valet, quantum vendi potest.*
4 *Pretium iustum dicitur, quod à Principe est ta-*
xatum.
5 *Princeps, & Respublica possunt cuicunque*
rei pretium taxare, & dicitur iustum.
6 *Socius de re communi vltra partem suam di-*
sponere non potest, & vt valeat talis con-
tractus, requiritur consensus omnium socio-
rum, nec sufficit consensus maioris partis,
nec vnius socij habentis maius ius, intellige
vt nu. 7. *&* 10. *extende, vt num.* 8.
9 *Socius quando nihil dixit, & quando non ha-*
bet iustam causam contradicendi, habetur
pro consentiente.
11 *Expressio facta vno nomine, si debetur alio no-*
mine, & illo expresso, si Princeps verisi-
militer concessisset in casu non expresso,
nihil operatur, sed est, ac si fuisset expres-
sum.
12 *Coniecturę, & prout aliàs solitum est fieri, suf-*
ficiunt ad cognoscendum, si Princeps veris-
militer concessisset.
13 *Verbum (quodlibet) non debet esse sine virtu-*
te operandi, ita, & quælibet prouisio Prin-
cipis num. 14.
15 *Coniecturis non est opus in claris, nec est ad-*
mittenda quæstio voluntatis.
16 *Expressio eorum, quæ sunt notoria in Curia*
Principis non est necessaria.
17 *Emptor debet ostendere pretium solutum pro*
causa contenta in licentia alienandi, intelli-
ge vt num. 18.
19. *Relatum est in referente cum omnibus qualita-*
tibus, & conditionibus.
20 *Vniuersitas tenetur pro mutuo facto eius Iura-*
to quoties pecunia conuersa est in beneficiũ
ipsius Vniuersitatis, intellige ut num. 25.
21 *L. Ciuitas. ff. si cert. petat. declaratur.*
22 *L. fin. ff. de exercitor. action. declaratur.*
23 *Institor si mutuo accepit pecuniam pro refec-*
tione nauis, si necessaria erat dicta refectio
obligat dominum nauis, nec lex requirit, vt
in eam causam versio probetur.
24 *Executores testamenti si vendant aliquam rem*
pro soluendis legatis, si pretium conuertatur
in alium vsum erunt tamen securi emptores.
26 *Prælatus qui cum consensu capituli pecuniam*
mutuo accepit obligat Ecclesiam, esto cre-
ditor non probet pecuniam in Ecclesiæ vti-
litatem conuersam.
27 *Pretium præsumitur conuersum in vtilitatem*
Vniuersitatis ex cursu longi temporis.
28 *Actus publici sunt probatio probata.*
29 *Solutio pretij capitalis Bullæ debet esse contem-*
poranea formationi contractus.
30 *Census pro rata capitalis soluti currit.*
31 *Pretij loco sufficit quid esse receptum, vt con-*
stituatur census Bullalis.
32 *Census Bullalis potest constitui pro debito, quod*
tenetur alteri personæ in personam alterius,
dum subingatarius promittit soluere debi-

tum

tum iam maturatum.

33 *Scientia non præsumitur.*

34 *Scientia debet probari urgentissimis probationibus, quando iuris præsumptio est in contrarium.*

35 *Ignorantia probatur iuramento hominis probi & bonæ famæ, etiam quod contra eum vigeat aliqua præsumptio scientiæ.*

36 *Præsumptio ignorantiæ tollit præsumptionem scientiæ.*

37 *Princeps si fuisset interrogatus an concessisset, si eadem sit ratio in primo sicut in casu sequenti, dicitur concessisse, quia sic respondisset.*

38 *Pactum, quod Gabella soluatur per venditorem auget pretium census, & reddit usurarium contractum, intelligе ut num. 39.*

40 *Reluitio quæ fit in catamenis dicitur tanto minus grauare subiugantem, & importat minorem solutionem.*

41 *Contractus in dubio iudicandus est licitus.*

ARGVMENTVM.

An emptor cum licentia alienandi teneatur ostendere pretium conuersum in causa contenta in dicta licentia. Et quãdo Vniuersitas teneatur pro mutuo facto eius Iurato. Et quando dominus teneatur facto institoris. & Ecclesia facto Prælati. Et an contractus subiugatorius cõstituatur, etiam pro debito, quod sibi alteri accollat subiugatorius.

CONSILIVM XIII.

IESVS MARIA.

IVrati Terræ Montisfortis in anno 1580. videntes Vniuersitatem grauatam multis debitis, pro quibus indies ciues illius infestabantur Cõmissarijs, præcedente Consilio, & debitis sollemnitatibus, & cõfirmatione Suæ Excellentiæ imposuerunt aliquas gabellas super serico, vino, & frumento, quas vendiderunt per annos sex, & receperunt pretium anteciparum vnc. 2600. in anno vero 1582. cùm vidissent dictas vnc. 2600 non fuisse sufficientes pro extinctione totius æris alieni, sed Ciues fuisse magis aggrauatos, ex quo pro debitis, quæ remanserant vexabantur continuo Commissarijs, & angariabantur prædictis gabellis, adeò quod alienas habitabant terras deserendo propriam Patriam, vnde de tempto alio consilio præcedente debita sollemnitate fuit deliberatum pro extinctione omnium debitorum quæ cum expensis faciendis importabant summam vnc. 4910. quod subiugarent Francisco Bonfilio vnc. 441. 27. singulis annis pro dicto capitale, prout subiugarunt sub die 22. Octobris dicti anni 1582. quod consiliũ quo mediante fuit facta dicta subiugatio, & dictus contractus, fuerunt confirmatum à Sua Exellentia sub visione Regij Patrimonij, maturato exinde primo anno census egit Franciscus Bonfilio pro illius solutione, aduersus quem se oppositerunt, quod capitale non fuit solutum tempore contractus, sed satis post, & quod debita, pro quibus fuit facta dicta subiugatio non debebãtur in tanta summa, & alia capita adduxerunt, quæ missa ad effectum fuerunt reiecta, exinde verò fuit continuatis annis semper facta solutio dictorum censuum, nouiter se direxerunt Iurati dictæ Terræ petendo, quòd declaretur nullus dictus contractus subiugatorius, & quatenus aliquis esset rescindatur, & compilato processu fuit decisum per Curiam Straticotialem die 13. Ianuarij 1616. quod dictus cõtractus quo ad vncias quatricentas quinquaginta quinque, tarenos viginti tres, gran. 3. din. 3. declaretur nullus, & interusuria pro dicta quantitate exacta cõputetur in sortem existente in contrario voto vno ex tribus Iudicibus, à qua cum fuisset appellatum, fuit per Iudicem Curiæ primarum Appellationum declaratus nullus quo ad capitale vnc. 55. tantum in reliquis fuit declaratus validus, à qua sententia fuit appellatum ab vtraque parte, & pendet causa introducta in M. R. Curia, per quam Clientes à dicta petitione sunt absoluendi, quandoquidem omnes partitæ, pro quibus facta est subiugatio verissimæ sunt.

Prima enim partita est vnc. 2000. pro extinctione gabellarum, venditio enim ipsarum fuit in die 23. Iunij 1580. per sex annos videlicet pro serico à die primo Iunii tunc instantis, pro vino à die 1. Septembris tunc primo vent: pro frumento ab illo die in antea; facto enim computo cum die subiugationis, & extinctionis gabellarum, quæ fuerunt extinctæ in die 1. Octobris 1582. quo ad sericum, & fructus importat per annos duos, & menses tres, quo ad vinum per annos duos, & mẽsem, pro istis fuit facta solutio anticipatim vnc. 2600. quæ anticipata solutio importat maioritatem pretii, nam anticipatim

tim ſoluens dicitur plus ſoluere, *l. eum, qui ff. de ann. legat. l. ſolidum. ff. de ſolut. l. ſi cui. §. minus. ff. de verbor. ſignif. & ad literam eſt tex. in § plus autem. verſ. tempore inſtit. de actionibus. Afflict. deciſ. 279. in princ. Surd. deciſ. 114. num. 7. & 120. num. 1. & 2. Rimin. Iun. conſ. 619. nu. 34. & conſ. 656. nu. 38. Cephal. conſ. 24. nu. 3. & conſ. 144. nu. 44. Bertaz. conſ. ciuil. 115. nu. 25. Bardellon. conſ. 30. num. 54. vol. 1.* ſicut è cõtra res vendita cum dilatione, & catamẽo dicitur minus vendita, cùm talis dilatio ſit diminutio pretij, *l. circa legem. ff. ad l. Falcid. Tiraqu. de retract. lignag. gloſ. 18. §. 1. num. 34.* remanebant quatuor alij anni de ipſa gabella, qui fuerunt appretiati pro dictis vnc. 2000. res enim tantum valet, quantum vendi poteſt. *DD. vbi Cagnol. in l. 2. C. de reſcindend. vendit.* immo cum interuenerit conſenſus Principis, & Tribunalis dicitur iuſtiſsimum pretium ſiç taxatum, cum Princeps, & Reſpublica poſſunt cuicunque rei pretium taxare, & dicitur iuſtum. *l. 1. C. de Epiſc. Aud. cap. 1. de empt. & vend. Ioan. Gerſon. de contr. conſider. 5. & 19. Couar. var. lib. 3. cap. 9. num. 6. circa fin. verſ. ſicuti Princeps. Cagnol. d. l. 2. num. 269. Cremens. num. 273. Pinel. d. l. 2. num. 35. part. 3.*

Nec obſtat obiectio partis aſſerentis dictas gabellas non eſſe dicti Franciſci Bonfilio, nam in facto apparet, quod quando Scagliola declarauit gabellas ſpectare Io. Petro Barraci, ille de Barraci cõtraxit ſocietatẽ, & recollexit in ea Bonfilio, & Don Franciſcũ Monforti, & omnes cõſtituerunt Bonfilio in depoſitariũ, in tantũ, q̃ non poteſt dici ſolus dominus Barraci, ſed exinde ſtante ſocietate omnes tres ſunt domini, ex quo enim clariſsimè apparet ſolum Bonfilio potuiſſe contrahere cum Vniuerſitate, & ipſi ſoli potuiſſe ſolui, & rectè fuiſſe ſolutum, nam licet ſocius de re communi vltra partem ſuam diſponere non poteſt. *l. nemo ex ſocijs, ff. pro ſoc.* & vt valeat contractus rei communis requiratur conſenſus omnium ſociorum, nec ſufficit conſenſus maioris partis, & vnius ſocij etiam habentis maius ius in re, *l. profundum. ff. de ſeruit. ruſtic. prædi. l. fin. ff. comm. præd. Surd. conſ. 43. ſub. num. 14. & 15. Gomez. lib. 2. reſol. iur. tit. de locat. ſub. nu. 14. Felic. de ſocict. cap. 28. num. 8. & 9.* tamen ſocius quando alii ſocij tollerant, quod non contradicunt, poteſt ſolus contrahere, & ſolus totum exigere, *l. fin. C. de duob. reiſ. Bal. in cap. cum M. Ferrarienſ. de conſtit.* vbi loquitur etiam in ſocio contractus, *Caſtr. conſ. 36. vol. 1. incipit, Satis clarè apparet. Angel. Aret. Barboſ. Butr. Abb. & alij relati à Boer. conſ. 45. per totum.* Item ſocius quando nihil dixit, & quando non habet iuſtam cauſam contradicendi, habetur pro conſentiente, *Ruin. conſ. 75. num. 10. vol. 1. Surd. d. conſ. 43. num. 16.* præterea quando ſocius diſponit vtiliter de tota re, quę commodè pro parte expediri non poteſt, tunc ſolus poteſt, etiam inuito ſocio, *Gomez. & Surd. vbi ſupra, & Felic. d. cap. num. 33. 34. & 35.* cum in vtilibus dicitur à ſocio habere mandatum; *gloſ. in d. l. nemo ex ſocijs. & Felic. num. 34.* & cùm hæc gabella non poterat tolli niſi tota, & appareret, quod Bonfilio habebat intereſſe, tanto magis quod nemo ex ſocijs vnquam reclamauit, nec cauſam reclamandi poteſt habere, erit verum dicere dictam partitã vnc. 2000 pro pretio gabellarum eſſe veram, legitimam, iuridicam, & realem.

Vera eſt altera partita vnc. 2000. debita Don Palmerio Abbati ceſſionario nomine Brandolini, nam licet pars, aduerſa dicat, quod ſub die 12. Martij 1582. fuit facta ſubiugatio Don Palmerio Abbati vnc. 2300. & quod creditum Don Palmerij erat vnc 3272. taren. 20. gran. 10. vnde remanent tantum in creditum Don Palmerij, vnc. 972. taren. 20. gran. 10. tamẽ in hoc decipitur, ex quo debentur cambia & recambia, & ita diſpenſat Sua Excellentia, quod ſoluatur cum cambiis ita Vniuerſitas, & pro ea totum conſilium contẽtatur, ita conſtituunt Procuratorem pro ſaldandis cambiis, & ſi opus erit ad compromittendum ſaldum dictorum cambiorum, quæ fuerunt compromiſſa, & terminata per arbitrum in cauſa ad ſummam vnc. 800. vnde creditum Don Palmerij ceſſionario nomine cum cambiis importat vnc. 1752. taren. 20. gran. 10. Item eſt creditor pro parte filiæ ſuæ Donnæ Agatucciæ in vnc. 495. taren. 6. Item pro cambiis filiæ prædictæ ſic taxatis in com promiſſo in vnc. 200. vnde remanet Don Palmerius creditor proprio, & ceſſionario nomine in vnc. 2447. taren. 26. gran. 10. de his tantum vnc. 300. habuit filia, & vnc. 100. exegerat Don Palmerius, reliquum importat vnc. 2047. taren. 26. gran. 10. Idem ſub die 12. Martii 1582. facto computo finali de omnibus creditis, & cambiis, remanſit Don Palmerius creditor in vnc. 1991. taren. 9. gran. 3. de quibus relaxauit vnc. 100. taren. 9. gran. 3. remanſit liquidus creditor in ſumma vnc. 1891. ſed commodauit Iuratis vnc. 109. pro ſoluendis

uendis collectis Regiis, vnde facto saldo remanet Don Palmerius verus creditor vnc. 2000. & sic dum Vniuersitas, & pro ea Iurati Montisfortis soluerunt Don Palmerio vnc. 2000. iustissimè apparet creditum. Parum enim refert si fuit dictum cessionario nomine Brandolini, & nihil ominus non sibi debebatur dicto nomine dicta summa vnc. 2000. quia sufficit quod creditum sit verum, & sibi debebatur etiam proprio nomine, nam falsitas causæ non potest assignari, licet sit expressum nomẽ Brandolini & non fuit facta solutio hoc nomine in totum cùm sufficiat sibi deberi creditum expressum, licet non nomine expresso; nam satis dicitur etiam deberi id,
11 quod proprio nomine sibi debetur, & dici expressum Principi, & facta specifica mentio, quando sumus in casu quo verisimiliter si Principi fuisset dictum concessisset, *Alex. in l. Titius. §. lucius. ff. de liber. & posthum. nu. 2. & ibi Ias. in num. 1. Gabr. com. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 10. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 5. nu. 18. Apont. conſ. 2. num. 24. Fab. de Ann. conſ. 112. num. 12. & 13.*

12 Et ad cognoscendum hoc recurritur ad coniecturas, vel prout alias solitum est, *Apont. d. conſ. num. 25. & 38. Cassador. de præb. deciſ. 12. num. 14. Menoch. caſu 201. nu. 25. Fab. de Ann. in nu. 3.* hic non solum coniecturæ, quòd Princeps concesisset, nam per menses quatuor ante hanc confirmationem Princeps concesit, quòd solluatur debitum Don Palmerii cessionario nomine Brandolini, & debitum Donnæ Agatucciæ cum cambiis, igitur clare apparet, quod concesit. Item Consilium detemptum terminauit soluendos omnes creditores cuiuscunque qualitatis adeo quod vniuersitas non remaneret debitrix, & Sua Excellentia confirmauit tam Consilium, quàm contractum, & hoc quod postposito contractu potuissent Iurati cõtrahere pro quocunque debito, ideò Tribunal, vt plenum iustitiæ confirmauit vtrumque, quia si medio tempore Iurati exigissent aliquod debitum, forte quia creditores nollent expectare, vtiq; possent vigore generalis Cõsilii confirmati applicare alia debita, quia alias fuisset superflua confirmatio Consilii, cùm suffecisset confirmatio contractu-
13 um, & sicut quodlibet verbum non debet esse sine virtute operandi; ita & quælibet
14 prouisio Principis, *vulg. l. si quando ff. de legat. 1. cap. ſi Papa. de reg. iur. in 6.*

15 Vnde cum simus in claris, non est opus coniecturis, nec admittenda quæstio vo-

luntatis, *l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3.*

Item respondetur, quod non erat necessaria expressio nomine proprio, quia ipsi Tribunali cognita erant illa duo credita Don Palmerii, & Donnæ Agatucciæ, vnde præsumitur omnia hic fuisse discussa cum Tribunale, videlicet, quòd creditum Brandolini non tantam importasset summam, sed quòd Don Palmerius erat creditor in dicta summa vnc. 2000. stante de-
16 bito Donnæ Agatucciæ, quod sibi competebat, & alio credito vnc. 109. priuilegiato cum debebatur pro collectis, *Felin. cap. ſuper literis. de reſcript. Apont. conſ. 2. nu. 54. Fab. de Ann. d. conſ. num. 5.*

In hoc pars asserit, quod Don Palmerius non erat creditor in vnc. 2000. nisi adiunctis dictis aliis vnc. 109. mutuatis, exinde pro solutione collectarum, vnde credita expressa in precibus non erant vera tempore, quo fuerunt porrectæ Principi, & per consequens corruit prouisio, vt subrectitia. Item emptor debet ostendere pre-
17 tium solutum pro causa contenta in licentia alienand, *Alex. conſ. 2. num. 13. eum ſeq. vol. 4. Octau. deciſ. Pedamont. 171. per totam præciſè. num. fin.*

Multipliciter enim respondetur primò, quòd tempore, quo fuit factus contractus bullalis, & Principi supplicatum debebantur Don Palmerio non solum vnc. 2000. sed satis vltra, vt per contractum debitorum vnc. 3272. 20. 13. sub die vltimo Ianuarii 1580. apparet, & medio tempore post preces principi porrectas, & prouisionem factam fuit solutus de nonullis pe-
18 cuniis vnde sufficit probare qualitatem in precibus fuisse verã tempore quo fuerunt porrectæ, *vt post. Abbat. Felin. & Soc. Rip. lib. 2. reſponſ. 24. num. 2.* Secundò, si Don Palmerius non relaxasset vnc. 100. iam apparet, quòd erat creditor in vnc. 2000. & sic in facto constat de veritate crediti in sũma vnc. 2000. pro qua est cõtractus bullalis, & confirmatio Suæ Excellentiæ sub visione Tribunalis Regii Patrimonii.

Quod autem Bonfilio emptor manifestè ostendat pretium census solutum pro causa in contractu censuali apparet, ex quo per depositum per eum factũ sub die 22. Martii 1582 per Bancum de Oliua depositat vnc. 2000. ad nomen Iuratorum pro soluendis pecuniis debitis Don Palmerio, & sunt pro complimento totius capitalis vnc. 4910. iuxta formam contractus, ad quem contractum se refert, quem specificat, vnde in contractu apparet soluen-

dum

dum Don Palmerio eius creditum in summa vnc. 2000. & sic sufficit habuisse relationem ad contractum, nam est, ac si totus contractus fuisset insertus in ipsa partita
19 Banchi, ex quo relatum in referente cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, *l. ait prator. §. si iudex. ff. de re iudic. l. si ita. l. in testamento. ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. 1. ff. de receptat. & l. 1. §. fin. ff. si famul. fur. fec. dic. & l. si quis seruum. §. fin. ff. de legat. 2. & Don. Garsia. in addit. ad Petr. de Greg. de cens. quæst. 5. num. 62. 63.*

Vnde fuit impletum pro parte emptoris, sed quicquid sit, solutio collectarum spectabat ad vniuersitatem, quæ iam per consilium deliberauerat faciendam subiugationem pro quibuscunque debitis, conuersa est igitur pecunia in beneficium vniuersitatis, cùm eius debitum fuit solutum,
20 & per cõsequens tenetur pro mutuo Vniuersitatis facto eius Iurato, *iuxta tex. in l. Ciuitas. ff. de reb. credit. & l. 1. C. si aduers. credit. cum alijs relatis à Couar. Var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 3. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 4. num. 21.*

21 Præterea dispositio *d. l. Ciuitas.* procedit quoties solus administrator contrahit, tunc pro mutuo non obligari Ciuitatem, nisi emptor ostendat pecuniam versam in eius vtilitatem. Immo tunc esto probet illa pecunia Vniuersitatem indiguisse, non præsumitur conuersa in vtilitatem Vniuersitatis, *vt Alex. in d. l. Ciuitas. & ibi Ias. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 1165. vol. 3. & Facchin. vbi alios refert d. lib. 2.*
22 *cap. 72.* vbi inquit *tex. in l. fin. ff. de exercit. act.* procedere in contractibus factis inter
23 personas priuatas, vt si quis præposuit quempiam naui, tenetur, si modo cum pecunia crederetur, nauis in ea causa fuisset, vt refici deberet, nec lex requirit, vt in eam causam versio probetur, idem si exe-
24 cutores vendant aliquam rem ad soluendum legata, & alia contenta in testamento, si pretium in alium vsum conuertant, erunt sicuti emptores, verisimam dixit opinionem, *Laurent. de Rodulf. cap. sine exceptione 12. quæst. 2. sequitur Molin.* vbi dicit verius esse, & ex auctoritate multorum dixit magis communem *Surd. decis. 156. in fin.* at secus in Vniuersitate, & Ecclesijs, quia sunt personæ publicæ.

25 Sed quando Decuriones præsente, & consentiente populo, seu consilio contrahunt, tunc non tenetur creditor probare pecuniam mutuatam fuisse conuersam in vtilitatem, *Bart. Castr. Alex. Corn. Zasius. & Rip. in l. si is, qui bona. num. 10. ff. de pignor.* & colligitur clarè ex ipso text. dum dicit *Vulpian.* ibi, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, tenebuntur, quæ verba non conueniunt in eum casum, quando sola Ciuitas contraxit, pro ut hic. *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 17. sub num. 3. vers. quod si mutuum detur. vbi refert glos. in auct. hoc ius porrectum. C. de Sacr. sanct. Eccles. & alias plures authoritates, & dicit communem, sequitur Facchin, lib. 2. controuers. iur. cap. 75. vbi refert alios post Fulgos. in d. l. Ciuitas.* cõtrarium sentientes in Ciuitate recognoscente superiorem, quæ duæ authoritates contrariæ faciunt etiam in præsenti casu, nam licet sit subdita Vniuersitas, tamen
26 Superior consentit, & in Prælato, qui cum consensu capituli pecuniam mutuo accepit, quod teneatur, & sit obligata Ecclesia, & super bonis illius possit fieri solutio, esto creditor non probet pecuniam in Ecclesiæ vtilitatem conuersam, *text. est in cap. penult. de fideiussor. Bart. in d. l. Ciuitas. num. 13. Deci. num. 6. Ias. col. penult. Butr. d. cap. penult. num. 9. Imol cap. 1. num. 17. de depos. Castr. cons. 337. nu. 2. vers. ad hoc respondeo. lib. 1. Rol. cons 41. nu. 36. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 432. num. 13. vers. contrariam. Facchin. d. lib. cap. 77. Couar. vbi supra.* Respondetur tandem, quod
27 iam est defluxum longum tempus, videlicet anni 34. quo in casu præsumitur pretium conuersum in vtilitatem Vniuersitatis in censu, in quo versamur, *loquitur Felic. de cens. lib. 2. cap. 3. num. 9. ex auctorit. Dec. Grau. & Burgos. de Paz. & post multos Rodoric. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 14. nu. 54.* Partita vnc. 700. soluta Thomasullæ Pat-
28 ti apparet per actus publicos, qui sunt probatio probata, *Rol. Vall. cons. 76. nu. 8. cons. 79. nu. 47. & cons. 85. nu. 38. lib. 1. Bero. cons. 151. num. 21. lib. 1. Ludou. decis. Perus. 50. num. 5.* & inducit euidentissimam, & realem probationem, *cap. licet causam. de probat. in verb. expressus, & ibi scribentes. Paris. cons. 104. num. 64. & 67. lib. 1. & cons. 77. nu. 1. cum tribus seq. vol. 3.* & ibi quòd est veritas apparens, & quod non indiget discussione.

Partita vnc. 165. constat etiam per multos actus, quòd fuit cambiata Panormi pro expensis statim post contractum subiugatorium, & præcisè per actum in actis quondam Blasij Picciulo sub die 18. Nouembris 1583. Item & quòd vnc. 35. Scagliolæ, & Mediano credendum est statim fuisse solutas, cùm hoc debitum assignatum per Iuratos, & illæ vnc. 10. proximetæ statim post contractum debentur, & in

summa

summa est confessio per Iuratos, dum Bonfilio sub die 22. Martij depositat in Banco de Oliua vnc. 2000. pro complimento vnc. 4910. & præcalendat omnes partitas, de qua exinde per Iuratos fuit facta expensio, & neque Scagliola neque Arnao vnquam comparuit petendo dictas duas partitas.

Vnde pars cõtraria se nõ fouere ius cõfugit, asserens, q̃ cõtractus est nullus ipso iure, quia pretiu fuit confessatum per Bancum de Oliua ad apodixam, & in eo non erant pecuniæ. Item nec erant tempore, quo Sua Excellentia confirmauit contractum, & consilium prædictum, & tanto fortius, quod census currere incepit ex
29 pacto à die contractus, cum contemporanea debet esse solutio pretij formatio ni contractus. *Felic. de censib. lib. 1. cap. 4. nu. 12. Don Garf. in addict. ad Petr. de Gregor. de censib. quæst. 5. num. 220. verf. 10. & vltimo, fol. 100.*

Respondetur primo, quod pretium ab initio fuit solutum totum, nam si consideramus vnc. 2000. pro precio gabellæ, iam Bonfilio soluit tempore contractus, quia statim fuerunt sublatæ gabellæ, immò à primo Octobris, & sic per dies viginti ante, & in hoc esto alia summa pro complimento non fuisset soluta, tamen pro ista
30 soluta vnc. 2000. cucurrit census *Petr. de Gregorio de censib. quæst. 7. nu. 4. Don Garf. decis. 94. num. 13. & seq.*

Præterea omnes aliæ partitæ fuerunt solutæ à principio, nam in bulla, quando non est pecunia in contanti, sufficit quid
31 receptum loco pretij, vt cantat Bulla Nicolai sanctę memoriæ ibi (recepti, seu pretij) & in pũcto in quo versamur, quod quis pro debito, quod tenetur Petro posit sub
32 fugare Martino, qui promittit soluere Petro debitum, quod subsistat subiugatio, *Milan. decis. 2. num. 49. part. 2. clarissimè Paris. cons. 75. vol. 4.* in casu isto Vniuersitas tenebatur D. Palmerio ad vnc. 2000. Thomasullæ Patti ad vnc. 700. Scagliolæ ad vnc. 35. & Arnao ad vnc. 10. & aliæ vnc. 165. à primo die fuerunt cambiatæ Angelo de M. Paulo, vt per multos actus apparet, omnia hæc debita super se assumpsit Bonfilio, & licet per Bancum ad apodixam fateantur, tamen intentio fuit, vt soluantur creditores, nec Iurati à Banco poterant tollere, & ab initio intellexerunt ita, quia in actu solutionis factæ exinde Thomasullæ patti asserunt, quod Bonfilio fecerat apodixam ipsi de Patti pro soluendis dictis vnc. 700. vnde à principio dicitur satisfactum pretium Vniuersitati, pro ut in censu constituto ex pretio nominis debitorum, *loquitur Milan. d. decis. 2. lib. 2. quem refert, & sequitur Don. Garf. in addict. ad Petr. de Gregor. quæst. 5. num. 220. verf. non obstant. allegata fol. 101.* Item statim ac venerunt litteræ confirmationis fuerunt giratæ omnes pecuniæ, vt ex partita giræ sub die 22. Martii apparet. Nec obstat scientia, quam dicit pars in personam Bõfilii de confirmatione facta die 20. Decembris, & sic tunc debebat saltim girare pe-
33 cunias in Banco, nam regulariter non præsumitur, sed ignorantia *l. verius. ff. de prob. Angel. l. 1. in fin. C. de tempor. appellat. Cefal. cons. 393. num. 97. lib. 3.* & hoc in ca-
34 su non potest probari scientia, nisi vrgentissimis probationibus, cum iuris præsumptio sit in contrarium, *Gramat. cons. 129. num. 12. Honded. cons. 55. num. 76. Cefal. cons. 241. num. 97. lib. 2. & cons. 350. nu.*
35 *11. lib. 3.* & ignorantia probatur Iuramento hominis probi, & bonæ famæ, etiam quod contra eum vigeat aliqua præsumptio scientiæ, *post Butr. Curt. sen. & alios dixit Octau. decis. 71. num. 75. & Honded. d. cons. num. 17. Cefal. cons. 242. num. 17. lib. 2. & ibi num. 19.* quod præsumptio ignoran-
36 tiæ tollit præsumptionem scientiæ, cùm vna præsumptio tollat aliam, *l. diuus. ff. de inintegr. restitut. minor. l. non solum. ff. de rit. nuptia. Grau. cons. 145. num. 11. Honded. d. cons. 55. num. 69. & 70.* At hic vltra, quod sufficit præsumptio ignorantię, tamẽ ijdem contrahentes multoties declarant non adhuc habuisse literas confirmationis Suæ Excellentiæ, immò in die 21. Martij 1582. Bonfilio ad petitionẽ Iuratorum se obligauit statim aduentis literis reddere compotũ de illis vnc. 165. missis Panormi Angelo de Mastro Paulo pro dicto effectu, vnde nõ est recurrendũ ad cõiecturas, cùm clarissimè apparet, quod in effectu, licet sciebant confirmationem, tamen nunquã habuerunt literas. Nec solutio facta in manibus Iuratorum aliquid nocet quo ad partitas vnc. 165. vnc. 35. & vnc. 10. quoniam dum constat de veritate illarum nil operatur, si sit facta per Bancum, vel in manibus Iuratorum, vnde idem Princeps, si fuisset interrogatus an voluisset, respon-
37 disset, quod sic, cùm eadem sit ratio in vtroque casu solutionis per consequens dicitur adimpleta prouisio Suæ Excellentiæ, *Fab. de Ann. cons. 112. nu. 12. & 13. Aponte cons. 2. num. 24.*

Verum quicquid sit, quando omnia cessarent, prout sunt clara, *iam Arel. in cons. 128.*

conſ. 128. allegat. à Don Garſ. in addict. ad Petr. de Gregor. d. quæſt. 5. num. 220. verſ. decima. tenet, quod ſit neceſſaria noua ſtipulatio in caſu iſto, quando pecunia non eſt in Banco, & inde fit ſolutio vel per Bancum, vel aliter. Hoc enim eſt verificatum in caſu iſto, nam contractus primus bullalis eſt factus die 21. Octobris 1582. confirmatio eſt die 20. Decembris, & die 22. Martij aduentæ literæ, & facta gira pro complimento totius capitalis, inde in vltimo menſis Aprilis 1583. & facta eſt ſtipulatio de nouo, & ratificatio ipſius contractus per totam Vniuerſitatem, & ſic ceſſant omnes amaritudines, cùm ſit facta poſt ſolutionem totius pretij, & tandem vltra relaxitum factum in anno 1604. per dictum de Bonfilio. Inde in anno 1608. facto computo finali relaxat idem Bonfilio ipſi Vniuerſitati alias vnc. 762. vt per actum publicum in proceſſu clariſsime legitur. Vltra quod eſt conſiderandum, quod Vniuerſitas pro illis debitis grauabatur intereſſe cambiorum ad ſummam vnc. 30. pro centum ſingulis annis, quibus fuit releuata cum pecunijs Franciſci Bonfilio ad nouem pro centum, pro quo faciunt, *adducta per Maſtril. deciſion. 103. in fine*.

Nec tandem obſtat, quòd ſit pactum,
38 gabellam Regiæ Curiæ ſoluendã per Vniuerſitatem, cùm ex tali pacto dicatur augeri pretium cenſus, & ſic ſit vſurarium,
39 nam non procedit, quado ſubiugatio eſt facta ad minus de decem pro centum, pro ut hic, quod eſt ad nouem, *Molin. de contract. lib. 2. diſput. 391. Don. Garſ. in addict. ad Petr. de Gregor. de cenſib. quæſt. 7. nu. 23. & ſeq.* Vltra quod etiam hic concurrit
40 quod reluitio fit in ſex catamenis, quo in caſu dicitur tanto minus ſoluere, & minus grauatus ſubiugans *d. l. circa legem. ff. ad l. Falcid. cum alijs ſupra adductis.* Licet
41 in dubio, quod non eſt hic, licitus iudicandus eſt contractus *l. cum precibus, vbi Bal. C. de probat. Grauet. conſ. 156. num. 1. Burſat. conſ. 135. nu. 12. vol. 2. Cæſar Manent. de contract. liuel. quæſt. 3. num. 2.*

Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem DD. Clientum, cætera ſuppleat M. R. C. cui omnia ſummitto.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus conſtitutus cum requiſitis neceſſarijs reducitur ad formam Bullæ*
2 *Cenſus ſecundum formam Nicolai Quinti conſtituitur etiam in Regno Neapolis.*
3 *Pactum quod maturato Catameno, & exinde elapſis duobus menſibus, & non facta ſolutione poſſit peti capitale valet.*
4 *Pactum repetendi ſortem eſt ad voluntatem debitoris, & num. 6.*
5 *Mora eſt delictum, maximè in eo, qui iurauit.*
7 *Sors debet eſſe demortua, ſecus quando intereſt creditori num. 8.*
9 *Pactum repetendi ſortem ad effectum emendi redditus eſt validum.*
10 *Contrahentes præſumuntur voluiſſe facere contractum licitum, non autem illicitum.*
11 *Contractus redditus empticij licite poteſt fieri, & poteſt eſſe ad ſummam ſecundum vſum regionis num. 12. Et ſi conſuetudo non eſt, poteſt eſſe ad decem iuxta iuris diſpoſitionem, num. 13.*
14 *Pactum repetẽdæ ſortis in caſu retardatæ ſolutionis iurium decurſorum valet in redditu empticio. Et in Regno Neapolis aponitur in contractibus ſubiugatorijs, & valet n. 15*
16 *Pena appoſita in contractu inter partes ſoluitur in Regno Neapolis, in Regno vero Siciliæ non. num. 17.*
18 *Ratificatio retrotrahitur ad principium, & ad diem actus primo loco facti, etiam ſi fueris primus actus factus ab eo, qui non habebat in mandatis num. 19.*
20 *Intereſſe certum poteſt ab initio taxari, quando debitum de ſui natura facit fructus.*
21 *Fructus competunt pro legitima eſto relicta ſit in pecunia, eſto hæres non ſit in mora, idem & pro ſucceſſione num 22.*
23 *Intereſſe dicitur licitè taxatum, quando eſt ad ſummam ſecundum vſum regionis, & eſt ad decem pro centum de iure. num. 24.*
25 *Pactum repetendæ ſortis in aliquo caſu non vitiat, ſed vitiatur.*
26 *Felician. de cenſib. lib. 1. cap. fin. num. 18. refellitur.*
27 *Pactum, quod reguletur ad conſilium ſapientis eſt acſi diceret (Iudicis) quia ipſe eſt ſapiens, & quid operetur num. 28. & 29.*
30 *Acquiſitor primus non ligatur forma feudi, ſed illam poteſt mutare, & feudum poteſt alienare, etiam in extraneos.*
31 *Exceptio cõpenſationis non admittitur in Bulla.*
32 *Pacta inter contrahentes ſunt ſeruanda.*

ARGVMENTVM.

Pactum de repetenda ſorte in aliquo caſu in contractu ſubiugatorio an vitiet contractum vel vitietur, & quid in Regno Neapolis, & an attendatur locus celebrati contractus, vel ratificationis.

CON.

CONSILIVM XIV.

IESVS MARIA.

IN causa executionis cau satæ in vnc. 450. P. P. S. pro censibus decursis ad rationem vnc. 384. singulis annis, ad instantiã Stephani de Alberto cõtra Ioseph de Alberto Baronem Pintidatcilo eius fratrem, duo capita contenta in oppositionibus sunt discutienda; primum est, quod contractus est vsurarius, ex quo est pactum, quod maturato catameno, & elapsis exinde duobus mensibus, & non facta solutione possit peti capitale per clientem, quod pactum asserit esse contra priuilegia Bullæ, cum fors debeat esse demortua ad voluntatem debitoris. Alterum est caput, quod petit compensationem nonnullarum expensarũ in iudicio. Item & ad offuscandum mittit certam sententiam, per quam fuit nulliter decisum, quod de dictis vnc. 384. spectant ad ipsum vnc. 145. ratione assertæ contrauentionis. Quibus non obstantibus reijciendæ sunt oppositiones. Et quo ad primũ, si consideramus, quatenus esset secundum formam Bullæ Nicolai Quinti obseruatã in hoc Regno, prout in effectu dici potest,
1 cùm sint omnia requisita necessaria ad cõstituendum censum Bullalem, licet non sit dictum secundum formam Bullæ, prout indubitata est conclusio in omnibus Tribunalibus Regni, vt testatur *D. Garf. Mastrill. in decis. 103. & in addit. ad Petr. de Gregor. quæst. 5. nu. 258. de censib. & post eum Castigl. decis. 51. & Blas. Lanz. & D. Octau. Corset in cons. post d. decis. impressis*, & licet contractus iste sit Neapoli factus, tamen
2 ibi militat census secundum Bullam Nicolai Quinti, vt ipsa Bulla inquit (in Regno Siciliæ citra, & vltra Pharum) & dixerũt *Foller. in d. Commento, & post eum Thesaur. decis. 154. Ronit. super d. Prag. de censib.*

Si igitur est secundum formam Bullæ, vtique tale pactum valet, & substinetur, cum sit datum ab ipsa Bulla, nempe vt pos
3 sit contrahi cum opportuna contrahentiũ securitate, ita dixerunt in puncto *D. Garf. in addit. ad Petr. de Gregor. de censib. d. quæst. 5. num. 240. cum sequ.* vbi ex auctoritate multorum dicit sic decisum in causa illius de Fragapani contra Euam de Alberto, & in alijs causis per M. R. Curiam, & Trib. Consistorij, *Anton. de Bal. super Pragm. de censib. quæst. 17. num. 9. idem Mastrill. in decis. 95. num. 4. ex auctorit. Blas. Lanz. & aliorum* ita pluries M. R. Curiam iudicasse refert, videndus *Intrigl. lib. 2. sing. 159.* pro hæredibus Stephani Fimia contra Principem Buteræ, *& in tract. de censib. quæst. 43. 48. Martin. de censib. cap. 6. num.*
4 272. quandoquidem tale pactum repetendi sortem non est ad voluntatem creditoris, sed ad voluntatem debitoris, ex quo ratione moræ, & culpæ ipsius venditoris,
5 quia mora est delictum, maxime in eo qui iurauit, *l. si quis maior cum ibi notatis. C. de transact.* & delinquendo consensit, & sic fit
6 eo volente repetitio sortis, non autem eo inuito, *ex l. prima, §. Bestias. vbi glos. in verb. negati. ff. de postulando.* licet enim regulariter
7 sors debeat esse demortua, secus autem
8 est quando sua interest, nam tunc illam consequi potest, *alleg. text. in l. quæsitum. ff. de pignor. & alia iura, & auctoritates.* Errauit enim Dominus Aduocatus ex aduerso, dum dixit, quod ideo fuit decisum in causis relatis per *D. Garf.* quod valebat dictum pactum, ex quo erat factum ad effectum emendi alios redditus tutos, & securos, quoniam veritas est in contrarium, nam illi contractus erant absque tali pacto de emendis redditibus, sed simpliciter, quod data mora posit petere capitale, item concurrebat in illo casu, quod exe cutio fuerat causata pro repetendo capitale ad effectum emendi alios redditus tutos & securos, sed hoc non erat per pactum adiectum in contractu, sed pactum erat liberum, legatur quæso *D. Garf. in d. addit. in d. nu. 241. in vers. præterea in causa illius de Fragapani.* vnde si rectè cõsideretur præsens casus, apparet, quod cliens nullam causauit executionem pro petitione sortis prout sunt casus positi á Don Garf. Apparet etiam, quod non est pactum simpliciter, prout decisiones præpositæ à Don Garf. sed pactum de emendis redditibus in tantum, quod neque pactum fuit exequutum, neque simplex est, & licet pactum nõ sit de emendis alijs redditibus pro euictione, vt voluit Milan. sufficit mihi habere DD. & decisiones de Regno in puncto, quod absque tali pacto, sed tantummodo in casu moræ de repetendo, & expendendo ad sui libitum voluntatis valeat pactum, & est dictum, quod sufficit, si Cliens causaret exequutionem pro repetenda sorte, & in ipsa executione diceret, quod vult repetere ad effectum emendi alios redditus pro securitate sui census, vt erat in causa illius de Fragapani.

9 Pactum repetendi sortem ad effectum

emendi alios redditus esse validum, *post alios Testay. alleg. 6. num. 6. & num. 218. & alleg. 10. num. 42. & 144. & alleg. 16. num. 19. Milan. decis. 2. num. 122. & sequ. lib. 2. Mastrill. in dicta quæst. 5. num. 249. verb. pretij. Intrigl. sing. 14. num. 4. lib. 2.*

Quid est emere, quod stent hypotecati, & emere, & illud emptum remaneat pro creditore, nam minus damnosum est pro ipso debitore, ex quo facto deposito liberatur. Quod si emit redditus semper ipse remanet obligatus, & suo periculo emit, & hoc nihil aliud est, nisi de apicibus iuris: nam quod remaneat hypotecatum, vel quod sit emptum pro creditore nihil est, cùm omni tempore pecunia non venit ad manus creditoris tanto fortius hic ratione vinculi, quod nullo tempore capitale potest venire ad manus Clientis.

Nec obstat, quod per Spect. de Maccagnone asserebatur, quod ideo fuit appositū pactum de emendis redditibus stante vinculo, quod si non fuisset, liberè fuisset conceptum pactum, quoniam respondetur, quod præsumptio iuris est in contrarium, nam contrahentes præsumuntur voluisse
10 facere contractum licitum, non autem illicitum, in puncto loquitur *Don. Garf. in d. addit. num. 241.* dum dicit, quod pactum erat liberum, & subsistebat, & magna æquitas concurrebat in causa illius de Fragapani, quia in executione declarauerat se velle capitale pro emendis redditibus pro euictione. Si igitur quando pactum est liberum, sufficit creditorem declarare in repetitione capitalis, quanto magis hic, quod Cliens non adhuc locutus est de pacto isto, sed tantummodo petit eius vsuras, & fructus pendentes ex ipso capitale non obstante, quod non solum est elapsum catamenum in duobus mensibus, sed in multis & multis annis, & ex hoc ostenditur si habet deprauatam mentem, & animum Cliens. Tanto magis, quod pars aduersa de pecunia sibi inseruiuit pro extinctione cambiorum, quæ decurrebant ad rationem de viginti pro centenario, vt ex scripturis ad effectum missis apparet.

Vel dicimus hunc contractum non esse bullalem, sed censualem iuris, qui voca-
11 tur redditus empticius, qui licitè potest fieri, vt voluerunt *Host. Ioan. Andr. Innoc. Abb. & alij in cap. in Ciuitate de vsur. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 6. num. 15. Gail. lib. 2. obseru. 7. dicit cõmunem, & veriorem post Conar. Lup. & alios. Thesaur. decis. prædicta 54. nu. 1. Honded. cons. 17. nu. 24. vol. 2. Bursat. cons. 2. 14. nu. 7. vol. 2. Rouit. Prag. de censib. nu. 3. fol. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 107. nu. 5. 6. 11.* qui dicit, quod est emere fructus, & redditus prædij subiugati, *Testa. alleg. 10. num. 14. cum tribus seq. Bocac. de cens. quæst. 3. nu. 62. D. Card.*
12 *Tusc. concl. 193. lit. C.* & potest esse ad summam secundum consuetudinem regionis,
13 vel etiam, si consuetudo non est, potest esse ad decem pro centum, nam sic est de iure, *dixerunt Fachin. lib. 2. cap. 43. Decian. cons. 2. num. 77. vol. 1. Surd. in cons. 162. nu. 34. vbi multos referunt.*

14 Si igitur redditus empticius erit, pactū substinetur, ita dixerunt in puncto *Gabr. in cons. 152. vol. 1. & ante eum Io. de Olan. in concordia iuris lit. A. num. 112. Tiraqu. de retract. lib. 2. ad finem. nu. 132. Medin. de vsur. quæst. fin. de censib. Molin. de iust. & iur. lib. 2. disput. 391. clausu. 11. Nauar. de vsur. nu. 118. & sequ. & alij alleg. à Mastrill. in d. num. 241. & decis. 95. Paul. de Castr. Alex. Alber. & Iaf. relati à Lanar. in cons. 64. num. 8.*

15 Et in Regno Neapolis, quod in omnibus contractibus subiugatorijs apponatur hoc pactum loco pœnæ, & subsistat, dixit *Ant. de Ball. d. quæst. 17. num 9.* ratio est, quia pœnale est pactum, & ex forma ritus Regni Neapolis omnis pœna apposita in
16 contractu inter partes soluitur, *ita Ritus Regni Neap. in cap. 166. & Carauit. super d. cap. num. 25. & etiam in cap. 128. nu. 3.*
17 In Regno verò nostro, quia ex forma ritus *cap. 154.* prohibentur pacta pœnalia, vt dicit *Petr. de Greg. de censib. quæst. 10. nu. 1. & Ball. vbi supra.* ideo ipsi dicunt, quod non consueuerunt fieri talia pacta, licet Bulla Nicolai dicat (& alijs pœnis, & iuramentis.)

Nec obstat, quod replicabatur, quod non potest dici contractus redditus censualis iuxta formam iuris, & ideo, quod dictum pactum non militet tanquam solitum apponi in Regno Neapolis, quoniam licet contractus ille fuerit factus Neapoli, tamen Messanæ fuit ratificatus per Baronem, vnde intelligitur iuxta solitum Regni istius, quoniam respondetur, quod licet Messanæ fuerit ratificatus, tamen habetur consideratio ad actum Neapoli fa-
18 ctum, ex quo ratificatio retrotrahitur ad principium, & ad diem actus primo loco facti, *ita Deci. in cons. 58. Oldrad. in cons. 326. num. 17. tex. in cap. ratihabitio. de reg. iur. in 6. Alex. in cons. 119. num. 32. lib. 6. multos refert D. Card. Tusc. in concl. 20. lit. R* nec aliquid operatur, quod stabat in pote-

state

state Baronis ratificare, alias actus erat nullus, quia etiam in casu, quo quis facit
19 actum nullam habens potestatem, si à Domino ratificatur actus ille, fit retrotrahitio, ac si abinitio dominus principalis cõtraxisset, *Bald. in cons. 498. num. 3. & cons. sequ. num. 2. lib. 2. D. Card. Tusc. in concl. 23. col. 1. lit. R. vbi alios refert*, vnde verum est dicere, quod contractus ipse consideratur, vt factus in Regno Neapoli. Præterea dictum est, quod etiam Neapoli militat dicta Bulla Nicolai V. et tamen tale pactum ibi in omnibus contractibus apponitur, vti de iure permissum.

Vel tandem, & tertio dicimus ex quo sumus in debito de sui natura faciente fru-
20 ctus, quod potuit abinitio taxari certum interesse inter contrahentes donec solutio fiat, ita dixerunt *Canale. in decis. 22. nu. 3. part. 4. vbi allegat Rimin. iun. in cons. 177. num. 27. vol. 2. & multos alios DD. & ego in cons. 12. nu. 14. alios retuli.* quod autem
21 pro legitima, in quo versamur veniant fructus, esto sit relicta in pecunia, esto hæres nõ sit in mora, nam veniunt à die mortis iure Dominij, *l. non est ambiguum. C. famil. Herciscu. Alex. cons. 69. vol. 1. alios refert Peregr. de fideicom. artic. 36. num. 69. Barz. decis. 102. nu. 31. & Ego dixi in cons. 37. nu. 1. vsque ad 6. vbi multos DD. adduxi.*

Nec obstat, quod asserebatur ex aduerso, quod hæc sit legitima, ex quo in contractu isto Stephanus dicit legitimam cõsumpsisse, quoniam ex hac assertione colligitur magnus amor Stephani erga fratrem, qui vt fideicommissum subsistat. Dixit legitimam in alijs habuisse, quod non est verum attamen quia pendet ex legato, quod fuit relictum pro successione paterna materna, pro legitima, & pro omni, & quocunque iure in tantum, quod agitur
22 de successione, quæ portio successionis de sui natura venit cum fructibus, quæ taxa-
23 tio dicitur licita, quando est secundũ morem regionis, & sic est ad decem pro centum, contractus verò noster restrictus ad octo, *Paris. in cons. 60. vol. 1. Bursat. cons. 11. vol. 1. Honded. cons. 44. num. 9. vsque ad*
24 *num. 11. vol. 1.* immò ad decem pro centum de iure, *ex Fachin. in d. cap. 43. Decian. in d. cons. 2. & Surd. in d. cons. 162. num. 34.* Non erit igitur tractandum de pacto isto, quia poterat taxari certum interesse abinitio, & infra summam ad decem. Item & potuit poni tempus, quòd soluantur omnes pecuniæ ad voluntatem creditoris, multò magis, quòd est restrictum in casu morę, & hic in pœnam morosi.

Verum quicquid sit consideratis etiam terminis Bullæ Pij Quinti DD. allegati
25 ex aduerso dicunt, huiusmodi pactum non vitiat contractum, sed vitiatur ipsum pactum, ita dixerunt *Gail. l. b. 2. obser. 3. num. 7. Rouit. in d. pragm. de cens. fol. 14. nu. 14. Gutier. ex aduerso allegatus lib. 2. pract. quæst. cap. 175. & clarius cap. 176. præcisè ante num. 4. in num. 4. & 5. quem refert & ita in puncto intelligit Rodoric. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 1. ante num. 8. vbi sic dicit decisum per Reg. Gallec. Prætor.* & hanc opinionem, quòd vitiatur pactum, & non contractus tenuerunt DD. de Regno, vt refert *Milan. decis. 2. num. 31. part. 2.* qui dicit, quod semper ita vidit obseruari, & practicari in iudicijs, & maximè in Tribunali Mag. Reg. Cur. idem dicit *d. Off. Conset. in cons. supra allegato.* Non obstat *Felician. ex aduerso allegat. in tract. de cens. lib.*
26 *2. cap. fin. num. 18.* quoniam si rectè mirętur in principio intelligit, quod pactum vitiet, & licet in versiculo (rursus) intelligat, quòd talis contractus transeat in formam mutui, & per consequens intelligat esse vsurarium, tamen pro sui opinione allegat *Guttier. lib. 2. pract. quæst. 174.* & nihilominus idem *Guttier. in quæst. 176.* tenet, quòd vitiatur pactum, & non contractus, & ita eum refert *Casp. Roderiq. in d. quæst. 1. lib. 2. num. 7.* & ipse *Felician.* impugnatur, & reprobatur à *Gasp. Roderiq. in d. num. 7.* præterea ratio assignata per Felicianũ in terminis Bullæ Nicolai Quinti falsa est, nam ipse dicit in Bulla Nicolai Quinti non valere pactionem, qua directè, vel indirectè agitur, vt sors principalis repeti posset à creditore, si enim loquitur, quòd ex forma Bullæ Nicolai V. non valet pactum, malè igitur infert, quod ipsum pactum vitiet ipsum contractum, cùm ex ipsa Bulla tantummodo inferatur
27 pactum ipsum non valere, vltra quod ex forma Bullæ Nicolai Quinti in qua ipse loquitur, sunt permissa omnia pacta, quæ tendunt pro securitate contrahentium, sunt enim permissę omnes pœnæ, & iuramenta, erit igitur verum dicere cùm Bulla hoc permittat male ipsum sensisse, tanto magis, quod super ista Bulla manifestas habemus decisiones in Regno, item & tantas auctoritates DD. superius allegatas, in tantum, quod vel dicendum est loqui, quòd pactum vitietur, vel quòd male, & inaduertenter loquutus fuerit.

Iustissimè igitur concludendum est, in casu nostro tale pactum vti de iure permissum remanere, tum quia agitur de

contractu Neapoli celebrato, vbi tale pactum obseruatur ordinarie, ex auctoritate *Ball. d. quæst. 17. num. 9.* tum etiam, quia non repetitur capitale ad voluntatem creditoris, sed data mora, & sic volente ipso debitore, tanto fortius, quia non peruenit liberè ad Clientem, sed in tabula deponitur pro emendis redditibus, item etiam, & quia hodie non disputatur, quod per Clientem fuerit causata exequutio pro repetitione capitalis, sed exequutio pro interusurijs, & sic approbando ipsum contractum, vt bullalem, & posset Cliens quando vellet causare executionem pro repetitione sortis tunc dicere, quod vult ad effectum emendi redditus pro cautela, vt alias, & practicatum, & decisum fuit in Magna Curia, Item etiam & quia fumus in redditu emptitio, & in credito faciente fructus, in quo abinitio poterat taxari certum interesse, & ex auctoritate tantorum fuit obstensum tale pactum subsistere, & qui contrarium tenent intelligunt vitiari pactum, non obstante *Felician.* cuius rationes, vt dictum est impugnantur, & etiam ipse impugnatur à *Rodoric.* in loco prædicto.

Posthæc scripta vidi *decis. 279. Mastril. lib. 3.* vbi apertissime voluit pactum de repetenda sorte, & non adimplemento venditoris valere, vbi ampliat, quando venditor ratum non adimpleuit, imò nullo existente pacto posse repeti sortem, fuisse decisum affirmat in eadem decisione ex causa non adimplementi ex parte venditoris.

Additur præterea, quod pactum est in contractu, quod Ioseph iterum promisit
27 ratificare ad consilium sapientis, ad beneficium dicti Stephani, sapiens enim iudex est, ita dixit *Honded. in cons. 64. num. 29.* Et quid est facere actum ad consilium sa-
28 pientis, nisi, quod sapiens legitimè liget ipsum contractum? vt dixit *Specul. tit. de empt. & vendit. §. sciendum vers. sed quid si in instrumento. num. 15. cum sequ. & glos. fin. in verb. accepta sint. in l. si mãdato tityj. ff. mandati text. & ibi DD. in l. ex ea parte. ff. de verb. oblig. Oldrad. in cons. 139.* qui plures alios refert, & faciat contractum iux-
29 ta solitum stylum, & solitas cautelas de communi stylo Notarij præcisè, quod si sint verba contra Bullam, habeantur pro non appositis, vt latissimè dixit *Milan. d. decis. 2. num. 32. lib. 2.* tanto magis, quod est dictum ad beneficium ipsius Stephani. Si igitur contrahentes voluerunt, quod contractus ratificetur ad consilium sapientis, & ad beneficium Clientis, quid enim voluerunt sentire, nisi quod sapiens teneat istum, vt contractum iuxta formam Bullæ, facientem fructus ad beneficium Clientis? Tanto magis mirandum est hodie per. M. C. vt dictum est, cum simus in credito ratione successionis paternæ cuius pecunia Ioseph. Frater eius satisfecit creditoribus, extinguendo cambia, quæ quolibet anno excedebant summam vnc. 20. pro centum, Additur præterea, quod partes ipsæ post oppositiones præsentatas, & missum ad effectum stante actu S. E. contentę fuerunt, quod causa videatur per M. C. resecatis calumnijs, & apicibus iuris, vnde ex hoc solo apparet, cum manifesta sit iustitia Clientis, quod pecunia depositata in tabula interuenit pro extinctione interesse cambiorum ipsius Ioseph, vt ex actis publicis constat. Item, & quod sit portio hæreditaria competens Stephano, quæ sui natura facit fructus. Est verum dicere Magnam Curiam debere habere æquitatem, & realitatem ante oculos sublatis apicibus Iuris, cùm ita voluerunt ipsæ partes, quòd deberet decidi.

Nec illud friuolum, & ex aduerso allegatum obstabat, videlicet, quod Baronia, & bona subiugata erant vinculata contra pactum, quod si Baronia sit vinculata possit agi pro sorte, vnde ex quo Cliens sciebat Baroniam vinculatam videtur, quod abinitio habuit animum repetendi sortem ad eius voluntatem. Respondetur enim, quod errat in facto, nam primus acquisitor Baroniæ fuit Simonellus, & ipse imposuit vinculum, ipse enim & fecit legatum Clienti, igitur legitimè Ioseph pro soluen-
30 do legatum potuit subiugare, cùm primus acquisitor non ligatur forma feudi, etiam quod sit iuris Francorum, sed illam mutare potest, & feudum potest alienare, etiam in extraneos, *D. Octau. Corset. in cons. 3. num. 15. & cons. 10. nu. 8. & 9. & cons. 23. num. 5. & Regens in annot. ad. cons. 6. nu. 2. & 3. & ad cons. 8. nu. 1. vbi latissimè.*

Quoad secundum caput de cõpensatione non est difficultas, quod in Bulla non admittitur exceptio cõpensationis maxi-
31 mè non existente pariter priuilegiata, & cũ requisitis à DD. positis *Grass. qui alios refert in tract. de except. cap. 16. num. 4.*

Item obstat pactum in contractu adiectum, in quo Ioseph. se obligat in persona, & in bonis soluere nulla admissa exceptio-
32 ne compensationis, vt legi poterit ex pacto, vnde ipsi contrahentes fecerunt sibi legem *l. 1. §. si conueniat. ff. depositi. l. 1. §. Prætor ait. ff. de pactis.*

Præterea

Præterea in facto apparet, quod Cliens est creditor in summa vnc. 1823. causauit executionem pro vnc. 450. & aliam pro vnc. 663. remanet ergo creditor in vnc. 700. & vltra. Vanum igitur est dicere se esse creditorem, cùm necesse sit, quod ostenderet implementum totius crediti Clientis mei, videlicet dum Cliens est creditor in vnc. 1800. si agit, prout est, pro vnc. 450. non sufficit ostendere solutionem, vel creditum ex aduerso vnc. 450. sed omne, vt summa vnc. 1800.

Ex quibus breuissimè, prout potui, apparet quanta sit iustitia Clientis, & quod debent reijci oppositiones partis aduersæ.

Per M. R. Curiam Messanæ degentem de mense Septembris 1614. fuit decisum in fauorem Clientis, quod reijciantur oppositiones partis aduersæ.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, si non apparet ad quem vsum sit contractum præsumitur secundum consuetudinem regionis, quod procedit etiam inter nobiles, licet secus inter magnates, & qui sint magnates remissiuè.*

2 *Pater secundum vsum Messanæ potest de sui tertio disponere, & illud intelligitur vinculasse, & num. 6.*

3 *Dictio sua, vel suus refertur ad personam testatoris, non autem hæredis, & num. 8.*

4 *Testator legans rem quam habet communem cum alio designando per confines dicitur suam partem legare. Idem in donatione num. 5. quid in venditione remissiuè.*

7 *Generalis dispositio intelligitur de bonis, quæ sunt in potestate disponentis, & non de bonis hæredis, num. 9.*

10 *Testator si grauat hæredem suum restituere suam hæreditatem, non videtur grauasse hæredem in hæreditate, quam testator restituere tenebatur ex fideicommisso ipsi hæredi.*

11 *Fideicommissum intelligitur impositum super bonis proprijs, non autem hæredis, esto generalissima sint verba, & appositæ dictiones quoquomodo num. 13.*

12 *Hæres in fideicommisso vniuersali cogitur restituere, quod ad eum peruenit iudicio testatoris, non autem ex alia causa.*

14 *Verba sequentia declarant præcedentia, & è contra.*

15 *Pater habet Dominium in suo tertio, & super alijs duobus habent mater, & filij, & solus pater non potest obligare nec alienare vltra tertium suum. num. 16.*

17 *Filij tertium maternum, quod habent eis competit ex pacto, & prouidentia statuti Messanæ.*

18 *Vxor de suo tertio non potest testare, neque donare, neque vendere, præter quo ad ea, quæ sibi permittuntur à statuto.*

19 *Tertium maternum succedit loco dotis, & habet omnia dotis priuilegia.*

20 *Tertium filiale succedit loco legitimæ debitæ filijs.*

21 *Fideicommissi onus reijcitur à legitima.*

22 *Legitima non tollitur nisi expressa filij renunciatione.*

23 *Legitima debetur nepotibus, quando eorum pater est præmortuus auo.*

24 *Testamenti approbatio intelligitur secundum eius naturam, & confirmans, & approbans nil noui concedit. num. 28.*

25 *Confirmatio corroborat confirmatum, non autem expendit, & operatur, vt non possit queri de nullitate actus, num. 26. & habet vim renouationis actus, num. 27.*

29 *Actus publici sun probatio probata.*

30 *Dominus in re sua potest facere quicquid vult.*

31 *Fideicommissum prætendens debet probare rem fuisse in dominio, & remansisse in hæditate vinculantis, & euenisse casum fideicommissi, & se vocatum num. 38.*

35 *Testes ex dicto vt probent multa requiruntur.*

33 *Societas inter virum, vxorem, & filios operatur translationem dominij in quemlibet absque traditione, immò & possessionis, num. 34. & 37.*

35 *Societas resoluitur morte vnius ex socijs, quid existentibus filijs, an continuetur donec fiãt diuisiones, num. 36.*

39 *Actori incumbit onus probandi, & debet esse clara probatio, aliàs dubia non relenat. num. 40.*

41 *Fideicommissum in dubio decidendum est non extare.*

42 *Clausula in vna parte testamenti an dicatur in alia repetita, & quando. & num. 43. & an idem in contractu. num. 44.*

45 *Præcedentia magis influunt in sequentia.*

46 *Vocatus sub duplici conditione, videlicet, si moritur sine filijs, & ab intestato, opus est vtramque copulatiue verificari.*

47 *Potestas testandi operatur quod possit vendere, & facere quamcunque alienationem.*

ARGVMENTVM.

An matrimonium contractum sine scriptura præsumatur ad vsum Regni, quid inter nobiles, & quid inter magnates, & an pater vinculans bona sua dicatur tantum de suo tertio; an etiam de filiali voluisse fideicommissum constituere.

Verba illa [moriendo ab inteſtato] an importent, quod poſſit vendere, & alienare, eſto moriatur ſine teſtamento.

CONSILIVM XV.

IESVS MARIA.

ANno 1550. Ioannes de Vita ſuum condidit teſtamentum, ſub quo deceſſit relictis hæredibus vniuerſalibus Franciſco Filio, & Ioſeph nepote, & Antonuccio filio, reliquit etiam hæredem particularem Conſtanzellam nepotem, ſororem dicti Ioſeph ſubſtituit ad inuicem Ioſeph, & Conſtanzellam caſu mortis in pupillari ætate, Inde voluit, quod caſu mortis Ioſeph in minori ætate, & ab inteſtato, & ſine hæredibus de ſuo corpore, quod bona prædicta veniant ad Franciſcum, & eius filios maſculos. Rurſus mandauit, quod tam filij quondam Antonucij, quàm Franciſcus, & eius filij maſculi moriendo in ætate perfecta ſine filijs de eorum corpore, vnus ſuccedat alteri in perpetuum, ita tamen, quod ſtabilia vadant ad lineam maſculinam de domo, de vita. Et tandem ordinauit, quod caſu mortis Ioſeph, Conſtanzellæ & Fāciſci ſine filijs, quod ſuccedant filij maſculi filiarum ipſius Teſtatoris, & ſumant cognomen de vita.

Anno 1567. prædictus Ioſeph vendidit locum in Contrata di Piſa Io. Thomæ currenti, inde obijt relicto filio Io. Franciſco qui deceſſit ſine liberis. Agit hodie Ioannella de Vita filia quondam Ioannelli de Vita, qui fuit filius prædicti Franciſci hæredis quod Didacus Tortoreti exiſtens cum auctoritate V. I. D. Placidi Stoppia, vt poſſeſſor dictorum locorum cogatur illas reſtituere, vt fideicommiſſo ſubiectas, cuius petitio ex omni capite corruit, ſi enim conſideremus, quæ bona ſunt fideicommiſſo ſubiecta per illum Ioannem, apparet clariſsimè non alia, niſi eius tertiā portionem, nam matrimonium inter ipſū Ioannem de Vita, & Ioannellam de Amato
1 apparet per contractum in anno 1503. eſſe ſecundum morem Latinorum, immò ſi non appareret, ita præſumeretur contractum ſecundum conſuetudinem Regionis. *l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de edilit. edict. Molin. de contract. diſput. 260. nu. 1. Becc. conſ. 101. num. 48. Afflict. deciſ. 226. Surd. deciſ. 265. nu. 58. Maſtrill. deciſ. 103. nu. 2. cum ab eo relat. Muta. conſuet. Pan. cap. 45. num. 25. & ante ipſum Nepit. conſuet. Catin. tit. 3. nu. 80.* vbi refert ſecus inter Magnates, prout *Gam. deciſ. Luſit. 370. num. 1. Fab. de Anna. conſ. 2. nu. 4. 11. & ſeqn. & Giurba ſuper conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſ. 7. part. 1. num. 24. cum. ſequ.* vbi declarat, qui ſint magnates, *in num. 49.* quod connumerantur inter eos deſcendentes ex nobilibus, *& ego in conſ. 5. num. 1. & num. 63. verſ. tandem.* Vnde cùm vinculaſſet bona ſua intelligitur de ſuo tertio, & de bo-
2 nis ipſius Teſtatoris, non autem de bonis hæredis, *Bart. & Alex. in addit. in l. cum in teſtamento. ff. de aur. & argent. legat.* vbi bona ſua intelliguntur teſtatoris, & non hæredis, *ſequitur Pariſ. conſ. 51. num. 35.*
3 *& 36. vol. 2.* & dictio [ſua] vel [ſuus] ambigua, quæ poteſt referri ad diuerſas perſonas, referenda eſt ad perſonam teſtatoris, non autem hæredis, *Bart. in l. ex facto. in princ. ff. ad trebell. DD. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi Aret. in 3. notab. ff. de liber. & poſth.*

Et in teſtatore habente rem communem
4 cum alio, ſi legat illam deſignando per cōfines, dicitur ſuam partem legare. *l. ſi domus. §. fin. ff. de legat. primo. l. vxor. patrui. C. de legat. Bald. in l. 1. C. qui teſtam. facere poſſ. num. 2. Caſtr. num. 4.* qui dicit hanc eſſe ſingularem deciſionem, *& Iaſ. num. 4. in fin. Alex. conſ. 54. num. 1. verſ. & hoc aperte. vol. 3. Cagnol. l. 2. num. 184. C. de reſcind. vendit. Ruin. conſ. 74. num. 3. vol. 2. Rub. conſ. 95. num. 11. Duran. de art. teſtan. tit. 6. Cautel. 4. num. 1. Gom. 7. tom. 1. tit. de legat. num. 15. Corn. conſ. 84. nu. 8. vol. 2.*
5 Et in donatione, quod dicatur donatio ſine ius, ſeu partem, quam habet, *cap. paſtoralis. de donat. per quem ita dicunt Bald. & Angel. in d. l. ſi domus. §. fin. ff. de legat. 1. vbi Ias. nu. 11. alios refert. Surd. conſ. 13.* qui in venditione diſtinguit, vnde ſi dicitur ſuam
6 partem relinquere, & donare, illam dicitur vinculare, ſi fideicommiſſum exinde impo-
7 nit, cum diſpoſitio generalis facta per teſtatorē debeat intelligi de illis bonis, quæ ſunt in poteſtate diſponentis, *l. Lucius. §. penult. ff. ad municip. cap. à nobis. & ibi Abb. de ſent. excom. Bart. in l. ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſtit. Caſtrenſ. conſ. 347. vol. 1. & conſ. 389. vol. 2. Dec. conſ. 218. nu. 3. Socin. iun. conſ. 72. nu. 55. vol. 1.* & diſpoſitio facta de bonis ſuis non includit bona per diſponentem poſſeſſa alteri debita, ſed bona propria ipſius diſponentis. *Bart. in l. iusiurand. §. ſi liberi. ff. de oper. libor. ad fin. Bald. l. quoniā nouella. in 3. quæſt. C. de in-*

offic.

offic. testam. & in l. cum dotem. §. si pater.
8 *ff. solut. matr. m.* In vltimis verbis cum [sua] non dicitur, quæ quis alteri restituere tenetur, *l. vnum ex familia §. 1. ff. de legat. 2. l. 5. ff. de manum. ff. & l. legata. §. fin ff. de*
9 *supellect. legat.* & in vniuersali dispositione testatoris non includi bona propria hæredis, seu hæredi spectantia; & per testatorem debita, dixerunt *Bald. cons. 239. sub nu. 2. vol. 2. Cuman. cons. 190. Castrens. cons. 347. col. 2. ad fin. vol. 1. Alex. cons. 91. sub. num. 15. vol. 1. Grauet. cons. 25. nu. 19. & cons.*
10 *245. per tot.* Et in testatore grauante hæredem suum restituere suam hæreditatem, non videtur grauasse hæredem in hæreditate, quam testator restituere ex fideicommisso tenebatur hæredi suo, est *text. in l. cùm pater. §. Titio. ff. de legat. 2. quem refert, & sequitur in puncto. Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 12. vers. quarto adducebam. & in num. 7. 11. 12. 13. 16. & multis alijs* in-
11 quit vniuersalem testatoris dispositionem, in qua fideicommissum imposuit, ad res suas porrigi non ad res hæredis, aut hæredi debitas, *l. sequens quæstio. ff. de legat. 2.*
12 cum hæres in fideicõmisso vniuersali cogitur restituere, quo ad eum peruenit iudicio testatoris, non autem quod prouenit ex alia causa, *l. cum quis. §. hoc amplius. vbi Bart. ff. de dot. pre leg. & l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad l. Falcid. & l. pater filium. ff. eod. & d. l. vnum ex familia. in princ. & §. 1.* quia testamenta, & vltimæ voluntates adinuentæ fuerunt, vt quis de rebus suis non alienis disponat. *l. verbis legis. ff. de verb. signif.* ac idcirco parcissimè agendum est, vt testator de alienis legasse, aut fideicommisisse, videtur *Aret. l. qui duos. ff. de vulgar. Ruin. cons. 52. num. 4. in 2. & ante eos Bald. in l. precibus num. 44. C. de impuber. & alijs substit. Peregr. d. artic. num. 14.* & procedit esto generalissima sunt verba, & applicatæ dictiones illæ, & verba [quoquomodo spectantibus, & pertinentibus] nam,
13 intelliguntur pro bonis, quæ ad testatorem spectabant, *Corn. cons. 84. vol. 2. Peregr. ante num. 15.* & ex toto testamento clarissimè colligitur verè testatorem intellexisse de eius tertiò tantum, & non de portionibus spectantibus filijs, vt in multis partibus, & præcisè in legato facto Candiane vxori, vbi dicit infrascripta verba, [habbia, & debbia consequitari, & hauiri per suoi alimenti sopra tutti li beni di esso testatore, e di detti suoi figli anno quo libet vnzi quattro] & sic quando nominauit bona sua, intellexit de suo tertio, & nõ de filijs, cum quando voluit sentire de bonis filiorum, dixit in specie, & sic vbi vo-
14 luit dixit, & sequentia declarant precedẽtia, & idem è contra *l. quod filiabus. in princ. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 2. Bald. l. legatorum petitio. §. fin. in fin. ff. de leg. 2. Iaf. cons. 69. vers. secundò fecit vol. 3. Caualc. decis. 14. nu. 4. part. 3.* vnde cum sit clarissimũ
15 patrem non habere dominium, nisi in suo tertio, & in alijs duobus tertijs dominium esse penes filios, & matrem, vt latissimè super statuto consuluit *Io. de Imol. in cons. Melitę edito, incip. munda cor meum, quod est impressum in consuetud. Catin. Nepit. fol. 90.* quod est etiam inuita eorum mariti, & patris, *& in nu. 36. inquit*, quod non potest
16 solus maritus obligare, nec alienare vltra tertium, & stante morte matris, tunc temporis dominium fuit translatũ in filios, & sic filij erãt veri domini in vita patris euarum portionum, & cessit filijs tertium ma-
17 ternum ex pacto, & prouidentia statuti, vnde vocantur à statuto, non iure hæreditario, sed iure singulari, adeo quod si non sunt hæredes matris, illud consequũtur, *Bald. in auth. heres. C. de secund. nupt. Ruin. cons. 8. in princ. & latè cons. 132. nu. 8. & 11. vol. 2.* quo stante vxor non pote-
18 rat neque testari, neque donare, neque vendere, prẽter ea, quæ sibi à dicto statuto permittuntur, *Alba. cons. 50. Octau. decis. Pedam. 20. in prima quæst.* qui quo ad mariti lucrum loquitur per verbum [*cedat*] prout loquitur nostrum statutum. *Surd. cons. 81. post num. 7. vbi alios refert. Peregr. decis. 79. num. 2. & 3.* qui licet teneat contrarium in casu suo, est, ex quo per illud statutum potest mater filios grauare, *& author. per eum adduct.* loquuntur in statutis, sub alijs verbis, quibus antea respondit *Octau. d. decis. 20.* sequitur fideicommissũ impositum tantum super tertio paterno, comprobatur enim viua ratione, nam ter-
19 tium maternum succedit loco dotis, & habet omnia dotis priuilegia, *vt in d. cons. Imol. post nu. 35. cum seq. ex auctor. multor. Muta consuet Panorm. cap. 34. nu. 59. & cap.*
20 *46. nu. 31.* & filijs datur ex statuto, & tertium filiale succedit loco legitimæ debitæ filijs, *Bald. l. maximum vitium. num. 13. C. de liber. præter.* quæ legitima datur prouidentia legis, vnde id, quod datur dispositione legis, & statuti, non comprehenditur in fideicommisso vniuersali, vt in, puncto idem *Peregr. d. art. 6. num. 7. in fin.*
21 & à legitima reiicitur omne onus fideicommissi. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Peregr. artic. 36. num. 83. & 84.*
22 cũ illa nõ nisi expressa filij renunciatione,

tollitur

collitur. *l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. Ruin. conſ. 56. num. 8. vol. 2. Cephal. conſ. 188. nu. 30.* quæ etiam debe-
23 tur nepotibus quauis ex cauſa parens eſt præmortuus auo. *§. 1. in authen. de Trient. & ſemiſſ. Salicet. in authen. nouiſsima in 6. quæſt. & Ias. n. 65. Alex. conſ. 63. vol. 2. & conſ. 201. vol. 6. & conſ. 36. num. 3. lib. 7. Corn. conſ. 48. col. fin. vol. 2. Socin. conſ. 72. num. 36. lib. 4. Soc. iun. conſ. 88. nu. 2. vol. 4. Peregr. d. art. 36. num. 39.*

Non obſtat, quod in anno 1560. Ioſeph, & Franciſcus de Vita confirmarunt vinculum factum per quondam Ioannem: nam in aſſertione dicunt, quod vinculauit bona ſua, & dicunt non innouari per illum contractum, ſed vinculum ſtare in eius robore iuxta formam dicti teſtamenti, per quæ verba dicti contrahentes nil de nouo dicũtur addere, ſed relinquere vinculum in bonis, in quibus erat, cum confirmatio, &
24 approbatio teſtamenti intelligitur ſecundum eius naturam, *Cuman. conſ. 109. &* & confirmans, & approbans nil noui concedit, cùm de ſe actus ſubſtinetur: nam intentio confirmantis eſt ſolum actum cõfirmare, *Oldrad. conſ. 164. in fin. Dec. l. more. num. 24. poſt Bart. ff. de iuriſdict. omn. indic. Pariſ. & Gozad. quos refert, & ſequitur Menoch. conſ. 1. num. 6.* & natura confirma-
25 tionis eſt addere robur confirmato, non autem extendere ad non contenta in confirmato, *l. Aurelio. §. idem quæſijt. ff de liber. legat. Peregr. d. artic. 6. nu. 8. Magon. deciſ. luccen. 14. num. 22. & nu. 43.* & tantum operatur, vt non poſsit quæri de nullitate actus, vt idem *Magon. deciſ. Lucc. 28.*
26 *nu. 19.* cùm habeat vim renouationis actus
27 *cap. 1. & cap. examinata. vbi Abb. Imol. & alij de confirm. vtil. vel inutil. cum alijs per me allegatis in conſ. 1. num. 126.* At in fortiori caſu in hærede, qui approbauit teſta-
28 mentum de mandato teſtatoris, quod nihil dicatur addere, vltra contenta in eo, *Idem. Peregr. d. artic. 6. num. 8. verſ. amplia etiam.* & cùm ex diuiſionibus præſentatis per dictum quondam Io. de Vita in Curia ciuili Pactarum ſub die 13. Nouembris 1542. appareat in tres portiones ſtabilia fuiſſe diuiſa, quę per teſtes in proceſſu conſtat quo ad duas portiones eſſe penes hæredes quondam Franciſci, & ſic penes actricem, vnde clariſsimum eſt, quod tertia portio Ioannis, ſuper qua eſt vinculũ, eſt penes actricẽ, cũ ab initio penes ipſũ Ioſeph non peruenit niſi tertia portio, quę conſiſtit in dicto loco [di la aſſiſa] vt per diuiſiones prædictas apparet, quæ cum
29 ſit actus publicus ſunt probatio probata nulla alia indigens diſceptatione, *Maſcard. concluſ. 1142. Honded. conſ. 31. nu. 5. vol. 2.* de qua portione dicti loci [di la aſſiſa] peruenit medietas Conſtanzellæ ſorori dicti Ioſeph, vt per ſententiam apparet, & per actum dotationis in actis Ioſeph Buxo die 25. Decembris 1557. immò & quædam portio vltra medietatem fuit capta ab eius poſſe authore Prætore pro expenſis Iudiciarijs de illa lite, vnde dum Ioſeph in anno 1567. alienauit locũ [di la aſsiſa] alienauit eius portionem, quam liberam habebat, ſuper qua nullum fuit impoſitum onus cum vigore ſtatuti à principio dominium in eum fuit translatum, & vt dominus rei ſuæ potuit facere quicquid voluit.
30 *l. in re mandata C. mand. cum alijs.* vt etiam quis agat ad recuperandũ prædium fideicommiſſo ſubiectum debet probare dominium in perſonam teſtatoris, qui illud
31 vinculauit, & remanſiſſe in eius hæreditate, *Bald. conſ. 84. lib. 1. Alex. conſ. 82. col. 2. lib. 2. Rolan. conſ. 28. num. 2. lib. 1. & conſ. 81. nu. 15. lib. 2. & conſ. 46. num. 10. & ſeq. lib. 3. Natt. conſ. 400. vol. 2. Grau. conſ. 61. num. 6. Rimin. iun. conſ. 23. num. 43. vol. 1. Marzar. de fideicomm. queſt. 60. Peregr. conſ. 48. vol. 1. in princ. Alb. conſ. 6. num. 3. & 6. & ibi addit. & idem Alb. in conſ. 603. Torret. conſ. 9. vol. 3. Milan. deciſ. 7. lib. 1. num. 33.* Super hoc tertio peruento ipſi Ioſeph, quondam Ioannes nullum habebat dominium, cùm illud à ſuo principio fuit Antonucij, & per conſequens Ioſeph eius filij, vt ſupra fuit comprobatum. Nec in hoc obſtant teſtes ex dicto, quod quondam Ioannes de Vita erat Dominus, & adnotatio in Rollo, quod ipſe ſoluebat cenſum Epiſcopatui, operatur probationem dominij; nam dicti teſtes, vt ex dicto aliorum deponentes non probant
32 cùm requirantur multa requiſita *l. tertium. C. de teſt. cap. tamis de teſtib. Honded. conſ. 84. nu. 46. lib. 2. latiſsimè. Farin. quæſt. 69. num. 2.* & licet reſpectu loci di la aſsiſa ſtantibus diuiſionibus in anno 1542. poſſit dici, quod verũ eſt, quod dominus erat, tamen erat vt ſocius, & dominium ſuper
33 prædio prædicto de la aſsiſa habebat tam ipſe, quam vxor, & filij, *vt Io. de Imol. in d. conſ. & in ſtatuto inducente ſocietatem inter virum, & vxorẽ loquitur Gomez in l. 50. tauri. n. 69. Velaſq. in l. tanti. gloſ. 1. n. 1. Palor. rub. in l. 16. tauri. nu. 9. & 10. Guttier. lib. 2. pract. quæſt. 118. n. 4. Mattiers lib. 5 recompil. l. 2. tit. 9. gloſ. 3. nu. 10. Io. Garſ. de expenſ. cap. 13. num. 12. & ſequ. Valenz. conſ. 13. nu. 6.*

& in

& in ſocietatibus vniuerſalibus, prout iſta bona omnia, quæ ſociorum ſunt abſque alia traditione cõmunicantur, & quilibet ex eis habet dominium, cum hoc in ſocietate ſit ſpeciale, *l. 1. & 2. & ibi gloſ. & communiter DD. ff. pro ſoc. DD. omnes in l. ſi ſocius. ff. ſi cert. pet. Petr. de Vbal. de duob. fratrib. part. 5. ſub num. 2. Rom. conſ. 106. num. 2. Dec. l. traditionibus. num. 3. C. de pact. Gomez. reſol. iur. lib. 2. cap. 5. ſub num. 3. Menoch. conſ. 122. num. 5. lib. 2.*

34 & non ſolum ſine traditione transferri dominium, verum etiam & poſſeſſionem *gloſ. ſecundum primam opinionem in d. l. 2. ff. pro ſoc. Bald. in l. 2. ff. pro ſoc. Bald. in l. 1. in lett. antiqua ſub. num. 1. ff. eod. Bart. in l. & ideo ſub num. 3. ff. de condict. furt. Aret. §. 1. ſub nu. 1. Inſtit. de ſociet.* & in terminis ſimilis ſtatuti, aut conſuetudinis loquuntur *Gugliel. bened. cap. Rainuntius. verb. vxorem. num. 788. Caſſan. conſuet. Burg. rubr. 4. §. 2. in verbis es partes. num. 6. ad finem. Couar. dicit comm. variar. reſol. lib. 3. cap. 19. ſub num. 1. Palac. rub. d. repet. rubr. §. 66. num. 8. verſ. præſertim. Gomez. in l. 51. Tauri. num. 76. & l. 77. num. 2. Lopez. in l. 55. tit. 5. part. 5. gloſ. 2. quæſt. 4. Valenz. d. conſ. 13. nu. 7. vbi etiã refert Burgoſ. de paz. Boer. & alios.* cùm verè credatur inter eos interueniſſe traditionem, & cõmuniter tenent DD. quod quilibet ſocius videatur habere bona ſuo nomine proprio, & alterius ſocij tanquam per clauſulam conſtituti. *Laſ. d. l. ſi Socius ſub num. 1. ff. ſi cert. pet. Gomez. lib. 2. var. reſol. cap. 5. ſub nrm. 3. in fin. Felic. de ſociet. cap. 9. nu. 46. & ſequ.*

35 & per reſolutionem ſocietatis, quę fuit reſoluta per mortem vxoris ipſius *Io. §. ſoluitur. inſtit. de ſociet. l. actione. §. morte. ff. pro ſoc. Felic. de ſociet. cap. 4. nu. 7. & cap. 32. num. 2.* licet quando filij ſunt maiores

36 dicatur continuata ſocietas, donec diuidãtur bona. *in puncto loquuntur Velaſq. conſult. 63. Molin. de contract. diſp. 414. nu. 9. Valenz. d. conſ. 13. nu. 10.* & ſtatim fuit tranſ-

37 latum dominium ſine traditione in ipſum Ioſeph de eius tertio filiali, & materno, & per conſequens de loco de aſſiſa ſibi pro eius portione peruento, *gloſ. & Bart. quos refert & ſequitur Caſtr. conſ. 216. num. 2. in fin lib. 1. Anchar. reg. queſt. 40. num. 22. lib. 3. Felic. cap. 39. num. 109. & alij allegati.* Vnde cum facta diuiſione dicatur filius ſemper Dominus, & ac ſi pater in principio nullum ſuper hoc loco habuiſſet dominium, & poſſeſſionem, manifeſtum eſt hoc requiſitum, quod ad obtinendum rem fideicommiſſo ſubiectam debeat probare fuiſſe in dominio vinculantis ceſſare in hoc prædio, & per conſequens Actrix deficit in ſalutari ſuo, & hoc ſolum ſufficit pro victoria; deficit etiam in ſecundo requiſito, nam debet probare, & euenifſe

38 caſum fideicommiſſi, & iuſtificare ſe vocatum in caſu illo, alias ſuccumbit. *l. qui heredi. §. Plautius. vbi Bart. & Socc. ff. de condit. & demonſtr. l. ſiquidem. vbi Bald. C. de except. gloſ. in l. qui duos. in verb. ſuperſtes fuit. ff. de reb. dub. l. ſi quis ita ſubſtitueriſ. ff. de vulg. & pupil. l. ex his. C. quando dies. Aleg. ced. Oldrad. conſ. 21. Honded. conſ. 60. num. 11. & conſ. 78. nu. 8. vol 1. conſ. 48. num. 11. vol. 2. Alb. conſ. 431. num. 1. & ibi addict. Surd. deciſ. 210. nu. 5. & ſequ. & in conſ. 279. num. 5. Burgoſ. de paz. conſ. 34. nu. 13. cum ſequ. Azeued. conſ. 18. nu.*

39 18. ratio eſt, quia agenti incumbit onus probandi, *l. ei qui dicit. ff. de probat. l. actor. C. eod. Surd. d. deciſ. 210. num. 6. & alij ſupra allegati.* & probatio debet eſſe clara, &

40 euidens, nec dubia, releuat. *Grau. conſ. 208. nu. 3. Simon de Pret. conſ. 122. nu. 9. Honded. d. conſ. 78. num. 12. & 13.* vbi inquit

41 in dubio iudicandum eſſe fideicommiſſum non extare, *& alij ſupra allegati.* ſi conſideramus omnes caſus prouiſos ab illo Io. in nullo ex eis ipſa Actrix eſt vocata: nam in primo caſu eſt ſubſtitutio inter Ioſep. & Conſtanzellam, in ſecundo, & tertio ſunt ſemper vocati filij maſculi, & in vltimo ſunt vocati filij maſculi ex filijs fæminis ipſius teſtatoris, quod aſſumunt cognomẽ, ipſa eſt fæmina, igitur de ea fideicommiſſum non loquitur. Imò eſt probatum de Conſtanzella eſſe filios maſculos, cuius filij videntur vocati in tertio caſu ſubſtitutionis, vltra quod ſuper hoc prędio non eſt fideicommiſſum, vt latiſſimè eſt probatum.

Pręterea eſt conſiderandus ſecundus caſus ſubſtitutionis, in quo teſtator voluit caſu mortis Ioſeph ſine filijs, & ab inteſtato in minori ætate, ſi in tertio caſu quando eſt perfectæ ætatis non repetijt illud verbum ab inteſtato, an dicatur teſtatorẽ voluiſſe etiam repetere, quod in ætate perfecta poſſit teſtari, & dico quod ſic, nã

42 omnis tacita repetitio inducitur ex tribus cauſis, vel ratione coniunctionis, & connexitatis, aut ratione verbi agentis, & determinantis totam orationẽ, aut per identitatem rationis, quando ſubeſt eadem ratio repetendi, *Bald. conſ. 153. vol. 5. Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 12. in fine. Menoch. conſ. 117. nu. 55. & 78. & conſ. 334.*

43 *num.* 10. & quod in vltimis voluntatibus

ex

ex coniecturata mente testatoris ob identitatem rationis fiat repetitio, *Menoch. cōs.* 704. *num.* 22. *& cons.* 585. *num* 6. *soc. iun. cons.* 71. *vol.* 3. *Grau. cons.* 450. *num.* 6. *& sequ. Peregr. d. artic.* 16. *num.* 26. vbi idem
44 inquit procedere in contractu, *Corn. cons.* 112. *num.* 1. *vol.* 4. hic non solum eadem ratio, sed maior; nam absurdū est permittere testamēti factionem in minori ætatē, in qua imbecillitas est, & nō in maiori, in qua prudentia viget, inde non solum eadē militat ratio repetitionis ab intestato sed valde maior: tanto fortius, quia præcedē-
45 tia magis influunt in sequentia, *l. filium. ff. quando dies leg. ced. Peregr. d. artic.* 16. *num.* 13. *Canalc. & alij supra allegati.* si igitur est facta repetitio in secunda substitutione, sequitur conclusio verissima de iu-
46 re, quòd vocatus sub duplici conditione, videlicet si morietur sine filijs, & ab intestato, opus est vtramque conditionem copulatiuè purificari. *l generaliter de instit. & substit. l. si hæredi plures. ff. de condit. instit. Becc. cons.* 39. *nu.* 23. *Rimin. iun. cons.* 117. *num.* 52. *cons.* 208. *num.* 37. *& cons.* 567. *num.* 44. *lib.* 5. *Borel. cons.* 47. *nu.* 49. *Alb. cons.* 431. *Honded. cons.* 78. *vol.* 1. *Franch. decis.* 150. *Menoch. cons.* 679 *num.* 2. *Pereg. cons.* 41. *vol.* 3. *Idem Honded. cons.* 60. *vol.* 1. *num.* 16. *& cons.* 48. *vol.* 2. *num.* 11. *&* 12, taliter, quod si relinquit filios sunt excluſi substituti, vel si moritur sine filijs, & facit testamentum, sunt excluſi etiam substituti, quia vocatus sub duplici conditione censetur contraria conditione excluſus. *l. aliquando. in fine. ff. de condit. & demonstrat. l. si legatum pure. & l. legata inutiliter. ff. de adhimen. legat. Ceph. cons.* 649. *num.* 30. *Surd. decis.* 7. *num.* 19. *& in cons.* 143. *num.* 44. vnde si non relictis filijs tantummodo Ioseph fecisset testamentum essent excluſi ipsi substituti, & cum de iure clarissimum sit, quod stante illo verbo [&
47 ab intestato] potuit vendere, & alienare, esto exinde moriatur absque testamento, taliterq; ex venditione illa sit excluſus substitutus, ac si testamentum condidisset, cū nihil interest, an disponat per testamentū, vel per alios actus, vt in puncto *Io. Petr. Bim. cons.* 7. *vol.* 1. *per tot. præcisè. num.* 13. *vbi alias authoritates adducit.* vnde cum Ioseph habebat potestatem testandi, vt est ostensum clarissimè, & vendendi, legitimè igitur fuit facta alienatio in personam illius de Correnti, & per consequens Conuē-tus à petitione prædicta intrepidè dico, quod debet absolui. Cætera suppleat prudentia Spect. Iud. Messanæ 1. Febr. 1619.

Die 14. Decembris 1619. per Curiam Episcopalem ciuitatis Pactarum fuit decisum cū voto spect. D. Cataldi Fimia fideicommissum fuisse impositum super tertio tantum paterno, & sic cōdemnatus Cliens pro quarta parte tertij paterni, quia quatuor erant filij, saluis iuribus Clienti excipiendi etiam in executione sententiæ, & agendi, quatenus haberet tantumdem, in reliquis fuit liberatus, & Cliens acquieuit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor etiam priuilegiatus se opponendo da-Hypoteca non impedit executionem, & affertur ratio, num.* 2. *secus si sit constitutum, num.* 5. *& praxis refertur num.* 26.

3 *Res semper transit cum suo onere.*

4 *Iura vigilantibus, & non dormientibus subueniunt.*

6 *Possessio, & dominium transfertur per clausulam constituti, num.* 18.

7 *Creditores æquales priuilegiati si agunt contra communem debitorem, tunc concurrunt inter eos, secus si vnus ex eis fuerit in possessione, nu.* 8. *& quando in solidum facta est obligatio num.* 9.

10 *Fideiussio de detinendo loco depositi facit extare pecuniam.*

11 *Prœuenisse nō dicitur, qui tātum causauit executionem, & interposuit cedulam primi decreti, sed requiritur distractio, & captura possessionis num.* 19. *& 21.*

12 *Pignus dicitur addictum, quando fuit capta possessio.*

13 *Alienatio non dicitur perfecta ante rei traditionem.*

14 *Dominiū non transfertur per secundū decretū, nisi sequuta traditione, nec per sententiam, nisi facta executione, & sic sequuta traditione, num.* 15. *nec possessio num.* 16. *nec stante clausula constituti, num.* 18.

20 *Prior non dicitur, qui primo egit.*

22 *Pignus prætorium dicitur contractum per cedulam primi decreti, & quando creditores sunt eiusdem tituli prodest omnibus. nu.* 23. *secus si diuersi essent tituli, num.* 24. *secus si esset missus per secundum decretum. & affertur ratio, num.* 25.

27 *Præuentio an cōsideretur in cohæredibus, quid in duobus agnatis, quid in duobus vicinis, num.* 29. *quid in duobus accusatoribus. nu.* 30. *& an consideretur hora, & punctus, num.* 31.

32 *Legis dispositio quando deficit recurritur ad similia, secus quando est lex terminans, n.* 33. *quando ambæ deficiunt, recurritur ad rationem naturalem, num* 34.

A R-

ARGVMENTVM.

Creditores eiusdem tituli an debeant concurrere contra communem debitorem, esto alter præuenerit in causando executionem, & quãdo inter eos dicatur prę-uentum, & quid in cohæredibus.

CONSILIVM XVI.

IESVS MARIA.

IRes hęredes remanserũt post mortẽ Ioseph Nicoletta, qui cẽsum vnc. 100. singulis annis in æquales partes diuiserunt, egit in iudicio executiue Ioseph Seuerino vnus ex eis contra debitorem pro censibus sibi debitis, & interposuit cædulam primi decreti: se opposuerunt alij cohęredes, & etiam executionem exercuerunt pro eorum censibus decursis contra eumdem debitorem interposita cedula primi decreti, & fuit tentatus principaliter articulus, quod concurrant omnes, & ad instantiam omnium legantur decreta, capiatur possessio, & inde diuidantur per Curiã ad sortes, vt iuris est, bona distracta, & ad instantiam dicti de Seuerino fuit missum ad effectum, quod reijciantur oppositiones.

Duo inquam articuli, alter reiectionis oppositionum, alter, quod cogantur concurrere, & inde diuidere, discutiendi sunt, & primus tentatus per Seuerino non est legitimus, nam licet regulariter quicunque
1 creditor etiam priuilegiatus se opponendo de Hypoteca non potest impedire executionem, sed reijciuntur eius oppositiones saluo iure hypotecæ tertij, & fit executio in dominio, & possessione debitoris, *Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus nu. 8. ff. de re iudic. Ias. num. 17. Alex. num. 24. Castr. nu. 8. Muscatell. de apell. part. 3. glos. seruata. num. 49. Ludou. decis. Perus. 26. nu. 8. cum alijs relatis à Giurba. decis. 61. nu. 2.*
2 & 3. vbi inquit, quod tertio non interest magis contra vnum, quàm contra alium agere, iuris ordine seruato, si rei dominus non sit, aut possessor, sed hypotecarius tãtum creditor. *Abb. & alij in cap. veniens de test. Costa. de fact. scient. distinct. 95. nu. 7. Marcabr. cons. 107. nu. 77. & 78. Angul. cons. 107. num. 77.* nam res semper tranlat
3 cum suo onere, *l. pignoris. ff. de pignor.* & ibi refert alia iura, & authoritates, & imputet sibi creditor, qui non egit in iudicio, & permisit alium Creditorem immitti, cum
4 iura vigilantibus, & non dormientibus subueniant, *l. pupillus. §. fin. ff. quæ in fraud.*
5 credit, tamen, quando tertius se opponit de hypoteca, cum constituto impeditur executio in prima instantia. *Gramm. decis. 92. nu. 21. Nat. cons. 300. Anna. singul. 598 Thesaur. decis. 207. Ball. super Bull. quæst. 2. num. 6. Intrigl. singul. 32. lib. 2. pluries decisum inquit Milan. decis. 12. nu. 135. lib. 2. Giurba d. decis. 61. nu. 20. Mut. decis. 24. num. 4.* & in causa Clientis reuideatur contractus, in quo est hypoteca cum constituto in amplissima forma, & hoc in ca-
6 su impeditur executio, non ratione hypotecæ, sed propter possessionem, quam transtulit constitutum ciuilem, & naturalem, eamque veram, & propriam cum dominio, licet modus sit fictus, *Alex. & alij in l. quod meo. ff. de acquir. possess. Menoch. cons. 443. num. 12. Rolan. cons. 57. num. 23. vol. 3. cum alijs à Giurb. d. num. 20.* vnde articulus prædictæ reiectionis non est legitimus, sed oppositiones, vt iuridice debent stare.

Articulus verò per Clientem tentatus, quod concurrant, legitimus, & iuridicus est fundatus, *in l. si debitor. ff. de pignor.* vbi
7 Iurisconsultus inquit, si creditores paris priuilegij agant contra communem debitorem, tunc concurrent inter eos, secus si
8 vnus ex eis fuerit in possessione, quia tunc melior est conditio possidentis, *Franch. decis. 260. præcisè num. 45. Felic. de censib. lib. 3. cap. 5. num. 5. fol. 287. Fan. de pignor. secundo membr. 5. par. nu. 31. in fin. fol. 112. à tergo. idem Franch. decis. 635. num. 2. vbi allegat text. in l. si fundus. §. si duo. ff. de pignor. & num. 3.* vbi inquit tunc concurre-
9 re etiam, quando in solidum facta est obligatio, & nemo ex eis possidet, *& num. 7.* tunc dari concursus, quando res est penes
10 communem debitorem, dum dixit ex fideiussione pecuniam extare, & ad eam concurrere, *sequitur Apont. decis. 34.* & est optimus *tex. & l. is, cui legatorum. §. qui prior. ff. vt in possess. legat. ibi* sed simul omnes æqualiter tuentur. *Anton. Lancza cap. rit. 113. & Io. Loys. de septimo. d. cap. 113. Cum. cap. rit. secundum eius ordinem 18. n. p. 2.*

Non obstat, quod dicitur fuisse prævẽtum per Seuerino, ex quo prius exercuit executionem, & cedulam primi decreti interposuit, & sic primo fuit immissus, & ius eius liquidissimum est propter quindenæ cursum, quod non ita est respectu Clientis, & iura vigilantibus scripta sunt, quo-

niam

niam breuissimè respondetur: primò omnes nos hodie esse in pari passu, nam quindena est elapsa pro omnibus, & ad instantiam omnium potest procedi ad lecturam secundi decreti, cum nemini ex eis remaneat quid agendum, item non dicitur præ-
11 uentum per solam executionem, & transmissionem cedulæ primi decreti, & sic per immissionem ex primo decreto, sed requiritur distractio, & captura possessionis, &
12 tunc dicitur addictum pignus, *l. à diuopio. §. si post addictum. ff. de re iudic. Bart. l. non est mirum ff. de pignorat. act. prouinc. dicit cõmunem in addict. ad Bertacch. vers. tertius. Giurb. decis. 64. num. 5.* qui in *nu. 6.* inquit,
13 ante rei traditionem non dici perfectam alienationem. *l. qui sibi. C. de his, qui à non dom. manu. sunt. Polid. Rip. obseru. 342. nu. 1. Menoch. cons. 38. num. 31. idem Giurb. de-*
14 *cis. 80.* maxime, quòd ex secundo decreto nec corporalium iudicatarum rerum trãsfertur dominium nisi traditione sequuta, *glos. §. fin. verb. eius sit. instit. de offic. iudic.* quam singularem dixit *Imol. in rubr. ff. de re iudic.* & communiter approbari testantur *Ias. l. ex hoc iure. num. 44. ff. de iustit. & iur. Simon Pret. cons. 132. num. 48. lib. 1. Morla. in empor. iur. tit. 4. de transact. nu. 5. Thesaur. lib. 1. Forens. quæst. 7. num. 5. Intrigl. cons. 1. num. 48. Cum. cap. rit. 17. nu. 162. Giurb. d. decis. 64. num. 7.* qui in *nu.*
15 *8.* inquit, licet ex sententia dominium transferatur, *ex l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. possess. Suar. alleg. 19. num. 21.* id tamen verum facta executione, & sic sequuta traditione, *Garz. de nobilit. glos. 8. §. 1. nu. 3. Cancer. in 3. resol. cap. 17. de sent.*
16 *& execut. num. 173.* nec possessio ex sententia transfertur, *l. qui restituere. ff. de re vendic. Peregr. cons. 8. num. 1. vol. 3.* nisi realiter apprehendatur, *Boer. decis. 267. num. 10. & 11. Viu. decis. 174. num. 1. Costa de re integr. distinct. 18. num. 4. Cassad.*
17 *decis. 3. de caus. possess.* taliter quod constitutum, quod sui natura veram, & realem transfert possessionem, vt alios referens *idem Giurb. d. decis. 61. num. 20. Gratian. discept. cap. 483. nu. 2. 3. & cap. 502. nu. 2.*
18 *vol. 3.* in secundo decreto positum, illam non tranfert, *Tiraq. de constit. part. 3. limit. 3. nu. 1. & 2. & limit. 17. Costa d. distinct. 18. num. 24. & Giurb. d. decis. 64. nu. 10.*
19 *& 11.* & in duobus cõcreditoribus ex eodem contractu non dicitur prœuentum, nisi post captam possessionem, quia tunc gaudet beneficio possessoris, *est text. ad literam in d. l. si debitor. ff. de pignor. & l. si quis à se multis. ff. de noxal. Fan. de pignor. d. memb. Secundò. part. 5. num. 31. addit. ad Petr. de Greg. de cens. quæst. 6. num 93. vers. quæro. si tertius. Franch. Felic. & alij supra allegat.*
20 & quod non dicitur prior, ex quo prim concurrit, vel præuenit agendo *Io. Lois. de septimo. d. cap. rit. 113. quem refert, & sequitur Cum. cap. 18. num. 2. in fin.* & in punctο in quo versamur, quòd missus ex
21 primo decreto non præfertur illi, qui postea mittitur, quando ambo sunt eiusdem tituli, prout hic, sed omnes æqualiter cõcurrunt, *est text. ad literam in l. is, cui legatorum. §. si plures. & §. qui prior. ff. de posses. legat.* cuius verba sunt [qui prior missus est legatarius in possessionem, non præfertur ei, qui postea mittitur] inter legatarios enim nullum ordinem obseruamus, sed simul omnes æqualiter tuemur, postquam rei seruandæ gratia Creditores possidere cæperunt, legantorum seruandorum gratia missus in possessionem, Creditoribus potior non habetur, dat rationem *glos. in verb. ordinem.* quia eiusdem sunt tituli, *sequitur Rip. l. priuilegia. num. 28. ff. de priuileg. credit. alleg. etiam text. in l. fin. C. de bonis author. iud. c. possid. vbi glos. in*
22 *verb. cõmoditatis.* inquit, quod per missionẽ in possessionem dicitur contractum prætorium pignus, & illum textum procedere in creditoribus eiusdem tituli, *sequitur Fan. de pignor. 4. membr. 3. part. num. 10. vers. quinto restringitur dicta regula. fol. 73.*
23 vbi formalia dicit (quando creditores sunt eiusdem tituli, puta, quia omnes sunt Creditores ex contractu, vel omnes ex legato vel omnes ex causa damni infecti, tunc enim vnius immissio prodest alijs, secus
24 si essent creditores diuersorum titulorum, *alleg. glos. in d. l. fin. & in eodem num. 10. vers. concludentes.* inquit procedere tam si missio fiat vigore sententiæ, quam contractus quarentigiati, & alterius iuris exequibilis, & in *num. 11.* concludit procedere in missione ex primo decreto, non autẽ in secundo decreto, cùm tunc immissio ex
25 secundo decreto non prodest alijs creditoribus, cum melior sit conditio possidentis, refert *iura, & authorit.* & ideo inoleuit praxis legalis, quod quando creditor exercuit executionem, & cedulam primi decre-
26 ti interposuit, tunc alius creditor similiter interponat primum decretum, causara prius executione, & iudex mandat superfederi Prætorij pignoris distractionem. *Bald. in l. cum Rempublicam. C. qui pot. in pign. hab.* donec in articulo prælationis fuerit cognitum quis eorum sit præferendus, & sic in hoc articulo donec fuerit decisum

sum, quod concurrant stante paritate priuilegij, *Ball. d. quæst. 2. nu. 7. Giurb. d. decis. 61. num. 19. Muta d. decis. 24. num. 5.*

27 vltra quòd in cohæredibus non consideratur præuentio, vt latissimè *Fan. num. 32. cum multis, & in addict. ad Petr. de Greg. d. quæst. 6. num. 93. vers. sed quid si ille.*

Non obstat, quòd asserebatur in duobus

28 agnatis æqualis gradus, & eodem modo in

29 vicinis, si in cæteris sint pares, quod inter eos locus sit præuentioni, vt tradit *Paul. de Castr. cons. 121. col. 2. vol. 1. & Alex. cons. 27. in 3. dub. num. 9. vol. 6. & Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 32. nu. 22.* vbi etiam

30 idem asserit procedere in duobus accusatoribus paris gradus, illum esse præferendum, qui præuenit, & primo accusauit, etiam si nondum recepto accusati nomine inter reos alius accuset, *est text. in cap. eum cui de præbend. in 6. notatur in cap. capitulum sanctæ Crucis de rescript. & in cap. qui prior. vbi glos. de reg. iur. in 6.* & in *num. 23.* intelligit præueniisse, & præoccupasse eum,

31 qui etiam per horam, vel punctum etiam prior fuerit in accusando, *l. si quis eum. §. si suo testamento. ff. de vulg. & pupill. & in l. si mulier. vbi Soc. ff. de reb. dub. & glos. notab in l. si ex pluribus. §. fin. ff. de solut. & allegat alia iura, & auctoritates.*

Respondetur enim, quòd in casu suo bene procedunt prædicta, & tunc recurrendum est ad similia, quando in casu, in quo

32 versamur deficit lex, quando verò lex in

33 specie terminat casum, tunc non recurritur ad legum similia, *ita dixit Iurisconsul. in l. non possunt. ff. de legib. cap. cum dilecta de confirm. vtil. cap. translato. de constit. l. illud. ff. ad leg. aquil. Abb. cons. 20. nu 1. vers. & primo præmitto lib. 2.* deficiente lege, &

34 legum similibus recurrendum est ad rationem naturalem, *l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tuto. cap. secundo requiris. in fin. de appell. notat glos. in cap. consuetudo. 1. distinct.* & cum in casu isto habeamus casum legis decidentis, & auctoritates terminantes, prout est *text. in l. si debitor. ff. de pignor. & l. si quis à se multis. ff. de noxal. & d. §. si plures. & qui prior. & l. fin. C. de bon. author. iudic. possid. Franch. Apont. Felic. Fan. & alij supra allegati*, non est recurrendum ad similia, nec amplius quærendum, *glos. in l. ancillæ. C. de furt. Molfes. cons. 38. num. 30. & seqq.* Vnde indubitanter concludo fore decidendum in fauorem Clientis, cætera suppleat Reg. Cur. Straticotialis, cuius prudentiæ, & doctrinæ omnia submitto. Messanæ die 22. Octobris 1619.

Die Nouembris 1619. fuit decisum in fauorem Clientis per Regiam Curiam Straticotialem, & acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Legitima competit cum fructibus à die mortis testatoris, etiam nulla mora hæredis existente.*

2 *Idem in supplemento Legitimæ, quamuis bona fide sint consumpti, num. 3.*

4 *Menoch. cons. 1194. refellitur.*

5 *Fructus competunt ratione dominij, & veniunt in sequelam ipsius.*

6 *Legitimæ petitio præscribitur.*

7 *Exceptio præscriptionis in Regno non admittitur.*

8 *Ætas infantilis, & pupillaris impedit cursum præscriptionis.*

9 *Ætas pupillaris finitur spatio quatuordecim annorum.*

10 *Præscriptio licet currat contra minorem, competit tamen restitutio in integrum.*

11 *Fideicommissum renunciari potest, & sufficit fieri verbis vniuersalibus.*

12 *Monasterium capax bonorum excludit substitutum durante vita Vocati; quid post mortem, & quando non, num. 13. 14. 15.*

16 *Appellatio à delegato fit ad delegantem.*

ARGVMENTVM.

An legitima competat cum fructibus à die mortis, vel à die petitionis, & an currat præscriptio, An Monasterium excludat substitutum.

CONSILIVM XVII.

IESVS MARIA.

DE tribus dubitari cõtingit in petione, quæ fit extra Regnum. Primò, an legitima, seu portio hereditaria relicta Donnæ Victoriæ competat cum fructibus à die mortis matris, vel à die petitionis. Secundò, an petitioni prædictæ currat, & obstet aliqua præscriptio, & casu quo obstaret, an illa incipiat currere à die mortis matris, vel à die maioris ætatis Donnæ Victoriæ. Tertiò, an Monasterium durante vita D. Belladammæ nunc vocatæ Sororis Mariæ succedat in bonis vinculatis exclusa D. Victoria substituta, & mortua dicta Sorore Maria, an succedat Monasterium, vel D. Victoria, eiusque descendentes vo-

cati in fideicommisso, & an Romæ causa agitari debeat.

Quo ad legitimam, quod illa competat cum fructibus à die mortis matris, nulla etiam hæredis mora interueniente, quia est portio hæreditatis, dixerunt *glos. in l. in fideicommissariam ff. ad trebell. glos. in l. vxori meæ, ff. de vsufruct. legat. Cin. & Bald. in l. non est. C. famil. ercisc. Bald. cons. 56. & cons. 22. nu. 2. vol. 4. Angel. cons. 101. Bero. cons. 135. num. 2. vol. 2. Bursat. cons. 92. num. 12. Molfes. cons. 9. nu. 23. Rimin. iun. cons. 31. num. 147. à Petr. de fideicom. quæst. 15. num. 117. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 69. & art. 49. num. 40. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 16. de lit. contest. nu. 79. Surd. cons. 128. nu. 4. & decis. 25. num. 26. Benintend. decis. 37. num. 9. Caualc. decis. 8. num. 13. decis. 12. num. 32. part. 3. decis. 26. num. 28. part. 4. Petr. de Greg. de dot. de parag. quæst. 26. num. 8. Dominus Regens Don Petrus Corsetto in additione ad Patrem. in cons. 15. num. 14. & sequent. Intrigl. decis. 9. nu. 15. Giurb. decis. 65. nu. 6. vbi allegat Vinc. de Franch. decis. 16. nu. 13. & decis. 374. nu. 2. & multos alios*, quorum authoritate, inquit, idem esse in supplemento legitimæ, & quamuis bona fide sint consumpti, & inquit, cauendũ esse à *Menoch. cons. 1149.* qui scripsit fructus legitimæ deberi filio à die quo petiti sunt, non à morte patris. Nam idem *Menoch.* est sibi contrarius *in cons. 8. num. 22. vers. tertiò, ac vltimo. & cons. 77. num. 13. & in cons. 412. nu. 111. lib. 5. & ante Giurb. dixit idem Peregr. in cons. 21. num. 79. vol. 4. & Fab. Torret. in cons. 29. vol. 3. num. 3. vbi allegat text. in l. Papinianus §. si conditioni. ff. de inoffic. testam. §. prohibemus in authent. de trient. & semiss. & Ruin. Nacl. Tiraqu. Decian. Cephal. Menoch. Maluac. Passet. & multos alios, & seipsum in cons. 5. num. 67. lib. 1. D. Cardin. Tusc. in lit. L. conclus. 204. num. 1. 2. 3. 6. 7. & 9. vbi allegat multa iura, & authoritates*, & ratio est secundum eum, & præallegatos DD. quia filius, & is cui debetur legitima à die mortis parentum est dominus, & ideo fructus veniunt in sequelam dominij.

Quo ad secundum, legitimę petitionem spacio triginta annorum præscribi, tenent *Bald. in authent. Præsbyteros C. de sacr. sanct. Eccles. Angel. in l. si Pomponius. §. si conditioni ff. de inoffic. testam. & multi alij allegati à Surd. in d. cons. 128. num. 15. & Tusc. in d. lit. L. conclus. 207. num. 7. qui in num. fin. ex auctorit. Fulgos. in cons. 83. & Rub. in cons. 156. num. 2. Boer. decis. 150. num. 3. vers. quin imò Apost. ad Crem. singul. 129. inquit*, requiri quadraginta annos pro dicta præscriptione.

Tamen in Regno exceptiones præscriptionis non admittuntur vti rigorosæ, *Intrigl. singul. 61. lib. 2. vbi refert. Bongior. Platam. Mil. Petr. Ricciar. & magis communiter scribentes, & idem Intrigl. decis. 28. nu. 19. refert Paris. cons. 101. num. 88. vol. 1. Felin. rubr. de præscript. col. 1. & alias auctoritates.* Verum si tenemus opinionem eorum, qui dicunt currere prę scriptionem spacio triginta annorum, considerandum est, quod D. Victoria remansit in infantili ætate, cuius ætas insimul cum pupillari impedit cursum præscriptionis, qui cursus durante pupillari ætate dormit, quę annis 14. in masculo, in fæmina verò 12. finitur, *§. 1. instit. quib. mod. tutel. finit.* & quod isto tempore perdurante dormiat *est text. in l. sicut. C. de præscript. triginta annor. vbi Bald. nu. 16. & in l. cum notissimi. nu. 1. C. eodẽ. & l. fin. C. in quib caus. restit. in integr. non est necess. Bart, in l. etiam. ff. de minor. & in l. naturaliter nu. 18. ff. de vsu cap. Gratian. discept. 78. num. 45. Costa de retrotrahit. cap. 2. nu. 15. Osasc. decis. Pedemon. 179. nu. 14. cum alijs alleg. à Giurb. decis. 77. num. 10.* vbi *in num. 11.* inquit, quod licet etiam cum minore currat præscriptio, tamen illi concedenda est in integrum restitutio, *alleg. DD. in l. sicut C. de prescript. triginta annor. Morl. in empor. iur. tit. de restit. in integr. quæst. 5. nu. 16. Caball. cons. 178. n. 7. & idem Giurb. in decis. sequ. 78.* Vnde si consideramus opinionem Regni, quod non currit præscriptio habemus intentum, si aliam opinionẽ quod currat, & sit triginta annorum, nec expleta dicitur in casu isto, quãdoquidem D. Victoriã erat annorum duorum: vnde per decem annos obdormiuit, & licet videantur cucurrisse 35. anni, cum præsupponatur esse annorum 47. tamen ex quo pro minori ætate cõpetit restitutio in integrum, patet clarissimè esse infra tempus; multò magis, si aliam opinionem sequimur, quòd sit quadraginta annorum.

Quo ad tertium, si durante vita D. Belladammæ debeat succedere Monasterium in bonis vinculatis exclusa D. Victoria, esset videnda renuntiatio facta per dictam D. Belladammam, an esset amplissimis verbis facta, & si esset facta D. Victoriæ, & quibus; nam eo in casu fideicommissio diceretur renunciatum, etiam durante vita ipsius renunciantis, *ad text. in l. cum proponas. C. de pact. l. de fideicommisso. C. de transact. Granet. cons. 24. num. 4. Marzar.*

de

de fideicom. quæst. 59. Gãm. decis. 264. & latissimè D. Garc. decis. 65. nu. 4. vers. sedex aduerso. nu. 5. Verum circumscripta renuncia-
12 tione durante vita ipsius Vocatæ, Monasterium succedit excluso substituto, quando est capax bonorum, *Couar var. resol. lib. 1. cap. 13. nu. 71. cum seq. Pereg. art. 28. nu. 81. Illustriss. D. Carol. Tapp. meritissimus Regens in authen. ingressi. nu. 49. cap. 13. de sacr. sanct. Eccles. cum alijs alleg. à Mastrill. d. decis. nu. 3.*
13 ea enim mortua admittitur substitutus, quando sunt verba expressa testatoris, vel probabiles coniecturæ, per quas voluerit Monasterium excludere, *vt latissimè Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. & Peregr. d. art. 28. & art. 53. & Dominus Regens Carol. Tapp. in d. authen. ingressi. nu.* 18. & quando est dictũ
14 moriendo sine filijs ex legitimo matrimonio, quod sit excluſum Monasterium à substituto, vltra prædictos loquitur *Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 2. num. 36.* idem
15 dicit si sit dictum moriendo sine liberis legitimis, & naturalibus, prout in casu isto, sic decisum per illum Senatum, & refert *Michael Ferret. in 3. part. obseru. cap. 401. & Cancer. lib. 1. var. cap. 24. de filijs.*

Ad vltimum quęsitum quomodo causa possit Romæ agitari, dico, quod si supplicatur Sũmo Pontifici, à quo delegatur causa ipsa, tũc ab ipso delegato appellatur ad
16 Sedem Apostolicam delegantem. *cap. si per quæstionem. de offic. delegat. iuncto cap. licet in corrigendis. l. Papinianus. C. de appellat. Calder. cons. 214. alijs 8. de appellat. Anan. cons. 51. in fin. Castrens. cons. 124. col. 1. in fin. lib. 2. Anchar. in cap. Romana. de appellat. in 6. num. 7. in 8. quæst. D. Card. Tusch. in litt. A. concl. 352. num. 35. 40. 44. vbi alios refert.*

Hæc sunt, quæ in tam breui temporis spatio videri potuerunt, reliqua suppleat more suo Spect. Iudex in causa.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio competit filiæ ob excluſionem successionis à feudo.*
2 *Pater tenetur dotare filiam.*
3 *Mater, licet dotet insimul cum patre, dicitur intercedere, & fideiubere.*
4 *Dos de paragio competit filiæ super feudo materno, esto à patre, & matre fuerit dotata.*
5 *Sententia lata cum legitimo contradictore nocet successoribus etiam non citatis, & transit in rem iudicatam, & facit de albo nigrum. num. 6.*
7 *Actus publici sunt probatio probata.*
8 *Matrimonium substentatur fructibus dotis.*
9 *Verbum [succedat] non potest verificari in vita, sed post mortem. Idem in feudalibus.*
10 *Verbum [eligendo, & non eligendo] est gerundium, & importat conditionem.*
11 *Voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.*
12 *Conditiones negatinæ potestatiuè non possunt verificari, nisi morte sequuta.*
13 *Dispositio loquens de particulari successore in feudo, intelligitur de successore post mortẽ. affertur ratio nu. 14. & 15. amplia. nu. 16*
17 *Verba [succedant, & succedere debeant] sunt futuri optatiui, & non important perfectionem actus de præsenti sed de futuro.*
18 *Donatio si morietur sine filijs, dicitur conditionalis: idem si sit filijs, & cui ex eis eligetur num. 19.*
20 *Donatio conditionalis non operatur translationem dominij, nec possessionis num. 25. nec operatur aliquid clausula constituti, nu. 21.*
22 *Dominium non potest stare in pendenti, & dum alteri nõ acquiritur remanet penes donantẽ, nec in eo potest fieri retrotractio, num. 23.*
24 *Retrotractio numquam fit in conditione potestatiua.*
25 *Subiugatio potest fieri super bonis donatis, quoties per illam donationem non est translatum dominium, & possessio.*
27 *Feudum esto pacti, & prouidentiæ pro dote de paragio potest subiugari, & ligat successores.*
58 *Voluntas declaratur ex actu subsecuto*
29 *Retrodonatio ex quibus actibus dicatur facta.*

ARGVMENTVM.

An filia dotata à patre, & matre excludatur â dote de paragio super feudo materno, & an sententia lata cum legitimo contradictore noceat successoribus non citatis. Et an donatio conditionalis operetur translationem dominij, & possessionis, quid stante clausula constituti. Et an dominium possit stare in pendẽti, vel remaneat penes donantem, quãdo nõ potest transferri in donatarium.

CONSILIVM XVIII.

IESVS MARIA.

DVæ sunt exceptiones partis aduersæ contra Clientem, prima quod pretiũ census fuit constitutio dotis de paragio, quæ nullo pacto debebatur, ex quo filia fuerat dotata à patre, & matre: secunda, quod feu-

dum subiugatum non erat in dominio subiugantis.

Quo ad primam, aduertendum est in facto, quod feudum Stateræ erat illius quondam Iuliæ matris ipsius Pinuciæ, à quo feudo excluſa fuit Pinucia per fratrē
1 vnde ipsi competijt dos de paragio ratione exclusionis, ex forma *constitut. vt de successoribus. & constitut. in aliquibus de succeſſ. comit. & Baron. lib. 3. & ibi Isern. in penult. col. vers. extenditur ergo. & Afflict. num. 25. Petr. de Gregor. de dot. de parag. quæst. 1. quem refert, & sequitur Illustrissimus Dominus Præsidens Don Petrus Corsetto, modo verò meritissimus Regēs in supremo Italiæ. in addict. ad Patrem. in conſ. 7. num. 2. & conſ. 15. num. 7. & latissimè Dominus Octauius eius pater in consil. 16. num. 1. & ibi Dominus Præsidens referendo alios impugnato Cannicio*; quæ licet fuit dotata à patre, & matre, tamen quia paternum est
2 dotare filiam. *l. fin. C. de dot. promiſſ. vbi DD. l. neque mater. C. de iur. dot. Ball. Nouell. de dot. part. 6. priuil. 6. Menoch. conſ. 370. num. 2. & 17. & præsumpt. 30. num. 24. & præsumpt. 15. num. 6. & 7. lib. 3. Caroc. in tract. de patr. fil. dotan. quæst. 9. post tract. de excuſſ. Peruſ. deciſ. 21. num. 19. part. 1. Torret. conſ. 2. num. 8. lib. 2. Miſing. obſeruat. 85. centur. 6. Dominus Octauius Corsetto d. conſ. 15. nu. 5. Don Garſ. deciſ. 186. num. 3. Giurba deciſ. 45. num. 27. Ioannes Baptiſta Costa de port. rat. quæst. 62. in princ. & Ego in conſ. 19. num. 42. & post alios Bardellon. conſ. 164. num. 1. vol. 2.*
3 Mater censetur intercedere vti fideiutrix, & pater vti principalis. *Bald. Nouel. de dot. part. 6. priuil. 3. Rolan. conſ. 64. num. 6. lib. 1. Surd. conſ. 290. num. 19. cum alijs allegatis à Don Garſ. num. 8.* & in patre, & matre insolidum dotantibus, quod filiæ
4 in succeſsione feudi materni competat dos de paragio, & mater dicatur vti fideiutrix, *idem Don Garsias in addict. ad Pet. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 4. quæst. 5. litt. B. vers. sed quid in dotatione filiæ. ex auctorit. Bart. Corn. Ball. Nouell. Bolognet. & Rolan. Aual.* quę dos de paragio fuit taxata auditis partibus, vnde obstat exceptio rei iudicatæ, ex quo sumus in sententia lata
5 cum legitimo contradictore, quæ nocet succeſsoribus etiam non citatis. *l. ex contractu. ff. de re iudic. l. si suspecta. & l. Papinianus. §. fin. ff. de inoffic. testam. gloſ. in l. de vnoquoq;. ff. de re iudic. DD. in l. sæpe. ff. eod. & in l. si superatus. ff. de pignor. Couar. pract. quæst. cap. 13 num. 5. D. Octau. Corſet. d. conſ. 15. nu. 27. Peregr. de fideicomm. artic 53. num. 25. in finalibus verbis, & nu. 35. Apont. conſ. 90. num. 4. 5. & 6. Turret. conſ. 92. num. 58. & 71. lib. 1. Caſtill. deciſ. 12. num. 4. 5. & 6. Padill. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. nu. 17. ff. de legat. 1. Simanc. de primogen Hiſpan. lib. 4. cap. 23. Pinell. l. 1. part. 3. num. 49. C. de bon. matern. Cancer. in ſecunda reſolut. cap. 16. num. 103. tit. de tertio oppoſitore Palacz. de maior part. 4. quæst. 14. Cephal. com. contr. com. quæst. 636. alios refert Giurb. deciſ. 1. num. 15. & ſeq.* nec distinctio *Otalor. à Menoch.* sequuta *in conſ. 1118. vt refert Giurb. num. 18.* facit in causa, quia iste cum quo litigatur non erat in mundo tempore taxæ dotis de paragio, quæ facit transitum
6 in rem iudicatam, & sic de albo nigrum, & de indebito debitum *l. p. C. de condic. indeb.* & de non ente ens, & habetur pro veritate, & æquat quadrata rotundis. *l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. ingenuum. ff. de ſtat. homin. cap. diffinitiua 2. quæst. 6. gloſ. in l. ſi non ſortem. §. hæredi. ff. de condit. indeb. Curt. iun. conſ. 23. col. penult. in fin. Rolan. conſ. 83. num. 12. vol. 1. Nacl. conſ. 524. num. 4. Surd. conſ. 435. num. 7. Honded. conſ. 30. num. 50. vol. 1. Cephal. conſ. 507. num. 12. vol. 4. Apont. conſ. 49. num. 4. & ſeq. Maſtrill. deciſ. 11. num. 9.*

Quo ad secundam constat clarissimè, quod erat in dominio subiugantis, tum ex testibus, tum actis publicis precisè ex dotatione facta quondam Francisco, in qua dicit, quod ab illo die inantea dat possessionem, qui actus sunt probatio probata,
7 *Bal. in l. quoties. in fin. C. de iudic. & in cap. conſuluit col. 2. in fin. de offic. delegat. Pariſ. conſ. 54. in princ. & conſ. 14. num. 64. cum duobus ſeq. vol. 1. Octau. deciſ. Pedamont. 72. num. 4. deciſ. 117. nu. 1. Rolan. à Vall. conſ. 64. num. 13. & conſ. 49. num. 4. & conſ. 60. num. 55. & conſ. 63. num. 3. vol. 4. Milan. deciſ. 8. num. 23. & ſeq. part. 2.* & non indigent disceptatione fori, *Rolan. in d. conſ. Honded. conſ. 31. num. 5. vol. 2.*

Non obstat donatio prætensa in matrimonio Ioannis Aloisij, quoniam illa est donatio, quæ verificatur sequuta morte, tum ex quo non dicit, quod ab illo die in antea dabat, tum etiam nec potest stare,
8 quia matrimoniū debebat subsistentari fructibus dicti feudi, *cap. ſalubriter. de vſur.*
9 tum etiam, quia est verbum (succedano) quod importat post mortem, & in vita non potest verificari. *l. hæreditas. ff. de verbor. & rer. ſignificat. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit.*

hæredit. l. nihil aliud. ff. de regul. iur. Decian. conſ. 7. nu. 126. vol. 1. Menoch. conſ. 1143. num. 12. vol. 12. & in feudalibus, quando eſt tale verbum, idem operatur, *Vinc. de Ann. repet. rubr. de Vaſſall. decrepit. ætat. num. 320. & nu. 352.* tum etiam, quia dicit [à cui eligerà] & non [eligendo à chi de iure ſpetta, e tocca] & ſic iſtud non verificatur, niſi ſequuta morte, illud gerũ-
10 dium [eligendo] & [non eligendo] importat conditionem, quia futurum reſpicit, prout in iſto caſu, *Bart. in l. ex parte. in fin. ff. de acquiren. hæred. Bald. in l. falſus. C. de furt.* Cuius conditionis euentus, vel defectus, cùm conſiſtat in mera electione donantis, non poteſt verificari, niſi facta
11 electione, vel poſt eius mortem, quia ambulatoria eſt voluntas. *l. cum hic ſtatus. §. omninò. ff. de donat. int. vir. & vxor.* & quòd hæ conditiones negatiuæ, poteſtatiuè non
12 poſſunt verificari, niſi morte ſequuta in donatione facta filio, loquitur *Guidon. Pap. deciſ. 505.* Item præſuppoſito, quod de
13 particulari ſucceſſore in feudo diſpoſitio loquatur adhuc de ſucceſſore poſt mortem intelligendum eſt, quia ita ſucceſſio
14 in feudis regulatur aliàs præmatura eſſet, *§. filia verò de ſucceſſ. feud. DD. cap. 1. de ſucceſſ. feud. Andr. Prepoſ. & alij in cap. 1. §. & ſi libellus. de alien. feud. patern.* ratio
15 eſt, quia ex ſucceſſorio edicto vnus gradatim poſt alium admittitur, *D. Octau. Corſet. conſ. 29. nu. 11. & Illuſtr. D. Præſidens filius in addic. ad conſ. 22. num. 72. in feud. eſt tit. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucceſſ. Bal. conſil. 265. volum. 5. num. 3.* idem in
16 contractibus, & alijs acquiſitionibus, vt ſucceſsiua ſit, *Bologn. l. gallus §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum.* comprobatur, quia illa verba [ſuccedant, & ſuccedere
17 debeant] adiecta in donatione ſunt verba futuri optatiui, quæ non important perfectionem actus de præſenti, ſed expectant, & deſiderant futuram perfectionem *gloſ. in verb. habeatur. in l. in criminali, vbi Bart. Angel. & omnes. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* quo caſu, quando aliud non eſſet ex proprietate verborum cognoſcitur, quod Ioannes Aloiſius noluit de preſenti donare, ſed in futurum euentum contuliſſe translationem, videlicet eo eligente, vel poſt eius mortem, ex defectu, & impoſſibilitate electionis in ſuccedendo eo, qui ſuccedere debet *Guidonp. d. deciſ. 505.* vnde donatio hæc non abinitio pura, ſed con-
18 ditionalis eſt, tum quia expectat mortem donantis, quia incertum eſt, an ipſe furſſet moriturus cum filijs, vel ſine, & hæc dies incerta reddit conditionalem actum, *l. hæres meus. §. hæres meus. & l. pater ſeuerinam. §. ita fideicommiſſo. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. ita ſtipulatus. nu. 41. ff. de verbor. obligat. Grat. conſ. 75. num. 3. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 529. nu. 54. lib. 5. & conſ. 694. nu. 19. vol. 6. Honded. conſ. 18. nu. 35. lib. 2.* tum
19 etiam, quia pendet à voluntate eius, quem eliget, *Guidonp. d. deciſ. 505.* & per con-
20 ditionalem donationem non transfertur neque dominium, neque poſſeſsio, etiam ſequuta traditione, *l. ſi ego. §. ſi res alicui. ff. de iur. dot. dicit iur. conſ.* quod dominium rei iudicatæ alicui, vt illius efficiatur ſequutis nuptijs non transferri in recipientem, ſed pendente conditione retineri per dantem. *l. cedere diem. ff. de verbor. ſignif. l. hæc venditio. ff. de contrab. empt. §. ex conditionali inſtit. de verbor. obligat. Bart. in l. ſub conditione in fin. ff. de ſolut.* & ideo ſi diſpoſitio à principio non ſortiatur eff. &ũ, non poteſt dici, quod ab initio transferatur dominium, quia hoc eſſet contra diſponentis intentionem, qui voluit diſpoſitionem pendere ex euentu alicuius conditionis, vt hic, nam voluit dari illi, quem eliget, vnde non dicitur, dum non facit electionem tranſtuliſſe dominium, *Soc. iun. conſ. 94. num. 16. & ſequ. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 5. nu. 27. lib. 1. in puncto Honded. conſ. 18. num. 34. cum multis,* vbi referendo alios
21 inquit, nihil operari clauſulam conſtituti, *ex Tiraq. in tract. de conſtit. part. 2. ampliat. 15. & alijs.* Additur, quod dominium non
22 poteſt ſtare in pendenti, nempe dum non eligit penes quem ſtabit, tunc ſtabit penes donantem, nam natura dominij eſt, quod niſi alteri acquiratur, non dicitur ammiſſum, ſed penes dantem remanet, quia impendenti non poteſt ſtare, *l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maior. Caſtr. conſ. 195. vol. 2. Anchar. conſ. 352. num. 3. Tuſch. lit. D. concl. 602. num. 9. verſ. ex hoc conſequenter.* Vnde facta exinde electione non fit retrotractio
23 quia in dominio non cadit retrotractio, ne pro tempore præterito tertius grauatus remaneat. *Caſtr. & Iaſ. in l. huiuſmodi. ff. de verbor. obligat. & ante eos Bart. in l. ſi ſub conditione. num. 7. & ibi addic. in lit. C. ff. de ſolut. Marcabr. conſ. 105. nu. 19. Marta. voto 132. num. 16. Anguil. conſ. 150. nu. 18. cum ſeq. Coſta de retrotract. cap. 8. caſu 19. nu. 19. Giurb. deciſ. 24. nu. 2. vbi alios,*
24 & in conditione poteſtatiua, quod nunquam fiat retrotractio, *Bart. Iaſ. & alij in l. ſi filiusfam. ff. de verb. obligat.* & ea pendente non transfertur dominium, *Rol. conſ. 7. num. 6. vol. 3.* ſequitur clariſsimè, ex
25

quo dominium, & possessio non obstante donatione (quia conditionalis) remansit
26 penes subiugantem potuit subiugare, vt in puncto *Milan. decis. 5. nu. 49. lib. 2.* & cum fuerit pro dote de paragio, & sic pro causa legitima, clarum est, quod legitimè po-
27 tuit subiugari esto feudum pacti, & prouidentiæ, & in strictissima forma, *Milan. decis. 8. lib. 1. num. 365. cum sequ. vbi allegat constit. Regni fratrib. & capitulum. Regni nouissimum, & alias auctorit. & nu. 367. inquit,* subsistere ad præiudicium successorum, cum sit facta ex causa, quæ ligat, & obligat successorem in feudo *constit. Comitibus. vbi Afflict. & constit. fratribus. vbi DD. D. Octau. Corsetto in d. cons. 15. num. 5. 6. Petr. de Greg. de concess. feud. part. 2. quæst. 10. num. 13. & ibi addict. in lit. G.* vbi ambo ampliant idem in interusurio dotis cõstituendæ, vel restituendæ, *& se allegat in addict. ad Petr. de dot. de parag. quæst. 36.*

Præterea Ioannes Aloisius semper, vt verus Baro, post assertam donationem, possedit, vnde apparet, quod voluntas contrahentium fuit, donationem verificari sequuta morte, item q̃ in personã donatarij non fuit capta inuestitura, & ex actibus inde subsequutis declaratur, qualis fuit vo-
28 luntas contrahentium in præcedentibus, *l. sed & Giulianus §. proinde. ff. ad Macedon. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. Bart. in l. cætera. §. fin. ff. de legat. 1. Surd. qui ad alia exempla infert in cons. 140. nu. 44. vol. 1. Becc. cons. 101.* vbi ostendit in quacunque materia id procedere, *Ludou. conclus. 38. per totam. Honded. cons. 47. nu. 28. vol. 1.* Item possedit sciente non contradicente, nec reclamante eius filio Francisco, & disponente, vt ante donationem faciebat. Item sic acceptante à die assignationis in antea, vnde quando donatio facta per Ioannem Aloisium verificaretur in vita,
29 (quod non est) ex his actibus dicitur facta retrodonatio à Francisco in Ioannem Aloisium, *Menoc. in cons. 1095. nu. 21. & cons. 1099. num. 6. lib. 11. Curt. Iun. cons. 54. num. 2. & 3.*

Ex quibus concludo fore decidendum, in fauorem Clientis, cætera suppleat Magna Regia Curia. Messanæ, die 9. Nouembris 1618.

Die 6. Decembris 1618. per Mag. Reg. Curiam fuit decisum in fauorem Clientis quod procedat executio.

SVMMARIVM.

1 *Exequutiuè agitur vigore capitulorum matrimonialium, idem si esset scriptura non confecta per Notarium, num. 2. requiritur tamen verificatio, num. 3.*

4 *Copiæ extractæ à Notario suspecto in actis defuncti, creditur, prout si defunctus extraxisset, num. 5.*

6 *Error ostenditur dum in contrarium constat de veritate, vel verè, vel præsumptiuè.*

7 *Error Notarij non nocet partibus, & refertur casus, num. 9. & 10.*

8 *Falsitas, vt excludatur semper fit interpretatio*

11 *Notarij imperitia non nocet partibus.*

12 *Approbatum semel, non licet amplius impugnare, & num. 52.*

13 *Pluralitas contractuum, & actorum non præsumitur.*

14 *Nuda conuentio geminata producit actionem.*

15 *Executiuè agitur per solam confessionem dotis factam per maritũ, tam contra ipsum, quam contra eius hæredem in casu restitutionis, & refertur casus, num. 16.*

17 *Testes non probant, quando eorum depositio refertur ad actus, nisi exhibeantur ipsi actus.*

18 *Articulatum si probatum non releuet, non admittitur.*

19 *Iudex de stilo, & obseruantia etiam in camera se potest informare parte incitata, etiam procedit super decisorijs, num. 20.*

21 *Articulatum non admittitur aduersus pactum de non opponendo.*

22 *Executio causata vigore alicuius instrumentũ cum clausula, & omnium aliorum actorum, si non potest substineri ex specificato instrumento, non potest validari ex alijs, maximè si nouum instrumentũ præsentetur post quinquenam, nu. 23. & declaratur, num. 24.*

25 *Cessante ratione qua mouetur Doctor cessat & eius opinio.*

26 *Hæredes vxoris non possunt agere pro restitutione dotis consistentis in pecunia, & mobilibus, nisi elapso anno, adueniente autem tempore, quod fiat solutio, vtique possunt, nu. 27. & si dum egerunt cessit dies, vtique debent obtinere, num. 28.*

29 *Promittens restituere totas, & integras dotes, an dicatur renunciasse lucro delato à statuto, & quid si promisit debitas dotes, nu. 30.*

31 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia, pariter omnia determinat.*

32 *Dictio [vt supra] operatur repetitionem in totum.*

33 *Exceptio est de regula.*

34 *Dictio [tantum] est taxatiua, & restringitur ad expressa.*

35 *Legitima non debetur ei, qui ab intestato succedere*

cedere non potest.

36 Partes habent maiorem potestatem disponendi de rebus suis, quàm statutum.

37 Pactum, quòd moriente vxore cum liberis, & illis mortuis, pater teneatur restituere dotes, an operetur exclusionem à legitima, quod patri competit.

38 Legitima matri non competit ob mortem filij impuberis, si pater fuit testatus de bonis filij mortui.

39 Testamentum patris est testamentum filij impuberis.

40 Filia non habet legitimã à patre, sed sibi competit iure naturæ.

41 Pater simpliciter dotando dicitur de bonis propriis, immo si diceret de paternis, & maternis, intelligitur in defectu, num. 42. esto si dicat de bonis filiæ, num. 44.

43 Dotatio spectat ad patrem, non ad matrem, & potest imponere legem, quam vult, num. 45.

46 Legitima competit post mortem patris.

47 Dos succedit loco legitimæ, intellige, si pater præmoritur, secus si præmoritur filia, nu. 48. & tunc potuit imponi per patrem omne grauamen, num. 49.

50 Subscriptio operatur, ac si tota scriptura esset manu subscribentis facta, idem si manu alterius tota fuisset scripta, & subscripta, si constat, quod de mandato eius, qui debebat se subscriberer, fuit facta. num. 51.

53 Doctoris dictum intelligitur secundum authoritatem, quam adducit, amplia nu. 54. 55.

56 Dos, quæ successit loco legitimæ, non recipit onus.

57 Pactum, quod restituatur dos, cui ius, & casus dederit, quid operetur.

58 Dotis restitutio ob mortem filiæ sine filijs patri dotanti fit. sin verò sint filij, ipsis filijs, num. 59. sin exinde moriantur filij, an patri, vel auo competat ipsa dos, intellige, vt num. 60. 61. 62. 63. & 64. vbi quid stante pacto, & statuto.

95 Pacta à iure permissa sunt seruanda, idem in contractu dotis, num. 66. & an resoluantur, si vir præmoritur vxori, num. 67.

68 Donans in traditione rei suæ, potest legem quã vult imponere.

69 Actum qui potest facere, potest illũ qualificare.

70 Prouisio facta à lege, & homine fortior est.

71 Legitima competens patri est super bonis, & patrimonio filiorum.

72 Legitima requirit specialem mentionem, vt intelligatur renunciata, & quando procedat. num. 73.

74 Pater solus dotans, si sit vxoratus ad vsum Regni, an dicatur de suo, vel de communi cumulo, & quid, quando societas erat resoluta, num. 75. & 78.

76 Tertia portio competens filijs ex statuto Vrbis est loco legitimę, & portio materna est loco dotis, & habet omnia dotis priuilegia. num. 77.

79 Dotans si pactitatus est in casu restitutionis sibi restituì, dicitur de proprio dotasse.

ARGVMENTVM.

An capitula matrimonialia, etiam si non sint in posse Notarij habeant executionem paratam. Et an per solam confessionem receptæ dotis agatur executiuè in casu restitutionis. An pactum restituendæ dotis in casu separationis mariti ob mortem vxoris sine filijs, vel cũ filijs, & illis mortuis, excludat patrem á legitima; & quid si sit dictum, quod restitutio fiat, cui, seu quibus ius, & casus dederit. Et quid quando promisit totas, & integras dotes restituere, & per quæ verba inducatur; & quid quando est dictum debitas dotes.

CONSILIVM XIX.

IESVS MARIA.



Vb die 27. Septembris vij. Indict. 1608. fuit contractum matrimonium ad vsum Romanorum per subscriptionẽ capitulorum inter Ioannem Dominicum Biasini, & quondam Lucretiam filiam Mariani Lombardo, cuius cõtẽplatione dictus de Lombardo dotauit in totum vnc. 550. cum pacto, quod casu separationis matrimonij ob mortem sponsæ sine filijs, vel cum filijs, & illis mortuis in minori, vel maiori ætate ab intestato, quòd prædictus de Biasini sponsus teneatur restituere dictas dotes, ipsi de Lombardo dotanti, & suis. Et quia euenit casus mortis dictæ sponsæ superstite filio, qui exinde obijt in infantili ætate, præfatus de Lombardo dotans causauit executionẽ in vnc. 350. stante, quod residuum habuit in loco dotali, de quo cæpit portionem, & compensauit vnc. 50. pro lecto promisso ipsi sponso, quę executio fuit adimpleta per quindenam de persona per ipsum de Biasini, aduersus quam se opposuit adducendo primò, quod non potuit agi executiuè, ex quo capitula non sunt stipulata, nec data Notario pro conseruando. Præterea, quando ita esset, non est pactum

de non opponendo. Secundo, cùm sit restitutio consistens in pecunia. & mobilibus, non potest fieri infra annum, & sic dũ non cessit dies, malè fuit actum. Tertiò, quod malè egit Cliens, ex quo ipse successit in legitima filij mortui, & in vnc. 50. de quibus vxor poterat testari, quæ omnia compensauit cum contanti, & mobilibus, pro quibus fuit causata executio, quibus habitis pro friuolis, fuit missum ad effectum per Clientem, quòd non admittantur, & misso per aduersarium eius contrario effectu fuit decisum per duos ex Spect. Iudicibus Reg. Cur. Straticotialis, quod stent oppositiones saluis iuribus in causa oppositoria, existente in contrario voto, quod non admittantur, altero Iudice fuit per Clientem appellatum, & petitur hodie, quòd reuocetur asserta interlocutoria lata per duos, & dicatur, quod non admittantur iuxta votum alterius. Constat enim 1 quod legitimè fuit causata executio, nam vigore capitulorum matrimonialium agitur exequutiuè, ex quo fingitur stipulatio, *ita Iurisconsul. in l. vnica. C. de rei vxor. act. Gramat. decis. 103. nu. 7. qui citat Bald. Angel. & Alex. in l. si constante. in princ. ff. solut matrim. Angel. & Paul. de Castr. in l. item quia. ff. de pact. Cin. Bald. & Angel. in l. fin. C. de legit. tutor. vbi Bald. dicit esse commun. opin. Rimin. iun. cons. 599. nu. 2. vol. 5. Cum. cap. rit. 6. num. 87. & in num. 88. ampliat in dotario. & in cap. rit. 19. nu. 86. vbi allegat Angel. & Ias. in §. fuerat instit. de action. & in cap. rit. 38. num. 114.* vbi inquit, esto, 2 quod scriptura confecta de ipso matrimonio non fuerit confecta per Notarium, vt exigit ritus, quod vtique talis scriptura habet executionem paratam, *quem refert, sequitur Mar. Mut. cap. rit. 114. nu. 26. vbi etiam refert Vinc. de Franch. decis. 366.* & dicit, quòd in anno 1597. fuit decisum in Consistorio S.R.C. in causa Ioannelli Pollura, & in Curia Straticotiali fuit decisum in causa Donnæ Annæ de Bonfilio, contra Ioseph Stagnum tutorem hæredum Ioannis Stagno, sola est difficultas, quando capitula matrimonialia 3 non sunt data Notario, quia tunc, ex quo non probant, est necesse, quod sint verificata per testes, aut comparationem, vel dummodo partes illa non negarent, vt inquit *idem Mut. vbi supra allegando modernos in l. admonendi ff. de iur. iurand.* At si consideramus præsentem causam, non potest negari, quod hodie est causata executio vigore capitulorum conseruatorum penes Notarium, cum penes eum hodie à partibus subscripta ab omnibus videntur, & est copia extracta in processu à suffecto ipsius Notarij defuncti asserente copiam extractam à capitulis originalibus conseruatis in posse Notarij Antonij dell'Aquilera, cui suffecto extrahenti copiam creditur, tanquam suffecto de- 4 mandato Curię Straticotialis in actis dicti Notarij mortui, *cap. cum. p. tabellio. de fid. instrum. Tusc. conclus. 79. nu. 1. in lit. N.* eodem modo, prout creditur Notario ex- 5 trahenti copiam eius manu ab eo subscriptam, *Alex. cons. 41. num. 3. lib. 1. & cons. 129. num. 4. vol. eod. & cons. 14. nu. 7. lib. 6. Tusc. d. lit. N. concl. 97. num. 10.* & creditur, quod sit Notarius, & quod sit suffectus ille, qui extraxit copiam, dum pars non contradicit, *Mascard. conclus. 190. nu. 2. vbi refert Bellam. decis. 193. incipit, si Notarius. de fid. instrum. & in decis. 540. eod. tit. incip. si pars.* & tunc dicitur contradicere, quando iniungi fecit ad authenticandum scripturas, vt quotidie practicamus. Nõ obstat, quod in ista copia, licet sit dies 27. Septembris, tamen non est, neque Indictio, neque Annus, & per consequens non probat, quoniam si rectè consideretur, eodem die 27. Septemb. est stipulatus actus declaratorius cum inserto tenore capitulorum, & est annus 1608. & Indictio. Item comprobatur, quod fuit in illo mense Septemb. 1608. quoniã in mẽse Ianuarij. 1609. sponsus fatetur dotes vigore capitulorum conseruatorum in actis de Aquilera, in tantum, quod non est alius mensis Septemb. qui præcedat, nisi in anno 1608. Item constat, quod mense sequenti Octob. 1608. fuerunt desponsati in faciem Ecclesiæ, vnde quatenus non fuit positus annus, fuit ex errore Notarij, qui error iam apparet, nam per acta publica ostenditur veritas, & sufficit constare, vel verè, vel præsumptiuè. *l. 2. C. de err. Aduoc. glos. cap. ad audientiam de rescript. Bart. l. si librarius. ff. de reg. iur. Tusc. lit. N. conclus. 87. num. 1.* Et error Notarij non debet nocere par- 7 tibus, *Rom. cons. 170. num. 23. Tusc. d. concl. 87. nu. 2. & ante eum Rimin. iun. cons. 429. num. 20. vol. 4. qui alleg. tex. in C. fin. & ibi glos. & DD. C. de fideiussor. & alios DD.* Præterea, quod constet de veritate ipsorum capitulorum apparet. Primò, quod eodem die 27. Septembris 1608 Sponsus ipse, & Cliens fecerunt actum declaratorium de vera quantitate ipsarum dotium inserendo capitula ipsa de verbo ad verbum cum subscriptione omnium ipsarum partium, Et licet Notarius in tela ipsius actus dicat capitula subscribenda, & stipulanda præ-

suppo-

ſupponens non adhuc ſubſcripta, tamen ſi rectè conſideretur, quando eſt poſita præſentia partium, expleta ipſa narratiua tantummodo dicit capitula ſtipulanda, relicto illo verbo [ſubſcribenda] vnde denotat tunc fuiſſe factam ſubſcriptionem, ſed quicquid ſit illud verbum [ſubſcribenda] præſumitur erroneum, ne inducatur 8 falſitas, quia ſemper interprætatio fit, vt excludatur falſum, *Bald. l. iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pact. Dec. conſ. 175. col. 4. Marſil. conſ. 104. num. 26. & copioſè Socc. iun. conſ. 45. vol. 3. alios refert Rimin. iun. conſ. 85. num. 39. vol. 1. & conſ. 556. num. num. 148. vol. 5.* & quo modo poteſt dubitari, quod non ſit ex errore poſitum illud verbum [ſubſcribenda] cùm ipſi qui ſe ſubſcripſerunt, fuerunt qui contraxerunt, & fuerunt lectæ eorum ſubſcriptiones, ita in propoſito *Boer. deciſ. 23. num. 74. & Socc. iun. Conſ. 101. num. 3. lib. 1. Mantic. de coniectur. vlt. volum. lib. 2. tit. 5. num. 5.* vbi dicunt, ſi notarius rogatus de 9 teſtamento dixerit ſanus corpore, licet languens mente conſiderans mortis periculum, clarè conſtat de erroneis verbis ipſius Notarij, quia nõ poteſt eſſe demens, vel fatuus teſtator, cùm is, qui fatuus eſt non conſiderat periculum mortis, ita in propoſito illud verbum [ſubſcribenda] eſt erroneũ, quia iam eorũ ſubſcriptiones ſunt inſertæ in illo actu, *idem ſequitur Bal. in l. quod ſi ante. C. de donat. ante nupt.* ſi 10 Notarius in teſtamento ſcripſit quod loco ſuperuiuentium ſubſtituit, volens dicere loco decedentium ſine filijs, ſubſtinetur 11 ſubſtitutio, ex quo imperitia Notarij non debet nocere partibus, *Corn. conſ. 315. lib. 1. Socc. conſ. 145. lib. 1. Io. de Amic. conſ. 29. Alex. conſ. 208. num. 3. lib. 6.* Et per conſequens clarè conſtat ex ipſo actu fuiſſe ſubſcripta dicta capitula á partibus, & conſignata ipſi de Aquilera Notario, quod comprobatur etiam ex prædicto actu facto in anno 1609. in quo ſponſus fatetur dotes ſibi debitas vigore capitulorum matrimonialium conſeruatorum etiam in poſſe eiuſdem Notarij. Item comprobatur ex actu facto in anno 1612. poſt mortem ſponſæ tunc viuente infante, in quo ſponſus recepit vncias octo ſibi debitas, vigore capitulorum conſeruatorum in actis de Aquilera, & tandem ipſe ſponſus in anno 1613. retinuit aliqua de dotibus pro executione pacti adiecti in capitulis matrimonialibus in actis de Aquilera, ad quæ ſe remittit: vnde cùm idem ſponſus in prædictis actis pluries faſſus fuerit eius capitula matrimonialia eſſe in actis de Aquilera, & hodie per Clientem præſentantur, dicendum eſt eſſe à partibus cõfeſſata, approbata, & aduerſus ea nil poſſe 12 obijcere, tum quia ſemel approbatum nõ licet amplius impugnare, *reg. quod ſemel. de reg. iur. lib. 6. l. cum mulier. l. 1. ff. ſolut. matrim. l. ſi quis teſtib. C. de teſt. l. Pomponius ſcribit. ff. de negoc. geſt. Oldrad. conſ. 28. Becc. conſ. 3. num. 39.* tum etiam, & quia 13 pluralitas contractuum, & actorum non præſumitur *Ias. in conſ. 62. lib. 1. Card. Tuſc. concluſ. 368. nu. 7. lit. P. vol. 6.* in tantum, quod conſtat de veritate ipſorum, tum ex quo ſunt penes Notarium, & ab eo extrahuntur, & tanquam actus, & ſcriptura publica vbique locorum facit fidem, tum etiam ex quo à partibus, etiam in multis actis publicis ſunt confeſſata eſſe in actis de Aquilera, & hodie exhibentur, & ipſa ſunt, quia pluralitas non præſumitur, vt eſt dictum, in tantum, quod negare hoc, eſt negare veritatem. Additur præterea, quod via executiua oritur etiam ex alijs duobus actibus, altero ſub die 27. Septemb. 1608. altero ſub die 11. Septembris xj. Indictionis 1612. In quibus prædictus Io. Dominicus Biaſini ſe obligat reſtituere dictas dotes cum executione facienda, & pacto de non opponendo, quin imò poſito, quod fuiſſet nuda conuentio in capitulis, prout in contrarium eſt veritas, nam fingitur ſtipulatio, vt eſt oſtenſum, cùm tamen eamdem replicauerint cõtrahentes in duobus 14 alijs actis fuit nata actio, prout operatur pactum geminatum, *Riminal. iun. d. conſ. 599. num. 3. alleg. Pariſ. conſ. 82. num. 17. vol. 1. Dec. reſponſ. 1. num. 46. vol. 3.* immò eſto non promiſiſſet reſtituere dotes, ſed 15 ex quo fuit cõfeſſus illas recepiſſe exequitur contractus confeſſionis, in caſu reſtitutionis, quia promiſsio de reſtituenda dote de iure intelligitur, *l. 1. C. de rei vxor. act. in princ. vt tenet Bald. in l. probationem. C. de probat. & l. cum acutis. C. de fideicomm. & Viuac. in capit. vit. 1x1. in verb. obligationem expreſſam*, & pręſentem. *dicit Anton. Plat.* fuiſſe exequutum quemdam contractum confeſsionis dotis, in quo non erat promiſsio reſtitutionis.

Et licet conabantur Domini Aduocati ex aduerſo cognoſcentes hanc veritatem facti, quod licet habeant viam executiuã, non tamen oppoſitiones ſunt friuolæ, nec eſt etiam pactum de non opponendo. Reſpondetur, quod friuoliſsimæ ſunt oppoſitiones, nam articulata, ſi rectè mire- 16 tur, non reluant, quia id quod petitur probari

bari dicunt in ipso articulato fuisse obtentum in contradictorio iudicio; vnde cùm debeant ostendi actus facti in iudicio, & sententiæ prolatæ frustra laborant inducendo testes, dum ipsi non probant,
17 nisi exhibitis actis, ex quo eorum depositio de necessario est referenda ad actus obtētos, & factos in iudicio, *Alex. cons. 148. num. 7. lib. 5. Afflict. decis. 72. nu. 6. Lancellot. Gall. cons 74. num. 43.* & per consequens cùm articulatum si fuerit probatum
18 non releuet tanquam friuolum non admittitur, *l. ad probationem. C. de probation.*
19 Item iudex potest se in cammera informare de asserta obseruantia, & de stilo, etiam parte incitata, *Roland. Auall. cons. 44. num. 36. lib. 1. refert Dec. in cons. 447. col. 2. nu. 10. 11. & 12. Rocc. de Curt. cap. fin. de consuet. num. 647. quæst. 8. in fin. Ioseph. Ludouic. conclus. 83. ampliat. 6. vbi refert multos Ludou. decis. Luccen. num. 16. Amat. decis.*
20 *95. num. 3.* qui *in nu. 6.* inquit etiam procedere in decisorijs, *refert Alex. cons. 14. num. 1. lib. 5. Dec. cons. 402. num. 10. Mascard. conclus. 1345. nu. 6. & 7. lib. 3.* Extat præterea pactū de non opponendo, tam in dicto actu, declaratorio ipsarum dotium cum inserto tenore capitulorum matrimonialium, in quo ipse se obligat ad restitutionem prędictarum vnc. 550. cum executione facienda, & pacto de non opponendo, quàm etiam & in alio actu facto sub dicto die 11. Septembris 1612. in quo inquit hæc formalia verba [cum pacto, che in caso di restitutione da farsi per detto di Biasini à lo sudetto Mariano Lombardo di li doti per detto Mariano, vt supra a detto di Biasini dotati iusta la forma di lo detto contratto, & capitoli matrimoniali detto di Biasini sia tenuto, & obligato, si come s'obligao, & obliga per se restituere, & ritornare à detto Mariano Lombardo detti vnc. 8. di capitali di detto censo perpetuo vna con li detti doti iuxta la forma di detto contratto, & capituli matrimoniali in detti atti d'Aquilera, die quo supra.] & in fine contractus est, quod possit fieri executio breui manu in persona, & in bonis cum pacto de non opponendo, in
21 tantum, quod non debent admitti dictæ oppositiones, tum quia friuolæ, tum etiam quia est pactum de non opponendo, quod importat, quod neque os possit aperire. *Milan. decis. 3. num. 134. lib. 2. & decis. 7. eodem lib. Petr. de Gregor. de censib. quæst. fin. num. 10. Mastrill. decis. 14.* & articulatum si fuerit probatum in causa oppositoria nihil operatur, ex quo vult probare, quod de capitulis nō oritur via executiua, & quod ita fuerit obtentum, & practicatum, & hic via executiua, etiam orta est de actu publico cum pacto de non opponendo, igtur nihil operatur.

Non obstat dicere, quod fuit facta iniunctio ad exhibendum scripturas, infra
22 quam non fuit exhibita copia extracta à capitulis, sed tenor capitulorum stipulatus in actu declaratorio, & per consequens quatenus exinde post præsentatas oppositiones fuerint exhibita executio non potest sustentari, *ex Milan. decis. 8. num. 40. part. 2. & Intrigl. singul. 156. part. 2. num. 1. & 4. qui refert Milan.* quoniā si rectè legatur *Milan.* loquitur, quando contractus
23 pro quo est causata executio non est calendatus, & nominatus in executione, nec nullus contractus nominatur in dicta executione, & tunc pars, quæ prætendit se defendere, vult scire pro quo actu conuenitur & procedit ad iniunctionem, vt exhibeat scripturas, ideo si facta iniunctione exhibet contractum & elapsa quindena, & præsentatis oppositionibus exhibet alium, & vult fundare executionem in vltimo contractu exhibito vtique respectu istius vltimi, dicetur Conuentus perire indefensus, & quo ad hoc rectè procedit doctrina *Mi-*
24 *lan.* secus enim est, quando est nominatus actus in executione, super quo fundatur, vt in *d. num. 40. 41. & 42.* at hic præcalendatus est actus in ipsa executione, nam causatur vigore capitulorum matrimonialium in actis de Aquilera, & licet tunc eorum tenor fuit exhibitus per illam copiam illius actus facti eodem die, potuit semper copia extracta ex capitulis originalibus præsentari, ex quo præcalendata erant in executione, & pars sibi poterat capere copiam, & experiri eius iura, vnde cessat in
25 hoc casu ratio, qua mouetur *Milan. & DD.* ab eo allegati, & per consequens eius dispositio, *capit. cum cessante. de reg. iur. in 6.* & ideo ex aduerso male per DD. Aduocatos fuit allegatus, quia non sumus in eius casu.

Quo ad secundū, quod fuit actum ante diem, ex quo consistit in pecunia, & mobi-
26 libus, cuius exactio non potest fieri, nisi elapso anno à die mortis vxoris, *l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. act. Honded. cons. 36. num. 1. vol. 2. Torr. cons 13. num. 15. vol. 2.* Respondetur, quod potest agi, vt
27 adueniente tempore fiat solutio iuxta doctrinam *Afflict. decis. 279. Viu. decis 403. Surd. decis. 120. num. 13. Octau. decis. Pedam. 130. Barecz. decis. 16. num. 15.* tanto

magis

magis hic quod pars cõtraria fecit actum
assertæ nullæ notificationis, & notificauit
Clienti, & sic tanquam prouocatus egit
28 ante tempus, vltra, quod hodie iam cessit
dies, & hanc opinionem fuit pluries am-
plexa Regia Curia Straticotialis. *Graff. de
excep. cap.* 41. *num.* 10.

Quo ad tertium, quod patri ob mortem
filij, stante pacto adiecto in capitulis ma-
trimonialibus, quod mortua vxore, & fi-
lijs ab intestato teneatur restituere dotes,
non competat legitima, neque quid aliud
sed totas dotes debeat restituere, deduco
ex multis; primò, quia DD. qui disputant
in lucro dotato viro ob mortem vxoris,
29 dicunt, quod si promittat restituere totas
dotes, vel integras dicitur renunciasse ipsi
lucro, *ita Alex. consil.* 133. *num.* 5. *lib.* 5. *&
consil.* 5. *num.* 15. *lib.* 3. *refert magis commu-
nem D. Card. Tusc. lit. D. conclus.* 297. *num.*
10. *Rolan. Aual. de lucr. dot. quæst.* 37. *Intrigl.
singul.* 312. *vol.* 1. *vbi dicit magis communẽ
& refert alios. Menoch. consil.* 256. *num.* 13.
Item alij dicunt, quod tunc dicitur non re-
30 nunciasse lucro dotato à statuto, quando
promisit restituere debitas dotes. *glos. in l.
si prior. ff. solut. matrim. Alciat. de præsumpt.
reg.* 3. *cap.* 32. *num.* 3. *vers. non obstant. Ce-
phal. consil.* 104. *n.* 6. *quem refert. Surd. consil.* 34.
num. 44. *Menoch. d. consil.* 256. *num.* 21. Si
loquimur in primo casu, an dicatur pro-
misisse totas dotes, dico, quod vtique col-
ligitur ex ipso actu, quia contrahentes di-
cunt, quod teneatur restituere dotes inse-
quendo idem capitulum inquiunt, de qui-
bus dotibus dicta sponsa possit tantum di-
sponere de vnc. 50. super quibus dotibus
ipse sponsus posset tantũ retinere vnc. 50.
super totis dotibus, vnde totas dotes clarè
voluerunt esse restituendas, dum illas pro-
misit restituere, & de omnibus tantum-
modo voluerunt retentionem habere pro
31 vnc. 50. & cùm fuerit sub vnica oratione,
& eadem ratio militet dicitur omnia pa-
riter disposuisse. *argum. l. iam hoc iure. ff.
de vulg. & pupill. substit.*

Additur quia dixerunt eo modo, & for-
32 ma, prout fuerũt dotatæ, & cum dictione
(vt supra) quæ operatur repetitionem in
totum. *Cephal. consil.* 153. *num.* 59. *Alb.
consil.* 473. *num.* 5. *&* 15. *Osasc. decis. Peda-
mon.* 164. *num.* 13. Item dixerunt minuta-
tim omnia. Item & in actu declaratorio
fuit facta promissio de restituendis vnceis
550. quæ importabant totam dotem. Item
est dictum, quod retineat tantum vnc. 50.
quæ reseruatio, & exceptio vnc. 50. ope-
33 ratur restitutionem omnium dotium, cum
exceptio præsupponat regulam esse in cõ-
trarium, *l. nam, quod liquido. §. fin. ff. de pen.
leg. Cagnol. l.* 1. *num.* 22. *ff. de reg. iur.* ad-
34 ditur dictio [tanttum] quæ est taxatiua,
& restringitur ad expressa, *l. sed si tantum.
ff. de pact. Alex. consil.* 168. *num.* 11. *lib.* 7.
Tusc. lit. D. conclus. 388. *num.* 4. vnde su-
mus in pacto de restituenda dote mortuis
filijs, qui casus euenit, & pater tantum si-
bi reseruauit vnc. 50. posse succedere, &
sic in eo in quo voluit succedere clarè ex-
pressit, reliquum venit in restitutione,
quod in responsione latissimè comproba-
bitur, si loquimur de secundo casu, etiam
habemus intentum, quia non legitur illud
verbum [debitas] vt est offensum. Præ-
terea sumus in terminis fortioribus in fa-
uorem Clientis, nam pater se excluſit à
successione filij morientis ab intestato,
quo in casu qui est prohibitus succedere,
filijs ab intestato non potest consequi legi-
35 timam, nam legitima non debetur ei, qui
ab intestato succedere non potest, & exclu
sus à successione, dicitur exclusus à legi-
tima, *Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum.
ff. de liber. & posth.* cùm legitima sit quota
successionis, *l. Papinianus. §. quarta autem.
ff. de inoffic. testam. Grauet. consil.* 11. *nu.* 13.
Socin. sen. consil. 150. *num.* 4. *& seq. lib.* 1.
Menoch. consil. 180. *nu.* 4. *Marc. Brun. consil.*
99. *& seq. Surd. consil.* 45. *num.* 2. *idem Surd.
decis.* 167. *num.* 7. *vbi allegando Bald. Alex.
Corn. Rol. Paris. & multos alios*, dicunt hanc
veram, & communiorem opinionem. *Illu-
strissimus Regens D. Petrus Corsetto in addict.
ad patrem. consil.* 16. *num.* 11. & quando se
excluſit facto proprio per renunciationem
vel pactum dicitur tanto fortius operari,
36 quia partes habent maiorem potestatem
disponendi de rebus suis, quam statutum,
Ias. in l. 1. *§. fin. ff. de verbor. oblig. Grauet.
d. consil.* 11. *num.* 16. *Dec. consil.* 11. *col.* 3.
*vers. non obstat, quod contrarium. Vinc. de
Franch. decis.* 552. *num.* 7. *& sequ.* & in
puncto, in quo versamur, quod stante pa-
37 cto, quod moriente vxore cum liberis, &
illis exinde mortuis, maritus promisit re-
stituere dotes, quod in casu illo fuit deci-
sum per Sacrum Consilium, stante pacto,
teneri ad restitutionem dotium, *testatur
Vinc. de Franc. decis.* 491. & in patre, & ma-
tre dotantibus loquitur *Neapod. consuet.
si quis, vel si qua. num.* 219. *cum sequ. & ibi
addic. in lit. B. fol.* 134.

Additur præterea, quod sicuti pater te-
38 stando relicto filio in pupillari ætate dispo
nens de bonis filij mortui in pupillari æta-
te excludit matrem à petitione legitimæ;

cum

39 cum testamentum patris sit testamentum filij, *iuxta text. in cap. si pater, de testam. in 6.* ibi licet autem filius testamento suo matrem portione iure naturæ debita priuare non possit pater tamē in testamento, quod filio impuberi facit, potest, nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, & paterni pars potius est censendum, dicit cōmunem *Emmanuel Costa in d. cap. si pater. multos refert Surd. decis. 73. num. 18.* Nunc hic est considerandum, quod licet pater non fuerit testatus, tamen idem pater disposuit stante illo pacto insimul cum matre, & cum auo filiorum, quod in dotibus succedant filij, & post mortem filiorum succedat dotans, prout pater promisit restituere ipsi dotanti, in tantum, quod agitur de mera substitutione pupillari prouisa, tam à patre, quàm a matre, quam ab auo, vnde erit verum dicere plenissimè patrem esse exclusum a prætensa petitione legitimæ. Non obstat *Menoch. in d. cons. 256. nu. 13. in fin. & sequentibus.* nam in casu suo non concurrebant ea, quę sunt in hoc contractu. Nec pariter obstat *Milan. allegatus ex aduerso in decis. 11. part. 1.* nam ibi dos fuit data pro legitima, quo in casu nullum
40 potuit imponi onus ipsi legitimæ, ex quo filia non habet legitimam a patre, sed sibi competit iure naturæ, *ita Iurisconsult. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Bald. in l. auia. num. 10. C. de iur. doct. Din. in cons. 36. num. 4. Alber. d. l. quoniam in prioribus. in fin. Abb. in cons. 92. lib. 2. commun. dicit Paris. cons. 65. nu. 1. vol. 2. Grauet. cons. 84. num. 5. Castrens. cons. 372. nu. 4. vol. 1. Vrsil. in addict. ad Afflict. decis. 236. num. 7. Cephal. cons. 56. num. 15. & Milan. in d. decis. num. 21.* Præterea in casu *Milan.* filia non consentijt, *vt in num. 27. & 28.* Verum hic sumus in diuersis terminis, nā dos non fuit pro legitima, sed pater simpliciter
41 dotauit, vnde dicitur de bonis suis proprijs dotasse *l. fin. C. de dot. promiss. vbi DD.* Immò esto diceret de bonis proprijs, & maternis intelligitur tantum de
42 proprijs dotasse, & de maternis in defectu, si propria non sufficerent, *Surd. cons. 192. num. 29. Menoch. lib. 3. præsumpt. 15. Carot. in tract. de patr. fil. dotant. quæst. 9. Ludou. decis. Perus. 21. num. 16. Torret. cons. 2. num. 8. lib. 2. Misiger. obseru. 85. Cent. 6. Mastrill. decis. 186. num. 1. & post eum. Io. Baptista Costa de port. rat. quæst. 62. in princ.* & posthæc scripta addidi *Giurba: ad statut. Vrb. Messan. cap. 3. glos. 6. num. 2. & 9.* immo si in dotatione pater expresse prohiberet, ne filia de bonis maternis aliquid peteret, adhuc censetur de bonis proprijs dotasse, si bona sua in ea summa sufficerent, *Beroa. cons. 25. num. 18. lib. 2.* & ratio est,
43 quia paternum officium est dotare, non autem maternum, vt *d. l. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de rit. nuptiar. l filios. ff. de legat. 3. & Ego in cons. 18. num. 23.* &
44 procedit esto si in dotatione dixisset, quod dotat de bonis filiæ, vt dixit *Surd. d. cons. 192. à num. 29. vsque ad 33. & Mastrill. nu. 6. vbi refert Bald. Nouell.* vnde postquam
45 dotauit de bonis proprijs potuit imponere legem quam voluit, *l. in traditionibus. ff. de pact. Zabarell. in Clement. quia contingit. de Religios. domib. multos refert Becc. in cons. 101. num. 25. & sequ.* & quando filiæ com-
46 peteret legitima, competeret tempore mortis patris, & in vita patris nō cōpetit, *D. Regens in addict. d. cons. 16. nu. 14. vers. quinta legitima.* & licet dos succedat loco
47 legitimæ, *l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam.* procedit, quando pater præmoritur,
48 tamen qnando filia præmoritur patri, tunc dos non transiuit in legitimam, sed retinuit naturam suam dotis, in qua potuit
49 imponi omne grauamen, prout fuit casus iste. *Gabr. cons. 116. num. 27. & sequ. lib. 2. sequitur Honded. in cons. 75. num. 51. & sequ. vol. 2. Pereg. cons. 79. num. 12. lib. 1.* & quod a legitima reijciatur omne grauamen (non idē in dote) dixit *Dominus Regens vbi supra. vers. tertia legitima.*

Præterea istis capitulis, in quibus est pactum de restituēda dote filia consentiit, nam se subscripsit, quæ subscriptio tantū
50 operatur, ac si essent tota capitula scripta de manu ipsius. *l. diuus. §. scribere. vers. videri. ff. de fals. Alex. in l. 4. §. Chrysogonus. ff. de verbor. oblig. Boer. decis. 295. in fin. Suarez. in l. post rem iudicatam. ff. de re indic. & Mut. in d. cap. rit. 114. num. 33. vbi*
51 *ex Podio* inquit, esto tota essent scripta manu aliena, dummodo quod probetur de voluntate eius fuisse subscripta, qui debebat se subscribere, sed hic constat de mandato in ipsa subscriptione, nam subscribens dicit se subscribere de mandato sponsæ, & ipse de Biasini approbauit, & confessus est ipsa capitula, & cōsequenter ipsam subscriptionem, ex quo fecit illas confessiones, vt supra ostenditur, & fecit actum assertæ retentionis, vigore capitulorum matrimonialium existentiū in posse ipsius
52 de Aquilera, vnde semel approbatum non licet amplius impugnare, *ex d. l. si quis testibus. C. de testib. & alijs supra allegatis.* erit igitur recte concludendum cessare dictam decisionem *Milan.* ex quo, vt est ostensum,

fuit

fuit dos assignata pro legitima. Item filia non consentijt, item pater fuit præmortuus filiæ, & sic dos transiuit in legitimam at secus in casu isto, in quo filia fuit præmortua patri, vnde dos semper retinuit naturam dotis, in qua potuit imponi omne onus, vt supra fuit comprobatum, & in casu isto non fuit facta assignatio pro legitima, item & consentijt pacto adiecto in ipsis capitulis matrimonialibus, vt latissimè est dictum.

Nec minus obstat *Dominus Cardin. Tusc. conclus. 214. lit. L. num. 2. vbi alleg. Angel. de gambell. de Aret. in cons.* 81. quoniam
53 eius dictum debet intelligi secundum doctrinam *Angel.* vt inquiunt *Roman. in cons. 76. num. 8. vers. præterea attendatis. Decc. cons.* 188. *Tusc. in lit. D. conclus. 544.* vbi
54 idem dicit, quando allegat ll. quod secundum eas debet intelligi, ex *Roman. in cons. 211. col. fin. num. 5. vers. quo ad vltimum & ibi addict.* & idem dicit de *glos.* allegante
55 aliquam legem vel Doctores, quod secundum eum intelligitur, *ex Bart. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liberat. legat. Surd. cons.* 191. *nu.* 22. Si igitur consideramus, prout debemus considerare *cons. d. Angel.* non merebatur allegari in præsenti casu, nam dos data filiæ in casu suo ex forma statuti Ciuitatis Anconæ successit loco legitimæ, & filia stante dote est exclusa à successione, & etiam à supplemento ipsius legitimæ, & non solum ipsi filiæ ex forma dicti statuti dos est loco legitimæ, sed etiã filijs ipsius filiæ, quibus nihil competit aduersus bona Aui, ita disponente statuto,
56 vnde inquit ibi *Angel.* quod non potuit imponi onus ipsi doti, quæ successit loco legitimæ per patrem & maritũ, & si quod onus fuit appositum non valet, allegando *d. l. quoniam in prioribus*, vt videri potest ex toto *cons.* & præcisè *in num.* 25. *vers.* 4. hoc probatur cum sequentibus *num.* 31. & videtur concordari cum casu *Milan. in d. decis.* 11. & ad corroborationem, quod doti, quæ fuit loco legitimæ data non possit imponi onus, addo *Cin. in l. vnica. §. videamus. in fin. C. de rei vxor. act. Bart. in l fin. §. filiæ ff. delegat. 2. & ibi Bald. & Castrens. & idem Bald. & Salic. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam. Castr. & Alex. in l. à filia. ff. ad Trebell. Roder. Suarez. repetic. l. quoniam in prioribus in* 12. *ampl. C. de inoffic. testam. Vasqu. tract. de succes. lib.* 1. *§.* 10. *nu.* 259. *& post alios Brun. tract. quod stantib. masculi. fæm. non succed. artic.* 11. *num.* 48. 49. *& 50. & Menoch. cons.* 238. *num.* 56. *qui allegat Angel. Aretin. d. cons.* 81. Præterea si rectè legatur pactum restitutionis est, *in d. cons. Angel.* 81. vt reddatur dos patri dotanti, vel cui de iure ius, & casus restitutionem dederit, per quæ verba colligitur, quod si dotãti est facienda restitutio ipsi fiet, sin verò secundũ casum quod erit tunc temporis lex disponet, quod restituatur viro, vtique viro debet fieri restitutio, nam hęc verba, cui ius, & casus restitutio-
57 nem dederit propriè significant ius commune, & secundum iuris communis prouisionem. *ita Bald. in cons.* 31. *num.* 2. *vol.* 3. *vbi alleg. text. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & text. in §.* 1. *& 2. instit. de iur. natur. gen. & ciuil. Castr. cons.* 11. *vol.* 1. *Nat. cons.* 14. *in fine. Surd. cons.* 196. *num.* 50. *vol.* 2. at de iure si morietur vxor vtique
58 patri dotanti fiet restitutio. *Zabarell. cons.* 152. cùm dos ob mortem filiæ ad dotantẽ debet redire, *l. dos à patre profecta. C. de iur. dot. Tusc. conclus.* 777. *num.* 70. *lit. D.* Sin
59 verò moritur vxor relictis filijs, vtique filij succedunt, *ex constit. Martin.* vt inquit *glos. in. d. l. dos à patre profecta. C. de iur. dot. §.* 1. *instit. de hæred. quæ ab intest. & in §.* 1. *in auth. eodem. tit. Bald. cons.* 223. *lib.* 5. *vers. sed quando primus. Tusc. d. concl.* 777. *num.* 66. *&* 70. *lit. D. Bart. in l. post dotem. num.* 27. *ff. solut. matrim. Alciat. respon.* 299. *num.* 1. *Ludou. conclus.* 11. sin verò exinde
60 moriuntur filij remanente patre, tunc aut illa dos fuit data loco legitimæ, & ex quo est proprium patrimonium filiæ, vt considerat. *Angel. Aret. in d. cons.* 81. *num.* 17. transmisit ad filium suum, vt proprium patrimonium, & tunc ob mortem filij succedit pater tanquam bona propria filij, *auth. defuncto. C. ad Tertull.* Aut vero in
61 constitutione dotis est pactum, quod restituatur dotanti, & suis, & illi cui ius, & casus restitutionem dederit, siue eorum omnibus filijs, vel cum filijs, vel cum filiabus omni tempore quo fuerit solutum matrimonium, vt in dicto casu *Angel.* & tunc intelligitur dotanti si moritur filia sine filijs vt declarat *Tusc. in d. conclus.* 777. *num.* 18. *litt. D.* si moritur cum filijs, tunc succedunt filij stante pacto, quia ita euenit casus, &
62 sic pater restituit dotem in casu illo filijs suis, stante pacto, & illis est facta promissio restituendi, quia illi ius & casus dedit restitutionem, vt legi poterit, *Angel. in nu.* 35. *vers. nec obstat.* & cum non venit primus casus ob mortem vxoris sine filiis, sed venit casus mortis vxoris, cùm filiis fuit facta restitutio filiis, & inde ob mor-

tem filiorum succesſit pater in dicta dote, quæ fuit effecta patrimonium proprium filiorum ſtante pacto, vt inquit *Angel. nu.* 17. & 35. & iſti ſunt duo caſus *d. conſ. Angel. num.* 81. & ſi rectè legatur non tractat *Angel.* quod pater ſuccedet in legitima filiæ defunctæ, ſed in tota dote, quatenus dicit legitima, eſt, quod illa tota dos ſucceſ ſit loco legitimæ ex forma illius ſtatuti, vt legi poterit. Aut eſt conſtituta dos ſimpli-
63 citer, quæ non ſucceſsit loco legitimæ, vt in caſu, quo verſamur, & tunc dos regulariter eſto ſint filii debebat reſtitui dotanti, vt *d. l. dos à patre.* & ſtante conſtitutione Martini ipſis filiis, *vt ibi dicit gloſ. & DD. ſupra allegati num.* 59. pacto autem inito, quod moriente vxore ſine liberis,
64 per quod illis exiſtentibus ex tacito pacto reſultante, ex dicto expreſſo remanet dos apud patrem pro filiis, vt inquit *Iuriſconſ. in l. inter ſocerum. §. cum inter patrem. ff. de pact. dotal. Gabr. conſ.* 58. *num.* 3. *vol.* 1. *Caſtrenſ. conſ.* 39. *nu.* 1. *vol.* 2. tamen mortuis filiis poſt matrem ceſſat dictum beneficium, & dos reuertitur ad Auum dotantem, *Bald. in auth. ſed ſi quis. num.* 18. *verſ. tertius caſus. C. de ſecund. nupt. & poſt eum latè Socin. iun. conſ.* 114. *num.* 23. *& ſequentibus lib.* 3. *Menoch. conſ.* 1132. *num.* 7. *lib.* 12. *Honded. conſ.* 63. *num.* 124. *vol.* 1. *qui refert tex. in auth. de nupt. §. quoniam infirmus. & Ludouic. d. concluſ.* 11. vbi dat rationem, quia cum hoc beneficium detur patri occaſione filiorum, mortuis filiis ceſſat dictum beneficium; aut eſt conſtituta ſimpliciter, cum pacto, quod moriente ſponſa cum filiis, & inde morientibus filiis ab inteſtato ſponſus promiſit reſtituere dotes, vt in præſenti caſu, tunc mortuis filiis poſt mortem matris tenetur reſtituere integras dotes, ita clarè colligitur ex *Caſtrenſ. d. conſ.* 39. *nu.* 2. *part.* 2. vbi inquit non procedere ex pacto, quia non de hoc fecerant pactum, ſed in caſu ſuo procedere ſtante ſtatuto, vnde ſi feciſſent pactum vtique ex pacto fuiſſet ob mortem filiorum pater obligatus reſtituere dotes auo dotanti, rationes ſunt clariſsimæ, quia
65 pactum á iure eſt permiſſum, ideo eſt obſeruandum, *l.* 1. *& l. iuriſgentium. §. Prætor agit. ff. de pact.* & non licet recedere à verbis pacti, *Iaſ. in l. ſi Stipulatus. §.* 3. *ff. de verbor. oblig. Dec. in conſ.* 98. *num.* 1. *& conſ.* 312. *col. fin. Bero. in conſ.* 143. *nu.* 17. *vol.* 1. *Neuiz. in conſ.* 11. *num.* 10. *& in conſ.* 66. *num.* 18. & pacta appoſita in con-
66 tractu dotis valent, & ſunt ſeruanda, niſi reperiantur expreſſè prohibita, *l.* 1. *§. illud. C. de rei vxor. act. Dec. conſ.* 265. *num.* 2. *lib.* 1. & ea præcipuè, quæ fauent reſtitutioni dotis, *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* & in ſpecie, quod pater, vel alius qui dat dotem poſsit in ipſa conſtitutione ſtipulari illius reſtitutionem in certis caſibus eſt *tex. in l. quoties pater. ff. ſolut. matrim. l. ex morte. in fin. ff. de pact. dotal. l. auia. C. de iur. dot.* Et quando pactum apponitur in ipſa reſtitutione dotium res videtur abſoluta, vt per *Bald. Nouell. in tract. de dot. part.* 7. *in* 11. *ſpecial. limitat.* 10. vbi tamen intelligit procedere ſolum, quando mulier
67 ante virum decederet, idem eſt in extraneo dotante, qui poteſt abinitio paciſci de dote ſibi redenda, *d. l. vnica. §. accedat. C. de rei vxor. act. Bald. Nouell. vbi ſupra limit.* 4. & ratio eſt, quia quilibet intradictione
68 rei ſuæ poteſt legem quam vult apponere, *d. l. intradictionibus. ff. de pact. argum. l. in re mandata C. mand.* qui enim poteſt actum
69 facere, poteſt & illum qualificare, *l. videamus. §. penult. & in l. in actionibus. in princ. vbi Iaſ. ff. de inlit. iur.* & cũ habeamus prouiſionem legis, & hominis, tanto magis dicitur facta prouiſio in fauorem Clientis
70 quia quando concurrit lex & homo, augetur prouiſio, *l. quoties. ff. de act. & oblig. Bart. in conſ.* 13. *Tuſc. concl.* 951. *num.* 22. *& 31. litt. P.* Et tandem cum habeamus deciſionem in puncto *Vinc. de Franch.* 491. comprobatam dictis rationibus, & authoritatibus nihil eſt quęrendum, ſed vere, & realiter decidendum, quod oppoſitiones non admittantur,

Nec minus obſtat, quod renunciatio legitimæ requirit ſpecificam mentionem, quoniam reſpondetur, quod patri nihil competit, tum diſpoſitione iuris, tum etiã ſtante pacto ſuper dote, vt eſt oſtenſum, &
71 tunc competit legitima patri, in ò & tota ſucceſsio in bonis filii, quando bona ſunt patrimonium filiorum, & ſic in bonis propriis filii; at hic non ſunt patrimonium filiorum, vt fuit oſtenſum, & in eo caſu legitima requirit ſpecificam mentionem,
72 quando filius tempore renunciationis ſuc
73 ceſſerat, quando verò habebat ſpem de futuro, tunc non requiritur ſpecialis mentio ſed venit in generali, *Ruin. conſ.* 97. *nu.* 4. *& ſequ. vol.* 1. *Becc. in conſ.* 34. *num.* 16. *idem Tuſc. ex aduerſo alleg. in d. concluſ.* 214 *in litt. L. limit. fin. num.* 107. vbi aſsignat rationem, quia facilius renunciatur iuri de futuro in ſpe, quàm iuri quæſito.

Nec tamen obſtat, quod vltimo loco dicebatur matrimonium inter ipſum Marianum Lombardo, & quondam Simonetã

matrem

matrem dictæ Lucretiæ esse ad vsum Messanę, & tempore quo fuit nupta ipsa Lucretia, mater eius erat mortua, & sic habebat de communibus bonis duas tertias portiones, alteram filialem, alteram maternam, & pater dotando, quod dicatur dotasse ad extinctionem dictarum portionum ipsius Lucretiæ, & in terminis nostri
74 statuti, quod pater solus dotans non dicitur dotasse de proprio, sed de bonis communibus, vt dicunt multi DD. allegati à *Nepit.* quos ipse sequitur in *tract. super consuet. clariss. Vrbis Catinæ, tit. 25. nu. 10. cum multis, vbi alleg. Rolan. in cons. 91. vol. 1. & Natt. in cons. 93. vol. 1.* Respondetur, quod contrarium tenent *Berou. cons. 190. num. 23. & 69. lib. 1.* vbi referendo multos DD. dicit hanc esse magis cõmunem opinionem, *Soc. cons. 46. num. 11. lib. 1. & cons. 291. num. 2. lib. 2.* qui dicit magis communem, *Ias. Alex. Roman. Butr. & alij, quos refert, & sequitur dicens magis communem. Dom. Cardin. Tusc. concl. 283. litt. S. num. 19. & Corn. cons. 58. num. 10. lib. 4.* dicit, quod licet pater dotet filiam, & intelligitur de cõmuni dotasse, procedit du-
75 rante societate, sed in fine societatis pater in partem suam debet imputare, pro vt etiam inquit *Tusc. vbi supra, num. 22.* post hæc scripta vidi *Giurb. ad stat. Vrbis Messanæ cap. 3. glos. 6. à num. 49. vsque ad nu. 55. lib. 1.* Secundò respondetur, quod *Nepit. & Doctores ab eo allegati loquuntur,* quando durat matrimonium, nam dicunt, quod non est iustum, quod solus pater dotando dotet de suo, cum quicquid acquirit, commune sit, sed quod dicatur dotasse de toto cumulo societatis, & sic de parte patris, sicuti matris, sicuti etiam filiorum, quæ ratio cessat resoluta societate ob mortem vxoris, & dato transitu ad secunda vota, nã tunc quicquid acquirit pater, nõ est cõmune, cum filiis primi matrimonii, vt clarè disponitur in statuto Vrbis Messanæ in capite septimo, & non est in eius potestate dotando de communi cumulo dotare plus vni quàm alteri, quia resoluta est societas, & talis potestas est data durante societate, vt ex statuto cap. 2. ibi (pater, & mater viuentes) nã si alii filii grauantur de tali dotatione sororis, releuantur tamen, quia durat societas, & quicquid acquirit, communicatur, quod cessat resoluta societate ob mortem matris, & transitum patris ad secunda vota, vt est dictum. Vnde, postquam est clarum de iure, quod si pater habet penes se dotem matris, & simpliciter dotat filiam, talis dos non cadit pro solutione dotis maternæ, nec pro legitima, quod competit filię in bonis patris, ex iuribus, & authoritatibus supra allegatis, & cum tertia
76 portio, quæ competebat filię est loco legitimæ, *ex Bald. in l. maximum vitium. nu. 13. C. de liber. præter. Abb. in cons. 63. vol. 1. Nepit. in consuetud. ciuitatis Catinæ, tit. 3. nu. 123.* Et porcio materna est loco dotis
77 maternæ, & habet omnia priuilegia dotis, faciunt notata per *DD. in l. auia. C. de nouat. & in l. sticum. & l. emptor. eod. tit. & in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testam. lib. essi. iust. fue. Io. de Imol. in cons. impresso in consuetud. Catinæ per Nepit. fol. 92. num. 39.* Est verum dicere esse in terminis dispositionis iuris communis, cum Marianus non solum post mortem matris Lucretiæ duxerat secundam vxorem, sed tempore quo ipsam nupsit cum isto de Biasini ad tertia vota conuolauerat, & quod finita societa-
78 te non dicatur dotata de communi cumulo, tenet in puncto *D. Card. Tusc. d. concl. 283. lit. S. num. 20.* Additur præterea, quod Cliens pater, qui dotauit Lucretiam filiam, ex quo pactitatus est sibi restitui
79 dotem in casu restitutionis dicitur dotasse de proprio, non autem de bonis societatis, vt inquit *idem Tusc. d. concl. 283. num. 29. lit. S. vbi alleg. Alex. cons. 176. nu. 16. vers. his tamen non obstantibus. l. b. 4.* vltra, quod esto essent in specie dotata de suo tertio filiali, & materno, tamen quia ipsa non disposuit, & pater se exclusit stante pacto à successione filii, sumus in terminis *Neapod. & Franch. in d. decis. 491.*

Ex quibus omnibus cõcludo fore decidendum in fauorẽ Clientis. Messanæ die 15. Octob. 1613.

Messanæ 1613. per Curiam Straticotialem fuit decisum per duos Iudices contra Clientem, idem fuit confirmatum in appellatione.

De mense Octobris 1614. die 25. per Magnam Regiam Curiam fuit decisum in fauorem Clientis, præter quoad vnc. 50. de quibus vxor poterat disponere.

De mense Octobris 1616. per Tribunal Consistorii fuit decisum, quod stent oppositiones contra Clientem, & prosecuta causa oppositoria de Mense Septembris 1618. in eodem Tribunali Regii Consistorii fuit decisum in fauorem Clientis, præter quoad vnc. 50. de quibus vxor poterat disponere, & partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor cum clausula, vt Bancus nihil potest excipere, idē in pacto de nō opponendo. n. 51.*
2 *Executiuè agitur per obligationem factam penes acta Curiæ.*
3 *Iudiciū debet constare Iudice, Actore, & Reo.*
4 *Fideiussio requirit stipulationem, assignatur ratio, nu. 5. intellige vt nu. 12. assignatur ratio, num. 13. 16. 17. 18. 19. & 25.*
6 *Actus præsumitur factus ad instantiam illius cuius interest, idem in citatione, nu. 7. idem in mandato Iudicis, nu. 8. & 48. idem vbi fiunt impensæ num. 47.*
9 *Fideiussor dicitur fideiussisse pro causa, & ad instantiam illius qui erat carceratus.*
10 *Stipulatio recipit interpretationem à causa antecedenti.*
11 *Actus præsumitur factus in executionem præcedentis causæ, & personæ.*
14 *l. cū ostendimus. ff. de fideiuss. tutor. declaratur.*
15 *Officialis potest alteri stipulari in ijs, quæ spectant ad eius officium.*
20 *Fideiubere quis potest, etiā per epistolā, ita etiā & iure Regio Hisp. n. 21. ita etiā in Regno.*
23 *Fideiussor, si non erat habilis tempore quo fuit receptus, tenetur Actuarius. Secus si sit de voluntate partis. num. 24.*
26 *Fideiubendi quinque sunt modi.*
27 *Stipulatio non requiritur in expromissore.*
28 *Actus vt valeat, semper capienda est talis interpretatio.*
29 *Fideiussor in vno Tribunali non tenetur in alio intellige vt nu. 31. 32. 41. 42. & 45.*
30 *Actus factus de mādato delegati ab eo exequitur, vel à delegante, intellige vt n. 43. & 44.*
33 *Senatus cogit debitores Vrbis ad soluendum, illosque carcerat, & facit distrahere eorum bona, immò destinat commissarios.*
34 *S. E. & M. C. quando sunt in Vrbe concurrunt cum omni Magistratu, & potest quamcunq; causam nondum inceptam delegare cuilibet officiali, & in recessu remanent in hac Vrbe illi officiali, cui competebat num. 35. etiam & executio ipsius si fuit decisa num. 36.*
37 *Prouisio facta per M. C. quod procedatur arbitrio ipsius ob recessum tale arbitriū remanet officiali, cum quo concurrit, affertur ratio, num. 38. referuntur casus. num. 39.*
40 *Appellatio à sententia Curiæ Senatus fit ad Tribunal patrimonij, etiam de causis inceptis in patrimonio, & remansis ob recessum.*
46 *Voluntas Principis qualis fuit declaratur ex actu subsecuto, idem in alijs personis, nu. 49.*
50 *Paria sunt præsentare actum minus legitimum & non præsentare.*

ARGVMENTVM.

Fideiusio an requirat in eius stipulatione præsentiam vtriusq; partis, & an possit per epistolā fieri, & an fideiussor in vno Tribunali teneatur in alio, & an executio sentētiæ prolatæ per M. R. C. vel Tribunal Patrimonij, vel alium Delegatum S. E. dum est in Vrbe, ob recessum remaneat illi Tribunali, cū quo cōcurrit.

CONSILIVM XX.

IESVS MARIA.

Vnt nōnulli anni, ꝙ veniens q̄ā nauis onusta frumēto pro seruitio istius Vrbis valida maris tēpestate appulit Insulā Zantis, vbi fuit retēpta, & exoneratū frumentū ꝓ seruitio illius populi, vnde Illustriss. Senatus stātibus literis S. E. sub visione Trib. Reg. Patr. ad extinctū candelæ cōstituitius liquidādi, & exigēdi d. p̄tiū, & vltim⁹ licitator fuit Antonius Patè, q. exinde per actū publicū in anno 1606. cōtraxit cū dicto Senatu ꝓmittens infra 4. menses ire, vel mittere personā in d. Ciuitate ꝓ effectu prædicto, qui terminus fuit ꝓrogat⁹ ad alios menses 2. quibus elapsis se obligauit, exinde post alios menses 18. depositare in Tabula nūmularia hui⁹ Vrbis ad nomē D. Thesaurarij pretiū dictorū frumentorū, & vltra alias vnc. 183. elapsis exinde, 5. annis, cùm S. E. cū Tribunalibus ad hanc venisset Vrbē deputauit in visione cōputorū istius Vrbis Illustr. Don Ferdinacum Matute meritissimum Consultorem, qui inter alios videns præfatū de Patè debitorē, illū sub die 6. mensis Octob. 1611. carcerari fecit absq; nota, quę fuit declarata statim assērēdo esse carceratū ꝓ causa cōtēta in cōtractu p d. de Patè inito cū d. Senatu, exinde sub die 8. eiusdē mēsis p̄fatus Cōsultor sup incartamēto terminauit ꝙ solutis pro modo vnc. 237. 14. excarceretur, & præstet præfatus de Patè de se præsentādo ꝓ scutis 4000. ad omne mādatū ipsius Consultoris, qui ꝓ adimplemēto depositauit d. sūmā, & ꝓ alia scut. 4000. præstitit iuxta formā dictæ ꝓuisionis, & fuit sibi facta iniunctio de apportādo liquidationē infra sex menses, inde ob recessū S. E. & dictorū Tribunaliū causa remansit corā Senatu Iudice ordinario, in cuius officio fuerūt relictæ scripturæ ꝓuisæ per d. Illustrem Cōsultorē, & inde ad nonnullos menses præfatus de Patè stāte iniunctione sibi facta de ordine dicti Cōsultoris de apportāda fide præsentauit quādā fidē in officio d. Senatus prætendēs esse in executionē d. iniūctionis, & cū esset elapsi anni, & mēses, Senatus iniungi fecit,

Anto-

Antonellum de Franchis fideiussorem dicti de Patè ad præsentandum, vel ad soluendum dictos scutos 4000. per quem fuit oppositum de nonnullis, quæ tanquam friuola fuerunt, ad instantiam Domini Sindici missa ad effectum, quod reijciantur, & ex parte contraria ad contrarium effectum quod stent, & in rei veritate clarissimè ostendam dictas oppositiones esse reijciendas. Apparet quandoquidem de obligatione facta per ipsum fideiussorem cum sti
1 pulatione de præsentando ad omne mandatum cum pacto de non opponendo cum clausula, vt Bancus, quo casu promittens non potest aliquid excipere, sed semper, & perpetuo remanet obligatus, & ad simplex mandatum Curiæ debet omnia adimplere iuxta Regni capitula sub Serenissimo Alphonso Rege, *& post Boer. & alios tradit Muta consuet. Panormit. cap. 22. nu. 39.* & in terminis iuris communis, quod obli-
2 gatio, & promissio de præsentando facta penes acta Curiæ habeat executionem paratam, & operetur, ac si promissor fuisset per sententiam condemnatus, dixit. *Afflict. in constit. Baiulus si furem quæst. 2. nu. 3. Franch. decis. 200. nu. 22. Carauit. rit. 128. nu. 1. & 2. Muscatell. in sua prax. fideiussor. part. 1. modo 16. num. 7.*

Nonnulla ex aduerso adducebãtur, primò, quod iudicium debet ex tribus con-
3 stare: Iudice, actore, & reo, & in fideiussione præstita non constat de actore ad instãtiam, cuius appareat præstita fideiussio. Item nec est stipulatio pro parte Ciuitatis nec nemo pro ea acceptauit, cum præcipuum sit in fideiussoris obligatione, quod
4 ea fieri nequeat, nisi accedat stipulatio, *l. Blanditus. C. de fideiuſor. l. 5. §. satis acceptio. ff. de verbor. oblig. & ibi scribentes Aret. Inst. de fideiussor. in princ. Afflict. decis. 39. num. 1. Cephal. cons. 437. num. 15. &* 37. subdens rationem, quia fideiussor prin-
5 cipaliter non agit contractum iurisgentiũ, sed accessorie obligatur propter alium, & obligatione diuersa, ac separata à principali obligatione, & ideo non obligatur pacto nudo, sed est necessaria stipulatio, alia iura, & authoritates affert *Hering. d. tract. de fideiussor. cap. 11. num. 1. 2. & 3.*

Quoniam respondetur, quod cum constat in facto, quod Antonius Patè fuit carceratus pro causa contenta in actu facto inter ipsum cum Senatu, & fideiussionis per eum præstitæ in dicto officio, non est dubium, quod dicitur carceratus ad instãtiam Sindici ipsius Vrbis, quia constat, quod pro causa contractus erat carceratus, quæ ad Sindicum spectabat, & actus
6 præsumitur ad instantiam ipsius actus, cuius interest, *Aret. in cap. 1. col. 3. de iu-*
7 *dic.* vbi inquit, quod citatio præsumitur facta ad instantiam partis, cuius interest, sequitur alia congerens *Felin. in cap. sicut. col. antepenult. vers. fallit quinto. de re iudic. Nacti. cons. 236. nu. 3. Rimin. iun. cons. 243. num. 33. vol. 3. Rip. l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 97. ff. de damn. infect.* vbi inquit
8 iudicem ordinantem aliquem actum, præsumi illum fecisse ad partis instantiam;
9 item fideiussor præsumitur fideiussisse pro causa, & ad instantiam illius, pro quo erat carceratus, & fuerat tractatum in actu præcedenti maximè, quando incontinenti fuit insequutus actus, prout hic, quod erat carceratus fuerat subsequuta prouisio quod pro debito vnc. 1600. prestet, inde fuit præstitum, & eodem die excarceratus prout dixerunt *Alex. in cons. 25. col. fin. & in cons. 197. num. 12. lib. 2. & cons. 90. lib. 3. num. 9. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 49. num. 4. & lib. 6. cap. 12. nu. 10. Decian. respons. 72. num. 8. vol. 2.* stipula-
10 tio enim, & promissio recipiunt interpretationem â causa antecedenti, *glos. in verb. cogitauerit. in l. triticum. & ibi Bart. & Alex. num. 5. ff. de verbor. obligat.* & à primordio tituli posterior formatur euentus, *l. 2. C. de imponen. lucratiu. descript. latè Menoch. de præsumpt. lib. 3. d. cap. 49.* & actus præsu-
11 mitur factus in executionem præcedentis personæ, & causæ, *glos. in l. quædam mulier. & ibi Bart. Alber. Angel. & Castrens. ff. de reuendicat. Grauet. cons. 226. nu. 5. & cons. 231. num. 13. Octau. decis. Pedamont. 51. num. 17. Menoch. d. tract. lib. 2. cap. 74. nu. 3. & cap. 134. num. 30. lib. 3. Caroc. decis. 113. num. 16. cum multis,* & vbi stipulationem præcesit persona, ad quam stipulatio, vel promissio referri possit, ad eam refertur, *glos. & DD. in d. l. triticum. ff. de verbor. obligat. Felin. in cap. si cautio. num. 14. 12. fallentia extr. de fide instrum. Cephal. cons. 108. nu. 1. 2. & 3. lib. 1. Eman. Suarez. lib. 1. obseru. cap. 25. & in comm. opin. lit. S. nu. 104. Io. Goddeus de contrah. stipulat. cap. 3. num. 74. 75. 76. 77. & 78.*
12 quod autem in fideiusione præstita non sit necessaria præsentia vtriusque in stipulatione, in fortiori casu loquitur *Iurisconsult. in l. cum ostendimus. § fin. ff. de fideiussor. tutor. & l. si is, qui. §. fin. ff. de inoffic. testam.* dum inquit, quod si Titius in iudicio, vel in negotio presens à Meuio debitore fideiussor nominatur qui tacet, & pa-

titur eius nomen in acta reduci, quod in casu isto tenetur Titius, ac si iure legitimo stipulatio fuisset interposita, videlicet ac si præcessisset interrogatio, & fuisset subsequuta responsio, idem voluit *Menoch. de præsumpt. lib. 2. cap. 62. num. 4. & 5. Hering. de fideiussor. cap. 7. num. 51. & sequ.*

13 idque ob vim iudicij, apud quos fideiussor passus est se describi, & obligari: *ita Bal. in l. ea quidem. num. 6. C. de accusat. Menoch. d. cap. 62. lib. 2.* igitur si respectu fideiussoris, qui se obligat, & facit actum damnosum, & præiudicialem præcedit talis dispositio, multo magis respectu eius, in cuius fauorem recipitur fideiussio, nam respectu istius agitur de eius commodo, respectu verò fideiussoris de incommodo, & licet nonnulli teneant, prout *Camill. Borrel. controuers. 47. num. 81. Gamm. decis. Lusit. 300. num. 2. & alij relati ab Hering. d. tract. num. 54. cap. 7.* dispositionem *d. l. cum*

14 *ostendimus.* procedere tantum in fideiussoribus tutelæ, fauore minorum, tamen veritas est in contrarium, quod generaliter procedit in omni casu, *Barbat. cons. 81. col. 5. part. 1. Bal. cons. 204. vol. 1. Viu. opin. 111. verb. fideiussor. lib. 2. Boer. decis. 314. Bursat. cons. 193. nu. 52. lib. 2. Fului. Paccian. lib. 1. cap. 29. num. 33. & sequ. cum alijs relatis ab Hering. vbi supra, & in numeris seq.* vbi mouetur ob vim, & calorem Iu-

15 dicij, eo maxime, quod officialis potest alteri stipulari in ijs quæ spectant ad officium suum, vt dixerunt *Cuman. cons. 182. nu. 2. & D. Cardin. Tusc. conclus. 703. num. 20. 22. & 30. litt. r.* Vnde cum fuerit præsens officialis, dicitur per eum factam fuisse interrogationem nomine partis, & per consequens acceptasse illum fideiussorem, tanto magis cùm simus in causa Vniuersitatis, quæ fauorabilis est, & licet præcipuè fide-

16 iussionis forma in stipulatione consistit, illa ipsa tamen stipulatio interuenisse censetur, si scriptum sit in instrumento fideiussionis, fideiussum esse, *l. sciendum. ff. de verbor. obligat. l. penult. C. de fideiuss. §. fin. instit. eod. tit.* & ratio est quoniam stipulatio in

17 fideiussione est sollemnitas intrinseca, quę semper præsumitur, *Bart. Angel. & DD. in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. l. Titia. §. fin. ff. de verbor. obligat. alios refert. Hering. cap. 11. num. 111. cum sequ.*

Præterea, quod stipulatio, & præsentia

18 vtriusque contrahentis in fideiussionibus requiratur, procedit stricto iure, sed de æquitate, & respectu commerciorum, ac communis vtilitatis, præsertim hodiernis temporibus aliter procedit, nam etiam in-

19 ter absentes talis fideiussio, & promissio valet, vt de consuetudine notoria, testatur *Dionis. Gothofred. in l. si vltra in glos. K. C. de*

20 *fideiussor.* asserens epistola fideiussorem constitui posse. ita dixit *Iurisconsult. in l. Lucius Titius. ff. de fideiussor. & Hering. d. tract. de fideiussor. cap. 11. num. 66. 76. &*

21 83. vbi dicit, quod etiam hodie iure Regio Hispano, etiam inter absentes talis fideiussio, & promissio valet, vbi post *Gregor. Lopez. Ioann. Matth. & Alphons. de Azeued. refert Anton. Piccard. in §. Item verborum. num. 5. instit. de inutilib. stipul. & idem in num. 86. vers. nec obsterrere;* & quod omnes fideiussiones tam in hac vrbe, quã

22 in toto Regno sint præstitę absentibus partibus, nemo est, qui nesciat, nam quando debitor est carceratus, & obtinet mensem de redeundo cum fideiussione, aliàs de soluendo debitum tales fideiussiones (legantur in omnibus actis) sunt tantum præstitæ absentibus partibus, & fideiussor re-

23 ceptus stat periculo actuarij, qui illum recipit *Ioseph. Ludou. decis. Lucc. 33. num. 1. & sequ. part. 1.* vbi testatur communem practicam totius mundi. *Clar. §. fin. quæst. 46. nu. 12. vers cæterum debet index. Farin. quæst. 33. nu. 88 Ioan. Baptist. Costa. de fact. scient. cent. 2. distinct. 5. num. 1.* nam si esset in vim stipulationis præcedente interrogatione per creditorem, & responsione per fideiussorem, vt est de natura stipulationis, vtique fideiussor staret periculo prin-

24 cipalis, tanquam de eius voluntate receptus, non autem actuarij, dixerunt *Ludou. vbi supra nu. 16. Farin. d. quæst. 33. nu. 92. & Costa in nu. 2.* ex quibus clarissimè colligitur, cum dicunt fideiussionem captam absente parte, non præiudicare parti, si fideiussor non sit soluendo, sed teneri actua-

25 rium, qui recepit, quod fideiussio potest præstari absentibus partibus, & sic non requirit stipulationem ex præsentia vtriusq; partis, sed sufficere obligationem, & promissionem factam per fideiussorem receptam per actuarium, & hæc cùm sint quotidiana, ridiculum est ea in medium adducere in vim controuersiæ.

26 Præterea quinque sunt modi fideiussionis, vt numerat *Glos. in l. in personam. §. qui pecuniã. ff. de pact.* inter quos est expromissio, & in expromissore non requiritur

27 stipulatio. *ita Bal. in d. §. qui pecuniam.* vbi quando *Glos.* facit mentionem de quinque modis fideiussionis, & facit mentionem de fideiussione *Bal.* subdit, & hic requiritur stipulatio, quasi in quatuor alijs modis intercedendi, & ita in expromissione non

requiratur

requiratur, & clarius dixit *Paul. de Castr. consil. 136. num. 5. vol. 1. Berou. consil. 199. col. penult. & fin. num. 8. lib. 1.* vnde dicetur iste de Franchis expromissor ad hoc, vt
28 actus valeat, cùm semper sit capienda interpretatio pro validitate actus, *l. quoties la secunda ff. de reb. dub. ff. de verbor. obligat. & ff. de reg. iur. Caroc. decis. 31. nu. 5. Ludouic. decis. Perus. 1. num. 9. Thesaur. decis. Pedam. 269. nu. 10. vers. denique cum simus.*

Additur, quod est verisimum, quod in debitis ipsius Vrbis proceditur ex officio, vt notissimum est omnibus. Quoad secundum, quod iste de Franchi fideiusit in officio Illustris Consultoris Deputati per S.E. in visione computorum, & promisit eũ præsentare ad omne mandtũ dicti Domini Cõsultoris, vel soluere dictas vnc. 1600. & licet hodie sit iniunctus non de mandato D. Consultoris, sed de mandato Senatus,
29 vnde fideiussor in vno Tribunali non tenetur in alio, *l. 3. & l. cum apud. ff. iudic. solu. l. non à iudic. §. 1. ff. de iudic. Roll. Auall. consil. 58. num. 11. vol. 1.* maximè, quod est delegatus iudex, & expressit nomen proprium ipsius Consultoris, vnde vel debe-
30 bat iniungi de mandato dicti Consultoris, vel de mandato S. E. qui delegauit, *Gabr. de fideiussor. concl. 4. Roman. consil. 468. Imol. consil. 47.*

Respondetur, quod prædicta habent locum in prorsus diuerso Tribunali, videlicet, quis conuenit Clericum coram sæculari, vbi dedit fideiussorem, inde conuenit coram Episcopo, est clarum, quod fideiussor datus in Tribunali Iudicis sæcularis, non tenetur pro condemnatione facta coram Iudice Ecclesiastico, & in his terminis loquitur *text. in. l. non à Iudice §. 1. ff. de iudic. & l. 3. ff. iudicat. solu.* & hic est
31 tertius casus positus *à Thesaur. in decis. 202 num. 13.* verum quoties fideiusio est præstita coram officiali, ob cuius recessum remanet causa corã ordinario loci, ex quo ab initio causa erat ipsius ordinarij, & stante præeminentia illius officialis concurrentis cum Ordinario, potuit cognosci ab illo, tunc ex quo non dicitur diuersum Tribunal, nec diuersus Magistratus, sed sit vnum & idem Tribunal, nam non mutatur instãtia, cum incepta coram Delegato in his casibus continuetur ob recessum coram ordinario. Item idem libellus, eadem res, & tandem venit ad Iudicem, de quo fuit cogitatum, in casu recessus S. E. & Tribunalium, & venit in consequentiam, & ex natura instantiæ, in qua fuit cautum, vnde
32 talis promissio, & fideiusio facta coram illo Iudice habet effectum coram isto, ex quo primus cognouit vice istius, *text. in. vir bonus. ff. iudicat. solu. Aret. consil. 87. Rod. consil. 58. nu. 13. lib. 1.* & hic erit primus casus, *Thesaur. in d. decis. 202. num. 11.* & clarissimè prædicta considerat *Modern. Pariscen. tract. de diuid. & indiuid. part. 2. nu. num. 536. quem refert, & sequitur. Ludou. Morot. consil. 49. sub num. 1. vers. aut verò inquit.* In facto enim est clarum, quod Senatus Messanensis hunc debitorem de Patè obligatum per contractum publicum poterat coereere ad soluendum debitum, de quo hodie tractatur, & de hoc non est du-
33 bium, quia Senatus debitores illius Vrbis cogit carcerando, & alia faciendo pro effectiua solutione, & destinat commissarios, competit enim ipsi ex multis priuilegijs, & plenum est Archiuium, & infinitæ sunt notæ carcerum, idem quando debitum non est liquidum, sed indiget visione computorum, quia Senatus habet duos visores computorum, qui vocantur li Cõtateri, & vnus est nobilis, alter verò ciuis, & sic quando fuisset causa istius de Patè, de qua debuissent videri computa, vtique erat Iudex competens Senatus, sed hoc est somnium, quia ex forma contractus nulla erat facienda liquidatio, clarissimum est etiam, quod S. E. eiusque Tribunalia, quando sunt in Vrbe concurrunt cũ omni Magistratu ipsius Vrbis, & S.E. quã-
34 cunque causam competentem ordinario loci, nondum inceptam coram ipsis ordinarijs, potest delegare, committere, & deputare cuiuis officiali sibi beneplacito, ita dixerunt *Isern. in constitut. statuimus. de offic. Magistr. Iusticiar lib. 1. col. 3. Petr. de Greg. de Iudic. causar. feud. quæst. 7. nu. 3. quæst. 8. nu. 4. quæst. 15. in fin. Don Nicol. Intrigl. decis. 15. num. 99.* Non enim est difficultas quod ob recessum S. E. eiusque Tribunalium remanent omnes causæ coram eis in
35 ceptæ tam vt ordinarijs officialibus, quàm in dictis causis per S. E. coram ordinariis ipsius Vrbis secundum priuilegia, prout indies videmus in hac Vrbe, & in *consuet. Panorm.* loquitur *Muta. cap. 3. nu. 54. 59. & 68.* vbi loquitur tam in iudicibus ordinarijs Mag. Reg. Cur. & alijs quam etiam in delegatis per S. E. sentit *Intrigl. vbi supra*, immò esto sit decisa causa, dum tamẽ
36 non sit exequuta executio ipsius sententiæ remanet penes ordinarium loci, vt indies videmus, & dixit *Muta. in d. cap. 3. nu. 61. & sequ. vbi allegat Comez. in regul. de annal. possess. quæst. 44. & Ioan. Baptist. Martian. consil. 48. nu. 21.* igitur cum causa ista à principio

cipio erat ipsius Senatus, & poterat per ipsum cognosci, licet fuit per S. E. deputatus Illustris Consultor Protector Patrimonij, tamen ob recessum nõ potuit transportari Panormum obstantibus amplissimis priuilegijs ipsius Vrbis, vnde ob recessum remansit coram Senatu Iudice ordinario in dicta causa, & sic remanent reliquiæ ipsius causæ cognoscendæ, & videndæ per ipsum Senatum, eo modo prout per ipsum Consultorem, ac si essent Iudices præcessores, & indies videmus in prouisionibus factis per Iudices delegatos per S. E. existentem in hac Vrbe, dum prouident in causis, quod procedatur in terminis arbitrio ipsius Iudicis statim ob eius recessum remanet arbitrio ordinarij ipsius Vrbis, cùm successor etiam in arbitrio succedit, *D. Tusc. litt. I. conclus. 396. in princ.* Idem in fideiussoribus in quindena, & in redeundo, nam præstitis coram Magna Regia Curia, seu Iudicibus delegatis per S. E. ob recessum executio, & contrauentio illarum fit coram ordinario istius Vrbis, & vidimus anno præterito in causa Angeli Staiti cum Don Siluio Patti, quæ fuit per S. E. delegata Spect. Laurentio de Archangelo tunc meritissimo Iudici Mag. Reg. Cur. soli, qui ordinauit, quòd non procedatur in causa, vsque ad aliud mandatum ipsius de Archangelo, ob cuius recessum statim Curia Straticotialis ordinauit, quod procedatur in causa, in tantum, quod mandatum illius remansit in Curia Straticotiali, & in anno 1695. tempore, quo habebat visionem computorum quon. Spect. de Mastrilli, qui condemnauit eos, qui habebant curam frumenti, & cum eis Deputatos ipsius peculij ad soluendum summam vnciarum 52. executio dictæ ordinationis fuit facta per Senatum stante recessu, in tantum, quod cum simus in causa ab initio spectante ipsi Senatui, & quatenus Princeps deputauit Consultori, fuit stante eius præsentia, ex quo concurrit cum alijs Magistratibus, & ob recessum causa ipsa remanet ex sui natura coram ipso Senatu, & per consequens sit vnũ & idem Tribunal respectu dictæ causę, taliter quod à sententia, quæ in hac causa profertur appellatur exinde ad Tribunal patrimonij, & fideiussor semper remanet obligatus, esto esset liberatus ab hoc Tribunali, si exinde per Tribunal superius sit condemnatus, cùm hęc sint Tribunalia ad inuicem subordinata, & fideiussio dicitur præstita respectu causæ cum subordinatione ad omnia Tribunalia subordinata, *Vrsil. in addict. ad Afflict. decis. 202. Franch. decis. 320. & 344. Thesaur. d. decis. & post hæc scripta Ricc. & Io. Baptist. de thor. quos cum alijs refert, & sequitur Nouiss. Molfes. ad consuet. Neapol. in addict. ad quæst. 63. nu. 2. part. 4. de succes. ab intest. vol. 2. fol. 167.*

37 38 39 40 41 42

vbi inquit secus esse si causa per viam remissionis tradatur alteri Tribunali diuerso, & subordinato, *ex authorit. Mastrill. decis. 126. num. 10.* igitur ridiculum est dicere, quod fideiussor sit liberatus.

Non obstat, quod sumus in delegato. & per consequens delegans est, qui debet exequi, *l. præcipimus. C. de appellat. Dec. in l. 3. post. num. 3. ff. de offic. eius*, quoniam Doctores loquuntur, quãdo causa est Principis solius, qui auuocando causam ab illo Iudice, & alteri eam delegando mutat non solum personam Iudicis, coram quo fuit præstita fideiussio, verum etiã Tribunal, & nouã instantiã dat causæ, ita dixit *Modern. Parisiens. post multos in tract. diuid. & indiuid. part. 2. num. 536. quem refert Moroc. d. cons.* secus verò, quando Princeps habet causam, ex quo concurrit cum ordinario ipsius Ciuitatis, quoniam tunc licet alteri committat, abinitio tamen ob recessum remanet causa penes ordinarium ipsius loci, vt est comprobatum. Nec obstat *Text. in l. cum. apud. ff. iudicat. solu.* quoniam ille *Text.* dum vult non extendi fideiussionem, si fuerit proprio nomine vocatus Iudex, & ad eum proprio nomine habita consideratio in satisdando, procedit, quando à partibus est electa Iudicis persona, & partes illius iudicio se abstrinxerunt, secus est, quando Iudex est datus à lege, prout hic, nam princeps lex animata ipse fuit, qui deputauit, & hoc stante iuris dispositione, *ex Isern. Petr. de Gregor. & alijs supra allegatis*, & hic est quintus casus positus *à Thesaur. d. decis. 202. nu. 14. & ante nu. 12.* & idem Princeps, qui deputauit causam istam Consultori, ostendit deputasse tanquam concurrens ob eius præsentiam, & quòd ob eius recessum remaneat, cognoscenda per ipsum Senatum, nam in recessu per eum facto ab hac Vrbe ordinauit omnes scripturas pro hac causa factas remanere, prout remanserunt in officio ipsius Senatus, eo modo, prout remanserunt aliæ causæ pendentes in Tribunalibus istius Vrbis, de quibus adhuc supererant reliquiæ iuxta amplissima priuilegia istius Vrbis, & ex isto actu sequenti, & sic scripturis remansis declaratur qualis fuit voluntas ipsius Principis, & Consultoris, cui causa fuit deputata, ita dixit

43 44 45 46

Iurisconsultus

Iurisconſ. in l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. & in §. pauonum. inſtitut. de rer. diuiſ. Bart. in l. cætera. §. fin. ff. de legat. 1. Nacl. in conſ. 192. num. 4. & in conſ. 406. num. 28. Rimin. iun. conſ. 254. nu. 39. Surd. conſ. 104. num. 44. Couar. conſ. 39. num. 8. Raudenſ. deciſ. 17. num. 21. Honded conſ. 47. num. 28. & ſequ. vol. 1. Item idem intellexerunt tam D. Sindicus iſtius Vrbis, quàm ipſe Antonius Patè, & Antonellus de Franchi, nam ſcripturæ remanſæ præ-
47 ſumuntur ad eorum inſtantiam, ex quo introbant nonnullæ expenſæ, videlicet candelę pro mandato Superioris iura eius, qui tenebatur apportare dictas ſcripturas de domo Conſultoris ad officium Senatus, prout dixit *Iuriſconſult. in l. fin. C. de aliment. pupill. præſtan. Rip. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 97. ff. de damn. infect.*
48 vbi dicit Iudicem ordinantem aliquem actum præſumitur illum feciſſe ad partis inſtantiam, quando requirebat impenſam *Menoch. lib. 6. præſumpt. 11. num. 3. vbi infert ad multos alios caſus*, comprobatur tanto fortius ex quo ipſe de Patè, cui fuerat iniunctum de mandato Conſultoris, vt infra ſex menſes apportaret fidem negatiuã, illam apportauit (licet inlegitimè) eamq́, ob abſentiam ipſius Conſultoris præſentauit in officio dicti Senatus, vbi remanſerant ſcripturæ cognitę per ipſum Conſultorem, & ex ijs, quæ poſtea ipſæ partes fe-
49 cerunt, colligitur qualis fuerit eorum voluntas abinitio, *ex Honded. Surd. & alijs ſupra allegatis.*

Non obſtat, quod fideiuſsio præſtita per Antonellum de Franchi eſt ſine cauſa, quoniam negatur, nam ſi rectè legatur prouiſio facta per Conſultorem apparet cauſa ipſius fideiuſsionis, quoniam inquit ipſe D. Conſultor, quod vnc. 237. ſoluat, quibus ſolutis excarceretur, & pro vnc. 1600. præſtet de ſe præſentando ad omne mandatum ipſius Conſultoris vnde talis fideiuſsio eſt pro vnc. 1600. & ſic ex cauſa debiti, nam ante dictum Conſultorem conſtabat, quòd mandatum, ſine bullettæ erant expeditæ, & ſic pretium erat liquidum, vnde non fuit fideiuſsio de ſe præſentando ſub pæna vnc. 1600. ſed fideiuſsio pro vnc. 1600. de ſe præſentando ad omne eius mandatum, quæ importat fideiuſsionem de redeundo ex cauſa debiti, licet ordinariè ſint ſub certa die, iſta enim fideiuſsio eſt remiſſa ad voluntatem Conſultoris, & ſic dies pender ab arbitrio ipſius Conſultoris, ob cuius receſſum remanſit Senatui vti ordinario, vt eſt comprobatum, nec ex hoc eſt verum, quod ex aduerſo inferebatur, quòd iſta fideiuſsio intelligitur pro cauſa liquidationis, pro qua erat carceratus, quoniam hoc eſt verum ſomnium nam ex prouiſione, vt eſt dictum, facta per Conſultorem apparet clariſsimè, quòd ordinat pro vnc. 1600. fore præſtandum, & cũ pręſtiterit, intelligitur factum in exe cutionem præcedentis mandati, vt ſupra *nu.* 11. fuit comprobatum. Tanto fortius, quia licet nota carceris dicat, quod ſtabat pro liquidatione, tamen ea intelligitur nõ ſolum pro liquidatione, verum etiam, & pro debito, quandoquidem ipſe D. Conſultor non dicit ſimpliciter, quod fiat iniunctio de apportando liquidationem, ſed incipit dicendo (ſolutis pro modo vnc. 237. excarceretur) & præſtet de ſe præſentando pro vnc. 1600. ad omne mandatum ipſius Conſultoris, eo magis, quod ſi eſſet pro apportando liquidationem, eſſet ſub pęna debiti, at hic in oppoſitum eſt, quia eſt pro certa ſumma liquidata ad vnc. 1600.

Præterea, quando eſſet pro apportando liquidum, (quod non eſt) nec minus fuit adimpletum, quia liquidatio non fuit apportata iuxta prouiſionem dicti Conſultoris, quia ipſe requirebat fidem negatiuam, erit igitur verum dicere nihil operari, cum paria ſint pręſentare actum minus
50 legitimum, & nullum præſentare *l. non putauit. §. non quæ vis. vbi Bart. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas Neuizan. conſ. 7. num. 15. Ioan. Petr. Surd. conſ. 57. num. 13.* & tandem cum appareat ex parte D. Sindici, quod tota ſumma pretij ipſius frumenti iam ſunt multi, & multi anni, quod fuit exacta per Procuratores ipſius Antonij Patè, iniquum eſt, quòd hodie fideiuſſor iſte prætendat, nec præſentare ipſum ce Patè, nec sũmam prædictarum vnc. 1600. pro qua præſtitit de redeundo ſoluere, & cum reliqua non mereantur reſponſionem Ideo concludo indubitanter eius oppoſitiones vti iniuſtas, & tendentes de directo
51 contra pactum de non opponendo, cum clauſula, vt bancus, aduerſus quã nihil poteſt dicere ex auctoritatibus ſupra adductis, *& Petr. de Greg. ſuper Bulla quæſt. 10. verſ. tertiò deduco. num. 12. quem refert, & ſequitur Milan. deciſ. 7. nu. 29. & 30. part. 2.* fore reijciendas. Reliqua ſupplebit Religio, & Doctrina D. V. multum Spect. Meſſanæ die 1. Februarij 1614.

Die 14. Februarij 1614. fuit deciſum in fauorem D. Sindici, quod reijciantur oppoſitiones, & partes acquieuerunt.

V M-

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei arguit venditionem, idem in dote, & competit laudimium, sed cum distinctione, num. 2. fallit in diuisione, num. 8. 9. & 10.*

3 *Contractus ab effectu iudicatur, non à verbis, num. 12.*

4 *Pactum si fiat, quod ematur talis res nomine omnium, si exinde subsequatur emptio simpliciter, dicetur communi nomine facta.*

5 *Socius omnium bonorum, si quid emat nomine proprio, dicitur commune, affertur ratio, num. 6.*

7 *Socius elapso tempore societatis potest petere diuisionem fieri.*

[31] *Decima, & tarenus non debentur in retrouenditione, nec in contractibus ex causa necessaria.*

[33] *Voluntas qualis fuit in contractu præcedenti declaratur ex ijs, quæ postea subsequuntur.*

[34] *Socius in re communi habet dominium, & possessionem pro sua porcione, & facta assignatione de tota, habet in tota, & cessat quoad alia bona, num. 15.*

[36] *Decima, & tarenus non debetur pro feudo, quod pro indiuiso, & integro ponitur in contractu diuisionis.*

[37] *Statutum si mandat, quod pro quolibet contractu soluatur Gabella, intelligitur de contractu dominij translatiuo, & non compræhendit contractum diuisionis.*

[38] *In dubijs contra Fiscum terminari debet.*

ARGVMENTVM.

An feudum emptum per socium omnium bonorum nomine proprio acquiratur societati; & an Decima, & tarenus, qui fuerunt soluti per dictum socium in emptione dicti feudi debeant iterũ solui in assignatione, quæ fit per ipsum socium alteri socio pro portione sibi competenti.

CONSILIVM XXI.

IESVS MARIA.

ANno 1595. fuit contracta societas inter Dominos Fratres de Mancuso per annos septem, & quod solus Nicolaus administret totam substantiam, ad suique electionẽ emat quæuis prædia, & feuda, interea emit feudum nominatum Carcacis, non asserendo de bonis societatis, sed tantummodo in sui personam exinde in anno 1601. D Ioseph alter frater, & socius duxit vxorẽ, & fratres in illo actu matrimoniali promiserunt portionẽ dicti Ioseph fore vnc. 10000 & si tanta non esset, promiserunt supplere de suo, & hoc pro securitate dotis, & dotarij, & substentatione matrimonij, vt asserunt in illo actu. Exinde inno 1611 Nicolaus assignauit feudum de Carcaci pro vnc. 10000. in compotum portionis tangentis dicto Ioseph pro executione dicti actus societatis, quo stante Dominus Fiscus Regius prætendit hanc esse alienationem, & per consequens competere decimam ipsius pretij, ratio qua mouetur est,

1 quia feudum fuit æstimatum, & sic datum in pretium, vnde arguit venditionem, *l. fin. vbi Bart. C. de præd. Cur. lib. 10.* & quando res datur pro certa extimatione, dicitur venditio, *glos. Bart. & DD. in l. 1. C. de re. permut.* & in re data extimata in dotem,

2 quod dicatur facta venditio, & competat laudimium, *Burg. de laudim. lib. 2. inspect. 12. num. 5. & ante eum Imol. in cap. potuit de locat. & conduct. cum alijs allegatis à Dec. in cons. 160. vbi allegat Bald. Paul. de Castr.*

3 & alios inferens, contractum ab effectu iudicari, non autem à verbis, quod intelligo, quando æstimatio fuit animo inducendi venditionem, secus quando vt sciretur valor rerum datarum in dotem, vt possit postea dignosci, an culpa mariti deteriores effectæ sint, tunc enim non inducit venditionem, & maritus easdem res, non æstimatas, restituere tenetur, *Ias. in l. ex conuentione. C. de pactis. vbi Curt. inn. num. 12. DD. omnes in l. æstimatis. ff. solut. matrim. Mascard. concl. 619. nu 5. lib. 2. Burg. de laudim. vbi supra, num. 17. & nouissime Molin. de rit. nupt. quæst. 57. nu. 26. lib. 3.* qui in dicta *quæst. 57.* ponit nonnullos casus, in quibus æstimatio non inducit venditionem, & quod stante pretio, siue dicatur contractus emptionis, siue dationis in solutum, semper debebat requiri dominus directus, & per consequens competebat laudimium, nec est in cõsideratione, quod fuit emptum à Nicolao, qui erat socius, nam emit nomine proprio, & sibi quæsiuit dominium, & socius habet tantum actionem personalem, *ex Menoch. cons. 122. num. 17.*

Quibus tamen non obstantibus, dico in dubitanter, nullo pacto in terminis, in quibus versamur, deberi decimam Fisco Regio, & præsuppositа veritate facti prædicti, quod Nicolaus habuit potestatem emendi,

emendi, etiam & feuda, infertur clarissimè, quod statim ac emit, licet proprio nomine, dicitur pro communitate emisse,
4 nam quando est pactitatum, quod fiat emptio, si exinde subsequatur, dicitur omne emptum commune, esto simpliciter emisset *Bart. in l. 2. in 10. notab. C. pro soc. alios refert Mascard. conclus. 618. per totam, vol. 2.*
5 Item esto non sit pactum, tamen in societate omnium bonorum omne emptum per socium post initam societatem communicari debet cũ socijs, & potest astringi, esto nomine proprio emisset, *l. si quis societatem contraxerit. ff. pro soc. l. si patruus. vbi Bal. C. cõmun. vtriusque. iudic. Anchar. cons. 149. num. 4. & cons 302. sub num. 8. & 9. Corn. cons. 79. sub num. 18. vol. 3. Nacl. cons. 100. sub. num. 5. vol. 1. Roman. cons. 191. num. 10. Bal. in l. 1. C. si quis alter. vel sibi. l. si vt proponis. in fin. C. de rei vendicat. l. cum oportet in princ. C. de bonisq. liber. Alex. cons. 49. vol. 1. & cons. 37. vol. 4. Rimin. iun. cons. 280. nu. 29. vol. 3. Matthien. l. 2. glos. 1. num. 29. vsque ad num. 35. tit. 9. lib. 5. nouæ recopilat.* & maximè, quando constat socium non posse haere alias pecunias seorsum, nisi communem (vt hic) *Bal. in cons. 61. num. 3. vol. 2.* & ratio est,
6 quia socius non potest emendo nomine proprio prejudicare alijs socijs, *Surd. cons. 138. sub num. 13. lib. 1. Caualcan. decis. 11. num. 17. vol. 2.* & tanto magis procedit, quoniam in assignatione dicit emptum feudum de communi pecunia, idem dicit in diuisionibus præsentatis in Curia Straticotiali ad instantiam Don Marij, vnde apparet licet proprio nomind emisset, sem in communi tenuisse, comprobatur, nam
7 elapso tempore societatis, Ioseph noluit amplius in communi viuere, & petijt suam portionem, *iuxta text. in l. fin. C. comm. diuid. & in rubr. & nigr. ff. comm. diuid. ff. famil. Ercisc. C. comm. vtriusq. iudic. & famil. Ercisc.* ob quod D. Nicolaus assignauit dictum feudum in compotum dictæ portionis pro vnc. 10000. inde verò Domino Ioanni alteri fratri portionem æquiualentẽ, & denique Don Mario reuerso à Ciuitate Neapolis, cui conseruauit suam portionem *iuxta tex. in l. cohæredi. C. famil. Ercisc. & glos. in verb. pauciores in l. 2. ff. famil. Ercisc. vbi omnes scribentes.* præsentauit computum omnium bonorum, & diuin quatuor æquales partes, in vna parte ponendo idem feudum assignatum pro vnc. 10000. & sic alia feuda, & effectus, vnde cum omnia erant societatis dicuntur communia, & quatenus aliquid emptum
nomine proprio, ex quo tenebatur, & poterat astringi ad communicandum posuit in societate, & tanquam talia cuique portionem suam assignauit, vnde pretium positum in feudo non importat venditionem,
8 cùm diuisio propriè sit calculatio, & diuidere non est aliud, nisi calculo, & mensura, quod suum est cuique dare, & assignare, & facit optime, quod dixit *Menoch. in cons. 320. num. 14. lib. 4. vers. diuisio*, quod nihil aliud est diuisio inter fratres, & socios, quàm ratio inter ipsos composita, & reddita, nam socij perquirunt omnia bona partes faciunt, & illa æstimant int inter
9 se, & sic cadit propriè, & naturaliter æstimatio in diuisione, *Soccin. sen. cons. 25. nu. 5. vol. 4. idem Menoch. in cons. 91. num. 23. vol. 1. & post alios Petr. Sanczes in tract. de bonor. diuis. cap. 11. lib. 1. num. 10.* sequitur igitur dicendum non obstare adducta in motiuis, videlicet quod pretium arguat emptionem, & venditionem, quoniam nõ procedit in diuisione, qaandoquidem proprium eius est, vt diuidenda calculentur, & æstimentur, & hoc, vt appareat quanta sit portio cuiusque, vt æquales fiant par-
10 tes, ita limitando Regulam, quod æstimatio in diuisione non facit emptionem, & venditionem, dixit *D. Card. Tusch. lit. E. conclus. 671. num. 10. refert. Bart. in l. si vt certo. §. nunc. videndum. ff. commod. Socin. cons. 24. nu. 18. vol. 1. & Menoch. Sances, & alij supra allegati.* Additur præterea, quod esto dominium non fuisset ab initio commune, tamen iam poterat astringi ad communicandum, ex auctoritatibus supra adductis, & per consequens assignatio fuit ex causa necessaria pro executione contractus societatis, & sumus, ac si in contractu
11 retrouenditionis, pro quo decima non debetur, quando fuit soluta in venditione, *Alber. & Bal. in l. ab emptione. ff. de pact. & ibi Ias. post. alios per eum relatos multos refert. Petr. de Gregor. d. tract. de concess. feud. part. 8. quæst. 16. num. 12.* at hic fuit soluta in emptione facta per Nicolaum, igitur non debet solui in assignatione facta fratri, cùm est facta pro executione contractus societatis, pro quo poterat cõstringi communicare dictum feudum, & dicitur communicatio, & alienatio necessaria, *Menoch. d. cons. 122. num. 20.* quanenim vnus contractus est causatus ab alio tunc non est in consideratione causatus, sed causans, dummodo de vno ipsorum soluatur Gabella. *Alex. cons. 215. num. 6. vol. 6. Alber. 2. part. statut. quæst. 221. Tiraqu. de retract. conuent. §. 6. glos. 2. Amod.*

de Pont

de Pont. tract. de laudim. quæst. 26. hinc Azeued. lib. 9. recop. tit. 18. l. 35. de las alcauados. tom. 6. num. 1. 2. & 3. ponit, quod pro alienatione necessaria nõ debetur Gabella, vt pro dote legitima, & alijs, & *num. 23.* inquit, quod sufficit, quod possit compelli, vt non debeatur Gabella, & in *num. 24.* inquit, quod si pro æqualanda parte intercesserit pecunia, ex causa qua poterat compelli non debetur Gabella, & *num. 27.* inquit, quod socius legitimè compellit socium ad dandam rem indiuisibilẽ, licet interuenerit pretium, quod nec debetur Gabella, esto diuisibilis sit res, dummodo fiat durante societate, vt *num. 30. & sequ.*

Id enim, quod in motiuis dicitur cõtractum iudicari ab effectu, non autem â verbis, facit in fauorem Clientis, quandoquidem si miremur contractum matrimonialem Ioseph, clarissimè patet, quod promittunt fratres eius portionem fore, non minus vnc. 10000. quod est totum, causa demonstrationis pro cautela mulieris, quę cum matrimonium contraxit, vt super illis posit dos eius, & dotarium assecurari, nõ quod faciat extimatio emptionem, & venditionem. *Menoch. cons. 763. sub. nu. 6. 7. vers. verum respondetur. lib. 8. quem refert, & sequitur Felic. alleg. 31. num. 22. lib. 3.* cùm non semper faciat emptionem, & venditionem, *Beltran. cons. 262. lib. 3. & d. l. si extimatis. ff. solut. matrim.* nam sufficit, quod tacite, seu per coniecturas appareat extimationem fuisse factam ad alium effectum, quàm venditionis, *Couar. pract. quæst. cap. 28. sub num. 2. vers. sed ex contrario. Cephal. cons. 735. nu. 12. lib. 5. Felic. alleg. 31. num. 23. & 24. lib. 3.* & substineri onera matrimonij, quod si non tanti importasset eius portio vtique non contraxisset, vel talem, vel tantam dotem non dedisset, vt considerat *Vinc. de Franch. decis. 205. cum alijs allegatis à Io. Franc. Apont. cons. 25.* & dum dicunt importare debere vnc. 10000. totum referunt ad contractum societatis pro eius portione, vt frater, & socius. Idem est, si inspicimus contractum assignationis, nam assignat dictum feudũ pro vnc; 10000. in compotum eius portionis iuxta formam contractus societatis, & licet dominium aliqui teneant, quod facta emptione nomine proprio sit solius Nicolai emptoris, & competat actio personalis ad cõmunicandum, *vt Menoch.* in motiuis datus *cons. 122. num. 17. 27.* nihilominus *idem Menoch. in d. num. 27.* inquit, ex fictione *l. singularia.* acquiri dominium socijs, & in casu suo erat pactum, quod teneatur communicare (si placuerit) quod abest à casu isto. Item negari non potest, quod ideo dicunt non esse commune, quia præsumitur noluisse pro socijs emere, vnde ea cessante cessat, nam ex declaratione facta à Nicolao, exinde tam in actu cum Ioanne eius fratre, dum promittit dare vnum ex feudis prædictis, quam exinde, dum dicit feudum emptum pro societate, & ita assignat, & inde posuit in diuisionibus, vt feudum commune, apparet, quod eius voluntas fuit abinitio, quod commune sit, & pro societate emptum, cum ex his quę postea fiunt declaratur qualis fuit animus, & voluntas in præcedentibus, *Surd. cons. 140. num. 44.* vbi referendo alios ad multa exempla infert, *& ego in cons. 20. num. 49. alios retuli.* & per consequens acquisitum Dominium socijs, *Menoch. d. cons. 122. nu. 56. & 57. Tiraqu. de constit. ampliat. 32. num. 1. vsque ad 5. & num. 7.* respondet contrarium tenentibus, *Felic. de societ. cap. 9. num. 46. & sequ. & cap. 14. num. 4. Gutier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 118. num. 2. 5. Tusch. d. conclus. num. 10.* & ipsi assignauit, vt commune pro sua portione, qua assignatione mediante in totũ illius est dominium, & cessat quoad alia bona, quæ remanent in societate, tunc vti proprium recognoscit, & vt verus Dominus liberè de illo potest disponere, *Salic. in l. fin. C. comm. diuid. l. 1. §. ad hæc. C. de ann. except. Socin. iun. in l. stipulationes non diuiduntur. num. 279. ff. de verbor. obligat. Sances. d. tract. cap. 2. num. 2. lib. 1.* Erit igitur verum dicere, quod effectus contractuum prædictorum non fuit alius, nisi q Ioseph consequatur suam portionem, vti vnus ex fratribus, & socijs, & pretium est appositum, vt sciatur valor bonorum, ad hoc, vt æquales fiant partes, nam natura diuisionis est, vt bona æstimentur, quæ æstimatio non operatur in hoc casu venditionem, sed ipsam diuisionem ex authoritatibus supra adductis,

Si igitur prædicta vera sunt, prout verissima tam in facto, quàm in iure, sequitur indubitata conclusio, quod quando feudum venit in contractu diuisionis pro indiuiso non debetur decima, *Bertacch. in tract. de Gabell. 14. quæst. 3. part. 8. p. princip. Iacob. tract. de oper. col. 10. vers. quid de diuisione. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 5. quæst. 16. num. 9. refert Modern. in d. cap. volentes 2. notab. Cumic. in cap. si aliquem de successione feudor. num. 237. alleg. tex. in l. & ideo vbi Bart. ff. de condict. furt. Ias. in l. final.*

l. final. num. 47. *C. de iur. emphit.* qui dicit ita communiter tenere DD. & quando ſta-
17 tutum vult de quolibet contractu fore ſoluendam Gabellam, quod intelligatur de contractu dominij translatiuo, & non comprehendat diuiſionem, tradit, *Bal. in l. vres fratres. ff. de pact. Bertaz. in tract. de clauſul. gloſ.* 13. *clauſ.* 30. *nu.* 9. *alios refert. Felic. d. tract. cap.* 39. *num.* 116.

Hæc clariſsima ſunt pro iuſtitia Clien-
18 tis, & quando eſſent dubia, prout non eſt, ſemper contra Fiſcum. *l. non perit. ff. iur. Fiſc. Maſtrill. deciſ.* 87. *num.* 26.

In Trib. Reg. Patrim. de anno 1614.

SVMMARIVM.

1 *Benefacta in feudo ſunt allodialia, & reputantur ſicut cætera bona hæreditaria, & ſuccedit hæres Baronis, num.* 2.

3 *Benefacta ſunt indiuidua, & debetur pretium, & ita dicuntur ſeparabilia à feudo num.* 8. *niſi aliter teſtator dixerit num.* 9.

4 *Qualitas oppoſita in inſtitutione dicitur repetita in ſubſtitutione, affertur ratio num.* 5. *idem in legato, num.* 6.

7 *L. fundum inſtructum. ff. de fund. inſtruct. declaratur, num.* 10. & 11.

12 *Qualitas adiecta vni, ſi non eſt eadem ratio, non cenſetur repetita in perſona alterius.*

13 *Relictum titulo oneroſo non venit in fideicommiſſo, eſto ſit verbum vniuerſale.*

14 *Hæres grauatus in reſtitutione deducit legata per eum ſoluta credita dotes maternas, & legitimam, & trebellianicam, affertur ratio, num.* 16.

16 *Fructus percepti per hæredem non imputantur in executionem crediti legatorum ſolutorum per hæredem, & aliorum creditorum, & nu.* 25. *ſecus ſi teſtator aliter mandat, nu.* 26.

17 *Hæres qui de ſuo ſoluit legata, & credita teſtatoris, dicitur ipſo iure emiſſe bona hæreditaria.*

18 *Valor, & pretium bonorum inſpicitur ſecundum tempus quo facta eſt ſolutio.*

19 *Clauſula* [*& non aliter*] *importat conditionẽ.*

20 *Forma dat eſſe rei.*

21 *Prælegatis duabus rebus, ſi altera ſit poſita in fideicommiſſo, alia dicitur excepta.*

22 *In fideicommiſſis ſit ſtricta interpretatio, & ſemper, vt illa quæ minima eſt, affertur ratio, num.* 23.

24 *In dubio ſemper ad excluſionem fideicommiſſi dicendum eſt.*

27 *Voluntas ex actu ſubſequuto declaratur.*

28 *Fdeicommiſſi caſum qui dicit eneniſſe, debet oſtendere, vt ſuccedat.*

29 *Iuſ irreuocabile non dicitur acquiſitũ ex ſcriptura priuata, quod non procedit reſpectu dotis, nec aſſignationis factæ marito, cùm iſta inſeruiãt matrimonio, & ſunt irreuocabilia ſicut matrimonium. num.* 30.

31 *Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus.*

32 *Recognoſcens rem propriam, vt feudalem facit actum ipſo iure nullum.*

33 *Inueſtitura prima ſpectatur in feudis, præſertim quãdo antiqua repugnat nouæ, niſi cum inſerto tenore primæ, & de certa ſcientia fuerit facta.*

34 *Procurator ad capiendam inueſtituram, vt faciat allodialia, feudalia, debet ſcienter, & in ſpecie conſtitui.*

35 *Feudale poteſt fieri allodium, quando domino proponitur ſcienter, & de certa ſcientia, quod allodium vult facere feudum.*

36 *Inueſtitura nihil aliud eſt, quàm apprehendere poſſeſſionem à manu domini.*

37 *Liberam rem propriam nemo præſumitur velle facere ſubiectam.*

38 *Hæreditatis aditio non inducit approbationem teſtamenti, quod filius non poſſit petere legitimam, & trebellianicam.*

39 *Legata ſoluere promittens, intelligitur, quatenus tenetur ſaluo legis beneficio.*

ARGVMENTVM.

An benefacta in feudo ſint feudalia, an allodialia, & an ſuccedat hæres Baronis, vel ſucceſſor in feudo, & an debeat ſolui extimatio, & pretiũ in pecunia. An allodialia poſsint fieri feudalia, & quando. & an pater debeat habere ſpeciale mandatum in dicto negotio.

CONSILIVM XXII.

IESVS MARIA.

SEntentia lata per Spect. V. I. D. Io. Baptiſtam Caſtelli, & per me vt arbitros electos per D. Petrum Rigoles vti patrẽ, & legitimum Adminiſtratorem D. Honofrij eius filij Baronis Landi & per Don Aluarum Villadicani, & Donnam Lucretiam iugales debet in fauorem ipſorum de Villadicani, prout fuit lata confirmari per Regiam Curiam Straticotialem, coram qua hodie pendet ipſa cauſa deuoluta via reductionis ad arbitrium boni viri. Quandoquidem apparet in facto quod in anno 1612. præfati de Rigoles, & Villadicani compromiſerunt differentiam

inter eos ortam, an benefacta in dicto feudo facta per Ioannem Vincentium Crisafi patrem Beatricis, cui ipsi succesſerunt, eſſent allodialia, & an deberent diuidi, quod vtique diuiderentur per ipsos arbitros, quæ cùm tunc diſcuſſo negotio fuerit visum eſſe allodialia, cùm ita diſponat ius, & reputantur ſicut cætera bona hæreditaria, *iuxta text. in cap. 1. §. ſi Vaſſallus. vbi Iſern. Aluarot. Bal. Afflict. in tit. hic finitur lex. Guidonp. quæſt. 169. num. 1. Brun. conſ. 105. num. 7. & 8. Pariſ. conſ. 23. num. 90. vol. 1. & conſ. 28. vol. 3. Rolan. conſ. 28 vol. 1. Berou. conſ. 37. num. 39. vol. 1. Octauian. in conſ. 56. num. 5. & 6. Burſat. in conſ. 44. num. 6. & alios allegat Milan. deciſ. 8. num. 385. lib. 1.* & in eis non ſuccedit ſucceſſor in feudo, ſed hæres Baronis, *l. domos. ff. delegat. 1. Rolan. d. conſ. 28. num. 28. & ſequ. vol. 1. Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 60. nu. 4. Milan. deciſ. 7. nu. 81. vol. 1.* & quia non poſſunt diuidi, nec aſsignari, diuiduntur in pretio, & ſoluuntur, *vt dixerunt Rolan. d. conſ. 28. Menoch. de recuperan. rem. 15. num. 499. & in num. 507. Rot. Peruſ. deciſ. 24. num. 23. & 26. Bellon. conſ. 10. nu. 2. Ioan. Vinc. de Ann. allegat. 6. Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 43. nu. 161. Milan. qui alios refert d. deciſ. 7. num. 80. &* 81. iuſtiſsimè per arbitros fuerunt declarata allodialia eſſe, dictumq; Don Petrum condemnatum ad ſoluendum medietatem pretij dictorum benefactorum.

Nec conſiderationis eſt dicere, quod arbitri non habebant poteſtatem condemnandi in pretio, ſed poteſtatem declarandi, quæ bona ſunt diuidenda, quoniam ſi legatur compromiſſum oculis corporeis clarè legentur infraſcripta verba [dederunt, & dant omnimodam authoritatem, & poteſtatem poſſe dictam eorũ differentiam decidere, finire, & terminare, quæ bona ſunt diuidenda, quod diuidantur] per quæ verba clarè apparet, quod fuit data poteſtas Arbitris declarandi bona, quæ debent diuidi, & quod per eos diuidantur, & quia per eos fuerũt declarata benefacta in feudo, reputari vt hæreditaria, & per conſequens eſſe diuidenda, & ex quo eorũ diuiſio de iure non poteſt fieri, niſi in pretio, ideo declarauerunt arbitri eſſe allodialia, & vt indiuidua condemnauerunt ad ſolutionem pretii, vt iuris eſt, & ſupra fuit comprobatum *num.* 3.

Nec pariformiter eſt dubitandum in eo, quod Domini ex aduerſo aſſerebant, quod licet veritas ſit, benefacta in feudo eſſe indiuidua, & deberi in pretio, tamen erant cætera bona diuidenda, & per conſequens debebant relinquere benefacta pro Barone, & æquiualens aſsignare Dominis iugalibus de Villadicani in alijs bonis, non autem condemnare in pecunia, quoniam reſpondetur, quod tunc partes coram arbitris fuerunt concordes, quod cętera bona, quæ peruenerant ex parte Ioannis Vincentij, quæ cõſiſtebant in vna domo, iure luendi, & in quibuſdam terris ſeminatorijs fuerunt pro parte competenti ipſis iugalibus de Villadicani dotata, & aſsignata in dotem ab illo die in antea ipſi Don Honophrio vigore matrimonij contracti cum filia ipſorum iugalium de Villadicani, & ideo ſtante eorum concordia non fuit præſentatus actus donationis, ſed quia nunc partes reclamant per Dominos de Villadicani præſentatur actus dotationis qui eſt ſub die vltimo Iunij, Indict. 9. 1611. & ſic per ſeptem menſes, & dies factus ante ipſum compromiſſum, cum ipſum compromiſſum ſit factum ſub die 13. Februarij, Indict. x. 1612. & per conſequens cum alia bona Ioannis Vincentij non eſſent diuidenda, iuſtiſsimè fuit condemnatus ad pretium pro medietate benefactorum.

Et cognoſcens pars ipſa hanc veritatẽ confugit ad teſtamentum Ioannis Vincentij, præſupponens in eo eſſe dicta benefacta fideicommiſſo ſubiecta, ex quo Ioannes Vincentius ſubſtituit, poſt mortem Beatricis ſine filijs, Mannuciam in feudo landi, præſupponens quod ex quo Beatrix fuit inſtituta hæres in feudo cum benefactis, inde ſubſtiruit Mannucciam ipſi Beatrici in feudo; eſto non nominauit benefacta in ſubſtitutione, quod intelligantur repetita, pro quo Domini ex aduerſo allegarunt *text. in l. fundum inſtructum. ff. de fund. inſtruct.* per quem Iuriſconſultus prouidet, quod legato fundo inſtructo in teſtamento fuit in codicillis ordinatũ, quod ſi præmorientur abſque filijs, reſtituant fundum aliis, non dixit fundum inſtructũ, tamẽ ita intelligitur, ratio eſt, quia ſubſtitutio declaratur ab inſtitutione ſecundum *Bart. Alberic. & alios.* ibi & qualitas augens in legato intelligitur repetita in ſubſtitutione, vt inquit *Peregr. in tract. de fideicomm. artic. 16. num. 95. ex authorit. d. l. fundum inſtructum.* Quibus non obſtantibus, intrepidè dico, benefacta prędicta nulli fideicommiſſo eſſe ſubiecta; primò, quia diſpoſitio *d. l. fundum inſtructum.* procedit in caſu ſpeciali, loquitur enim, quando eſt factum legatum vniuerſale ſub quodam

dam nomine collectiuo, vt dicit ibi *Bart. num.* 2. quod cum de sui natura recipiat augmentum, censetur qualitas augens adiecta in legato, quæ de sui natura iam veniret, & si nõ fuerit dicta, etiam in prima institutione, hic verò versamur in benefactis, & melioramentis factis in feudo, quæ
8 de eorum natura sunt separabilia, vt per *Apont. consil.* 52. *num.* 31. *Peregr. de fideicommiss. art.* 50. *num.* 53. saltim quo ad existimationem, & pretium, vt dixi supra *nu.*
9 3. nisi appareat de expressa acquirentis voluntate, vt hæc nouiter acquisita feudo cõsolidentur, vniantur, incorporentur, iuxta latè tradita per *Molin. de primogen. nu.* 8. *lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 3. *& Gars. de expens. & meliorat. cap.* 22. *num.* 3. *& sequ.* quia aliàs non intelliguntur vnita, & incorporata, nisi per verba clara, aperta, & perspicua, vt vltra *Gars. & Apont, & Peregr. vbi supra, Guttier. pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 90. *nu.* 12. in casu enim isto videtur testatoris mentem non solum fuisse illa non vnire, sed separare, dum de eis expressam mentionem fecit, reseruando sibi potestatem disponendi, sicut in parte disposuit, si ergo videtur, quod potius voluit separare, quæ de eorum natura sunt separabilia, & non vnire, sequitur, quod facta mentione in substitutione de feudo Landi noluit intelligere de istis benefactis à se separatis à dicto feudo in institutione, & sic casus est diuersus à dispositione *dictæ l. fundum instructum.* Item tunc procedit qualitatẽ augentem dici repetitam, quando onus impositum sit æquè implebile per secundum sicut per primũ, dixit *Peregr. in d. art.* 16. *nu.*
10 95. qui declarat *d. text. in l. fundũ instructũ.*
11 Item tunc qualitas adiecta institutioni dicitur repetita in substitutione, quando eadem est ratio in substituto, quę est in instituto, at si diuersa est, tunc non dicitur facta repetitio, cùm ex diuersitate rationis fiat diuersitas dispositionis, & qualitas adiecta institutioni ex aliqua speciali ratione cessat, & non dicitur repetita in substitutione, ita dixit *Bart. in cons.* 54. *lib.* 1. *Alex. in cons.* 158. *num.* 11. *lib.* 6. *ex authoritate Bald. in l. cum multæ. C. de donat. ante nuptias. Idem. Alex. in cons.* 42. *num.* 8. *& cons.* 101. *num.* 10. *lib.* 6. *Comens. cons.* 159. *col.* 1. *vers. non obstat. Roman. cons.* 140. *nu.* 10. *Menoch. in cons.* 106. *nu.* 319. *& cons.* 117. *num.* 44. *vbi alios allegat, & in tract. de præsumpt. lib.* 4. *cap.* 178. *nu. fin.* & quod qua-
12 litas adiecta vni, si non est eadem ratio, non censetur repetita in persona alterius, dixerunt *glos. in l. in repetendis. ff. de legat.* 3. *& l. titia. §. idem respondit il primo. ff. de verbor. obligat. Menoch. d. cons.* 117. *num.* 63. *& 73. & in num.* 63. *inquit,* quod adiecta vni personæ, & rei, vt dicatur repetita in persona secundi vocati, est necesse, quod conueniat in genere, numero, & casu, *allegat Berou. in cõns.* 120. *nu.* 79. *lib.* 2. vnde si consideremus casum institutionis factæ in personam Beatricis Baronissæ Landi, diuersam rationem in ea intuebimur à casu substitutionis, nam testator ille Ioannes Vincentius reliquit feudum Landi cum omnibus bonis allodialibus, benefactis, domibus viridarijs, plantis, & alijs in dicto feudo existentibus, inde segregat hæc, videlicet feudum cum præeminentijs, iurisdictionibus, & cum omnibus oneribus, tã spectantibus ex ipso feudo, quàm ex alio feudo Piraci, cũ reseruatione, quoad bona allodialia, benefacta, domos, plantas, arbores, & alia in dicto feudo facta, posse super illis legare, tam ad pias causas, quã quibusuis alijs personis, super quibus bonis allodialibus, benefactis, & alijs ipse testator voluit, ꝙ dicta Beatrix sit obligata soluere legata, & cũ hac condi tione reliquit, & non aliter, nec alio modo.

Item quoad substitutionẽ voluit, quod mortua Beatrice in dicto feudo succedat Mannucia, per quã nullo pacto potest intelligi fuisse cõpræhensa benefacta, ex quo illa fuerunt relicta titulo oneroso pro soluendis legatis, & tale relictũ quasi quædã taxatio facta â testatore reputatur, & in
13 fortiori casu, allego *text. in l. cum quis. §. mulier. de dot. præleg. vbi Iurisconsul. inquit,* quod maritus pro dote vxori suæ duos fundos reliquit, & duos alios inde rogauit, vt quicquid ad eam ex hęreditate ipsius peruenisset, id restitueret Seijo cũ moreretur, quæsitũ fuit, quod esset in fideicõmisso, dicitur ꝙ id, quod pro dote maritus ei reliquit, non cogetur restituere, ratio est, quod hoc legatum est quædam taxatio crediti dotalis, vnde legatum de istis allodialibus melioramentis in feudo est taxatio facta pro legatis soluẽdis, & sic non venit in restitutione, & nihilominus in casu præcedẽti *d. §. mulier.* erat illud verbum vniuersale [quicquid] & tamen non sunt cõpræhensi in fideicõmisso, quia dicitur facta taxatio quæda à testatore pro credito dotis, *sequitur Peregr. de fideicõ. art.* 49. *nu.* 47. *vbi allegat glos. Bart. & alios in d. §. mulier. & consimilẽ. text. in l. in fideicõm. §. cũ Pollidius. ff. de vsur.*

Additur prẽterea, ꝙ sicut lex ministerio
14 suo operatur, ꝙ hæres grauatus deducat legata, & credita per eum soluta, dotes ma-

ternas legitimã, & trebellianicam in restitutione bonorũ & dicitur ipso iure tanto minus inuenisse in hæreditate, nã legatorum onera, crediti, & prædictorũ, hæreditaria sunt, & non spectant ad hæredẽ gratiatum, *Rom. cons. 276. in 7 dubio. Calcã. cons. 37. col. 4. Grat. cons. 316. col. 2. vers. 7. quæritur Paris. cons. 55. nu. 27. lib. 3. alios refert Menoch. in cons. 183. n. 34. & in fine inquit*, quod
16 fructus percepti non imputantur in creditũ hæredis, præcisè pro credito, ex causa, quod hęres soluit legata de proprio, sed deducit sibi dictũ creditũ, *Rip. in l. in fideicõm. n. 4. ff. ad trebell Gabr. cons. 114. in fin. Bertaz. cons. 107. nu. 64. & cons. 36. nu. 32. & 35. & cons. 79. num. 31. cum alijs allegatis à Peregr. tract. de fideicõm. art. 35. nu. 9. &* 10. vbi dicit obtinuisse, & sæpissimè practicasse in magnis causis fideicommissarijs, & ratio est, quia satis consultũ est fideicõmisso, si sibi restituitur hæreditas, qualis fuit tempore mortis defuncti detracto ære alieno, & legatis per eum relictis, nec potest conqueri si percepit fructus, nam eos ex iudicio, & beneficio testatoris percepit, & suos fecit, & dicit esse cõmunẽ DD. traditionẽ, *idem Peregr. art. 49. nu. 37.* & lex ministerio suo
17 operatur, quod hęres, qui de proprijs pecunijs soluit legata, dicatur emisse bona hæreditaria, quia sicuti poterat vendere alijs pro illorũ satisfactione, *ex l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. 1.* ita cũ de suo soluit, dicitur sibi emisse, *in puncto loquitur Menoch. d. cons. 183. nu. 37. in fin. vers. quocirca dicendum est.*
18 & inspicitur valor bonorũ sm̃ tempus, sm̃ quod facta est solutio, *vt Menoch. in d. cons. & nu. 37. vers. quantũ verò attinet.* At hic testator ipse dedit in solutũ prædicta benefacta Beatrici eius filiæ ꝓ satisfactione legatorũ, vt clarius legitur dũ illa segregat à feudo, & sibi reseruat, & assignat filiæ ꝓ soluendis legatis, cũ clausula [& non aliter]
19 quæ importat cõditionẽ, ꝙ non aliter reliquisset benefacta ipsi Beatrici, nisi pro soluendis ipsis legatis, *Bal. in Auth. ingressi. col. 4. vers. 2. quæro. C. de sacrosanct. Eccles.* & videtur voluisse, ꝙ illa sint de forma suæ dispositionis, *vt per Bal. Angel. & alios. in l. 1. ff. de*
20 *liber. & posth.* & sine forma res nõ subsistit cũ forma det esse rei, *l. Iulianus. §. sed si quis. ff. de exib. Nacl. cons. 372. col. 2. Rimin. iun. cõs. 111. nu. 15. vol. 2.* quę legata apparent manifestè soluta, nã licet corã arbitris nõ fuit præsentata solutio, fuit, quia partes in iudicio isto cũ magna veritate loquebantur, & fassæ fuerunt solutiones fuisse factas tamen hodie præsentantur actus solutionum & verè testator ille cognoscens valorẽ ipsorũ benefactorũ legauit, quia legata nõ solũ sunt ꝓ sũma valoris ipsorũ, sed satis vltra, cũ ipsa legata importent primo vnc. 600. relictas ꝓ dote d. Lucretiæ. Itẽ & aliã partitã vnc. 60 relictã Ecclesijs. Itẽ & aliã partitã vnc. 40. singulis annis durante vita vxoris, & aliã vnc. 25. soluẽdas singulis annis sorori Franciscæ durãte eius vita, nec nõ & vnc. 32. nõnullis Ecclesijs, & salmas 12. frumẽti, & vnc. 300. debitas Francisco Crisafi; ipsa verò benefacta in d. feudo nõ important vnc. 700. vt ex testibus productis in ipso ꝓcessu apparet, quomodo igitur potest dici, ꝙ eadẽ ratio, q̃ est in institutione respectu benefactorũ sit in substitutione? iã ꝙ apparet segregata fuisse à testatore, nã licet in principio leget coniunctim feudũ cũ benefactis, tñ inde segregat, & diuidit, nã feudũ legat cũ ꝓminentijs, allodialia verò, & benefacta relinquit ꝓ satisfactione legatorũ q̃ iã fuerũt satisfacta, & soluta, vt ex actis publicis apparet, ex qua reseruatione videtur duo fecisse legata, alterũ de feudo cũ ꝓminentijs, & oneribus ibi expressis, alterũ de bonis allodialibus, q̃ assignauit ꝓ solutione legatorũ. vnde cũ limus in casu duorũ legatorũ si substituit in feudo dicitur allodiũ excepisse à
21 substitutione, cũ ex duobus legatis, si vnũ supponit fideicõmisso, alterũ dicitur exceptũ, *Pereg. de fideicõm. art. 7. nu. 32. per regulã l. cũ prætor. ff. de Iudic. Menoch. in cons. 86. nu. 25. 26.* vnde dispositio *d. l. fundũ.* verificatur in feudo, quoad præeminentias scripturas, onera, & alia expressa in institutione, quæ in ipsa substitutione non sunt repetita, sed simplex feudum.

22 Additur, quia in fideicõmissis fit stricta interpretatio, *Alciat. cons. 492. n. 6. in fin.* & semper interpretatur, vt illa res debeatur, quę minima est, nõ quæ maior. *l. apud Iulianũ. §. Seijo. ff. de legat. 1. l. nũmis. ff. de legat 3.*
23 & ratio est, quia fideicõmissi extensio odiosa est, & ademptio fauorabilis, *l. si fuerit. vbi DD. ff. de reb. dub. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. nu. 10.* & in deciden-
24 do semper ad exclusionẽ fideicõmissi, quia odiosum est, *Menoch. d. cons. 86. num. 26.*

Non obstãt, q̃ generaliter fuerũt allegata, v3. *Pereg. art. 45. & 49. & Bertaczol. in d. cons.* generaliter præsupponẽdo, ꝙ fructus percepti ab hærede grauato imputãtur in detractionẽ crediti, & legatorũ per ipsũ hęredem solutorũ, quoniã *Pereg. in d. artic. 45.* hoc non dicit, sed in *artic. 36. n. 9. & 10. &*
25 *in artic. 47. n. 37.* dicit in fauorẽ Clientis, & totũ oppositũ cõclusionis ꝓpositæ per D. Aduocatũ ex aduerso, nã tenet cõmunem

scholam

scholã DD. esse fructus perceptos nõ imputari in satisfactionẽ crediti, & legatorũ per hæredẽ solutorũ, vbi dicit obtinuisse, & plures in magnis causis practicasse, & ita dicit *Bertacz. in consilijs per me supra alleg. v3. 36. 79. & 107. & DD.* qui contrariũ tenent
26 loquuntur, quando testator expressis verbis grauat hæredem, vt restituat, & quod de fructibus soluat credita, & legata, vt *Pereg. Bertacz. & alij in dictis locis cõcludũt.*

Nec obstat dicere, quod Donna Beatrix ex his, quæ postea gessit approbauit voluntatem patris sui, videlicet, quando ipsa contraxit matrimonium cum Don Ioseph la Rocca, tunc dotauit Baroniam prædictam, & voluit restituendam Mannuciæ eius sorori iuxta formam testamenti pater
27 ni, vnde ex actu per eam facto dicatur declarasse eius voluntatem ex *Alba. in cons. 377. num. 37. Io. Petr. Surd. in cons. 140. num. 44. & ego dixi in cons. 20. num. 46. & 49.* Quoniam respondetur, quod si loquimur respectu approbationis testamenti paterni, dicimus approbatissimum esse, sed id, quod dicimus, est, quod Ioannes Vincentius pater non vinculauit benefacta existentia in feudo, sed illa assignauit Beatrici pro solutione legatorum, per quã assignationem esto testator dixisset, quòd omnia eius bona hæreditaria Beatrix teneatur restituere, cum toto hoc non tenetur restituere benefacta, & alia relicta pro legatis prædictis soluendis, & pro hoc allegaui *text. in puncto in l. cũ quis. §. mulier. ff. de dot. prælegat. glos. Bart. Peregr. & alios supra allegatos nu. 13.* quãto magis hic, q nõ dicit omnia bona, sed feudũ, & segregauit feudũ à benefactis, vid licet feudũ cum præeminentiis, & oneribus prout est dictum, & benefacta pro solutione legatorum.

Si loquimur respectu dispositionis per eam factæ in dictis capitulis matrimonialibus: non euenit casus, quia Donna Beatrix non fuit præmortua Don Iosepho, sed è cõtra Don Ioseph premortuus fuit, quapropter euanuerunt casus restitutionum ipsarum dotium personis ibi vocatis, & prouisis, legatur infrascriptum capitulum; [Itẽ processit ex pacto, che soluto matrimonio, quod absit, per la morte di detta Signora Beatrice spusa superstite detto Illustre Signor Don Geronimo Ioseppi spuso] e quel che siegue; vnde exinde præfata Donna Beatrix secundo nupsit viro, & qui
28 vult succedere ex fideicommisso debet ostendere euenisse casum fideicommissi, *l. si quis ita substituerit. ff. de vulg. & pupil. glos. in l. qui duos. verb. superstes qui fuit. ff. de reb. dub. l. ex his. C. quãdo dies leg. ced. Hõded. conf. 60. n. 11. vol. 2. Alb. cõs. 431. n. 1. & ibi addic. Surd. decis. 210. n. 5. & seq. & cons. 279. nu. 5. Burgos. de paz. cons. 34. nu. 13. cum sequ. Azened. cons. 18. num. 18.* Præterea sumus in scriptura non stipulata, in qua nullum ius
29 dicitur acquisitũ irreuocabiliter, ideo legitimè potuit reuocari, prout fuit legitimè facta reuocatio per Donnam Beatricẽ, *Bart. in l. qui Romæ §. Flauius. ff. de verbor. obligat. magis cõm. dicit Gamm decis. 338. nu. 2.* quod non intelligo respectu dotis, & etiam assignationis factæ marito pro substinendis oneribus matrimonii, cùm illa sunt
30 irreuocabilia, sicut ipsum matrimonium *Franch. decis. 205. aperte cons. 25. & ego in cons. 21. num. 12.* Item ex testamento Dõnæ Beatricis clarissimè declaratur, quæ fuit intentio eius, respectu feudi Landi circa substitutionem factam in eius primis capitulis matrimonialiabus non stipulatis, nam in capitulis dicit [Quanto allo fegho á detta Signora Mannuccia, e suoi descendenti, & quanto all'altri beni così mobili, come stabili à tutti li duoi pro æquali portione] & in testamento dicit, quod instituit hæredes vniuersales Don Honofrium filium Mannucciæ eius nepotem, & Donnam Lucretiam eius sororem pro æquali portione, cõquesto, che in quanto al fegho di Lando succeda, & vada, à cui de iure, & ex formâ priuilegii deue andare, vnde clarissimè apparet, quod eius intentio fuit assignare feudum iuxta formam iuris, & priuilegii cui competit, ac de iure, vt est dictũ, meliorameta in feudo nõ ad successorẽ in feudo, sed ad successorẽ Baronis transeunt, ex *Rolan. & aljs supra al leg. n. 2.* Tantò magis quia legatur millies, intentio ipsius Beatricis fuit æqualare sororẽ, & nepotẽ, & semper est inspiciẽda voluntas testatricis, eaq; sequenda, maximè, quãdo vult æqualitatẽ inter suos hæredes.

Nec pariter obstat, quod Donna Beatrix ex inuestitura per eã capta post mortem Baronis eius patris stante, quod fecit mentionem de gisterna, domibus, turri in dicto feudo, quod hæc licet sint allodialia, tamen ex ipsa inuestitura sunt feudalis, nam respondetur primò, quod in ipsa inuestitura erant illa verba, videlicet, eo modo, prout habebant antecessores iuxta formam eius priuilegiorum, nam hæc inuestitura non est præsentata in processu, quo in casu, ex quo eius pater antecessor benefacta in feudo non habebat vt feudalia, nec ex forma priuilegii sunt feudalia, sed mera allodialia, & sicut cætera bona

hæreditaria iuxta iuris dispositionem, vt supra fuit comprobatum, *nu.* 2. vnde cùm
31 constet de relato, quod est in referente cũ suis qualitatibus, & de primordio tituli, quod dicta benefacta non sint feudalia, ex dicta inuestitura non dicuntur effecta feudalia, quia respectu benefactorum dicetur erronea expositio, cum sit facta relatio ad formam anteces sorum, & priuilegia feudi, *Bart. in l. si aliquam rem. nu. 9. ff. de acquir. possess. Angel. in l. qui rem propriam. C. locat.*
32 *Gomez. cons. 165.* qui inquit recognoscentem rem propriam, vt feudalem facere actum ipso iure nullum, *Dec. cons. 63. nu. 6. Paris. cons. 22. num. 10. lib. 1. cum multis relatis à Menoch. in puncto in cons. 1. nu.*
33 *83.* Quoniam in feudis spectanda est prima inuestitura, præsertim quando antiqua repugnat nouæ. *l. 1. C. de imponen. lucror. descript. lib. 10. Castald. de feud. guard. Castr. cons. 61. lib. 1. allegati à Menoch. d. cons. nu. 124.* Quoniam à primordio tituli posterior formatur euentus, nã sequens præsumitur facta secundum conditiones appositas in prima, cap. primo, de eo, qui finem fecit agnato, *Curt. in tract. de feud. in 2. part. quæst. 7. circa materiam inuestituræ. vers. 16. nu. 42. Ruin. cons. 187. lib. 1.* Propterea secunda inuestitura habens aliam formam non innouat, *Nacc. cons. 90. num. 15. vol. 1. alios refert. D. Octau. Corset. cons. 8. num. 1. & illustrissimus Don Petrus eius filius Regens in supremo Italiæ in addict. nu. 2.* qui in illo casu contrarium firmarunt iustissimè, ex quo secunda erat facta cum inserto tenore primę, & de certa scientia vtriusque, tam primi acquisitoris, quam Regis, dicitur mutata forma, & noua concessio, & recessum à prima, & attenditur vltima, *Io. Crot. cons. 18. nu. 8. Brun. cons. 78. num. 6. Paris. cons. 104. num. 10. Socc. iun. cons. 76. num. 33. & cons. 71. nu. 124. & sequ. lib. 1.*

Secundò respondetur, quod inuestitura fuit capta per Procuratorem, qui Procurator debebat habere speciale mandatum, non solum ad capiendum inuestituram de
34 feudo, sed specialiter ad capiendum inuestituram de allodialibus scienter, vt illa sint feudalia, quod mandatum non apparet nec apparere potest, & speciale debet esse, *text. in cap. 1. §. verum per quos fiat inuestitura. Iacob de S. Georg. in inuestit. feudal. in verb. qui quidem inuestiti. nu. 10.* & in summa hanc sententiam dicit crebriorem, & veriorem *Menoch. d. cons. 1 num. 78. & 79.* tanto magis, quod omnes Doctores, qui
35 dicunt allodium posse fieri feudale, procedit, quando Domino proponitur scienter, & de certa scientia velle facere allodium feudum, quod hic nullo pacto legitur in asserta inuestitura, *vt idem Menoch. nu. 87. alios referens*, tanto magis, cùm simus in Procuratore, qui capit inuestituram, item & in muliere ignara, & inexperta.

Respondetur tertiò, quod inuestitura
36 est possessionẽ appræhendere à manu Domini, *cap. proposuit de conces. præbendæ Menoch. d. cons. 1. nu. 25.* quod procedit in primo, qui à domino feudum habuit, secus in hęrede acquisitoris; nam tunc ex inuestitura, nec dominium, nec possessio acquiritur, cum recta via per mortem defuncti transmissa fuerint in suum hæredem in feudo legitimum, per cuius mortem consequutus fuit possessionem. Dum postea petitur inuestitura illa non est de nouo feudo acquirendo, sed de veteri iure confirmando, quam Vassallus nouus successor in recognitionẽ directi dominij petit, offerens facere debitam fidelitatem, & possessori concedi talem inuestituram confirmatoriam, *latissimè alios referens d. Apont. cons. 62. col. 1. & 2.* & sic respectu benefactorum potuit capi possessio absque inuestitura, sed respectu soli, in quibus erant benefacta, necessaria erat inuestitura, quia feudale erat, & à manu Domini debebat habere confirmationẽ, & per consequens quatenus Procurator nominauit gisternã, & domos in ipsa inuestitura legitimè nominauit, ex quo de eis debebat habere inuestituram respectu ipsius terreni, quod erat feudale, vnde si illa expressio fuisset necessaria pro obtinenda ipsa inuestitura, non igitur potest importare, quod benefa-
37 cta voluit facere feudalia, quia nemo præsumitur rem suam liberam velle facere subiectam, *vulgat. l. cum de indebito. ff. de probat.* sicuti dicimus in simplici additione hæreditatis factæ per filium vigore testamenti nõ inducitur approbatio ipsius te-
38 stamenti, taliter, quod non possit petere legitimam, & trebellianicam, quod per dictam additionem sibi præiudicasset, *vt loquitur Curt. sen. in cons. 75. col. 7. nu. 5. & 8. Paris. Dec. & alij allegati à Bertaczol. cons. 79. in ciuil. nu. 6. & sequ.* vbi inquit, quod hæres adeundo nõ obligatur, nisi secundũ legis dispositionem, & promittens soluere
29 omnia legata, censetur promittere soluere eatenus, quatenus tenetur saluo legis beneficio, vnde quatenus in inuestitura expressit domos, gisternam, & alia, fuit ratione terreni prædicti, & dicitur eatenus expressisse, quatenus de iure tenebatur ex-

primere

primere saluo legis beneficio sibi competente; vltra, quod est clarum, quod in inuestitura sunt reseruata omnia iura, per quam reseruationem conseruatur ius ipsius præseruantis.

Nec tandem obstat, quod Domini iugales de Villadicani cesserunt liti possessioni per eos captæ de ipso feudo, & stante ipsa cessione nihil amplius possint petere, quoniam si rectè legatur, est pactum, in quo dicitur [Item etiam voluit, & vult præfatus Don Petrus proprio, & quo supra nomine, & cum dicta ratipromissione, quod omnia, & quæcunq; bona burgensatica, & allodialia remanentia, tam post mortem dictæ quondam Donnæ Beatricis Baronissæ, quam post mortem præfati quondam Francisci Crisafi eorum patrui, vbicunq; existentia, & melius apparentia, tam de præsenti, quam de præterito, & futuro æqualiter diuidantur, & in omnem casum vna pars sit ipsorum Iugalium de Villadicani, eorumque hæredum, & successorum, & altera sit ipsius Don Honofrij] exinde verò subsequuntur multa alia pacta, & tãdẽ in fine sunt infrascripta verba [Et stantibus supradictis accordio, & transactione, vt supra prædicti de Villadicani contẽti extiterunt, & contentantur, quod possessio, dominiumque feudi, & Baroniæ prædictæ Landi spectent ad ipsum Don Honofrium, volentes, & mandantes actum possessionis per eos factũ haberi pro deleto.

Præterea sequitur aliud pactum, quod cum hoc pacto lege, & conditione præcedentibus, & semper saluis, nullo vnquam futuro casu, vel tempore intelligatur factum in aliquo præiudicium, nec innouatum in aliquo super priuilegio iuribus, & successionibus quomodolibet ipsis de Villadicani ob mortem Don Honofrii absque filijs seruata, & illibata semper, & omni futuro tempore, forma, tenore, & continentia concessionis, & priuilegii dictæ Baronię Landi, & non aliter, nec alio modo. Vnde si consideremus cessionem litis, quã prætendit pars, fuisse factam in isto actu: Primò legetur, quod est pactum, per quod omnia bona burgensatica, & allodialia quondam Donnæ Beatricis voluerunt esse inter eos æqualiter diuidenda in duas partes, & cum hæc benefacta, sit plenissimè supra comprobatum esse allodialia, & hæreditaria, & ad Donnam Beatricem pleno iure spectare, vti propria, ex quo fuerunt per eius patrem assignata pro satisfactione legatorum, quæ legata ipsa soluit de suis proprijs pecuniis.

Et cum appareat, & inde legatur in sequenti pacto, quod stante præsenti accordio, quod erat, quia omnia bona æqualiter erant diuidenda, ideo cessit liti suis actis, & sic fuit cessio litis, stante, quod ipsi Clientes habuerant intentum, cùm ipsa pars contraria fecisset actum, omnia allodialia esse communiter diuidenda, & non prætendebant aliud ipsi Iugales de Villadicani, nisi diuidere omnia allodialia.

Et ad ostendendum, quod in præsenti actu non intellexerunt, nisi de simplici Baronia, & feudo Landi, & non de benefactis in eo. Legatur vltimum præcalendatum pactum, nam sibi præfati Iugales de Villadicani reseruant successionẽ in casu mortis Don Honofrii sine filiis iuxta formam priuilegij ipsius feudi, per quod priuilegiũ potuisset succedere in feudo, & non in benefactis, quia illa non sunt inclusa in priuilegio, quomodo igitur voluit relinquere benefacta ad libitum, & voluntatem Don Honofrij? valde hæc aliena sunt ab ipso facto.

Et tandem ridiculum est dicere in casu isto, quod res permutata succedit loco rei permutatæ, videlicet Io. Vincentius reliquit feudum Piraci Mannucciæ, & quia hoc feudum competebat Beatrici, reliquit ipsi Beatrici benefacta loco dicti feudi, quoniam negatur hoc in facto, nam benefacta reliquit pro legatis, vt pluries est repetitum, & ideo non potest dici esse in casu rei permutatæ, quoniam procederet, quando simpliciter legasset benefacta, non autem, vt in casu isto, quod legat pro solutione legatorum, & sic isto titulo oneroso, vt supra fuit comprobatum, & ita iuris esse censeo.

Die 14. Decembris 1615. fuit confirmata prædicta sententia per Regiam Curiam Straticotialem.

SVMMARIVM.

1 *Terra Sabucæ est de districtu Messanæ, & habet eius Casalia, & Territorium, inter quæ est Casale vetus, num. 2. & num. 99.*

3 *Terræ districtuales, & eorum Casalia quæ sint remissiuæ.*

4 *Actus publici sunt probatio probata.*

5 *Testes parte incitata, & non dato termino, non probant; secus in summario possessorio, vt num. 7.*

6 *Causa contra priuilegij est summarij possessorij.*

8 *Confessio facta in precibus porrectis Principi plenè*

plenè probat, esto preces essent subrectitiæ, num. 9. item si essent in rescripto reprobatio num. 10.

11 Priuilegia concessa Vrbi Messanæ sunt etiam concessa districtualibus; recensentur causæ propter quas fuerunt concessa, num. 42. & quod sint iustæ num. 44.

12 Rescripta quæcunque, & ordinationes, quæ sunt contra ius non exequuntur.

13 Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis sunt delegati in decisione contrapriuilegiorum.

14 Rescripta omnia qualiacunque sint intelligunter saluo iure tertij.

15 Princeps non intendit tertio præiudicare, & potius impropriantur verba, ne præiudicium tertio inferant. nu. 16. 49. 50. 51. & 113.

17 Principis voluntas semper præsumitur iuri conformis, & num. 108.

18 Iurisdictio Territorij est penes Magistratum Ciuitatis.

19 Subiectio Casalis erga Ciuitatem, seu Terram probatur, si est sub extimo illius, quoad collectas, taxas, & gabellas.

20 Possessio iurisdictionis ostenditur per actus iurisdictionales, & qui sint num. 100.

21 Iurisdictio tam ciuilis, quàm criminalis præscribitur data scientia.

22 Scientia officialium præiudicat Regi ad inducendum præscriptionem contra eum, & num. 23.

24 Scientia probatur ex factorum qualitate, item ex longinquitate temporis, num. 25.

26 Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, habetur pro ipsa veritate, num 102.

27 Casale dum tollitur à dominio Terræ, & Ciuitis dominantis, grauatur ipsa Terra, & Ciuitas, num. 29. & recensetur interesse omnium, num. 32.

28 Priuilegia sunt proprium patrimonium Ciuitatis.

30 Casalia sunt indiuidua cum Ciuitate, & Terra cui sunt vnita.

31 Iurisdictio Ciuitatis, Territorij, & Vicorum est indiuidua.

33 Interesse est extimatio alicuius vtilitatis, non habitæ propter alicuius factum.

34 Rex potest moderare iurisdictionem sui Magistratus, & supprimere iurisdictionem, etiã Ciuitatum nu. 35. & potest Casale à Terra diuidere, & segregare Iurisdictionem, nu. 36 fallit quo ad Vrbem Messanæ; fallit quando est concessum ob seruitia num. 48.

38 Vsus, & consuetudo transit in vim priuilegij.

39 Priuilegia ob seruitia concessa sunt irrenocabilia, & transeunt in contractum, & successor tenetur obseruare, num. 41. nec possunt de plenitudine potestatis reuocari quo ad Vrbem, licet sit legitima causa, & quid de iure, num. 52. 53. & 54.

40 Priuilegium recipiens dicitur habere causam onerosam, quia sibi soluitur merces laboris, & concedens, videtur potius naturale debitum soluere, quam liberalitatem exercere.

43 Remuneratio dicitur quædam debiti permutatio, & vocatur contractus onerosus.

45 Seruitia dicuntur legitimè probata, si enuncientur à supremo Principe, eo magis data antiquitate temporis, & sufficit semel merita liberalitati paria iudicasse, num. 46. affertur ratio, num. 47.

55 Priuilegia sunt ius singulare, seu speciale contra ius commune introductum, & per illa Princeps detrahit iuri communi, esto non sit clausula (non obstante) num. 56. idem & Statuta num. 57.

58 Statutum si mandat Iudicem debere condemnare victum in expensis, vt aliquid operetur, num intelligatur, etiam si habuit iustam causam litigandi.

59 In mala, nec in bona fide existens excusatur.

60 Priuilegium recipit interpretationem à iure communi, vt minus lædat, dummodo quod aliquid operetur.

61 Priuilegia potest Princeps subsistente legitima causa reuocare, intellige, num. 62. & 63.

64 Causa quando est exposita in precibus, non recurritur ad coniecturas, cùm potest esse expressa, vel colligi ex mente, & coniecturis, etiam ex præfatione num. 65.

66 Causa debet vere, & concludenter probari, & referuntur casus ad ostendendum falsitatem causæ expressæ, num. 69.

67 Testes, vt plenæ probent, debent esse duo, vel tres, dummodo non sint interessati, nu. 68.

70 Princeps, quando facit aliquid absque causa, & cognitione, tunc non præsumitur iusta causa.

71 Straticotus, & Iudices sunt Iustitiarij, & habent merum, & mixtum imperium, nu. 82. etiam in districtu, & quid cognoscant Capitanei Terrarum districtus, & quid Straticotus in visita. Recensentur priuilegia. nu. 72. 84. 85. 86. & 87. Recensentur actus iurisdictionales facti per Archimandritam, & quod fuerunt decisi tendere contra priuilegia, num. 101.

73 Verba illa in priuilegijs, quod omnes Ciuitates intus eius fines obediant Vrbi Messanæ, faciunt illos districtuales, affertur ratio, nu. 74. & 75.

76 Ciuitatis partes dicuntur quæ sunt intra fines illius.

77 Barones pro iurisdictione habent intentionem fundatam quo ad ea, quæ sunt intra fines Territorij nu. 79. idem & Episcopus nu. 78.

80 Merum, & mixtum imperium dicitur concessum

sum ex illis verbis [concedo iurisdictionem criminalem] immo concessa iurisdictione, sola, num. 82. licet secus in Regno.

81 *Verba illa [pro quacunque causa parua, & magna] important omnia, quæ excogitari possunt.*

83 *Iustitiarij nomen importat merum, & mixtum imperium.*

88 *Confirmatio habet vim renouationis priuilegiorum.*

89 *Priuilegia declarantur ex subsequuta possessione.*

90 *Possessio interpretatiua non requirit longi temporis præscriptionem.*

91 *Obseruantia subsequuta est fida interpres Priuilegiorum, & statutorum, & num. 114.*

92 *Actus iurisdictionales dicũtur facti titulo præambulo, num. 136.*

93 *Instrumentum authenticum producens dicitur habere intentionem fundatam, quia est probatio probata, sic & Vrbis priuilegia.*

95 *Districtuales sunt de iurisdictione Ciuitatis dominantis, & Ciuitas habet imperium in eo*

96 *Districtum qui habeant referuntur, & nu. 97. & in Regno Siciliæ sola Messana. nu. 98.*

103 *Attentatæ dicuntur, quæ fiunt post sententiam & vt talia reuocantur. Et in contrapriuilegijs. Est Priuilegium nouissimum Regis Philippi II. num. 104.*

105 *Forma ad vnguem est seruanda, nec sufficit per æquipollens, num. 106.*

107 *Dao semel dicatum non potest amplius ad humanos vsus transferri.*

109 *Confirmatio in forma communi nihil dat.*

110 *Confirmatio duplex est, quę sit, & quid operetur, & num. 125. 126. & 128.*

111 *Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*

112 *Priuilegia concessa Vrbi Messanæ à Serenissimo Rege Rogerio, sunt per triennium ante Priuilegium Archimandritæ.*

115 *Priuilegia Vrbis sunt verissima, recensentur authoritates, & rationes, & nu. 124. 132. 133. 134. 135. & 138.*

116 *Priuilegia ob antiquitatem ostendunt magis veritatem, & præsumuntur vera, & sollemnia, & faciunt probationem probatam.*

117 *Historiographi si registrant priuilegia, vel taliter referunt, quod se conformant cum priuilegijs, pleniſſimam faciunt fidem, etiam de auditu in excedentibus memoriam, nu. 122. Et quando variant præualet crebrior opinio & standum est illis, qui se conformant priuilegijs. num. 123.*

118 *Ius patronatus probatur libris annalium, idem in scriptura, in marmore, & lapidibus Ecclesiæ, num. 119. idem per insignia; & arme depicta in muro domũ esse illius, nu. 120.*

121 *Messana Vrbs nobilitat personas, easque vt nobiles ponit in suo scrutinio, stantibus Priuilegijs.*

127 *Principis verbis enunciatiuis in antiquis creditur.*

129 *Interpellatio, in casu euictionis, si non fuit facta, an denegetur actio.*

130 *Cicatio ob diuturnitatem temporis præsumitur interuenisse.*

131 *Antiquum tempus quod sit.*

137 *Obseruantia coram tot Regibus, & Principibus vicem constituti habet.*

136 *Imperatoris proprium est leges vniuersales, & particulares condere, & etiam ab alijs condita reformare, nu. 140.*

141 *Confessio relatiua ad instrumentum si est facta ab eis, qui habent potestatem de nouo disponendi probat, etiam non docto de enunciato, idem si exhibeatur relatum, & nihil sit in dicta scriptura, sed aliunde probetur. Affertur ratio, nu. 142. & in Principe est speciale, num. 143.*

145 *l. sancimus. C. de diuers. rescript. declarat.*

146 *Confirmatio sæpius geminata, & multiplicata tollit vitium subrectionis.*

ARGVMENTVM.

An Princeps possit segregare Casale, & Terram à Ciuitate dominante constituendo alios officiales, & ministros in prę iudicium ipsius Ciuitatis. An priuilegia titulo oneroso concessa subsistente legitima causa Princeps possit tollere. Et an Reuerendissimus Archimandrita in Terra Sabucæ, eiusque ruribus, & in hac Vrbe possit quoad dictos homines exercere iurisdictionem ciuilem, & criminalem.

CONSILIVM XXIII.

IESVS MARIA.

IN anno 1606. Iurati, & Sindicus terræ Sabucæ, districtus Nobilissimæ Vrbis Messanæ, & quatuor Ciues eiusdem Vrbis allegauerunt tendere contra Regia Priuilegia quasdam literas Viceregias sub visione Magnæ Regiæ Curiæ Sedis criminalis datas Panormi sub die 29. Ianuarij 1603. per quas Rus vetus segregatur à iurisdictione dictæ terræ Sabucæ. Nec nõ omnia acta iurisdictionalia facta per Reuerendissimum Archimandritam, eiusque

Vicarium

Vicarium, per quæ exercetur iurisdictio criminalis, & ciuilis, tam in dicta Terra, & Ruribus, quàm in hac Vrbe: nec non & iniunctiones, si deiusiones, & alia facta tam per ipsum, quàm per eius Vicarium, Capitaneum, & alios ministros de eius ordine pro causis beneuisis, & cum pœnis applicatis Cameræ Archimandritali, & locis piis, & facto Eulogio, fuit decisum in fauorem ipsorum Iuratorum, Sindici, & Ciuium. Exinde facta reductione ad pristinũ habito accessu super loco iuxta Priuilegia ipsius Vrbis fuit per dictum Reuerendissimum Archimandritam habitus recursus ad supremum Italiæ Concilium, coram quo intro iucto prędicto Eulogio prætendit reuocationem dictæ decisionis. Pro cuius tamen confirmatione præsuppono 1 verissimum esse in facto, terram Sabucæ esse de districtu Nobilissimæ Vrbis Messanæ, eamque habere eius Territorium, & Rura, ita ex priuilegio expedito per ipsam Vrbem in anno 1340. sub die 11. mensis Nouembris 1x. Indict. & priuilegio Sereniss. Reg. Alphonsi in anno 1434. inter quæ 2 rura est Rus vetus de quo agitur, vt inquit *Sp. Consiliar. Vinc. Ferrarot. in tract. præeminẽ tiæ Offic. Reg. Straticot. cap. 19. fol. 66.* vbi numerat omnes alias Terras de districtu, & 3 eorum Rura, item constat per multa acta publica, & testes in Eulogio à tempore immemorabili, & ex literis istis vltimo loco obtẽptis, per quas prætendunt, quod de Rure subdito dictæ Terræ segregentur, & separentur. Item etiam ex prouisionibus factis per dictum Dominum Archimãdritam in personam Capitanei nouiter in dicto Rure constituti, & Capitanei dictæ Terræ Sabucæ, & aliorum Officialium, quibus prohibet exercitium eorum ordinariæ iurisdictionis, stante dicta separatione, & cum fundentur prædicta actis publicis, quæ sunt probatio probata, *ex Bal. in l. quoties. in fin. C. de iudic. & in cap. consulnit. col. 2. in fin. de offic. de legat. Paris. cons.* 54. *vol.* 1. *num.* 3. *cons.* 104. *eod. vol. Octau. decis. Pedam.* 72. *num.* 4. *decis.* 117. *num.* 1. *Rot. à Val. cons.* 6. *& cons.* 57. *nu.* 3. *vol.* 3. *& cons.* 46. *num.* 13. *cons.* 49. *num.* 4. *cons.* 60. *num.* 55. *& cons.* 63. *num.* 3. *vol.* 4. *Milan dicis.* 8. *num.* 23. *& sequ. part.* 2. Et non indigent disceptatione fori, *cap. cum dilecti. vbi Abb. in notab.* 1. *de donat. Honded. cons.* 31. *num.* 5. *vol.* 2. *cum alijs supra allegatis.* Item etiam copiosissimo numero testium, qui licet sint parte incitata, & nullo dato termino, *iuxta doctrinam Bart. in extrauag. ad reprimendum, & sing. Marsil.* 81. 6 *cum multis*; tamen quia hoc iudicium per viam Eulogij est summarium possessorium, in quo de facto factum, eodem modo summario breui termino dierum octo re- 7 uocatur, & testes in summario possessorio etiam parte incitata probant, *per Mascard. conclus.* 1373. *num.* 9. *& refert Alex. cons.* 148. *num.* 2. *vol.* 6. *Neuiz. cons.* 86. *nu.* 7. *Ceph. cons.* 19. *in fin. vol.* 1. *Rot. à Vall. cons.* 8. *nu.* 31. *vol.* 4. *Farinac. quæst. crim.* 71. *nu.* 71. *vers. sed quod in possessorio. cum alijs per me adductis in cons. impresso pro Senatu Messanensi contra Don Fidericum in suprema Regali Curia.* Item, & eorum confessione fa- 8 cta in precibus porrectis Principi, quę plenè probat, *l. cum precum. C. de liberal. caus. l.* 2. *C. de institut. & substitut. l. cum precibus C. de probat. l. cum te. C. de transact. Aflict. decis.* 25. *num.* 5. *Surd. cons.* 61. *num.* 32. 9 *&* 33. vbi dicit procedere etiam si preces subrectitiæ essent, *secundum Ias. post Ioan. Andr. in cons.* 161. *col.* 3. *in fin. vol.* 2. *Dec. cons.* 274. *in princ. & cons.* 534. *num.* 4. *&* referendo *Abb. & Felin.* dicit procedere 10 etiam si confessio sit facta in rescripto reprobato, *Capic. decis.* 71. *nu.* 1. *est* rectè cõcludendum tale præsuppositũ esse verisimũ in facto; Est etiã verissimũ tã dispositione priuilegiorum, quàm iuris communis, 11 quod priuilegia cõcessa Vrbi Messanę sunt etiam concessa eius Terris districtualibus, ita ex priuilegio Arcadij Imperatoris anno 407. vbi ipsorum Ciuium, & districtualium Ciuitates prædictæ. Item priuilegijs Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ anno 1357. ibi concedimus vniuersitati hominum prædictæ Ciuitatis nostræ Messanæ, suique districtus, & ibi concedimus etiam Vniuersitati prædictæ, & hominibus eius, ac districtualibus suis. Itẽ priuilegio Reg. Ioann. ibi nouas confirmationes facere dictæ suæ Ciuitati Messanæ, ciuibus, & habitatoribus, atq; districtualibus, eiusdem ibi, & suis ciuibus, & districtualibus concessa: dispositione iuris, qnod priuilegia concessa Ciuitati, dicantur etiam concessa districtualibus, *Bart. l.* 2. *num.* 41. *C. quę sit longa consuet. Rom. cons.* 218. *Ceph. cons.* 558. *quos refert Muta. in præb. cap. rit. tom.* 4. *num.* 11. *&* 12. *vbi etiam alios recenset. Valenz. Velasqu. post hæc scripta impress. cons.* 79. *num.* 75. latissimè, & quasi probatum, & *num.* 67. *&* 20. & in alijs inquit extendi ad Villas, & Casalia. His præsuppositis 12 sciendum est, quod quæcunque rescripta, ordinationes, & literæ tam pro causa vniuersali, quàm particulari, quæ emanauerint, & sint contra ius, & iustitiam partiũ

nulli

nulli executioni mandentur, donec fuerint per iustitiam moderata, quod comprobatur tam priuilegijs Sereniſsimorum Regum, quam capitulorum Regni, quam etiam diſpoſitione iuris communis, patet ex Priuil. Reg. Rogerij, qui voluit, vt nõ fiat mandatum, quod ſit contra priuilegia Meſſanæ, & ſi fieri contingat, non exequatur, niſi fuerit regulatum; quod confirmat Manfredus Rex, qui voluit perpetuo obſeruari; clarius ex literis Regis Martini colligitur, in quibus Rex admonet Iuratos, ne reſcriptis, ſeu mandatis Regijs turbentur, ſi forte illa fuerint in eorum præiudicium, ex quo ſciunt mandatum eius generale, quod habent, quod ſi reſcriptum emanat, quod fuerit contra Ciuitatem, aut particulares in eius executione ſuperſedeant, & Regi reſcribant, qui ſe offert deliberare iuxta Concilium Iuratorum; ex quo clariſsimè colligitur mentẽ Suæ Catholicæ Maieſtatis eſſe, quod non exequãtur mandata, quæ tendunt contra priuilegia ipſius Vrbis, & diſtrictualium. Et ex quo erat neceſſe, quod inter litigantes ſuper his ſit aliquis qui iudicet, *iuxta text. in cap. forus. de verbor. obligat.* eadẽ Serenitas
13 Reg. Alphonſi conſtituit Iudices, delegatos, Iudices Curiæ Staticotialis, qui debeant cognoſcere ſi mandata ſint contra priuilegia, nec ne, & ob id Rex Ferdinandus Catholicus mandat Iudicibus, & Collegio Doctorum, quod abſque metu declarent, & conſulant, quod eſt de iure, de quo in nouiſsimo priuilegio æternæ memoriæ Regis Philippi Secũdi fuit præſcriptus modus, & forma, quæ ſeruari debeat in ipſorum declaratione, ex capitulis enim Re-
14 gni, quod reſcripta omnia, qualiacunque ſint intelligantur ſaluo iure tertij, apparet ex *cap. 29. Reg. Martin. & ex cap. 436. Reg. Alphonſ.* Item etiam & diſpoſitione iuris,
15 nam Princeps non intendit tertio præiudicare, nec ius alterius auferre, *ex l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loc. public. l. impuberi ff. de adminiſtrat. tutor. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. Iaſ. in l. fin. de conſtitut. Princip. nu. 20.* Hinc ſunt
16 improprianda verba reſcripti, ne tertio præiudicium inferant, *cap. ſuper eo. de offic.*
17 *delegat.* Cùm voluntas Principis ſemper præſumatur iuri conformis, *Bal. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. latè. Rom. conſ. 334. multa inferens D. Apont. conſ. 55. col. 1. & ego in conſ. 1. num. 182. & ſequ.* Quod autem iſtæ literę ſint contra ius ipſius Terræ, eiuſque officialium, apparet clariſsimè ex lectura ipſarum, dum ſegregatur dictum Rus ab ipſa terra, & tollitur â Iuriſdictione ipſius, & ab eius Territorio aſſerendo in dictis litteris eſſe Rus ſubditũ iuriſdictioni ipſius Terrę, additur facto tam veridico, & claro diſpoſitio legalis, nam cum ſit de Territorio dictæ Terræ, clarum eſt eſſe de iuriſdictione ipſius Ter-
18 ræ, cum iuriſdictio Territorij, & eorum, quæ intra eius fines ſunt, eſt penes Magiſtratum Ciuitatis, & Terræ, cui dictum Territorium cohæret annexum, *l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. & rer. ſignificat. l. quæ Religioſis. & ibi Ang. ff. iuriſdict. omn. Iud. Bart. in l. 1. §. cum Vrbem. col. 1. ff. de offic. præfecti. Vrb. Alex. in addit. ad Bart. in l. ſi conuenerit. §. nuda. ff. de pignoratit. act. Bal. cap. 1. col. 2. ſi de inueſtit. feud. int. dom. & Vaſſall. lis oriatur. Alex. conſ. 24. col. 1. vol. 5. Pariſ. conſ. 16. num. 22. lib. 4. addit. ad Alb. in litt. D. conſ. 111. Alciat. de præſumpt. cap. 20. 2. reg. nu. 3. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 1. quæſt. 6. num. 3. & 4. & ibi addit. in litt. B. Tuſch. concluſ. 543. nu. 31. & concluſ. 548. nu. 3. & 549. nu. 1. in litt. I.* Item etiam patet, quod homines Ruris veteris ſunt ſubditi dictę Terræ, nã ſunt quoad collectas, taxas, & gabellas ſub
19 extimo eius Terræ, & an cauſa extimi ſit de compræhenſis in cauſa ſubiectionis, nõ indiget diſputatione, nam hoc ſolet eſſe potiſſimum ſignum ad probandum ſubiectionem vnius Opidi erga Ciuitatem, ſeu Terram, *§. ſi quis igitur ex qualibet. & ibi gloſ. in verb. perſoluit. in Auth. quib. mod. natur. efficiant. ſui, & in l. 3. & ibi Bal. C. de naturalib. lib. cap. cum venerabilis. de cenſib. Bal. in cap. fin. in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Marta. vot. 162. num. 10.* & hoc eſt generale in probanda iuriſdictione, ſeu ſuperioritate, *tex. in cap. omnis anima de cenſib. Bal. in l. data opera col. 9. C. qui accuſat. non poſſ. Abb. conſ. 111. num. 4. & ibi addit. in litt. B. allegat Socc. conſ. 187. num. 7. vol. 2. Alex. conſ. 35. num. 3. vol. 5.* Rurſus, quod Capitaneus, & Iudices dictę Terræ Sabucæ exercent iuriſdictionem criminalem, & ciuilem in dictis Ruribus, & præciſè in dicto Rure vetero, licet quoad criminalem à relegatione ſupra ad nomen Illuſtris Straticoti, & Regiæ Curiæ Straticotialis, patet per infinita acta, & innumeros teſtes à tempore immemorabili, quæ
20 acta iuriſdictionalia oſtendunt poſſeſsionem iuriſdictionis, *Iaſ. conſ. 166. vol. 4. Alb. conſ. 64. num. 16. & ibi addict. in lit. C. refert alios. Surd. conſ. 429. num. 43. Menoch. conſ. 147. num. 43. & conſ. 1000. nu.*
21 *4. & ſequ.* vbi aſſerunt, quod iuriſdictio

tam

tam ciuilis quàm criminalis præscribitur, *Alb. in num. 41. & Menoch. num. 62. quos sequitur Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 27. num. 3. vsque ad fin. Bambacar. si de feud. defunct. quæst. 16. num. 119. & sequ.* & præscribitur quatraginta annis, licet requiratur scientia Superioris, sufficit tamen,
32 quod sciant eius Officiales, cum scientia Officialium, & Magistratuum præiudicat Regi ad inducendam præscriptionem contra eum, *Io. Bapt. Costa de fact. scient. & ignor. inspect. 72. num. 10. vsque ad fin. Alb. in d. cons. num. 51. Surd. d. cons. 429. num. 54. dicit comm. Peregr. de priuileg. Fisc. lib. 6. tit. 8. num. 26. vers. quibus adde. &*
23 *nu. 29.* & in scientia d. Proregis, quod præiudicet Regi, *d. Mastril. in cons. vnico post decis. num. 74. & 75. vbi refert alios*; patet de scientia Officialium, nam quolibet anno veniunt Sindicatores pro sindicandis Iuratis, & Magistro Notario, nam Capitaneus, & Iudex stant sub Sindicatu Illustris Straticoti, & Regiæ Curiæ Straticotialis, & quod ex hoc præsumatur scientia Officialium, *inquiunt Surd. d. num. 54. & Menoch. num. 66. Berou. in cons. 118. nu. 23.*
34 *vol. 3.* probatur scientia ex factorum qualitate, nam pluries de hoc fuit litigatum, imò & decisum per Illastrissimos Dominos Vicereges cum voto Sacri Concilij, vt inferius ostendam, *text. in cap. 4. de transl. Prælator. Io. Bapt. Costa vbi supra in princ.* Item, quando est antiquissimum tempus excedens metam memoriæ hominum, non
25 requiritur scientia Regis, nec Officialium, nec bonafides, titulus, nec aliquid, cum omnia longinquitate temporis præsumantur de scientia, *est text. in cap. cum Apostolica. & cap. cum ea noscitur. de his, quæ fiunt à Prælatis.* de titulo est *tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotidian. & æstiu.* de bona fide loquitur *Menoch. tract. de arbitr. Iudic. cas. 43. num. 6. alios retuli in d. cons. pro Senatu.* quod tanto fortius comprobatur, nam in anno 1429. fuit decisum per Illustrissimos Dominos Vicereges cũ consultatione Magnæ Regiæ Curiæ, quod tres Iudices in dicta terra Sabucæ, duo electi per Vniuersitatem, & tertius per Dominum Archimandritam exerceant iurisdictionem ciuilem, & criminalem, non spectantem ad Illustrem Straticotum, quarum vigore in anno 1462. fuerunt emanatæ literæ per Illustrissimum Magistrum Iustitiarium, quod, ex quo dictæ sententiæ fuernnt transactæ in rem iudicatam, Dominus Archimandrita velit eas exequi imponendo pœnas Officialibus contrauenientibus, vnde obstat res iudicata, quæ habetur pro ipsa veritate, *l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. ingenuum. ff. de stat. homin. cap. diffinitiua 2. quæst. 6. multos refert. Surd. cons. 359. num. 18. cons. 360. num. 40. & cons. 435. num. 7.* vbi etiam inquit, quod non est curandum qualiter se habeat veritas, facit enim de albo nigrum, & origiginem creat, æquat quatrata rotundis, & naturalia sanguinis vincula, & falsum in verum, quoad iuris effectum, licet non essentialiter mutat, *Torret. cons. 41. num. 1. lib. 1. Osasc. decis. Pedam. 90. num. 10.* Est igitur manifestum interesse ipsius Vniuersitatis, nam dum dictum Rus tollitur ab
27 eius dominio, & iurisdictione, grauatur ipsa Vniuersitas, quia tollitur ab ea, quod suum est, *Alex. in cons. 1. vol. 5. num. 20. Alb. d. cons. 111. num. 15. Petr. de Gregor. de conces. feud. d. part. 1. quæst. 6.*
28 quia priuilegia sunt, & efficiuntur propriu patrimonium Ciuitatis, & Terræ, cui conceduntur, *Rebuff. respons. 147. vers. verum. quem refert. Valenz. cons. 79. num. 23.*
29 nam Casalia sunt subdita Terræ dominanti, *Abb. cap. licet causam. in prim. notab. vbi Dec. de probat. Grau. cons. 128. nu. 2.* Et sunt
30 res indiuiduæ cum Ciuitate, & Terra, cui sunt vnitæ *cap. sicut vnire de excess. prælat. Bart. & Io. de platea. in l. vnica. C. de Metropol. Berito. lib. 11. sequitur Valenz. nu. 37. & sequ. qui num. 72. ex authorit. Soarez. alleg. 6. Bart. & aliorum inquit* iurisdictionem
31 Ciuitatis, Territorii, & Vicorum esse indiuiduam. Item interesse gentium ipsius Terræ, est manifestum, quia si debent exi-
32 gere eorum redditus, tenentur comparere coram Capitaneo dicti Ruris, item si ibi delinquunt, ibi cogentur, & astringentur, & sic extra terram eorum, vnde magnas cogentur facere expensas tanquam aduenæ, interesse autem Officialium est manifestum, nam iura, quæ competebant ipsis pro exercitio eorũ iurisdictionis in dicto Rure sublata per nouos officiales electos ad noua officia loco eorum, vt considerat *Cumia. in sua pract. Sindicatus. cap. 8. num.*
33 *23. fol. 42.* & interesse est æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter alicuius factnm, *Bart. in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo. Bald. cons. 291. lib. 1. num. 6. Tusch. concluf. 296. num. 1. in lit. l.* Erit igitur verum dicere, cum dictæ litteræ tendant in damnum, & in manifestum præiudicium ipsius Terræ, & officialium, esse contra Priuilegia.
34 Non obstat dicere, quod Rex, qui est dominus Iurisdictionis potest Magistratus

tus sui iurisdictionem moderare, *l. 2. de origin. iur. Alex. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Roderiq. Suarez. allegat. 12. num. 56.* Et quod Rex potest
35 supprimere iurisdictionem aliorum, & nõ solum singularium personarum, sed etiam Ciuitatum, *ita Bal. in l. qui se patris. in 7. col. vers. item in concessis C. vnde liber.* & in
36 puncto, quod possit Casale à Terra diuidere, & segregare iurisdictionem, *est text. in l. si eadem. ff. de offic. assessor. Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi, aut clam. Roder. Suarez allegat. 7. num. 7. & melius nu. 15. & 16. D. Io. Franc. Apont. decis. 6. Menoch. cons. 264. num. 63. vol. 3. citat plures Honded. cons. 13. vol. 1.* Quoniam hæc opinio habet multos contradictores, *quos refert, & sequitur Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 1. quæst. 6. & post eum Ioan. Franch. Capiblanc. tract. de Baronib. & eorum offic. prag. 8. part. 1. nu. 31. & sequ.* tamen quicquid
37 sit non habet locum in Oppidis, & Casalibus sitis in Territorio, & districtu Messanæ, obstantibus proprijs priuilegijs dictæ Vrbis, & districtualium, quibus fuit data talis iurisdictio, *vt Petr. de Gregor. d. quæst. 6.* qui loquitur in Casalibus Messanæ, & præcisè ex priuilegio Regis Ludouici, per quod fuerunt confirmatę omnes consuetudines, mores, ritus, & obseruantiæ tam ipsius Ciuitatis, & suorum Ciuium, quàm districtualium Ciuitatis prædictæ, & quod viuant, prout vixerunt, vnde nulla remanet difficultas, cum appareat de vsu, & consuetudine, & semper ita vi-
38 xisse Capitaneum, & Officiales Terræ Sabucę administrasse iurisdictionem in dicto Rure vetero, vti rure subdito ipsi Terræ dominanti, quæ priuilegia sunt inreuocabilia, ex quo non fuerunt ex gratia concessa, sed ob grandia, singularia, notabilia,
39 continua, ac particularia seruitia, cum vita, sanguine, & bonis, & ob veram fidelitatem ipsius Vrbis, quę dicuntur transiuisse in contractum, & sunt inreuocabilia. *Tiaqu. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 14. C. de reuocand. donat. Dec. cons. 286. num. 6. Ruin. cons. 196. col. penult. & cons. 217. num. 7. vol. 1. Bec. cons. 56. num. 8. Rolan. cons. 66. nu. 33. & sequ. vol. 2. Surd. d. cons. 419. nu. 55. Menoch. cons. 331. nu. 66. Sesse decis. 79. num. 39.* nam recipiens
40 priuilegium dicitur habere causam onerosam, quia sibi soluitur merces laboris, *l. si pater. §. 1. l. à quibus regulis. ff. de donat. Turret. cons. 9. num. 7. vsque ad num. 13. vol. 2. Surd. cons. 140. num. 40.* vbi etiam inquit, quod concedens videtur potius naturale debitum exsoluere, quam liberalitatem exercere, *Abb. in rubr. de donat. Castr. in l. digna vox. C. de ll.* vbi ait, nec ex plenitudine potestatis posse reuocare contractum *& in cons. 317. col. fin. Peregr. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 3. num. 44.* vbi ait etiam successorem teneri ad obseruantiam, esto successerit in statu per electionem, siue successionem, *& idem in lib. 6. tit. 1. num 19. Rimin. iun. cons. 556. num. 107.* & causa finalis concedendi dicta priuilegia fuit fidelitas Messanensium, eorum perfecta integritas, innatus valor pro defensione dominorum, quæ si nõ fuissent Principes, vtiq; non concessissent, cum causa finalis sint merita, & de illis fit mentio in proemio Priuilegiorum *l. 1. vbi Bart. ff. ad Macedon. Rolan. cons. 69. num. 38. & 39. vol. 4. Bec. cons. 45. num. 2. & 30. idem Rolan. cons. 13. num. 62. vol. 3. Granet. cons. 192. num. 21. & in cons. 85. num. 2. Thesaur. decis. 270. num. 20. Menoch. cons. 331. num. 72.* cum
43 remuneratio dicitur quædam dẽbiti permutatio. *Maluac. cons. 3. num. 16.* contractusque onerosus nuncupatur. *Magon. decis. Florent. 77. nu. 21.* & dicitur naturalis debiti solutio, *idem Magon. decis. Luccens. 87. num. 3.* cùm fiat post seruitium acceptum *Carol. Bardellon. d. cons. 22. num. 30. cum sequ. & Ego in cons. 1. num 65. & sequ. & num. 151. cum multis, & cons. 2. num. 58.*
44 quod autem expressio fidelitatis, & seruitiorum dicatur vera, & iusta causa meritorum, & ratio probabilis remunerandi dixerunt *Anan. in cons. 71. nu. 4. Gozadin. cons. 5. num. 10. Alb. cons. 67. num. 4. Rolan. cons. 13. nu. 29. vol. 3. Carol. in d. cons.*
45 *num. 30.* quæ seruitia dicuntur legitimè probata, cùm enunciẽtur à supremo Principe habente supremam potestatem, *Clem. 1. de probat.* ita fuisse consultum per Collegium, & Aduocatos Florentinos, respõdit *Curt. sen. cons. 21. sub nu. 16. Alex. cons. 15. num. 2. vol. 5. Soc. sen. cons. 203. lib. 2. Menoch. cons. 147. num. 19. & sequ. nu. 2. vbi alios refert, & post eum Torret. cons. 71. num. 1. lib. 1. Bolognet. cons. 1. num. 51. Ioseph Sesse. decis. 79 num. 39. Bardell. d. cons. 22. num. 35.* vbi dicit contrarium tenentes loqui in inferiori à Principe, *refert Menoch. cons. 307. nu. 12. & alios. glos. in cap. pastoralis. in verb. exornare de offic. delegat. Bart. in l. ambitiosa. col. 2. ff. de decret. ab ordin. faciend. Doct. cap. 1. de probat. Ludou. decis. Perus. 3. num. 9. Ias. cons. 101. nu 15. & sequ. vol. 4. Decian. cons. 25. nu. 38. vol. 1. Nacc. cons. 522. num. 31.* vbi dicit ea non posse in dubium reuocari, *multos refert*

Ioann. Petr. Surd. conſ. 419. num. 65. vol. 3. Butr. & Ang. quos ſequitur, & refert. Alex. in dicto conſ. 15. Rolan. conſ. 23. nu. 15. lib. 4. Menoch. Torret. & alij ſupra citati, vbi aſſe-
46 runt multo magis procedere data antiquitate temporis, & ſic ſufficit Principem ſemel conceſsionem meritis cõmenſuraſſe, ac vnica vice merita liberalitati paria iudicaſſe, *Menoch. in terminis in conſ. 331. nu. 75. & ſequ.* quia inſpicitur qualitas dan-
47 tis, vel remunerantis ad dignoſcendum, num res data æquatur meritis, ex quo exceſſus non attenditur in Principe ſupremo *Carol. in d. conſ. num. 35. vbi alios refert, & ad alia multa infert.* igitur concludendum eſt, Doctores prædictos loqui, aut vbi per Terram exercetur iuriſdictio abſque priuilegio in eius Caſalibus, aut vbi ex priuilegio conceſſo ex mera gratia; ſecus ob grãdia ſeruitia, prout hic, quia tunc tranſit in vim contractus, & inreuocabile eſt, vt eſt dictũ, & in puncto, in quo verſamur, quod
48 ſemel ac dedit Rex, & in contractum tranſiuit, quod non poſsit terminos diuidere, nec moderare, dixerunt *Auendan. lib. 1. Prætor. cap. 12. num. 10. multos refert Ioſeph Seſſe. deciſ. Regni Aragon. 79. per totam* vbi ſic dicit fuiſſe deciſum, & licet exinde fuit reuocatum, tamen dicit, quod fuit ex alijs capitibus, & fundamentis, *& idem Seſſe. in deciſ. 187. part. 2. num. 18. & 19.* non eſt dicendum, quod voluit tertio præ-
49 iudicare, cùm Rex neminem præſumatur velle lædere, & vti omnium iuſtus pater non præſumitur vni dare, & alteri aufferre, etiam in reſcriptis, & priuilegijs, *cap. quamuis de reſcript. in 6. l. reſcripta. C. de prec. Imperat. offer. l. nec anus. C. de emancip. gloſ. in l. vnica. §. ſed & ſi. ff. nequid in flum. publ. Georg. Agacz. de priuileg. lib. 3. cap. 5. nu. 33.* licet verba eſſent ampla, & importarent conceſsionem cum præiudicio tertij, *Ruin. conſ. 88. vol. 4.* quia debent ſtri-
50 ctiſsimè interpretari, vt minus præiudicent tertio, quam fieri poſsit. *Clement. paſtoralis de Priuileg.* immo impropriari ver-
15 ba priuilegij, *gloſ. 3. cap. paratus. 23. queſt. 1. cap. cauſam de reſcript. cap. cum dilectus. de conſuetud. l. quamuis. ff. de in ius voc. l. fin. ff. qui pet. tut. vel curat. Georg. Agacz. in d. tract. de priuil. lib. 3. cap. 5. num. 17.* & taliter, quod redderentur ocioſa, & ſupeflua, vt probat *text. cap. ſuper eo. de offic. delegat. vbi Dec. in 1. limitat. verſ. & hoc intelligendum, Capiblanc. & alij præcitati in nu. 15. & 16. & latiſsimè Claper. in centur. cauſar. Fiſcal. cauſ. 8. quæſt. 2. à num. 1. vſque ad num. 6.* Et numquam præſumitur Principi aliquid placere, niſi quod iuſtum eſt, cùm velit omnes actus ſuos regulari à iuſtitia poli, & fori, *Bald. l. 1. num. 1. vbi Iaſ. nu. 3. de conſtit. Princip. Carol. conſ. 74. nu. 40. vbi refert Gail. & DD.* Reſpondetur tandẽ, quod cum ſimus in priuilegijs oneroſis, quæ tranſierunt in vim contractus, & ſunt effecta inreuocabilia, vt ſupra fuit compro
52 batum, Princeps illa non poteſt reuocare, etiam de plenitudine poteſtatis, etiam ſubſiſtente legitima cauſa, ex quo ex priuilegijs Vrbi conceſsis voluit nolle vti plenitudine poteſtatis, at clarum eſt diſpoſi-
53 tione iuris communis Principem non poſſe tollere rem alterius, etiam de plenitudine poteſtatis, non ſubſiſtente legitima cauſa, vt voluerunt *gloſ. Bart. & communiter DD. in l. fin. C. ſi contra ius. vel vtil. public. Paul. de Caſtr. in l. digna vox. C. de ll. Archidiac. in cap. per principalẽ 9. quæſt. 3. Innoc. & Ioann. Andr. & in cap. innouit. de elect. Aret. in cap. cùm à nobis de teſtib. Bal. in §. adhæc. in tit. de pace. iur. fir. in vſi feud. & in l. ſerui. C. in quib. cauſ. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. Felin & Canon. cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. Marſil. ſing. 25. Nacl. conſ. 619. num. 12. Grau. conſ. 5. num. 5. conſ. 7. num. 10. conſ. 103. num. 3. dicit communem in conſ. 135. num. 20. conſ. 172. num. 3. conſ. 241. per totum. Soc. iuni. conſ. 77. num. 124. lib. 1. Roman. conſ. 352.* vulgatiſſimam hanc iuris concluſionem dicens *Fulgos conſ. 20. ſub fine. Euerar. in loco à plenitudine poteſtatis, limit. 11. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 48. nu. 6.* vbi receptiorem hanc eſſe ſententiam ait, & multi relati à *Petra. in tract. de poteſt Princip. cap. 24. num. 60. & ſequ.* communiorem, & magis rationi conſonam teſtatur *Felin. d. cap. quæ in Eccleſiarum. col. 10. & 15. de conſtit.* etiam ſi vtatur quibuſuis clauſulis, docent *Bal. Alex. & Iaſ. in l. teſtamentum. C. de teſtam. Iaſ. in l. Barbarius. num. 35. ff. de offic. Prætor. latiſsimè Grau. conſ. 241. num. 10. Menoch. vbi ſupra. Illuſtriſſ. Regens Tappia in rubr. ff. de conſtit. Princ. cap. 2. num. 24. & ſequent. & multi alij ſupra allegati. Georg. Agacz. tract. de priuil. d. lib. 3. cap. 5. nu. 32. cum multis ſequ.* cùm Imperialis Maieſtatis proprium non ſit auferre conceſſa, *vt ait Iuſtin. Imperat. in Auth. de referend. Prælat. in princ. l. quicunq;. C. de omni agro. deſer. lib. 11. & latiſsimè multa inferens Agacz. vbi ſupra.* Vnde cum de iure ſit non poſſe tollere, niſi ſubſiſtente legitima cauſa, & cum ex priuilegijs fuerit conceſſum poſſe vti plenitudine poteſtatis, dicendum eſt etiam non poſſe ſubſiſtente cauſa, ad

hoc

hoc, vt priuilegium aliquid operetur vltra
55 ius, nam priuilegia sunt ius singulare, seu speciale contra ius commune, seu generale introductum, *l. quæ ex relationibus, & l. sequ. C. de legib. l. similes. & l. ex militari. ff. de testam. milit. l. quod placuit. ff. de iur. Fisc. l. 1. ff. ad municip. l. penult. C. de præc. Imperat. offer. glos. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. glos. vlt. in l. vnic. C. quando imper. int. pupill. & vid. cap. nouit. de iudic. cap. cum*
56 *dilectus de consuet.* Et quod ex priuilegijs Princeps velit infringere ius, & aliquid detrahere iuri communi absque eo, quod sit clausula [non obstante] dixerunt *Bal. in l. pupill. col. 3. vers. ego dico. ff. de rer. diuis. Hostiens. Ioann. Andreas. Butr. & alij relati à Felin. in cap. nonnulli. num. 41. de rescript. Agacz. qui alia iura, & authoritates refert dicto tract. lib. 1. cap. 3. per tot. & in puncto loquitur Ioseph Sesse. d. decis. 79. num.*
57 *55.* & in Statutis loquuntur *Ang. in auth. de exhibend. reis. in princ. addit. ad Alex. in cons. 63. in verb. litigandi vol. 5. vbi alios refert*: quod si sit statutum mandans, quod Iudex debeat condemnare victum in ex-
58 pensis, vt aliquid operetur, debet intelligi, etiam si habuit iustam causam litigandi; nam de eo qui non habet iustam causã est dispositio iuris, hanc opinionem dicit communem *Gomez. in reg. de non toll. iure quæsito. quæst. 1. num. 20. Marsil. sing. 207. & in l. patre. num. 19. ff. de quæst. & in prax. §. oportune. num. 43. & in repetit. rubr. de fideiussor. num. 32. licet Alex. in d. cons. 183.* dicat procedere non apparente iusta causa & idem *in cons. 34. in fin. lib. 3.* dicit procedere quando est facta promissio in contractu, quod teneatur ad omnia damna, & expensas litis, nam vtcumq; fit etiam eius
59 opinio est quod aliquid operetur, cum de iure non existens in mala, nec in bona fide excusetur, vt dixerunt *Hieron. Magon. Florent. 150. nu. 23. & 24. & alij ab eo allegati.* & licet multi teneant priuilegium re-
60 cipere interpretationem à iure communi, vt minus lædat, quam sit possibile, tamen ipsi idem dicunt, dũmodo, q̃ aliquid operetur, vt *cap. 1. vbi Doct. de rescript. l. si quãdo. vbi Bart. & alij. C. de inoffic. testam. cap. dudũ. vbi Butr. de donat. Soc. cons. 110. lib. 1. Gemin. in cap. 1. §. nũ quid. de priu. in 6. in 1. notab.*

Aduertendũ tamen est, quod licet Princeps in casibus à iure permissis subsistente legitima causa possit priuilegium revocare, & causa in ipso præsumatur, *Bart. in l.*
61 *conficiuntur. ff. de iur. C. nam voluntas Principis est causa iusta. glos. fin. in l. relegati. ff. de pœn. Iason. in l. testamentum C. de testam. dicit communem. alios refert Agaz. d. tract. de priuileg. lib. 3. cap. 3. nu. 3.* & stetur assertioni ipsius *iuxta tex. in Clem. 1. de probat.*

62 Tamen in priuilegijs, quæ transierunt in vim contractus, prout hæc, non præsumitur iusta causa, licet sit derogatio facta motu proprio, sed debet constare de veritate ipsius causæ aliunde, & non procedit dispositio, *text. d. clem. 1. de prob.* cum sit necesse, quod interueniat vnum de duobus vel causa publica, vera, vel culpa eius, à quo aufertur, *vt latè Christoph. Castill. cons. 8. num. 15. & sequ. vsque ad nu. 24. Tusch. conclus. 680. lit. P. nu. 20. num. 61. & nu. 70. refert Fulgos. cons. 61. num. 4. & sequ. maximè num. 6. Grauet. de antiquit. tempor. part. 1. num. 16. 18. 29. & sequ. vbi latissimè, & refert multos DD. & post eum Alex. Raudens. cons. 37. num. 77. vol. 1.* Immo in
63 casibus, in quibus Princeps potest rem alterius auferre, debet dare recompensam, vel soluere pretium, *plenè Rol. à Vall. cons. 69. per tot. lib. 2. Paris. cons. 1. num. 111. dicit magis comm. & cons. 11. num. 116. & sequ. & cons 101. num. 79. & 71. lib. 1. dicit communem*, vbi loquitur in casu quo aufert de plenitudine potestatis. *Rolan. cons. 71. nu. 14. & sequ. lib. 2.* etiam si sit clausula [non obstante] *Paris. d. cons. 11. nu. 116. & sequ. lib. 1. Grau. cons. 7. num. 10. Tusch. vbi supra nu. 13. & sequ. Alex. cons. 151. num. 2. & 3. vol. 6. vbi Apostill. citat eundem Alex. in cons. 101. nu. 8. lib. 1. & cons. 190. num. 2. & sequ. lib. 3. Ang. cons. 139. Dec. cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. num. 92. & sequ. Ioseph. Sesse. d. decis. 79. num. 32.* nam licet suprema, est Principis Christiani potestas tamẽ est intra limites iustitiæ conclusa, quo fit, vt quanto magis est immensa, & excelsa, & fortius exigit æquitatẽ, & iustitiã, *latè Gail. lib. 2. obser. cap. 56. nu. 11. & 12. quẽ refert, & sequitur Carol. Bardell. d. cons. 22.*

Cõsideretur quæso causa in præsenti segregatione, nam exposita est in precibus, & quando est exposita, vt hic, non est re-
64 currendum ad coniecturas, cũ illa vel potest esse expressa, vt hic, vel colligi ex mente, & coniecturis, *l. nominis, & rei. vbi DD. ff. de verbor. signif. Paris. cons. 83. nn. 23. lib. 3. Menoch. cons. 11. num. 10. vol. 1.* & colligitur ex præfatione, quæ ostendit cau-
65 sam finalem, qua moti fuerunt concedentes, *l. fin. ff. de hæredib. instit. Paris. cons. 12. nn. 69. lib. 2. Honded. cons. 14. num. 13. vol. 1.* causa est, quia dictum Casale creuit ad domos 400. & solent succedere rixæ, & differentiæ, quæ causa vana est, ex quo nõ pro-

bata, sed tantum ipsi idem præsentes asserunt; & Princeps credit ipsis partibus, vn
66 de ex *doctr. Dec.* causa debet esse vera, & sic concludenter probata, cum in ore duo-
67 rum, vel trium stet omne verbum, dummodo non sint interessati, cũ in causa pro-
68 pria nullus est idoneus testis, *l. nullus idoneus. ff. de testib. cum multis.* Item iusta non est causa, nam quod sit Casale domorum 400. quod non possit gubernari à Capitaneo distanti miliare vnum, vel circa, vanitas est, tanto magis, quod in dicto Casali solent esse Iurati, & in dies videmus, quod Casalia
69 Messanæ, quæ sunt per sex, & octo miliaria distantia, & sunt nonnulla in numero domorum 1000. & 2000. vt Rus Castaneæ, Gipsi, Fari, & alia Rura gubernantur à Curia Straticotiali nullo existente officiali in dictis Ruribus, & precisè Rus Galterij, q̃ est domorũ 400. incirca, & distat ab Vrbe per miliaria 24. incirca, idem est in Terra Castri Regalis de districtu Vrbis, q̃ Terra habet 14. Casalia sibi subdita, in quibus nõ est alter Capitaneus, nec alij Officiales, nisi ille de Castro, & multa alia, quæ recensere esset valde longum, in tantum, quod nulla subsistente iusta causa, prout in effectu non est, in fortiori sumus casu, & per cõsequẽs tanto clarior redditur iustitia dictæ Terrę Sabucæ. Additur præterea, quando Prin-
70 ceps hoc fecit absque causæ cognitione, & sic partibus incitatis, tunc nõ præsumitur iustitia causæ, *Soc. vonsil. 164. nu. 11. & sequ. lib. 2. Tusch. conclus. 682. nu. 42. lit. P.*

Quo verò ad acta iurisdictionalia, criminalia, & ciuilia facta per D. Archimandritam, eiusque D. Vicarium, & alios Officiales, eorum nomine, quod sint contra Regia priuilegia Nobilissimę Vrbis Messanę, patet clarissimè. Non est dubitandum Illustrem Regium Straticotum, & Spect. In-
71 dices esse Iustitiarios, & cognitionem causarum criminalium, & ciuilium spectare ad eos, tam in Vrbe, & Territorio, quam in districtu, verum, quod in districtu, dum ibi non adsunt, cognitio est Capitaneorum Terrarum districtus. Qui quoad causas meri, & mixti imperij tantummodo capiunt informationes, procedũt ad Bannum, & confectionem inuentarij, ad nomen Regij Fisci Regiæ Curiæ Straticotialis, vt ex literis Illustrissimi quondam Ioannis de Vega olim Viceregis expeditis in anno 1548. & quando Dominus Straticotus cũ vno ex Iudicibus, & Cnria formata visitat Terras districtuales, tunc nõ solum cognoscit de delictis cuiusuis generis, & de causis criminalibus, & ciuilibus, verum & sindicat Capitaneum, Iudices, eorumque Magistrũ Notarium, vt per infinita acta à tempore immemorabili euidentissime apparet in Eulogio. Quod autẽ Illustris Straticotus, & Spect. Iudices habeant merum, mixtumq; imperium, & sint Iustitiarij, cõstat ex multis priuilegijs, videlicet; primò,
72 Romanorũ existentibus Cõsulibus Appio Claudio, & Quinto Fabio Anno 483. post Vrbem conditam; secundò, Consulibus Seruio, Fuluio Flacco, anno 620. post Vrbem conditam, per quæ priuilegia conceditur potestas Romana à Leontinio vsque ad Pactas: item & tertiò ex priuilegio Imperatoris Arcadij anno Natiuitatis Dñi 407. vbi voluit, quod perpetuo nomine ipsius Arcadij, & successorum teneat dominium in tota Sicilia, & dedit omnia à Romanis concessa: & quid est concedere potestatem Romanam, nisi quod Regius Straticotus, & Iudices possint omnia, quæ poterant Romani, & per consequens habeat Imperatoriam Romanorum potestatem, & sic merũ, mixtumque imperium publicationes bonorum, confiscationes, commoda pœnarũ, & omnia, quæ ipsis Romanis competebant prout dixerunt *Alex. in cons. 2. num. 9. vol. 1. Curt. Sen. cons. 73. nu. 28. Ias. cons. 70. col. 3. vers. confirmo etiam. vol. 3. Io. Petr. Surd. cons. 1. num. 11. & sequ. vol. 1.* Item etiam & ex priuilegio Reg. Rogerij anno 1129. vbi confirmando priuilegia antiqua, constituit etiam lapides eius à Leontinio vsque ad
73 Pactas, & quod oẽs ciuitates intus eius fines obediãt ipsi Vrbi, Regia fidelitate præsalua, quia Caput est Regni, per quæ verba dicuntur eff. ctè districtuales omnes Ciuitates, & Terrę intus eius fines; nam illæ di-
74 cũtur districtuales, quę sunt subditę, & quibus potest imperari, & tenentur obedire, *Corn. cons. 187. nu. 7. & sequ. lib. 4. Berou. cons. 181. nu. 12. & sequ. vol. 3. D. Card. Tusch. concluſ. 516. nu. 10. in lit. D.* & dicuntur esse de
75 iurisdictione Vrbis, quia confinia iurisdictionis sunt confinia Territorij, & è cõtra, *l. 3. & ibi Bal. C. vbi, & apud quos. l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & quicquid est intus fines
76 alicuius Ciuitatis, dicitur pars illius, *l. æde sacra. ff. de cõtrah. empt. l. Iusulę Italiæ. vbi Bal. ff. de Indic. receptissimã sententiã esse probat Mascard. concl. 217. col. 1. & 2. cãq; amplexa est Rot. Rom. in nouissimis decis. 159. n. 6. part.*
77 *1. & ideo dicebat Hostien.* q̃ domini Terrarũ habent intentionẽ fundatã, quo ad ea, q̃ sunt intra fines earũ Terrarũ, *Soc. iun. cons. 65. n. 68. vol. 1. & ad hoc est tex. in cap omnes. Basilicæ* xvj. *quæst. 7.* vbi habetur, quod Ec-
78 clesia, q̃ est intra fines Diœcesis pſumitur

esse

esse de iurisdictione Episcopi Diœcesiani, *cap. cum Episcopus de offic. ordin. lib. 6. Imol. in cap. nimis de iur. iuran.* vbi probat omnia,
79 quæ sunt intra fines præsumi, quoad iurisdictionem esse domini finium, & latissimè *Marta. vot. 162. col. 1. & Ego in d. cons. 1. num. 113. & cons. 2. num. 61.* Idem ex priuileg. Reg. Iacob. anno 1197. per quod conceditur iurisdictio criminalis, ex tali enim concessione iurisdictionis criminalis dicitur concessum fuisse merum, mix-
80 tumque imperium cum concessa iurisdictione criminali illud indistinctè dicitur concessum, non tantum simplicem iurisdictionem *Ioann. Andr. in addit. ad speculat. tit. de iurisdict. omn. Iudic. incip. videsti duas. Oldrad. cons. 252. vers. mihi autem. Bal. in l. fin. vers. Item nota, quod si Princeps. in 1. lectur. ff. de constitut. Princip. Abb cap. quod sede. & ibi Felin. de offic. ordin. Nact. cons. 659. in fin. qui reprobato Iason. dicit communem*, comprobatur tanto fortius ex illis verbis [pro quacunq; causa parua, & ma-
81 gna] quæ important omnia, quæ excogitari possunt, *l. in fideicomm. §. cum Pollidius. ff. de vsur. l. cum virum. C. de fideicom. Paul. de Castr. cons. 333. lib. 2. Soc. cons. 26. col. 2. vol. 3. Grau. cons. 209 num. 6.* imò con-
82 cessa iurisdictione, quod veniat merum, & mixtum imperium, tenent *Io. Anton. Lanar. cons. 5. num. 10. Decian. cons. 35. num. 25. vol. 2. alios refert Costa in cons. 49. num. 27. Rolan. cons. 42. num. 17. & sequ. vol. 2. Peregr. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 88.* licet in Regno contraria seruetur opinio, stante *constitut. Regn. incip. Ea, quæ decus, & constit. dignum.* in quibus est prouisum, vt nemo merum, & mixtum imperium exercere audeat absque exspressa, & speciali cõcessione, *Ifern. in d. constitut. ea quæ decus. & Afflict. nu. 13. & in decis. 122. Franch. decis. 116. num. 3. D. Regens Tappia in l. fin. part. 1. cap. 2. num. 3. ff. de constit. Princip.* tamen in terminis nostris non est necessaria hæc disputatio, cùm clarissima sunt Priuilegia. Item Priuilegio Regis Manfredi anno 1273 vbi asserit in confinibus Ciuitatis Messanæ, tam in certis Comitum, Baronum, & personarum Ecclesiæ, quam demanialium, officium iustitiarij esse Regij Straticoti, & Iudicum Messanę, nomen
83 enim hoc Iustitiarij importat merum, & mixtum imperium, quia ideo vocatur iustitiarius, ex quo habet merum, & mixtũ imperium, vt dixerunt *Archid. cap. quoniam de immunit. Eccles. lib. 6. Afflict. in constit. pœnam eorum de bannit. & foriudic. lib. 2.*
84 Item ex priuilegijs Reg. Ludou. & Reg. Ioann., per quæ expressè constat merum, mixtumque imperium, dominium, & iurisdictionem esse Regij Straticoti, & Regiæ Curiæ Straticotialis, quæ omnia fuerunt
85 confirmata, & de nouo concessa per Regẽ Federicum anno 1302. & per Reges Mar-
86 tinum, & Mariam de Aragona anno 1396. & per Regem Alphonsum anno 1440. & tandem per inuictas, & Cæsareas memo-
87 rias Imperatoris Caroli V. anno 1519. & Reg. Philippi II. anno 1557. vbi confirmant omnia Priuilegia tã Romanorum, quam Græcorum, & omnium Regum, quç
88 confirmatio habet vim renouationis Priuilegiorum, *cap. 1. & cap. examinata. vbi Imol. Abb. & alij de confirmat. vtil. vel inutil. idem Abb. in cap. ex parte de priuileg. Rip. respons. 25. num. 25. lib. 2. & latissimè dixi in cons. pro Senatu Messanensi contra Don Fidericum nu. . & in cons. 1. nu. .* Imò de nouo concedunt, cũ clausula, quatenus in possessione existat Ciuitas, vnde cũ manifestissimè appareat, quod dicta Terra Sabucæ, & dicta Casalia sunt de districtu, & quod Ciuitas, eiusque Magistratus tunc temporis, & etiam hodie existat in possessione suę iurisdictionis meri, & mixti imperij per multos testes, & acta publica in Eulogio, clarè sequitur dicendum respectu dictæ Terræ Sabucæ, & suorum Casalium
89 esse in specie, cum subsequens possessio, & exercitium administrationis meri, & mixti imperij in dicta Terra, & Ruribus per Magistratum Vrbis declarat omnia priuilegia, *Bart. cons. 59. cõmune Spoleti Roman. cons. 271. D. Regens Apont. cons. 51. nu. 28.*
90 *& 29.* vbi dicit talem possessionem interpretatiuam non requirere longi temporis præscriptionem, *Dec. cons. 156. col. fin. Grau. cons. 201. num. 12. Menoch. cons. 163. num. 8. vol. 2.* & quod subsequuta consue-
91 tudo, & obseruantia est fida interpres priuilegiorum, & statutorum, *dicunt Io. Bapt. Laderch. cons. 61. nu. 7. Octauian. decis. Pedam. 136. Honded. cons. 92. num. 28. vol. 1. idem Menoch. cons. 983. num. 25. vol. 10.*
92 & tale exercitium meri, & mixti imperij dicitur factum ex titulo præambulo, & sic vigore dictorum priuilegiorum. *glos. in l. 2. C. de acquir. possess. Abb. cons. 82. nu. 4. & 5. vol. 1. Surd. cons. 429. num. 46. vol. 3. Grau. cons. 226. num. 5. Menoch. cons. 381. num. 20. Et ego in d. cons. pro Senatu Messanensi contra Don Fidericum num. . & in cons. 1. num. 137. cum sequentibus.* Vnde videtur concludentissimè fundata intentio ipsius Vrbis ex dictis amplissimis,
93 priuilegijs, quæ sunt probatio probata.

nulla alia indigens probatione, cũ millies in iudicio fuerint deducta in contradictorio,& super illis decisũ,prout dici solet de illo, qui producit authenticum instrumentum, *Spannoch. de oper. nou. nunciat. lib. 9. nu. 4. & sequ. Becc. cons. 14. nu. 28. Surd. cons. 53. num. 6. alios loquens in puncto refert Carol. Bardellon. in d. cons. 22. num. 15. vol. 1.*

Præterea constat, vt dixi terram Sabucæ esse de districtu Vrbis, & Rus vetus esse Rus & Casale subditum dictæ Terræ, & quid importat esse de districtu, nisi esse de iurisdictione Ciuitatis dominantis, *cap. ne Romani. §. sane. de election.* & quod Ciuitas in eo habeat imperiũ, *Bal. cons. 419. lib. 1. & in cons. 499 lib. 4.* & quod idem importat districtus, quod Territorium, *Beroi. cons. 181. num. 13. lib 3. Grau. cons. 673. num. 2. & sequ.* nec ob aliud dicitur Territorium à terrendo ob exercitium iurisdictionis, *Purpur. cons. 374. num. 2. & cons. 528. num. 18. Curt. iun. cons. 108. nu. 5.* cum iurisdictio Territorio cohæreat, *d. l. pupillus. §. Territorium. Soc. iun. cons. 146. num. 6. lib. 3. Corn. cons. 333. num. 8. & 9. lib. 1. Honded. cons. 13. num. 3. lib. 1. Valenz. cons. 100. nu. 53. & 54. Beroi. vbi supra.* Et de iure nemo habet districtum, nisi solus Imperator, *D. Card. Clem. 2. §. vt illud. quæst. 1. de re iudic.* & in tota ferè Italia nemo districtum habere cernitur, nisi communitas Venetiarum,& Florentiæ vt attestantur *Io. Andreas in cap. vt animarum. §. statuto. de constitut. in 6. Alex. in l. pupillus. §. territorium ff. de verbor. signific. in addit. ad Bart. Felin. post Canonist. in cap. Rodulphus. de rescript. in verb. districtus.* In toto verò Regno Siciliæ nullam extare Ciuitatem districtum habentem clarum, & manifestum est omnibus,nisi solam,& vnicam Messanam, quod idem testatur etiam *D. Alphons. Caribd. in proem. ad. consuet. & statut. dictæ Vrbis*, quare autem hodie sit restrictus,dixi *in cons. 1. n. 121. & 122.* Vrbs enim habet ex multis priuilegijs, vt est ostensum: itẽ etiam habet & præscriptionẽ, nam ex immemorabili tempore Terra Sabucæ, & eius Rura sunt de districtu Vrbis. Item etiam constat de iurisdictione meri, & mixti imperij, quæ fuit prescripta & potest præscribi, vt supra fuit comprobatum, *num. 21. & sequ.* & latissimè dixi in dicta causa pro Senatu contra Don Federicum, & constat copiosissimo numero actuum publicorum, & testium Regium Straticotum, dum existebat in visita in dicta Terra, & Ruribus fuisse promulgare bannimenta pluries, & millies, & ex his probatur possessio iurisdictionis. *Innoc. in cap. dilectus. nu. 3. de Cappel. Monachor. Rip. in cap. cum Ecclesia supina. num. 63. de caus. possessionis, & propriet. & in l. arboribus. §. nam etsi agrum. num. 1. ff. de vsufruct. Rolan. cons. 22. nu. 27. vol. 2.* Item & sibi incorporasse impositiones pænarum, siue exactiones multarum, quæ sunt fructus iurisdictionis, & spectant ad dominium iurisdictionis, *Bart. in l. fin. ff. solut. matrim. Thesaur. decis. Pedam. 250. in princ. & decis. 132. & decis. 266. num. 4. & sequ. Amadeus de Ponte tract. de laudim. quæst. 24. vol. 3. Bosse. tit. de pæn. num. 25. vers. sed si voluit.* Item etiam & dum stat in Vrbe Messanæ sibi in corporasse confiscationes bonorũ, & publicationes, *Rolan. cons. 48 num. 26. vol. 2. Marta. in d. vot. 162. nu. 12.* Item & mandando extractiones hominũ, illosq; carcerando, torquendo, ad triremes ad tempus, & in perpetuum mittendo, exulando, & denique furcis suspendendo, vt per plura, & infinita acta apparet in Eulogio, & ego aliàs vti Regius Locumtenens, & Iudex istius Vrbis, nonnullos ad Triremes condemnaui, alios furcis suspendi iussi, alios exulari,& multa alia acta de præmissis fieri mandaui, quæ omnia ostendunt possessionẽ iurisdictionis, & sufficiunt pro præscriptione dicti meri, & mixti imperij, *Alb. in d. cons. 64. num. 16. & ibi additt. in lit. C. multos refert Menoch. cons. 1000. nu. 4. & sequ. Mascard. conclus. 1053. num. 15. & sequ. vol. 2.* vbi etiam dicit sufficere testes singulares. *Surd. & alij supra allegati.*

Tanto magis ostenditur veritas meri & mixti imperij Regiæ Curiæ Straticotialis in dicta Terra, & Ruribus, quia in anno 1566. per Reuerendissimum Dominum Archimandritam fuit promulgatum Bannum in dicta Terra de sindicando officiales, fuit allegatum, & decisum esse contra Regia Priuilegia, & habito accessu super loco, fuit facta reductio ad pristinum, & Officiales fuerunt sindicati per Illustrem Dominum Straticotum, & Dominum Iudicem existentem in visita cum Curia formata. Item in anno 1567. præfatus Reuerendissimus Archimandrita obtinuit dicta decisione literas à Magna Regia Curia via grauaminis, quæ fuerunt allegatæ, & decisæ etiam contra Regia Priuilegia. Item cum tentasset de nouo in anno 1574. præfatus Dominus Archimandrita vsurpare iurisdictionem ligando multos sub nudeiussionibus pro causis contentis in informationibus, & pro causis beneuisis applicatis Cammeræ Archimandritali, fuerunt

runt iterum allegatæ, & deciſæ contra Regia priuilegia. Ad idem in anno 1576. cũ eius aſſertus Gubernator voluiſſet procedere ad iniunctiones. Ad idem in anno 1587. fuerunt deciſa contra priuilegia omnia acta iuriſdictionalia facta per Reuerendiſsimum Dominum Archimandritã,
102 vnde apparet declarationes prædictas obtinere vim rei iudicatæ, quę pariter in executionem fuerunt miſſæ, *cap. cum inter. & ibi Doct. de re iudic. l. 4. §. ſi ex conuentione ff. eodem tit. Rebuff. de ſentent. execut. art. 7. gloſ. 9. n. 1. Hieron. Magon. deciſ. Lucenſ. nu. 1. & deciſ. 62. nu. 3.* & cõſequenter acta iuriſdictionalia facta exinde per Dominũ Archimandritam, eiuſq; Vicarium, & Officiales eius nomine tanquam attentata legitimè fuerunt declarata tendere contra
103 Regia priuilegia, obſtante re iudicata, cũ ea quæ inde fiunt, dicuntur attentata, & vt talia reuocantur, *cap. 1. de lit. conteſtat. in 6. Bart. in l. 1. nu. 6. de ordin. iudicior. Bal. in l. 2. ff. de iureiuran. Grauet. in conſ. 204. num. 7. vol. 2.* Corroboratur ex priuilegio
104 nouiſſimo Regis Philippi Secundi ſanctæ memoriæ, in quo inter alia concedit, quod eo ipſo, quod aliquid eſt declaratum eſſe contra Regia priuilegia, ſtetur declarationi Iudicum, quouſq; illa non fuerit à Sua Maieſtate reuocata, vel reformata, vnde in propoſito, cùm aſſerta acta iuriſdictionalia ſint facta per dictas deciſiones, quæ non fuerunt à dicta Catholica Maieſtate reuocatæ, vel reformatæ, dicendum eſt
105 apertiſsimè tendere contra tenorem dicti priuilegij, in quo expreſsè eſt præſcripta forma circa executionem declarationis contra priuilegij, quæ debet ad vnguem ſeruari. *gloſ. in Clement. 1. de Vit. & honeſt. Cleric. Bart. in l. 1. §. ait Prætor. ff. ne quid in flum. publ. Dec. conſ. 531. nu. 2.* oportet itaque formam in dicto nouiſsimo priuilegio preſcriptam adimpleri preciſè, ita
106 vt non ſufficiat implementum per æquipollens, *Octau. deciſ. Pedamon. 165. num. 7. Rolan. conſ. 30. num. 4. & conſ. 72. nu. 69. lib. 3. Nacl. conſ. 430. num. 16. Grat. conſ. 16. num. 3. vbi teſtatur communem conſ. 18. num. 19. conſ. 28. num. 7. & conſ. 65. num. 19. lib. 1.* vbi ait ita omnes tenere, *Alex. poſt Bald. & alios. in l. 1. ante num. 9. & ibi Iaſ. teſtans communem nu. 8. & 11. & ſequ. ff. de liber. & poſthum. alios refert Lancell. gall. conſ. 53. num. 46.* Cùm itaque ex forma dicti priuilegij nouiſsimi, quod ſemel declaratum eſt tendere contra priuilegia, eſt ſeruandum vſq; ad aliam Regis reſponſionem, certum eſt acta iuriſdictionalia facta per Dominum Archimandritã eiuſq; Officiales eius nomine eſſe contra formã dicti priuilegij, ſtante, quod vt eſt oſtenſum aliàs fuit declaratum omnia acta iuriſdictionalia facta per Dominum Archimandritam, eiuſque Vicarium, & Officiales eius nomine, fuiſſe, & eſſe contra priuilegia, & ideo merito per Spect. Regios Iudices Straticotiales fuit deciſum dicta aſſerta acta eſſe contra Regia priuilegia.

Plura ex aduerſo adducuntur: primò, quod iuriſdictio meri, & mixti imperij in dicta Terra Sabucæ, & eius Ruribus eſt ipſius Domini Archimandritæ, ex priuilegio Sereniſsimi Regis Rogerij, & quod primo Rex Rogerius dedit Domino Archimandritæ dictam Terram, & iuriſdictionem, inde verò conceſsit priuilegia ipſi Ciuitati, vnde talis conceſsio non intelligitur de eo, quod Eccleſiæ prius dederat,
107 cùm ſemel Deo dicatum non poteſt amplius ad humanos vſus transferri, *cap. ſemel de reg. iur. in 6. vbi Doct. l. ædes ſacræ. ff. de contrah. empt. §. ſacræ inſtit. de rer. diuiſ.* quia mens Principis præſumitur eſſe,
108 qualis debet eſſe de iure, *Abb. cap. cum veniſſent de Iudic. & in cap. licet in corrigendis. de offic. ordin. Bal. in l. omnes populi. col. 16. ff. de iuſt. & iur. cum alijs ſupra nu. 17.* Item quod priuilegia Romanorum nil obſtant, ex quo non conſtat ea eſſe vera; & per conſequens quatenus exinde excelſa memoria Inuictiſsimorum Caroli V. Imperatoris, & Regis Philippi II. illa confirment, talis
109 cõfirmatio nil operatur, quia dicitur facta in forma cõmuni, & per conſequens nihil dat, eſto ſit, prout eſt facta ex certa ſcientia, quia talis confirmatio poteſt verificari, quoad alia priuilegia, quæ ſunt vera, *Innoc. & Butr. cap. dudum. in fin. de decim. Alex. conſ. 39. num. 10. & conſ. 122. num. 22. vol. 4. Berou. conſ. 107. num. 11. vol. 1. alios refert Surd. conſ. 47. nu. 19. vol. 1. & poſt eum D. Card. Tuſch. concl. 708. nu. 5. lit. C.* nam, vt præallegati aſſerunt, & pręciſè *Alex. d. conſ. 122. & in conſ. ſequ. quod eſt*
110 *Andr. Barbac.* cõfirmatio duplex eſt, altera quæ fit in communi, altera quæ fit in forma ſpecifica, & quæ fit in forma ſpecifica duo copulatiuè requirit, quod confirmans ſit pleniſsimè de toto facto informatus. Item ſecundò, quod citatis partibus, nam vbi nõ ita eſt facta, dicitur in forma communi, & nullum ius tribuit, cum aliud ſit dare, & aliud confirmare, *l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* & reperta falſitate primi priuilegij, corruit ipſo facto confirmatio. *Abb. in cap. inter dilectos. de fide inſtrument.*

uent. & cap. cum inter de sentent. & re iudic. nec valet confirmatio, vbi confirmatum est nullum. *Felin. d. cap. inter dilectos. cap. penult. de confirmat. vtil. vel inutil. cap. quia diuersitatem. de conces. præb. Anchar. cons. 382. Egid. Boss. tit. de princ. nu. 305. & sequ.*

Respondetur primò, quod in asserto priuilegio non fit mentio de Terra Sabucæ, & eius Ruribus, vt ex lectura videri licet, sed tantum fit mentio de agro prope Messanam, & potest esse, quod fuit aliquod Rus, quod exinde fuit permutatum per Archimandritam cum aliquo Barone, cui Archimandrita forte dedit dictum Casale, ex quo ipse habuit aliqua feuda, & iam prope Messanam sunt multæ Terræ Baronales viciniores ipsi Vrbi plus quam est Terra Sabucæ, & longinquitate temporis nescitur tale factum, vnde D. Archimandrita, qui prætendit, quod priuilegium
111 loquatur de Terra Sabucæ, tenetur probare, cum sit fundamentum suæ intentionis, *l. qui accusare. C. de edend. l. actor. C. de probat. l. 2. & l. ab ea parte. l. in exceptionibus. ff. de probat. cum multis alijs.*

Respondetur secundò, quod primo Rex Rogerius concessit ipsi Vrbi priuilegia, & deinde satis post dedit dictum Agrum Do
112 mino Archimandritæ; nam concessio priuilegiorum Vrbis fuit in die Coronationis ipsius Regis, qui fuit dies 15. mensis Maij 1129. vt in priuilegio legitur oculis corporeis; priuilegium verò dicti Archimandritæ fuit in anno 1132. vt per *Fasel.* clarissimè dicitur *in tract. de reb. Sicul. Poster. decad. lib. 10. fol. 653. tit. de Archimand. sancti Saluat. Messan.* & confirmauit omnia priuilegia Romanorum propter noua seruitia præstita à Messanensibus eidem, qui præstiterunt aditum, vt posset capere hoc Regnum, & Ciuitatem propriam concesserunt, ita vt Messanenses dicantur principium fuisse, & potissimam causam, qua totum Regnum susciperet fidem Christianã, & dicti D. Archimandritæ priuilegium est triennio post, & per consequens dicendum
113 est Regem noluisse in secunda concessione tollere ius per eum datum ipsi Vrbi, *d. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. cum alijs supra allegatis.* & dicitur tantummodo Regem dedisse, quod habebat, videlicet feuda, & redditus; nec non respectu iurisdictionis tantum creationẽ Capitanei, vnius Iudicis, & iurati, prout indies videtur, q̃ hanc electionem habet ipse D. Archimandrita, & è contra clarissimè constat, dictã Terram, & Rura fuisse, & esse de dicto districtu, & iurisdictione Vrbis, quæ subse-
114 quuta obseruantia tanquã fida interpres priuilegiorum, & statutorũ, declarat assertum priuilegium D. Archimandritæ, & quid in eo fuerit comprehensum respectu ipsius Terræ Sabucæ, eiusque Rurium, ex *Honded. d. cons. 92. nu. 28. vol. 1. cum alijs supra allegatis, nu. 91. Costa in cons. 49. nu. 28. allegat. Bal. cons. 245. vol. 3. & Grau. cons. 836. nu. 10. vol. 5.* Verum respondetur tertiò ex priuilegijs â Romanis concessis per multos, & longæuos annos ante Rogerium Vrbem Messanam habere intentionem
115 fundatam, & quod vera, & verissima dicta priuilegia, appertissimè constat, quod insimul fuerunt Consules Appius Claudius, Quintus Fabius eodem tempore, & fuit in in anno 483. prout testatur *Paul. Orosius in suo lib. Historiarum 4. cap. 6.* quod incipit [Anno ab Vrbe condita 483. Appio Claudio, & Quinto Fabio Consulibus Mamertinis, quorum Messana nobilis Siciliæ Ciuitas erat] & clare describit bellum, de quo in priuilegio cum Hierone Siracusano Rege, & ducentum talentis argenti, quibus se ira multauit, vt dicitur in dicto priuilegio & in illo quarto libro *tract. de Bell. punic. & similiter idem Paul. in lib. 5. cap. 5.* tangit de Seruio Fuluio Flacco, & Quinto Calfurnio Pisone Consulibus Romę, & de bello seruili. Item etiam idem asserit Raffael Volaterranus in sua Geographia in libro sexto, incipit de Sicilia, & Trinacria, quod origo primi belli Punic. exarsit ex dicto bello contra Hieronem, & cum Appio Claudio cępit Syracusas, & testatur Messanæ hodie monumentum veteris inscriptionis huiusmodi esse, & ibi de verbo ad verbum registrat, & etiam registrat alterum priuilegium prędictum Romanorũ Seruio Fuluio Flacco, & Publio Calfurnio Pisone Consulibus Vrbem Messanam, &c. Similier etiam dicta priuilegia de verbo ad verbum apparent registrata, & impressa in inscriptionibus Petri Appiani Mathematici, & Bartholomæi Amantij fol. 505. In inscriptionibus Asiæ, & ex Theuesi Cosmographia *lib. 17. cap. 13.* Idem per doctissimum Abbatẽ Maurolicum in Sicanhistoria *lib. 2. fol. 59.* Idem per Hartaman. Schedel. in historia ætatis mundi; & descriptione Vrbium, in quinta ætate; fol. mihi. 81. in principio. Idem comprobatur ex Plutarcho in suis historijs Virorũ Illustr. Græcorum, & Romanorum, dum tractat de vita Pompei fol. 683. inquit, quod quãdo venit in Siciliam afflictas Ciuitates recreauit, omnibusque se præstitit humanũ extra Mamertinos Messanę derrectantibus

Tribunal

Tribunal ſuum, & iuriſdictionem, à qua contendebant veteri populi Romani formula ſe eſſe exemptos, quomodo enim poteſt dubitari de veritate talium priuilegiorum, poſtquam tunc temporis ſe prævalebant dictis priuilegijs, quorum veritate tunc poterat haberi certa, & vera lux in quibus nunc, vt Antiquis, lux veritatis inſiſtit, *Bald. conſ. 109. lib. 4. Grau. conſ. 54.*

116 *num. 15.* & faciunt rem manifeſtam ob eorum antiquitatem, *cap. licet cauſam. de probat. Alex. conſ. 37. nu. 16. lib. 2. & conſ. 62. num. 6. lib. 7.* & præſumuntur vera, & ſollemnia, faciuntq; probationem probatam, *Dec. conſ. 422. nu. 11. Neuizan. conſ. 79. num. 10.* faciuntq; rem certam, & qui ea habet, fundatam ſuam intentionem tenet, *l. cum precibus. vbi Bal. C. de probat. Neuizan. in conſ. 97.* Apparet igitur veritas dictorum priuilegiorum à Romanis con-

117 ceſſorum, cùm ea ſint regiſtrata in prælibatis Hiſtoriographis authoribus, quæ ſe conformant cum dictis priuilegijs, quibus pleniſsima eſt adhibenda fides, *gloſ. in verb. tranſtulit. in cap. venerabilem. de elect. gloſ. verb. magis. cap. inter dilectos de fid. inſtrument. & ibi Felin. & alij. Ceuall. pract. quæſt. cap. 821. num. 30. Menoch. conſ. 512. num. 15. vol. 6. Afflict. in prælud. conſtit. Regn. quæſt. 19. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 5. Doct. in l. 1. ff. ſi cert. petat. vbi Rip. in num. 73. dicit,* quod libris Hiſtoriarum

118 & Annalium, in quibus narratur Eccleſiã fuiſſe à ſuis anteceſſoribus fundatam, probatur ius patronatus, *Idem Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & proprietat.* & facit, quod conſuluit *Bal. in conſ. 310.*

119 *vol. 5.* vbi dicit per literas in marmore, & lapidibus Eccleſiæ probari ius patronatus, *ſequitur Dec. in conſ. 131.* ſimiliter per

120 inſignia, & arma depicta in muro probatur domum ad te ſpectare, *l. qui liberalitatis, vbi Bart. ff. de nou. oper. nunciat. l. monumentorum. C. de Religioſ. domib. l. 1. ff. de alb. ſcriben.* & in multis partibus publicis Meſſanæ apparent inſerta dicta priuilegia. Item & prædictus titulus nobilitatis vſque ad præſens per ipſam Ciuitatem ce-

121 lebratur; immo & creat nobiles vigore ipſius priuilegij, & eſt veriſsima concluſio, quod libri hiſtoriales, & annales plenè

122 probant, etiam de auditu in excedentibus memoriam hominis, *l. in quæſtionibus. ff. ad leg. Iul. Maieſtatis. l. 2. §. eodem tempore. ff. de origin. iur.* & quod hiſtorijs credatur, & faciant plenam probationem, *Maſcard. de probat. concluſ. 287. per totam. Menoch. conſ. 1. num. 125. vol. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 4. gloſ. 10. part. 2. nu. 29. fol.*

123 *163.* & quando aliqui Hiſtorici variant, præualet crebrior opinio, *l. 1. ff. de offic. quæſtor.* & ſtandum eſt illis qui ſe conformant legibus, *Rip. in d. l. 1. ff. ſi cert. petat. num. 74. & 76.*

Præterea comprobatur veritas ipſorũ

124 priuilegiorum à Romanis conceſſorum, nam à Sereniſsimo Rege Guglielmo ad inſtantiam Ciuitatis fuit facta confirmatio, renouatio, & comprobatio, cum inſerto tenore dictorum priuilegiorum ob antiquitatem temporum, ne omninò corrumpantur, quod quidem à Rege minimè potuit denegari, cum fuerit iuſtiſsimum, *per tex. in l. penult. C. de vſufruct.* & fuit facta recognitio ipſorum priuilegiorum ex Archiepiſcopo Panormitano, & altero Epiſcopo Agrigentino, & alijs, *iuxta tex. in l. 2. C. de diſcuſſor. lib. 10. & l. Chyrographus. ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor. l. ſi quis. §. penult. ff. de edend. cap. cum olim. de priuil. Georg. Agaz. tract. de priuil. lib. 2. cap. fin. num. 27.* & idem Rex teſtatur legiſſe, & vidiſſe oculis proprijs, & fideliter fuiſſe annotata, eorumque tenorem inſertum de verbo ad verbum nulla facta mutatione, additione, vel additamento, & dicit ſe admiratum fuiſſe de vetuſtate ipſorum, & quod illa erant authentica, omni vitio, & ſuſpitione carentia; vnde in hoc caſu concluſio ex aduerſo adducta, quod confirmatio non tribuit ius: limitatur, quia ſumus in confirmatione in forma ſpecifica, in

125 qua eſt inſertus tenor priuilegiorum, quo in caſu talis confirmatio tantum robur habet, ac ſi ipſa priuilegia prima conceſſa extarent, *gloſ. notab. in cap. ſi Romanorum. in verſ. deſunt diſtinct. 29. gloſ. eſt notab. in cap. venerabilis. in verſ. incertus. & verſ. ſed numquid. de confirmat. vtil. vel inutil. text. in cap. Abbatis ſancti Siluani. de verbor. & rer. ſignif. in verſ. fiat fides. Abb. poſt Innoc. & alios. in cap. inter dilectos. de fid. inſtrument. in 8. col. in verſ. & credo. ſub num. 9. in fin.* vbi inquit, quod inſerto tenore priuilegiorum, prout fuit inſertus in priuilegio Regis Guglielmi dicta confirmatio operatur probationem abſque eo, quod originale exhibeatur, & ita conſuluit *Cardin.* quod ex priuilegijs confirmatibus videtur ſufficienter fundari intentio priuilegiati, & nõ exhibita conceſsione ſufficit confirmationem demonſtrari, *in conſ. 118.* Idem conſuluit *Rom. in conſ. 136. col. 1.* & ampliatur iſta concluſio, vt talis inſertio faciat fidem, etiam ſi inſerta eſſent contra ius commune, quia Princeps videtur diſpen-

sare confirmando certificatus de tenore ipsorum, *vt notat Bal. in cap. insuper. in princ. de caus. possess. & propriet.* nam actus qui aliàs non valet de iure communi, ex certa scientia Principis confirmatur, *vt per glos. in cap. adhæc. & ibi Abb. de rescript. & notat. Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codicillorum.*

Non obstat, quod in confirmatione cum
126 inserto tenore requiratur causæ cognitio, & sic partium citatio, vt notat *Abb. in d. cap. Abbate. Doct. in Auth. si quis in aliquo documento. C. de edend. Alex. in d. cons. 122. & Barbaz. in cons. sequ. & alij supra allegati pro opinione contraria*; quoniam procedunt eorum dicta in instrumentis, quæ inserunt, secus in priuilegijs, vel in renouatione, seu confirmatione priuilegiorum cum inserto tenore facta á Principe non recognoscente Superiorem, quia tunc etiam partibus non vocatis, nec citatis est valida confirmatio, & facit fidem, dūmodo quod sit insertus tenor, *text. est in terminis, quem notat. Abb. in 3. notab. in cap. ex parte. extr. de priuil.* & ita tenent, & limitant prædicta, in specie *Anton. de Butr. Cardin. Imol. Hostiens. dec. in d. cap. venerabilis de confirmat. vtil. vel inutil. nu. 6. in fin.* Tanto ma-
127 gis cum simus in factis antiquis; in quibus etiam verbis enunciatiuis Principis creditur, *cap. si Papa. col. 2. de priuil. in 6. Grauet. de antiquit. tempor. part. 1. num. 8.* maximè, quando Princeps se asserit informatum, multò magis hic, dum dicit se vidisse proprijs oculis, & legisse: idem etiā quando asserit factum sui genitoris: vel aliorum prædecessorum, prout in præsenti casu, quod recensuit seruitia facta per Messanenses suo genitori, & antecessoribus, *Zabarell. in clem. 1. de probat. Iaſ. in in cons. 65. vol. 2. Ang. cons. 368. col. 1. princ. Grauet. d. tract. de antiquit. temp. d. part. 1. num. 11. & 12.*

Et ad quid inseruiebat citatio vniuersitatum de Regno, fortasse, vt adducant ra-
128 tiones eorum, non erit equidem necessaria, nam constat, quod in anno 1551. tempore Excellentiæ Illustrissimi quondam D. Ioannis de Vega Viceregis in Regno, Messana Ciuitas petijt immunitatem suorum Ciuium, & tunc fuit commissa causa Sacro Consilio, & datus terminus Vniuersitatibus Regni, quod compareant, & fuit concessa immunitas iuxta amplissima Vrbis priuilegia, vt ex prouisionibus in Sacro Consilio factis apparet, & exinde executis per alios plures Illustrissimos Vicereges, in tantum quod frustra queritur de citatione partium, cùm aliàs quando fuit necesse illis citatis fuerunt declarata vera & validissima, & exequuta ipsa priuilegia, in tantum, quod si quando fuerunt citati nihil dixerunt, nec minus tunc temporis dixissent argumento eorum, quæ notant *Alex. & DD. in l. non solum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat. Alb. cons. 318. dicit magis communem. & in cons. 417. num. 16. & cons. 514. num. 9. & 552. num. 4. Caualc. decis. 8. part. 4. Surd. decis. 22. nu. 8.* quod
129 promittens de euictione si non fuit interpellatus, quando res fuit euicta, non per hoc est liberatus, & denegatur actio ipsi euicto, sed obligatus doceat tunc dictis iuribus, quæ potuisset adducere, si fuisset laudatus, quod si nihil adducet, est ac si fuisset citatus, & laudatus in tempore, quia sicuti nunc nihil dicit, ita & tunc nihil dixisset.

Item quando sumus in antiquis ob diu-
130 turnitatem temporis citatio præsumitur interueniisse, licet illa non fuerit enunciata, ita declarant *Barbac. cap. requisisti. num. 29. in fin. de testam. Ruin. cons. 66. nu. 5. lib. 5. Grat. cons. 91. num. 47. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. cap. 22. num. 3.* At hic su-
131 mus in tempore antiquo non solum quatraginta annorum, vt voluerūt *Butr. in cap. veniens. el primo. de testib. Alex. cons. 4. nu. 12. & cons. 187. num. 4. lib. 2. & cons. 70. num. 5. lib. 3. & in cons. 90. num. 8. lib. 6.* & etiam hodiernis temporibus sexaginta annorum, post multos *Burſat. cons. 151. nu. 29. lib. 1. vbi testatur communem opinionem: multos refert Pedroc. cons. 39. nu. 45. & sequ. Alb. qui dicit magis cōmunem in cons. 355. nu. 9. Milan. decis. 7. nu. 35. lib. 1. Torret. cons. 9. num. 21. vol. 3.* & etiam centum annorum, vt voluerunt *Alex. d. cons. 4. lib. 2. & cons. 70. lib. 3. num. 5. Innoc. in cap. veniens. de verbor. signific. quam opinionem dicunt communem Alex. & alij in l. cum aliquis. C. de iur. deliber. & idem Alex. in cons. 6. lib. 1. cum alijs allegatis à Grauet. de antiquit. temp. part. 1. num. 4. & sequ. vbi dicit communem, & veram. Menoch de arbitr. iudic. cas. 3. num. 6. Simon de Pret. cons. 25. Burſat. cons. 160. num. 59. lib. 2. Torret. d. cons. 9. num. 21. Gamm. decis. Lusit. 88. in fine*, vbi dicit sic decisum, & secundū alios quod sit arbitrio Iudicis, quod tempus dicatur antiquum, *vt Butr. in cap. quoniam contra de probat. Alex. in cons. 187. lib. 2. & alij à Grauet. vbi supra num. 3.* cum simus in tempore mille annorum, & satis vltra.

Item etiam comprobantur dicta priuilegia

132 legia à Romanis conceſſa ex priuilegio Sereniſſimi Arcadij Imperatoris in anno Natiuitatis Domini 407. vbi cõcedit aliqua priuilegia, prout Romani conceſſerunt, vnde ipſe idem Imperator tunc temporis teſtatur priuilegia Romanorum. Erit etiã conſiderandum, quia idem Arcadius Imperator vltra alia quæ concedit ipſi Ciuitati conceſſit eius propria arma, quę erant
133 Crux in campo aureo, vt ex ſigillo pendente in eius priuilegio, in quo ex vna parte eſt imago Sanctiſſimi Saluatoris Domini noſtri cum literis in circuitu dictantibus Deus vincit, Deus regnat, Deus imperat: in alia parte eſt in latere dextero Crux ſancta, & in medio cuiuslibet anguli ſunt verba ſcripta literis græcis, quæ dicunt Arcadius iuſſu Spiritus ſancti Chriſtianorum baſis, & protector Romanorum Au-
134 guſtus. Item etiam conceſſit, quod eadẽ arma ipſa Ciuitas poſsit apponere æqualia à latere ipſius, cæterarum Ciuitatum armis, & vexillis ſubiacentibus. Item etiã
135 & confirmauit priuilegium Siclæ, & conſtructionis monetæ: quæ omnia hodie oculis corporeis ab omnibus videntur, nempe arma Ciuitatis eſſe Crucem in campo aureo, & ea eſſe æqualia cum armis Suæ Catholicæ Maieſtatis, vt apparent in locis publicis Ciuitatis, & in omnibus locis, & diebus feſtiuis; in quibus ſolent apponi arma Suæ Catholicæ Maieſtatis, & hæc videntur de antiquiſsimo tempore, & de quaſi principio coſtructionis ipſius Ciuitatis, & indies in quibuslibet ædificijs, imò & in anno 1556. quo tempore conſtruebatur Turris magna vulgo dicta la Lanterna in brachio Sancti Ranerij pro ſeruitio publico, vt nocturna lux iter commonſtret nauigantibus, ne ob reſtrictum Canalis irruerent, & deuaſtarentur in littus, fuerũt appoſita arma Ciuitatis æquaſſa Suæ Catholicæ Maieſtatis ſuper porta, & per Illuſtriſsimum D. Ioannem de Vega tunc meritiſsimum Proregem fuerunt amota, aſſerendo indecens eſſe arma ſubditæ Ciuitatis apponi æqualia armis Domini, vnde Per Senatores, adductis rationibus Ciuitatis, & oſtenſis priuilegijs, & quod in multis aliis locis publicis ita ab antiquo conijciebantur, acquieuit Prorex, & ſtatim apponere fecit dicta arma, quæ adhuc ab omnibus videntur. Item ſunt in Eccleſia S. Sophiæ cum ſubſcriptione græca; Gran Mercè à Meſsina, iam ſunt mille anni, & vltra, vt inquit *Bologn. num.* 55. vbi etiam inquit, quod reperiuntur ſculpta in pluribus muniſmatis Regum, & reperiuntur ſculpta in moneta tempore Regis Iacobi cuſſa, quæ ex vna parte habet arma Regis cum eius nomine circumſcripto, & ex alia parte ſunt arma Crucis Regalis cũ inſcriptione in circuitu Gran Mercè à Meſsina. Item etiam, & Sicla, quod ſit in hac Vrbe & non alibi, eſt notum omnibus ex viſione ipſius monetæ, cum in ea renouatio ipſius monetæ oſtendit veritatem totius facti nõ obſtante contradictione pluries ipſi Vrbi
136 facta, quæ omnia dicũtur facta vigore dicti priuilegij, & confirmant veritatem ipſius, vt fuit comprobatum *num* 92. imò
137 ipſa ſola obſeruantia coram tot Regibus, & Principibus vicem conſtituti habet *d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. & æſtiua. Bologn. num.* 55. *in fin.*

Comprobatur ex alio capite veritas
138 ipſorum priuilegiorum, nam Arcadius Imperator dat dominiũ, & multa alia eo modo, prout Romani, vnde cum ipſe Imperator habeat poteſtatem de nouo dictum priuilegium concedendi, multo magis habet poteſtatem dicta priuilegia Romanorum interpretandi, cui interpretationi ſtari debet, etiam, quod non appareret de priuilegio Romanorum, tum etiam, quia Im-
139 peratoris eſt leges vniuerſales, & particulares condere, *l. priuilegia. §. ſed quod Principi. de iur. natural. gent. & ciuil.* & non ſo-
140 lum condere, ſed etiam ab alijs condita reformare, *§. omnes verò populi. in proœm. inſtitut. vbi gloſ. in verb. compoſitis.* & tam conditor, quam interpres legum, ſolùm Imperator iuſtè æſtimabitur, *l. fin. C. de legib. vbi text. dicit*, quod Imperialis ſenſus legem interpretans, ſiue in precibus, ſiue in iudicijs, ſiue in alio quocunque modo factus, ratus, & indubitatus habetur, ſi enim Imperatori ſoli leges condere conceſſum eſt, & leges interpretari ſolummodo dignum Imperio eſſe oportet, imò nec veteris iuris conditoribus credendum eſſet, niſi, quia & eis hoc Maieſtas Imperialis permiſit, *idem dicit gloſ. in d. l. fin. in verb. ſolus Imperator. text. in l. 1. C. de legib.* inquit, nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere, *& gloſ. in verb. ſolis.* dicit, quod interpretatio generalis, & in ſcriptis redigenda non competit, niſi ſoli Imperatori, facit, quod dicit *Rodoric. Suarez. in repetit. leg. poſt rem iudicatam. ff. de re iudic.* ſeu potius in declaratione legis Regni, *verſ. viſum eſt ſupra.* quod quando partes habent poteſtatem de nouo diſponendi e-
141 nunciando aliud inſtrumentum, eis creditur, etiam non docto de enunciato inſtrumento, *vt per Alex. Imol. Caſtrenſ. & Ang. de Peruſ.*

de Perus. in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. Gran. cons. 987. nu. 65. Menoch. cons. 459. sub num. 21. lib. 5. Anton. Monac. decis. Bonon. 43. num. 13. Graff. de excep. cap. 13. num. 23. Bardellon. cons. 99. num. 36. Cassanat. cons. 43. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 224. & sequ. & ni nu. 229. loquitur,
142 si apparet, & nihil est in scriptura relata, sed aliunde probetur, debet sequi cõidem quia fuit erratum in relatione, ratio est, quia partes de nouo potuerunt disponere, ergo in proposito, cum Imperator Arcadius potuerit de nouo priuilegia concedere, multo magis potuit concessa interpretari per prælegata, & in Principe est speciale, quod ei credatur referenti, licet aliter non constet de relato, *Alex. Dec. & alij in auth. si quis in aliquo. C. de edend. idē Dec. cons. 152. & Osasc. cons. 68. sub. num. 5. & Anton. Monach. d. decis. num. 11. &*
144 12. Et tandem videntur comprobata priuilegia ipsa Romanorum, *ex Vulpian. Iur. Consult. in l. 1. ff. de censib.* vbi dicit sciendum esse quasdam colonias iuris Italici, vt est in Siria Fenice splendidissima Siriorum Colonia nobilis regionibus Siriæ Siculorum antiquissima armipotens, federisque, quod cum Romanis percussit tenacissima, huic enim Diuus Seuerus Imperator noster ob egregiam in Rempublicam, Imperiumq; Romanum insignem fidem Italicum ius dedit, cum dicat ergo, quod est Colonia splendidissima, nobilis, antiquissima, & armipotens, & quæ percussit fedus cum Romanis, & dicat, quod est in regionibus Siriæ Siculorum, quid ergo aliud vult dicere nisi Messanam, quæ dicitur Nobilis, cum habuerit nobilitatem, & titulum nobilitatis à Romanis, vt patet in primo priuilegio, & vsque ad præsens gaudet hoc titulo Nobilitatis: dicit etiam quod est antiquissima, prout est ipsa Messana Ciuitas, quæ fuit condita anno Mundi primordio 3433. *vt refert ex Euseb. Fasell. in tract. de reb. Sicul. prior. Decad. lib. 1. fol. 43. tit. de Zancla, & Messana cap. 2. col. 1.* & ante Incarnationem Domini Nostri Iesu Christi anno 1766. vt latissimè, & copiosissimè refert *Philippus Gotto Vir nobilissimus, & pluries meritissimus Senator in hac Vrbe in suo tract. de inuent. & festiuit. Sanctorum Martyrum Placidi, & Socior. fol. 5.* Et antiquissimam vocat *Alphons. Vlloa. in tract. vitæ Inuictissimi Caroli V. Imperatoris fol. 239. circa medium.* Et percussit fœdus, idest, firmiter fœdus seruauit cum Romanis, vt dicit *glos. in d. l. 1. in verb. percussit.* ergo idem ipse *Vulpian.* est qui comprobat dicta priuilegia Romanorum, vt sensit *Bologn. d. cons. 1. ant. nu. 159. & in nu. 114.* dicit, quod tunc vocabatur Prouincia, nõ autem Regnum, & sicut Italici tributa nõ præstabant, ita etiam Ciuitas Messana, & id importat ius Italicum, vt tributum capitis fuerit remissum, immò minus est habere remissionem tributi, & imunitatẽ, quam vt esset iuris Italici, nam intelligitur, quod nulla tributa præstaret, vt dicit *glos. in d. l. 1. verb. Italici. & in l. fin. §. Diuus Vespasianus ff. eod. de censib.* & licet dicat *Vulpian.* fuit longè post primum priuilegium concessum Massanæ à Romanis, & sic dicat, dedit, intelligitur altero de duobus modis; vel dedit, idest confirmauit, & dedit confirmato robur. *l. obuenire. ff. de verbor. signif. Bal. in l. aduersus. nu. 3. C. si aduersus rem indic.* vel dedit, idest legẽ generalem condendo, non negans, quod antea speciale priuilegium erat concessum adeo, quod ex prædictis indubitanter concludendum est, quod est vanitas dubitare de fide talium priuilegiorum, quæ sunt corroborata etiam obseruant a subsequuta fida intreprete ipsorum, vt fuit comprobatum *num. 91. & 114.* eo magis coram tot Regibus, & Principibus, *vt num. 137.* & præscriptione, quæ simul iuncta magis sufficientissimè probant, vt dicit *Cardin. in d. cons. 118. duo sunt, num. 9.* & istis non obstat *text. in l sancimus. C. de diuers. rescripe.*
145 quia illa lex intelligitur procedere in iudice ordinario, & nõ in Principe, quia nõ est verisimile, quod super eis se fundaret, nisi sibi legitimè constituisset vera esse, vt per *Comens. in cons. 100. incip. Viso tenore. & Pariz. in addit. ad Bart. in d. auth. si quis in ali-*
146 *quo.* tanto magis, cum simus in confirmatione sæpius geminata, & multiplicata, & merita narrata per singulos Reges, quæ tollit vitium subrectionis, cum si primus fuisset deceptus, secundus, & tertius non permisisset, vt multa alia inferens confiderat *Bologn. num. 76.* Nec procedunt in confirmatione, & renouatione priuilegiorum, vt dicit *text. in d. cap. ex part. de priuileg.* vbi est casus specialis, quod non requiritur aliqua citatio, & exempla confirmantia faciunt fidem, cum iam sint effecta originalia, *d. cap. si Romanorum. & d. cap. venerabilis. vbi glos.* multa alia latissimè deducit *Bologn. in d. cons. 1.* pro comprobatione priuilegiorum.

Quod autem quatuor ciues Messanenses qui allegarunt sint personæ legitimæ pro tali effectu, tanto magis, quod cum eis cõcurrit Sindicus Vrbis Messanæ, latissimè

dixi

dixi in alio Consilio impresso pro Senatu Messanensi contra D. Fidericum in suprema Regali Curia. Ex quibus breuissimè dictis indubitanter concludo fore confirmandam interlocutoriam latam per Regiam Curiam Straticotialem, submittens omnia hæc, & me ipsum supremo Tribunali, per quod reliqua more eorum, supplebuntur. Messanæ die 12. Iunij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Societas contracta ad tempus, elapso tempore (si nihil est dictum) dicitur prorogata, affertur ratio, num. 2.*

3 *Societas potest continuari expresse, & tacite, & tacitus consensus quomodo ostenditur, num. 4. & 7.*

5 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

6 *Scientia præsumitur inter fratres.*

8 *Capitula quæ faciunt ad causam sunt admittenda, sufficit, quod quoquo modo, num. 9.*

10 *Enunciatio inter contrahentes probat, secus quando de enunciato contingit principaliter disputari.*

11 *Erronea assertio non nocet, quando constat de veritate facti, & tunc dicitur probatus error, num. 12. & num. 17. esto sit geminata num. 19.*

13 *Errantis nullus est consensus, & nulla voluntas.*

14 *Error siue sit iuris, siue facti non nocet, quando agitur de damno vitando, idem in errore in facto proprio, num. 15. esto sit iuramentum in contractu erroneo, num. 18.*

16 *Exceptio erroris non intelligitur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones.*

20 *Actor tenetur sequi forum rei.*

21 *Forus originis inhæret ossibus, item forus domicilij, num. 22. forus contractus, num. 23. forus loci vbi administrauit, nam ibi sunt reddenda computa num. 24. affertur ratio, num. 25. eo magis si est pactum, num. 26. & quando possit alibi conueniri num. 27.*

28 *Soluere si quis se obligauit renunciando priuilegio fori, vbicunque fuerit inuentus, potest astringi vbi inuenitur, si verò promisit conueniri in quocunque loco, tunc talis obligatio tenet, nisi penituerit ante litis contestationem, num. 29. & quid stante iuramento, num. 37. & an de loco idoneo, num. 53.*

30 *L. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. Iud. declaratur, & num. 32. 34. 38. & 47.*

31 *Prorogatio iurisdictionis, non dicitur facta, nisi ambæ partes consenserint in Iudicem prorogatum.*

33 *L. penult. C. de pact. declaratur.*

35 *Soluere promittens certo loco, non potest penitere, si vltra renunciauit suo foro, si non inuenitur in loco destinato, debet remitti ad locum vbi promisit num. 36.*

39 *Iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur, & actum reuocabilem nõ facit irreuocabilem, num. 40. etiam si sit promissum non contrauenire, num. 41.*

42 *Eligendi potestatem habens ante mortem, si eligat in vita, & promittit non reuocare cũ iuramento, poterit variare, affertur ratio, num. 43. referuntur exempla, num. 44.*

45 *Guttier. de iur. confirm. part. 1. cap. 28. nu. 9. refellitur.*

46 *Iuramentum iudiciale habet vim litis contestationis, secus extra iudiciale.*

48 *Iuramentum appositum in fine contractus dicitur in forma, & appositum de stilo Notarij.*

49 *Clausula, quod possit conueniri vbique locorum quid operetur.*

51 *Contrahentes non præsumuntur incontinenti se voluisse corrigere.*

52 *Mens, & nõ verba attẽduntur in contractibus.*

54 *Clausulæ in fine contractus non alterant principalem dispositionem, quia sunt de stilo Notarij, amplia, num. 55.*

56 *Socius qui est arca finito tempore non dicitur constitutus in mora, nisi interpelletur, affertur ratio, num. 57.*

58 *Mora vt contrahatur, quando promisit soluere certo loco, quid requiratur.*

59 *Contrauenire tunc dicitur, quando fit contra naturam actus.*

60 *Pactum de non opponendo importat pactum de non præueniendo.*

61 *Exceptio quæ oritur ex eodem fonte contractus est priuilegiata sicut actio.*

62 *Exceptio declinatoriæ fori non dicitur reiecta à statuto reijciente exceptiones, nam est defensio, & non exceptio.*

ARGVMENTVM.

Socius qui promisit vbique locorum conueniri renunciando cuicunque foro, an possit cogi reddere computa societatis extra locum vbi administrauit.

CONSILIVM XXIV.

IESVS MARIA.

ANno 1595. isti Domini Fratres de Mancuso deuenerunt inter eos ad actum transactionis, in quo omnes fratres fuerunt concordes, quod D. Nicolaus Mancuso Baro per annos septem administraret omnia

nia bona assignando infra dictum tempus cuique eorum certam summam pro eorũ alimentis, & elapso septẽnio promisit præfatus Nicolaus præsentare per actum in scriptis penes quemcunq; Notarium omnia bona ipsius societatis & diuidere dicta bona in quatuor partes, & quo ad computum, quod stetur eius simplici dicto cum iuramento, quo acto facto ipse D. Nicolaus posit eos notificare facere per Curiã ciuitatis Tauromenij, & eis absentibus in Domo in Tauromenio, vbi tunc residebãt cum multis conditionibus contentis in dicto actu transactionis. Elapso septennio fuit in ipsa societate continuatum, & dum D. Nicolaus erat promptus assignare portionem Don Mario eius fratri, & cum essent concordes, & actus reuidebatur per DD. Aduocatos, & ipse seriò pro tali concordia ad hanc Vrbem se contulerat, & cũ infirmaretur volens recedere per Tauromenium fuit citatus ad instantiam dicti D. Marij eius fratris, de mandato Curiæ Straticotialis, quod infra triduum exhiberet actum in scriptis omnium bonorum ipsius societatis, & præstet iuramentum iuxta formam dicti contractus societatis, & etiam ipsas diuisiones in quatuor partes penes Magist. Notar. Curiæ Straticotialis.

Ex quo fuit missum ad effectum ex parte D. Nicolai, quod remittatur ad eius forum Tauromenij, & stante reseruatione probandi per testes, fuerunt præsentata capitula, per quæ prætendit probare, quod stabant sub accordio, sub quo si non stetissent, vtique præsenteasset actum bonorum penes Notarium in dicta ciuitate Tauromenij, in qua ex pacto erat statutus locus præsentationis, & per Don Marium missum ad contrarium effectum, quod non remittatur. Item & dicta capitula per partẽ aduersam fuerunt missa ad effectum, quod tanquam impertinentia non admittantur, & per Clientem ad contrarium effectum, quod stent, & producantur testes.

Est videndum primò, an capitula faciant ad causam remissionis fori, & præsupponimus vnum in iure verissimum, quod societas contracta ad tempus, prout ista, elapso tempore, ex quo nihil fuit dictum, dicitur perseueratum in ipsa societate, & tacito consensu prorogata, *l. si mãcipijs. §. si impubes. & §. eius ergo. ff. de instit. act. Bart. in l. mandatum. in 3. oppos. C. mandat. Alex. cons. 32. lib. 5. Rom. cons. 418. Tusch. lit. S. conclus. 286. num. 33.* & est ratio, quia societas elapso tempore ipso iure non finitur, licet socij finito tempore possunt renunciare ipsi societati, *l. actione. §. Item qui societatem in tempus. ff. pro soc. Petr. de Vbald. tract. de duob. fratr. 5. quæst. 3. part. 5 princip. Tusc. d. conclus. nu. 35.*

3 ratio rationis est, quia societas continuari potest expressè, & etiam tacitè, *l. 4 cum duobus sequ. ff. pro soc. Felic. de societ. cap. 41. nu. 2. & Socc. sen. cons. 87. num. 11. in fin.*

4 qui quidem tacitus consensus non solum verbo, sed etiam rem ratam habendo demonstrari potest, vt infra, quiquidem consensus tacitus pro continuatione demonstratur quoad casum nostrum, primò, quia finito tempore socij dimiserunt capitale apud eumdem D. Nicolaum, non petendo aliter diuisionem sed permittendo, quod dicta societas prosequeretur per eumdem Nicolaum, & non ex alia ratione est censendum eos dimisisse capitale, quod habebant, & lucra quę sciebant socij esse in dicta societate, nisi in causam continuationis societatis, non est enim pręsumendum,

5 quod voluerint iactare suum, eorumque pecunias tanto tempore otiasas penes Nicolaum relinquere, vt considerat *Alex. in d. cons. 132. num. 6. & arg. l. cum de indebito. ff. de probat. in puncto omninò videndus Socc. sen. in cons. 87. num. 12. lib. 1. Paris. cons. 82. nu. 37. lib. 1.* dimittens enim capitale, ne dicatur iactasse suum, est dicendum, quod dimiserit animo continuandi societatem, scilicet superlucrandi, iuxta superius allegata.

6 Immò in fortiori casu dicunt DD. continuatam censeri societatem, quando facto computo primæ societatis dimissum

7 est capitale penes socium, qui antea negotiabat, & non constat esse mutatam formã societatis, illa enim dimisio continuationem operatur, post multos Doctores, qui loquuntur dimisso capitale post tempus non reddito aliter computo, vt hic, *Ioseph. Ludouic. comm. conclus. tit. de societat. concl. 53. vers. secundus modus.* vbi inquit hanc esse veriorem opinionem, & communem, *& ibi in vers. verior tamen videtur.* respondet DD. tenentibus contrarium, vt eorum opiniones procedant, quando à principio nulla fuisset inita societas, vel finita societate constat de voluntate sociorum nolle continuare societatem, & ibidem in fine ampliat conclusionem maximè procedere, si aliquali longo tempore dictus consocius retinuerit dictas pecunias, vt hic ab anno 1602. vsq; ad annum præsentem 1612. quæ conclusio Doctorum dependet ex originali doctrina *Petr. de Vbald. in d. tract. de duob. fratr. part. 5. num. 39.* dum-

ponit

ponit quæſtionem de ruſtico renitente Vaccas ad ſocidam nulla facta diuiſione fœtuum in primo quadriennio, vt ob id præſumatur cotinuata ſocietas. Igitur poſtquam de iure clarum eſt ſocietatem adhuc duraſſe, dum Cliens vult probare non defeciſſe pro eo, vt exhibeat actum bonorum omnium ſocietatis, ſed ſtante quòd erat detemptus ſub accordio ab ipſo Don Mario hoc articulatum non ſolum quoquo modo facit ad cauſam, ſed principaliter, & neceſſario eſt pro ipſa cauſa. Nam mora ex parte Clientis non poteſt dari, igitur nec contrauentio, ſed durante adhuc ſocietate fuit detemptus à dicto Don Mario, & regula eſt clara, quod ca-
8 pitula ſunt admittenda, dūmodo ſint pertinentia, *l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. vbi Bart. & alij ff. de iur. iuran. Cefal. conſ. 570 num. 16. lib. 4. Honded. conſ. 18. num. 19. vol. 1.* Pertinentia verò dicuntur non
9 ſolum, quæ directè, & principaliter ad cauſam faciunt, ſed etiam quæ qualitercunque adminiculantur cauſæ etiam leui præſumptione, & quoquo modo prodeſſe poſſunt, *Bald. cap. licet cauſam. num. 33. de probat. Cefal. vbi ſupra num. 17. Dec. conſ. 162. num. 2. Afflict. deciſ 7. num. 2. & ibi in addit. Vrſill. num. 3.* vbi etiamſi generaliter, & largo modo faciunt ad cauſam, *Roland. à Vall. conſ. 34. num. 7. & ſequ. lib. 3. Burſat. conſ. 140. num. 40. lib. 2. Menoch. conſ. 2. nu. 363. lib. 1. Rip. Iaſ. Soc. & alij, quos refert, & ſequitur Honded. d. conſ. nu. 20.* eſt igitur verum dicere, cum capitula faciant pro cauſa, debere admitti, & ſuper eis produci teſtes, imò in dubio ſemper debent admitti, quoniam id partibus eſt minus præiudiciale, *ex alleg. per Cefal. d. conſ. 570. nu. 19.* voluit enim *Rolan. Aual. d. conſ. 34. num. 9.* melius eſſe mille capitula impertinentia admittere, quàm vnum pertinens reijcere. Quo verò ad articulum remiſsionis ad forum, non eſſet neceſſe ingredi, niſi prius deciſo prædicto articulo capitulorum, & inde factis probationibus, tamen pro vera realitate facti dicimus indubitanter ipſum D. Nicolaum fore remittendum.

Conſtat enim Clientem eſſe oriundum reſidentem, & officialem inpræſentiarum ſecretum, videlicet ipſius Ciuitatis, & fuiſſe Iuratum Iudicem, & Conſulentem ordinarium, quæ officia non poſſunt, niſi ciuibus conferri, quod apparet per teſtes, & acta plenam fidem facientia, & non obſtat aſſertio in contractu, in quo ſe vocat Ciuem Meſſanenſem, licet Habitatorem Tau-
10 romenij; primò, quia, licet regulariter loquendo enunciatio contractus, & inſtrumentum inter ipſos contrahentes probet, tamen quando de enunciato cōtingit principaliter diſputari, ſecus eſt, *Butr. in cap. Illud. vbi omnes communiter de præſumpt. latiſſime Menoch. conſ. 81. nu. 23. & conſ. 732. num. 24. Alex. conſ. 132. num. 23. lib. 5.* Secundò, quia fuit error Notarij, qui volens ponere aliquem ex eis pro Meſſanenſe, prout eſt D. Ioannes, alter ex fratribus poſuit omnes, & nihilominus illa aſſertio
11 nihil facit, cum ſit erronea, & iam conſtat de veritate facti, qua oſtenſa manifeſte
12 probatur error, *Alex. ad Bart. in l. veteris. C. arbitr. tut. Bald. l. cum falſa. C. de iur. & fact. ignor. Grauet. conſ. 157. nu. 8. Menoch. conſ. 658. nu. 6. l. cum de indebito. ff. de probat. Intrigl. deciſ. 14. num. 28. Surd. conſ. 203. num. 13. & conſ. 37. num. 6.* & errantis nullus eſt conſenſus, nullaque voluntas,
13 *l. ſed hoc ita. ff. de acqu. plus. arc. l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignor. l. 2. in princ. ff. de indic. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. Iud. l. nihil conſenſui. §. nihil eſt. vbi DD. ff. de reg. iur. vbi Dec. inquit,* quod hæc regula nullam habet limitationem, & ſiue ſit er-
14 ror iuris, ſiue facti non nocet, quando eſt de damno vitando, *l. non fatetur. ff. de confeſſ. Surd. conſ. 202. nu. 10. & ſequ. vbi plures refert,* & inquit idem in errore in facto
15 proprio, & hæc exceptio erroris non in-
16 telligitur reiecta à ſtatuto, reijciente omnes, exceptiones, *Bart. in l. non fatetur. nu. 5. ff. de confeſſ. Soc. ſen. conſ. 79. nu. 50. lib. 4. Theſaur. deciſ. 26. num. 15.* qui loquuntur in inſtrumento quarentigiato, & quando
17 conſtat de veritate, aſſertio illa non nocet *eſt tex. in puncto in l. aſſumptio, ff. ad municipal. & de incol.*

18 Nec minus iuramentum operatur aliquid, quando conſtat de errore, *Ruin. conſ. 167. num. 23. vol. 2. dicit veram, & communem. Surd. qui alios refert conſ. 37. num. 11.*
19 *& ſequ.* loquitur in confeſsione geminata in facto proprio, & cum iuramento, igitur remanet veritas facti, quod Cliens eſt de Ciuitate Tauromenij: vnde ſequitur con-
20 cluſio, quod actor tenetur ſequi forum rei, *l. Iuris ordinem. C. de iuriſd. omn. Iud. cap. cum ſit generale. de for. compet. cap. experientiæ. 11. quæſt. 1. l. non erit. §. dato. & ibi gloſ. & Angel. ff. de iur. iuran. l. de fideiuſſ. §. Prætor ait. & ibi Bald. ff. qui ſatis. d. cog.*

Et hæc remiſſio quatuor corroboratur

capitibus. Primò, quia concurrit forus originis: secundo, forus domicilij, tertiò, forus contractus; quarto; forus redditio-
21 nis computi. De primo, quod sit forus, qui inhæret ossibus, & carni, loquitur *tex. in l. assumptio. ff. ad municip. & l. origine. C. de municipal. lib. 10. Menoch. cons. 1060.*
22 *num. 79.* De secundo loquitur *Afflict. decis. 384. num. 13. & ibi Vrsil. Boer. decis. 360. in fin. Gail. lib. 2. obseru. 36. num. 7. & sequ. idem. Menoch. num. 80. vbi allegat*
23 *Bald. Ias. & alios.* De tertio loquitur *text. in l. hæres absens. ff. de iudic. l. 2. C. de iurisdict. omn. Iudic. cap. dilecti filij. de for. comp.* De quarto, in hoc concurrit, tam dispositio legis, quàm hominis, nam de
24 iure est indubitatum, redditionem computi esse reddendam in loco vbi fuit gesta societas, siue tutela siue negotium, *l. 1. C. vbi de ratoicin. agi oport. vbi glos. & DD. d. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. vbi Castrens. & alij, Innoc. in dict. cap. fin. de for. compet. & cap. 1. de iudic. Couarr. pract. quæst. cap. 10. vers. 4.* Illud, quia in loco
25 administrationis facilius, & plenius tam per testes, quam per instrumenta veritas inueniri potest, vt dicit *Soccin. cons. 31. in fin. lib. 1.* Item concurrit dispositio contrahentium, nam clare colligitur, dum
26 dicunt notificationem faciendam per Curiam Tauromenij, & sic ratione destinatæ redditionis computi. *d. l. hæres absens. §. illud. de Iudic.* adeo, quod cessat ex aduerso adductum, quod socius potest conueniri alibi ad reddendum rationes, ita quod
27 libri, & scripturæ necessariæ pro ratione reddenda erunt ibi adducendæ expensis, & periculo petentis, *ex cons. Socc. 149. num. 14. lib. 1. vt ex aduerso fuit allegatum. Felic. de societat. cap. 38. num. 1.* qui videatur loquitur, vt alibi conueniri possit, scilicet, in loco domicilij, & non in loco vbi socius aliter non sortitur forum, vt in casu nostro, vltra, quod est pactum in contrarium, quod respicit in fauorem D. Nicolai.

Non obstant duo ex aduerso adducta, primum, quod sit Ciuis Messanensis, secundum, quod renunciauit priuilegium fori cum iuramento, & sic obstat contractus; nam quo ad primum fuit supra responsum, quo verò ad secundum distinguimus, quod, aut quis se obliga-
28 uit soluere, vbicunque fuerit inuentus renunciando priuilegio fori, & tunc vbi fuerit inuentus potest astringi. Aut promisit posse conueniri in quocunque loco, & Magistratu, renunciando, &c. & tunc ta-
29 lis obligatio tenet, nisi pænituerit ante litis contestationem, quo in casu data pœnitentia ex parte obligantis, non obligat pactum, *tex. rotundus. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. Iudic.* & hæc est vera distinctio communiter aprobata a Doctoribus, *Bart. in d. l. si conuenerit. nu. 4. ff. de iurisdict. omn. Iud. Idem Bart. in l. penult. num. 2. & ibi Alex. num. 6. C. de pactis. Ias. cons. 161. num. 12. Dec. num. 21. Dicunt hanc Bart. distinct. communiter esse receptam. DD. l. non vtique. §. de eo quod cert. loc. Canc. cap. 1. de Iudic. communem dicit Gallef. de contract. in for. cam. part. 2. quæst. 3. num. 1. alios refert Cartar. decis. exec. gen. 6. num. 4. & 5. eamdem distinct. sequitur Sigismund. Scacc. tit. de Iudic. cauſ. ciu. cap. 101. num. 30. vbi referens alios di-*
30 *cit communem.* Et dispositio *d. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. Iud.* non solum procedit in simplici pacto, verum etiam quando est stipulatione vallatum, licet tunc possit agi ad interesse, *Butr. Abb. & Dec. qui dicit comunem cap. 1. de Iudic. alios refert. Cartar. vbi supra, num. 7. Petr. de Greg. & Cin. in l. si quis ex consensu. in 3. quæst. C. de Episc. & Cler. Ioan. Andr. de iudic. compet. addict. §. 1. vers. sed quid promisit. Cardin. Florent. cap. 1. de Iudic.* vbi inquit, quod pro hac opinione consuluit Collegium Paduanum, *idem refert Barbac. in addict. ad Abb. dict. cap. 1. de Iudic. in litt. C.*

Quatuor rationes adducũtur a Petro & Cino, quæ placuerunt Collegio Paduano; prima, quia origo istius iurisdictionis est à solo consensu partium, non autem à lege; secunda, quia per hanc pœnitentiam reditur ad ius commune, & ad iurisdictionem ordinariam, quæ est fauorabilis; tertia, quia lex loquens de hoc pacto permittit pœnitentiam vsque ad litis contestationem; quia in multis casibus pœnitentia admittitur, in quibus non est tanta ratio, erit & vltima ratio ad decisionẽ illius *tex. in d. l. si conuenerit.* tradita per addentes ibi, & præcipuè per *Alfan.* dicendo, quod prorogatio huiusmodi est odiosa, *cap. 1. & 2. de rescript. in 6.* vnde non videtur om-
31 nino esse cepta iurisdictio, donec Iudex qui prorogatur, non acceptauit *Abb. in d. cap. 1. de Iudic.* verum inquit si litigantes spectemus, verum est eam profici non tamen ibi negatur in dicta lege non requiri consensum iusdicentis, vnde locus est pœnitentiæ ante litem contestatam,

& sub-

& subdit, quod ratio dubitandi procedit in materia fauorabili, & non in odiosa, vnde cum in casu nostro Iudex adhuc non acceptauerit dictam prorogationem iurisdictionis, quæ tunc dicitur acceptata, & Iudex dicitur aditus lite demum contestata, quando vterque litigantium consentijt in Iudicem prorogatum, vt magistraliter *Bart. ibid. in princ.* merito hic, dum non adest acceptatio, & lis non contestata, penitentia conceditur pro petenda remissione, vt optimè fuit petita.

Prædictis non obstat illa limitatio, quæ
32 ex aduerso adducebatur *d. l. si conuenerit.* non procedere quando tale pactum fiat in præsentia Iudicis, & consentiente, vel tacente, vt post alios tradidit *Guttier. d. cons. 28. num. 7. vers. tertia limitatio.* in præposita enim limitatione loquuntur DD. quãdo prorogatio fit in præsentia Iudicis qui prorogatur, vt si fuisset præsens Iudex Messanæ cuius iurisdictio prorogata erat ex pacto, & non alterius, vt in casu nostro dum fuit præsens Iudex Tauromenii, de cuius iurisdictione proroganda non tractatur, *ita loquitur Alex. in d. l. si conuenerit. in 5. fall. & omnes Doct. ibi,* & tamen verior, & magis cõmunis est opinio, etiam quod fiat præsente eo Iudice, cuius iurisdictio prorogatur, adhuc est locus pænitentiæ, *Dec. latissimè post alios in d. cap. 1. nu. 100. vsque ad num. 109. de Iudic.* alijs consulto omissis, prout eodem modo communiter reprobatur alia limitatio, vt *d. l. si conuenerit.* procedat vtraque parte consentiente, & se penitente, *vt per DD. ibid.*

Non obstat *text. in l. penult. C. de pact.*
33 per quem disponitur claris verbis quemlibet posse renunciare priuilegio sui fori, quoniam ille textus procedit in eo, qui habet plures Iudices, exemplum ponit *glos. & DD. in scolari, qui habet plur. Iud.* potest renuntiare foro, & potest conueniri à suo ordinario, non autẽ, quod possit facere incompetentẽ cõpetentẽ, & in hoc procedit
34 *tex. in d. l. si cõuenerit. glos. in verb. nemini licere. in d. l. penult. C. de pact.* & hic est verus intellectus, *d. l. penult. & d. l. si conuenerit. secundum cõmunem Doctorum intelligentiam. ita ibi Bart. num. 1. & 9. & alij communiter DD. Dec. dicit communem in d. l. si conuenerit. quam ibi sequuntur Alber. col. 2. Angel. num. 3. Alex. num. 8. Ias. nu. 35. Zas. nu. 10. Curt. iun. d. l. si quis in conscribendo. nu. 18. & Curt. sen. num. 13. testatur hunc esse communem intellectum, & ibi Gozad. nu. 14. Bald. cap. 1. num. 9. de Iudic. Abb. nu. 17. Dec. num. 17. Rip. num. 48. testatur communem intellectum, & ita referens alios Guttier. de iur. confirm. part. 1. cap. 28. num. 8.*

Præterea aliam faciunt Doctores quæstionem, quæ videtur diffinire præsentem
35 controuersiam, si quis promisit soluere in certo loco specificato, tunc non erit locus pænitentiæ, vbi videtur contraxisse, *l. contraxisse. ff. de act. & oblig. tenent omnes in cap. Romana. §. contrahentes. de for. compet. in 6.* si verò vltra promissionem in cer-
36 to loco renunciauit suo foro, tunc si non inueniatur in loco destinato, habet locum remissio ad locum vbi promisit posse conueniri: hoc enim voluit renunciando foro suo, *ita Abb.* qui recolligens veras, & magis communes opiniones, dixit *in d. cap. 1. de Iudic. num. 22.* quod dictum apportat pro singulari limitatione ad *d. §. contrahentes.* In proposito Cliens promisit reddere computa Tauromenij, & pro obseruatione promisit posse vbique conueniri renunciando foro nihil aliud est, quod sit remittendus ad Iudicem loci vbi promisit pro adimplemento contractus, & quo ad nos videtur contrahentium intentio, quod possit conueniri, vt adimpleat formam contractus in loco vbi tenetur adimplere, *post multos Couar. omninò videndus pract. quæst. cap. 3. vers. 6.* subdeducitur sortitur, nãq; quis forum in loco vbi destinatus est contractus effectus, vt hic, quanto fortius in casu nostro, in quo & contractus, & destinata præsentatio actus, est particulariter ex pacto facienda in loco eiusdem contractus, non oberit renunciatio fori, qui enim promittit, & se obligat soluere in tali loco, videtur voluisse, quod ibi tantum causa decidatur, *Abb. in cap. fin. de for. comp.* nam dum est pactitatum præsentare actum in vno loco, cætera loca videntur excluſa, *Ias.* qui affert pulchrum simile *in l. 1. ff. de eo, quod certo loco.*

Est videndum quid stante iuramento,
37 num quod iuramentum interpositum in contractu faciat hunc actum reuocabilem inreuocabilem, taliter, quod non admittatur amplius pænitentia, & in puncto, in quo versamur *d. l. si conuenerit.* quod iuramentum non tollat pænitentiam, *loquuntur Abb. cap. 1. de iudic. col. 11. & ibi Butr. col. 20.* vbi dicit hanc opinionem esse de iure veriorem *Ioann. de Ann. in cap. fin. in punct. ne Prælat. Vic. suas Ludouic. Rom. d. l. si conuenerit. col. 1. Bart. l. sed & quis. §. quæsitum in fin. vbi alij DD. sequuntur. ff. si quis caut. Io. Andr. & alij. Canon. cap. 1. de commod. Bald. in cap. 1. & g. in 4. col. de Offic. deleg. vbi se remittit ad cap. si diligenti.*

ex for. comp. & inquit, quod *lex si conuerit.*
38 non potest renuntiari, nec per pactum etiam iuratum, quia dicta lex continet ius publicum, & in his, quæ sunt iuris publici, etiam cum iuramento non potest renuntiari, eamdem opinionē sequitur *Martin. Raudens. d. l. si conuenerit.* vbi inquit, quod lex inducit pro forma, quod in iurisdictione prorogata habeat locum pœnitentia, vsque ad litis contestationem, *Bologn. cons. 46. per totum.* vbi dicit hanc opinionem communem, & veriorem, *addit. 1. ad Alex. in d. l. si conuenerit.* vbi distinguit an ratione iuramenti sit licita pœnitentia, quod aut actus qui fiunt, fieri possunt sine Iudicis ministerio, & tunc valent, si fiunt contra iuramentum; licet ille sit periurus, aut verò quę requirunt Superioris ministerium non possunt contrafieri valide, vbi interuenit iuramentum, vnde cum prorogatio huiusmodi fieri possit sine Iudicis ministerio, & sic non obstante iuramento licita pœnitentia, vt ibi alloquitur; ratio
39 est, quia iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur, & non alterat, neque mutat; sed tantum addit vinculum religionis, & conditiones quæ insunt, actui insunt, & ipsi iuramento, *cap. quemadmodum. de iur. iuran. vbi glos. in verb. conditionis. l. fin. C. de non num. pec. l. fin. qui satisd. cog. l. sub conditione. §. quoties secundo responso. ff. de condit. instit. Clem. 1. in fin. de preb. reg. accessorium de reg. iur. in 6. Dec. cons. 536. num. 7. & cons. 600. num. 12. & cons. 305. num. 4. Corn. cons. 126. num. 3. vers. & iuramentum. Bellam. cons. 24. num. 10. Bursat. cons. 40. num. 57. & sequ. Ruin. cons. 134. num. 9. vol. 1. cons. 16. num. 14. vol. 2. & cons. 67. num. 10. vol. 4. Grauet. cons. 102. num. 7. Ceuallos. com. contra com. quæst. 168. num. 3. Curt. sen. cons. 52. num. 12. Vrsill. ad Afflict. decis. 110. sub num. 3.* & ideo sublato contractu iuramentum in eo appositum censetur sublatum. *Barz. Bonon. decis. 99. num. 15.*

Verum Doctores, qui contrariam tenēt opininionem, fundant, quod iuramen-
40 tum actum reuocabilem sui natura facit inreuocabilem, & nihilominus contrariū fundant & iura, & authoritates, quod iuramentum actum reuocabilem non facit inreuocabilem, *glos. l. si alienam. in verb. qui accepit. ff. de donat. caus. mort. glos. l. si patronus. in verb. fauiana. ff. si quid. in fraud. patr. l. in seruitutem. §. sed & si quis. ff. de bon. libert. l. sub conditione. ff. de bon. possess. contra tab. l. cum præcario. ff. de præcario.* vbi communiter scribunt, quod procedit
41 etiam si fit promissum non contrauenire cum iuramento, *Corn. cons. 126. col. 2. lib. 1. Dec. cons. 475. num. 18. Bald. l. si procurator. col. 3. vers. & prædicta sunt vera ff. de condic. indeb. Rot. Rom. in nouiss. decis. 128. nu. 3. part. 1. Franch. decis. 181. in fin. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 46. & post eum Alex. Raudens. tract. de analog. cap. 23. & tract. pract. quæst. cap. 30. num. 7. & 8. vbi refert etiam Barbos. Peralt Felin. & alios DD. & latissimè Io. Petr. Surd. in cons. 264. sub num. 34.* qui loquitur in
42 eo, qui habet potestatem eligendi ante mortem, elegit in vita, & promisit non reuocare cum iuramento, inquit, quod
43 quia sui natura actus est reuocabilis, illa promissio cum iuramento nihil operatur, *num. 38. 39. 40. & sequent.* vbi infert ad multa exempla, videlicet in eo,
44 qui iurat non reuocare procuratorem, facit donationem causa mortis cum iuramēto, facit testamentum cum iuramento, Item in eo, qui iurat non contrahere sponsalia cum alia, & contrahat, valet contractus, *cap. sicut literis. de sponsal.* in eo qui iurat non petere reductionē ad arbitrium boni viri cum iuramento, & tamen potest petere, *Innoc. cap. per tua. de arbitr.* Item iuramentum interpositum in donatione inreuocabili maioris partis bonoru m per superuenientiam filiorum, reuocatur donatio, beneficio *l. si vnquam. C. de reuocan. don.* vnde iuramentū nihil operatur, *Rom. cons. 269.* Item si quis iurauit capere in vxorem Bertam, & numquam illam dimittere, tamen si illa commiserit fornicationem, potest dimitti non obstante iuramēto, quia iuramentum regulatur iuxta actū, super quo interponitur *d. cap. quemadmodum. de iur. iuran. vbi glos.* Quia iuramentū appositū super actu libero, non facit actū necessarium, *Curt. sen. d. cons. 52. num. 22.*

Non obstat *Guttier. de iuramen. confirm. part. 1. cap. 28. num. 9.* quoniam ratio, qua mouetur est, ex quo iuramentum habet
45 vim contestationis: quæ ratio est falsa, nam aut loquimur de iuramento iudiciali, & illud habet vim litis contestationis, *Dec. cons. 682. num. 7.* aut de iuramento
46 extraiuditiali, prout est illud, quod apponitur in contractibus, vt in præsenti casu, & illud non importat litis contestationem ita distinguit *Gomez. §. item. si quis postulante. col. 2. vers. primus effectus. instit. de act. Dec. & Rip. cap. 1. de Iudic. idem Rip. l. si Insulam. num. 90. ff. de verb. oblig. Bologn. l. post te. post. num. 61. ff. si cert. petat.*

Nec minus obstant alij Doctores in cō-

trarium

trarium allegati, quod iuramentum tollit pœnitentiam in terminis. *l. si conuenerit.* in quibus versamur, quoniam non mouentur nisi frivola ratione, videlicet, quod iuramentum est seruandum, quoties potest seruari absque dispendio salutis æternæ, cui respondetur, nam etiam donatio causa mortis cum iuramento potest reuocari, & nihilominus non posset absque dispendio salutis æternæ, & sic in alijs casibus, & exemplis per Doctores adductis, & tamen videmus, quod reuocatur absque incursu, & ratio est clarissima posita à Doctoribus nam illud iuramentum sequitur naturam ipsius actus, *d. cap. quemadmodum.* & alia iura, & authoritates, vt supra adductæ. In tantum, quod contraria opinio videtur fũdata in voluntate eorum, qui contrarium tenuerũt, non autem in ratione, nec in dispositione alicuis legis, vel Canonicæ, vel Ciuilis, nostra autem, in iuribus *glos. & authoritatib.* vltra, quod si huismodi opinio posset procedere, prout demonstratum est ex veriori opinione, & magis communi non posse procedere, vtique tantum haberet forte locum, quando specificè, & expresse renunciaretur beneficio *dictæ l. si cõ-*
47 *uenerit.* secus autem si renunciatio esset generalis, vt in casu nostro, tunc enim ratione iuramenti renuntiando adhuc pœnitere potest. Præterea est cõsiderandũ, quod
48 in promissione, quod possit vbique conueniri, iuramentum est appositum in fine contractus, & tunc tanquam iuramentum informe, quasi nullam propriam formam iuramenti habens, habetur prout appositum de communi stylo Notarij, *l. itẽ apud labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. glos. cap. 2. de præbend. in 6. glos. §. item si quis postulante. in verb. deberi instit. de act. glos. in l. actori. C. de reb. cred. text. in Clem. 1. in fin. de præben. Abb. cap. cum nostris. in fin. de præb. & in cap. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. vbi Dec. & alij. idem Dec. cons. 72. in fin. Grat. cons. 41. num. 21. lib. 1. Cardin. cons. 25. in fin. Alex. l. quæ dotis. col. 4. ff. solut. matrim. Dec. cons. 2. nu. 9. & cons. 205. num. 10.* vltra, quod omnia, quæ adducuntur, & possent adduci aliter, non possunt stare in casu nostro, quia dictæ promissiones facta renunciatione fori, & alia tunc possent, si vel ne operari, quando non est specifice pactum, vt in certo loco præsentetur nota effectuum societatis, secus vbi est expressè pactitatum, & destinatus locus præsentationis computorum. Item dictæ
49 clausulæ, quod possit conueniri in quocunque foro, & in quolibet iudicio, & mundi parte tanquam solitæ apponi à Notarijs, nihil operãtur, nisi constet ex prof ssa cõ trahentibus fuisse appositas. *Bart. in l. 1. ff. de iur. codicill. Bald. l. quoties. num. 1. C. de hæred. instit. Butr. cap. cum contingat. col. 7. vers. quartus casus. in fin. de in. integran. & ibi Abb. num. 23. idem Abb. cap. quinta. Vallis. eod. tit. num. 32. in fin. Couar. in rubr. de testam. 2. part. nu. 14. vbi multos refert Alex. Raudens. variar. resolut. d. cap. 30. num. 9.*

Hic autem nullo iure potest considerari contrahentes ex professo voluisse apponere talia pacta. Primò, quia sibi prouiderunt computa societatis consignanda in Ciuitate Tauromenij, & dederunt modũ in casu absentiæ, fore intimandum domi Tauromenij: in hoc concurrit dispositio legis, & hominis, ex quo ibi tenebatur;
50 nam ibi reddenda est de iure ratio, vbi fuerit gesta administratio, *l. 1. C. vbi de ratiocin. agi oportet. cum alijs supra in nu. 24. allegatis.* Item legis, ex quo est de illa Ciuitate: tam oriundus, quam residens: hominis, ex quo ita pacto expresso sibi prouiderunt, quæ dispositio legis, & hominis nullam habet restrictionem; vnde cum cõtrahentes renuntiant, posse vbique conueniri, videntur incontinenti in eodm actu
51 voluisse semetipsos corrigere, quod non permittitur de iure. *l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat. cum multis.* Est igitur verum dicere, vel à Notario appositum tanquam ignaro quid fecit, vel posse astringi, vt Tauromenij computa exhibeat. Secun-
52 dò, in contractibus est consideranda mens contrahentium, & id, quod est verisimile, non autem verba, *l. in conuentionibus. ff. de verb. & rer. signif. l. blanditus. C. de fide instr. Grauet. cons. 51. num. 2.*

Quæ enim verisimilitudo est, quæ in mentem humanam potest cadere, quod iste Dominus Cliens, qui est de Tauromenio, ibi resident, ibi gessit negotium, quod si per transitum fuisset Romæ visus, quod ibi voluisset posse cogi ad reddendum cõputa cum omnia teneat in Tauromenio, vbi sunt libri n^a substantiæ, & omnia distinctè nisi Tauromenij, quomodo est dicendum voluisse obligari vbique locorum posse conueniri. Igitur non est dicendum ex professo ordinasse Notario apponi tale pactum, sed per Notarium ex stilo fuisse appositum. Vnde non nocet ei, maximè cum istis resistat dispositio legis nam cum quis promittit vbique conueniri, intelligitur de loco idoneo, & sic vbi gessit negotium, habet libros, & commoditates, *glos.*

l. cum

l. eum qui. ff. de. iudic. & glos. in l. vnica C. vbi conuen. qui cert. loc. & promittens respondere vbicunque fuerit petitum sine locorum specificatione non potest conueniri, nisi in suo foro competenti, *not. glos. in l. qui cert. loc. ff. de condict. indeb. Dec. in d.l. si conuenerit. num.* 34. *Soc. ad cap. dilecti. nu.* 3. *de for. comp. Rip. tenet ad d. cap.* 1. *nu.* 72. *de iudic. Mising. obseru.* 88. *cent.* 1.

34 tertiò hæc non sunt nisi clausulæ executiuæ contractus, dum ibi dicitur quæ omnia partes ipsæ promiserunt rathagratare [& possit causari executio in quolibet foro, & in qualibet mundi parte, renunciando priuilegio fori, &c.] quæ non alterant principalem dispositionem, si enim est pactatũ de præsentatione actus in certo loco, quomodo executio præmissorum potest fieri in qualibet mundi parte cum renunciatione fori? vnde non alterat, quia sunt clausulæ solitæ apponi ex stilo, *Dec. in l. fori. nu.* 14. *C. de pactis. & in l. nobis. nu.* 11. *ff. si cert. pet. Pedam. decis.* 164. *nu.* 3. *clem.* 3. *vbi DD. de præbend. Couar. in tract. de testam. part.* 2. *num.* 31. *in fin. Turall. decis.* 83. *num.* 3. *part.* 1. etiam si clausulæ

35 executiuæ remanerent superfluæ, si dispositionem non ampliarent, vt notatur in *l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig. & Lirip. n.* 46. *Ias. n.* 37. *Curt. sen. n.* 39. *Curt. iun. cõs.* 274. *n.* 49. *in* 3. *Decian. cons.* 52. *n.* 20. *&* 28.

Et tandem dicimus Clientem nullo pacto posse conueniri in Curia Straticotiali, nam pactum, quod posit in quocunque foro conueniri, est in casu contrauentionis, at nulla est contrauentio ex parte Clientis, quandoquidem sumus in contractu societatis, in quo licet Cliens elapso septennio tenebatur facere actum, & illud præsentare, & iuramentum præstare, tamen, ex quo de sui natura hic actus elapso tempore constituto nõ finitur, sed dicitur ipso iure tacitè prorogata societas, vt supra *num.* 1. fuit comprobatum, ex hoc dicitur socium, & societatis depositarium, etiam

56 elapso tempore ipsius non esse constitutũ in aliqua mora, & culpa, nisi prius interpelletur, & à socijs petatur redditio computorum, non obstante illa die statuta, qua erat extinguenda societas, in term. societatis. *Alex. cons.* 32. *num.* 10. *vers. sed in proposito. vbi lat. lib.* 5. *qui allegat diuersa iura, inter catera text. in l. mora. ff. de vsur.* vbi inquit *text.* per hæc verba formalia [mora fieri, intelligitur non ex re, sed ex persona, ideſt, quod si interpellatus opportuno loco non soluerit] *sequitur d. cons. in puncto. Menoch. cons.* 121. *num.* 81. *lib.* 2. vnde cum hic non adsit aliqua interpellatio, nec ad instantiam Don Marij, neque aliorum fratrum, nec vnquam redditæ aliquæ partes sociorum, vt erroneæ: ex aduerso allegabatur, non data aliqua mora, remissio fori iuridice petita est, & rationabiliter hæc procedunt, vt ad constituendum in mora requiratur interpella-

57 tio, & non sit in casibus, in quibus dies interpellet pro homine, *iuxta l. magnã.* quia aliquis promisit certa die facere aliquid, quod concernit præparatoria iudicij, vt hic in redditione computi societatis non cõstituitur quis in mora pro aduentu diei absque interpellatione post *Dec. Castrens. Felin. & alios. Gabr. Com. concl. tit. de solut. concl.* 9. *num.* 22. & addito etiam pro exclusione moræ, nam dum fuit pactatum

58 soluere in certo loco Tauromenij, debitor nunquam constituitur in mora nisi ex parte creditoris probetur ea die statutæ solutionis eum in loco prædicto fuisse præsentem ad recipiendum solutionem, quo non constito, non datur mora ex parte debitoris, *Bart. in l. item illa. vers. quæro pone. ff. de constit. pecun. in l. censemur. §. cum ita. de verb. oblig. sequ. Alex. cons.* 172. *in* 2. *Paul. de Castr. in l. si per emptorem. ff. de act. compet. Gozad. cons.* 66. *Ruin. cons.* 151. *vol.* 1. *Tiraqu. de retract. lignag. §.* 9. *in glos.* 3. *nu.* 17. *& sequ.* & licet sit pactum in contractu, quod in casu absentiæ sociorum computa poterat ibi præsentare, & notificare in domo, tamen hoc fuit factum in eius fauorem vt non aliter sit obligatus, & pactum non debet retorqueri in eius odium, vnde dum non fecit actum elapso septennio, vsus est propria natura actus, & non dicitur con-

59 trauenire, quando facit id, quod est contra naturam actus, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. Bald. l. cum quis ff. de condic. ob caus. Molin. de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 46. vbi dicit hanc opinionem, & rationem esse veram, & iuridicam, & post eum referens *Barbos. Peralt. & alios. Alex. Raudens. variar. resolut. d. cap.* 30. *nu.* 7. 8. Est verum dicere non esse locum contrauentioni, & consequenter nec moram, nec posse alibi conueniri, nisi Tauromenio, vbi gesit, vnde ortus, residet, contraxit, & promisit.

Non obstat pactum de non opponendo, quod importat pactum de non præueniendo, *Milan. decis.* 7. *num.* 30. *lib.* 2. *Mastrill. decis.* 14. *nu.* 16. & per consequens Cliens

60 non potest excipere de incompetentia fori quoniam respondetur; primò, quod hæc exceptio venit ex eodem contractu, & ita

est

61 est priuilegiata sicut actio. *Bald. l. ex ijs prædijs C. de euict. cum alijs adduct. per Caroc. d. loc. & cond. tit. de euict. Graſſ. de except. cap. 13. num. 1.* nam dum non est renunciatum foro nisi in casu contrauentionis, dum excipimus, & volumus ostendere non contrauenisse, facimus id quod ex forma contractus permittitur: item de iure ex natura contractus vsque ad litis contestationem permittitur pœnitentia pacti de declinando Iudice, est consequens, quod dum Cliens de hoc excipit, facit id, quod inest ipsi naturæ contractus, & sic prouenit exceptio ex ipso contractu. Secundò respondetur, quod statutum reijciens om-
62 nes exceptiones non intelligitur reijcere declinatoriam fori, cum illa dicatur defensio, & non exceptio, *glos. in fin. clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. Bald. l. exceptionem. num. 27. C. de probat. multos refert Graſſ. de except. cap. 18. num. 1. 2. & 3.*

Ex quibus omnibus concludimus fore decidendum in fauorem istius Domini Clientis.

Messanæ coram Curia Straticotiali, anno 1612.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio competit filiæ ob exclusionem successionis a feudo, amplia etiam filiæ, quæ noluit nubere. num. 2. & etiam filiæ, quæ obijt ante nubilem ætatem, nam transmittit ad suos hæredes nu. 3. affertur ratio, nu. 4.*
5 *Legatum nominis debitoris comprehendit etiã vsuras maturatas in vita testatoris, quid in legato census num. 8.*
6 *Dictio (tantum) est taxatiua, & quid importet.*
7 *Procurator constitutus ad capiendum mutuo censum an sit etiam ad interesse.*
9 *Dotis de paragio fructus an debeantur vt interesse recompensatiuum.*
10 *Mandati fines diligenter sunt obseruandi.*
11 *Ius irreuocabile non acquiritur tertio ex scriptura simplici.*
12 *Mulieris obligatio non tenet.*
13 *Dos de paragio taxatur secundum redditus tempore mortis patris, nec habetur consideratio ad valorem feudi, nec si exinde creſcant, vel decreſcant redditus, num. 14.*
15 *Testes parte incitata non probant, & quando sufficiat probari bonam vitam, stante eorum morte.*
16 *Sententia inter alios lata non nocet alijs, secus quoad eum contra quem est lata num. 17. idem de probationibus in illo iudicio factis super quibus lata est sententia, num. 18.*
19 *Testes producti, quando iuuantur actis publicis præualet eorum depositio alijs testibus, esto sint maiores numero.*
20 *Interusuria dotis de paragio, sororis quæ fuit alimentata, quando possit petere.*
21 *Alimenta debentur vsque ad nubilem ætatem, exinde dos cum interusurijs.*
22 *Aetas nubilis vsque ad duodecimum annum, sed veritas vsque ad decimum quintum. num. 23.*
24 *Alimenta quoties debentur, possunt repeti, esto aliunde fuerit alimentata.*
25 *Dotis de paragio fructus non veniunt ex morã cum sufficit irregularis, affertur ratio, n. 26.*
27 *Feudum est obligatum pro dote de paragio, ita & pro fructibus, & vsuris dictæ dotis.*
28 *Dotem de paragio an consequatur filia tertiaria, num. 30. & quid in Monialibus ingredientibus Monasterium num. 31.*
29 *Legitima per patrem tolli non potest.*
32 *Debitor quando succedit creditori an sit liberatus, & quid è contra, num. 33. & 34. & quando reuiuiscant actiones. nu. 35. & 38.*
36 *Fructus percepti per grauatum non compensantur cum eius credito, sed in restitutione potest petere creditum, vel retinere prædiũ.*
37 *Hæres grauati an teneatur ad vsuras non solutas per grauatum.*

ARGVMENTVM.

Dos de paragio an debeatur sorori innuptæ, & an post mortem transmittatur ad eius Hæredes. An legatum dictæ dotis comprehendat etiam fructus, & vsuras, quæ competunt pro ipsa dote, maturatas in vita ipsius.

CONSILIVM XXV.

IESVS MARIA.

IN Anno 1546. Philippus Crisafi Baro Landi, & medietatis feudi Piraci obijt relictis quatuor eius filijs Io. Vincentium successorem in dictis feudis, Franciscum, Mãnutiam, & Franciscam; Franciscus habuit vitam militiam, Mannutia sibi taxauit dotem de paragio ad vnc. 300. infra solutionem, Franciſca remansit virgo in domo fratris honeste viuendo, obiitque innupta in ætate maiori instituta sibi hærede vniuersali D. Beatrice eius nepote ex fratre & præcise in dote de paragio sibi spectante super feudo Landi, nec non, & relicta legataria

legataria D. Lucretia Cliente in dote de paragio super medietate feudi Piraci, exin de verò obijt D. Beatrix relicta hærede vniuersali dicta D. Lucretia sorore, & D. Onophrio nepote ex alia sorore D. Mannucia, comparuit igitur in Iudicio D. Lucretia Cliens cum authoritate D. Aluari Villadicani eius Viri, & tanquam legataria pro dote super feudo Piraci, & vt hæres Beatricis pro medietate dotis de paragio super feudo Landi sibi taxari fecit dotes prædictas super dictis feudis; exinde dato Curatore ad litem D. Petro Rigoles, patre dicto D. Onophrio eius Nepoti executionem exercuit, & interposuit cedulam primi decreti super fructibus dictorum feudorum, aduersus quam se opposuit prædictus D. Petrus nominibus prædictis de multis; quibus in aliquo non obstantibus, dico intrepide fore decidendum, quod procedat executio D. Clientis; Apparet enim quod legitimè fuit facta taxatio, quandoquidem ex multis testibus, & actis publicis, etiam ex parte aduersa præsentantis constat, quod Franciſca est filia dicti quondam Philippi excluſa à dictis feudis ob primogenitum Io. Vincentium: vnde ei competit dos de paragio; ratione exclusionis, [1] *Constit. Regn. in aliquibus de succeſſ. Comit. & Baron. lib. 3. vbi Iſer. Afflict. multos retuli in conſ. 18. num. 1. & omnes DD. de Regno tenent* deberi etiam filiæ, quæ nubere noluit, sed domi pro fratre Deum orare, [2] *Petr. de Greg. de dot. de parag. queſt. 2. nu. 9. & ſequ. & quæſt. 14. num. 2. verſ. intelligo tamen concluſionem.* & etiam filiæ mortuæ antequam perueniat ad nubilem ætatem, cum dictam dotem transmittat ad suos hæredes, & ratio est, quia talis dos est loco le[3] gitimæ debitæ iure naturæ, & est eiusdem [4] naturæ, cuius est ipsa legitima, in cuius locum subrogatur, ita ex Antiquis tenuit *Riccar. Malumbr. in quadam ſua diſputatione quam refert Cin. in l. ſancimus. C. de nupt. Alberic. de Roſ. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. Io. Andr. in addict. ad ſpecul. de ſtat. Monial. in rubr. verſ. ſcire debes. Bald. & Salic. in d. l. ſancimus. Andr. de Iſern. in d. conſtit. fol. 257. col. 1. Afflict. in d. conſtit. quæſt. 8. Loffred. in conſ. 26. nu. 7. vſque ad num. 29. Neapod. in conſuet. Neap. verb. paragium. num. 56. Camer. in cap. Imperialem. §. prætereaducatus fol. 102. lit. L. Dominus Regens Don Petrus Corſetto in addict. ad patrem in conſ. 15 num. 14. & ſequ. D. Regens de Ponte conſ. 65. num. 5. Io. Andr. de Georg. alleg. 9. num. 16. & alleg. 11. num. 7. cum multi. vbi refert. etiam Cannec. Cum. & alios impugnato. Minad. ex aduerſo etiam alleg. in d. conſtit. num. 10. in 7. notab. qui Minad. in conſ. 2. num. 5. tenet,* etiam esse loco legitimæ, & nullum grauamen recipere posse, immo *in ead. conſtit. poſt num. 15. verſ. & ſic ante.* incontinenti se corrigendo affirmat, quod etiam ante tempus nubile dos tanquam debita transmittitur; Apparet etiam per acta publica legatum dictæ dotis de paragio competentis super dicta medietate feudi Piraci, factum in personam D. Lucretiæ actricis eodem modo, & pro medietate dotis de paragio super feudo Landi, ex quo hæres est pro medietate relicta à D. Beatrice, quæ fuit hæres vniuersalis, & præcisè in tota dote super feudo Landi relicta prædictam quondam Franciscam filiã dicti quõdam Philippi. Item & constat de redditibus feudi tempore mortis patris, quod tempus attenditur, *Apont. conſ. 79. & alij allegati infra num. 13. de numero filiorum, & deductione onerum. iuxta doctrinam Maſtrill. deciſ. 1. & deciſ. 48.*

Non obstant, quæ ex aduerso adducuntur, & primo circa dotem super feudo Piraci, quod legatum factum in anno 1596. per illam Franciscam non compræhendit vsuras præteritas, & competentes in vita dictæ quondam Franciscæ, ex quo legauit dotem de paragio nulla facta mentione vsurarum: immo est posita dictio taxatiua [5] [tantum] quoniam respondetur, quod legato nomine debitoris dicuntur etiam legatæ vsuræ debitæ, occasione illius nominis legati, etiam decursæ in vita testatoris, quæ per eum non fuerunt exactæ, *itadicit Iuriſconſ. in l. nomen debitoris. ff. de legat. 3. vbi Bart. & alij. Paul. Caſtr. in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. nu. 2. & 3. ff. delegat. 1.* vbi claris verbis loquitur, quod si quis legat pecunias, quas habet super impreſtitis de Venetia, vel montem de Florentia, dicitur legasse etiam pagas, quæ cucurrerunt viuo testatore, licet non fecerit mentionem nisi de sorte, & ita dicit consuluisse: *ſequitur ibi Alex. in num. 3. & Iaſ. num. 14. cum ſequ. Bero. in conſ. 133. num. 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 40. num. 8. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 10. num. 35. Surd. in conſ. 84. num. 4. Rimin. iun. conſ. 623. num. 23. cum ſequ. vol. 6.*

Nec obstat illa dictio taxatiua [tantũ] quoniam posita est ad ostendendum locũ, & taxandum vbi reliquit dotem super quo feudo, videlicet, lego totam, & integram dotem de paragio, tantum quibuscumque nominibus competentem super feudo Piraci,

raci, nam super alio feudo etiam competebat dos de paragio, vnde illam dictionem posuit ad exclusionem alterius feudi.

Secundò natura dictionis taxatiuæ est,
6 quod sicut excludit extranea, & penitus remota ab eo contractu, in quo ipsa est posita, ita includit pertinentia ad ipsum contractum, *text. in clem. exiui. §. cum autem natura. de verbor. signif.* cuius verba sunt [Cum autem natura termini restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta ad ipsum pertinentia includit] *sequitur Roman. in cons. 114. nu. 4. & 5.* Vbi consuluit Procuratorem constitutum ad accipiendum mutuo octuaginta tantum, dici etiam procuratorem non solum ad illa octuaginta, verum etiam ad cambia quæ pro illis octuaginta debentur; ratio est, quia in Florentia est de consuetudine, quod mutuum non datur, nisi ad cambium, & per consequens, licet sit dictio taxatiua ad octuaginta, tamen dicitur includere id, quod pertinet ad ipsum actū, vnde cum de natura legati sit, quod legato nomine debitoris dicuntur legatæ vsuræ ad illud spectantes; illa dictio [tantum] non dicitur exclusiua, & taxatiua, sed inclusiua, quia vsuræ veniunt, & spectant ad legatum illud nominis.

Nec obstat, quod Dominus Aduocatus ex aduerso asserebat, quod casus iste fuit decisus in Regno, *vt per Mastrill. decis. 115. & Castill. dec. 4.* quoniam casus decisio-
8 nis diuersus est, nam legatum illud fuit in annuo censu secundum formam Bullæ, in quo interusuria petuntur de per se, & non sunt accessoria ad capitale, cum illud sit demortuum, secus in vsuris, & accessionibus, *vt ipsi idem Mastrill. in num. 5. in fin. & Castill. in num. 15. circa medium.* Fructus
9 enim dotis de paragio veniunt tanquam interesse pro concurrenti quantitate fructuum perceptorum ex feudo pro summa dotis de paragio. *Petr. de Greg. de dot. d. quæst. 26. num. 10.* & petuntur insimul taxata dote de paragio. *Anna. alleg. 70. num. 16. & 22.* & sunt accessiones ad ipsam dotem, *vt Dominus Regens in d. addict. ad patrem. d. cons. 15. num. 15.*

Nec obstat, quod secundo loco adducebatur, quod feudum Piraci fuit datum francum, & liberum D. Mannuciæ in capitulis matrimonialibus D. Ioseph la Rocca cum d. Beatrice; quoniam respondetur primò, quod respectu præiudicij Franciscę hoc non poterat fieri, & licet replicetur, quod D. Beatrix successit exinde ipsi Frāciscæ, & ipsius Beatricis hæres est D. Lucretia actrix. Replicatur quod quando in his terminis essemus, etiam D. Onophrius est cohæres cum ipsa Actrice, & sic esset factum, quod pro medietate obstaret, cum pro semisse Beatricis hæres est Cliens, & pro alia semisse est ipse Conuentus.

Secundo respondetur, quod D. Beatrix non dedit francum ipsum feudum Piraci, sed francum ab illis vnc. 25. legatis per D. Io. Vincentium eius patrem, quod legatum non fuit verificatum, quia conditionaliter fuit relictum, videlicet, quando Franciſca se voluisset monacare, quod non fuit sequutum, & sic euanuit; item ille Io. Vincentius, qui reliquit feudum eius filiæ Mannuciæ, reliquit cum onere soluendi dotes de paragio, vitam militiam, & seruitium militare, quod testamentum quæso legatur.

Præterea D. Beatrix non contraxit, nec aliquam fecit stipulationem, nec D. Mannucia fuit præsens; nam licet legatur hoc in capitulis, tamen non fuerunt stipulata, nec se subscripsit D. Mannucia, sed quidā procurator, qui non habebat in mandatis
10 ad acquirendum, & fines mandati diligenter sunt obseruandi, *l. diligenter. ff. mand.* nec se subscripsit acquirendo, sed se obligando ijs, quæ continentur in capitulis. Item D. Beatrix reuocauit expresse, nam quando nuptui tradidit D. Lucretiam eius sororem Actricem cum D. Aluaro in specie dotauit dotem de paragio super feudo Piraci, vnde cum simus in scriptura non-
11 stipulata, facta in fauorem tertij, cui nullum ius inreuocabiliter fuit acquisitū, legitime potuit reuocari, *Bart. in l. qui Roma. §. Flauius. de verbor. oblig. magis communem dicit Gamm. decis. 138. num. 2. Menoch. cons. 42. num. 77. & sequ.* & tanto
12 magis cum simus in muliere, cuius obligatio non tenet, sed ipso iure conseruatur illesa, *ad tex. in authen. si qua mulier. C. ad vell. cum alijs.*

Nec pari formiter, quod dicta feuda Piraci, & Landi non erant tanti redditus
13 tempore mortis Philippi patris ipsius Frā ciscæ, quanti fuerunt taxatæ dictæ dotes de paragio, cum illud tempus de iure attendatur, & sic iuxta quantitatem reddituum, non autem habito respectu ad valorem corporis ipsius feudi; nec ad quanti-
14 tatem reddituum qui creuerint post mortem patris, *Petr. de Greg. de dot. de parag. quæst. 25. num. 14. 15. & quæst. 28. nu. 5. & 9. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 51. num. 243. & sequentibus. Canec. repetit. cap. si aliquem. vers. & cum præfati. fol. 216. addit. ad Petr.*

ad Petr. de Greg. d. quæst. 28. lit. F. vbi multos refert. idem Mastrill. decis. 64. nu. 9. Cumia. repet. d. cap. si aliquem. verb. maritata. num. 137. & sequ. & num. 142. & in vita militia latissimè probat Apont. cons. 79. num. 1. & 14. testatur ita semper fuisse taxatã per S. C. *Franch. decis 61. nu. 1. cum multis.* Fundat enim hoc pars contraria cum testibus ad instantiam Io. Vincentij receptis parte incitata, anno 1580. qui dicunt, quod feudum Landi vix erat redditus vnc. 30. Respondetur primò, quod dicti testes
15 tanquam parte incitata nihil faciunt. *Bart. in extrauag. ad reprimen. Marsill. sing.* 81. Nec obstat, quod ex quo sunt mortui, sufficeret probasse eorum bonam vitam, & famam P.C. & dato termino, quoniam hoc procederet, quando testes, qui ita producuntur, non esset necesse produci citatis partibus, tunc temporis, quia nulla immineret lis, secus enim esset, quando tunc potuissent, & debuissent produci partibus citatis, prout fuit casus Io. Vincentij, qui litigauit cum alia eius sorore D. Mannucia pro taxatione dotium de paragio, tunc enim testes se defendendo poterat, & debebat producere, vnde cum tunc non produxit, sed remansit sola probatio Donnę Mannuciæ super qua fuit decisum colligitur manifeste dictos testes in fraudem exinde produxisse, & per consequens eorum productio, & nunc probatio bonæ vitæ nihil operatur, & in hoc casu intelligo procedere *doctr. Nacl. in cons. 395. nu. 21. & sequ.* Item Respondetur secundò, quod de redditu ipsorum feudorum tempore mortis Io. Philippi Baronis est plene probatũ per tres testes p. c. & dato termino super quibus fuit exinde lata sententia in fauorem, & sic sumus in pari causa, nempe in dote de paragio taxata ad instantiam alterius fororis cõtra eumdẽ Baronem; vnde
16 militat, quod licet alias regulariter sententia inter alios lata alijs non profit, nec præ
17 iudicet; secus esse quo ad eum, contra quẽ est lata, quia ei præiudicat, etiam quo ad omnes qui non interfuerunt in iudicio, ex quo semel fuit pars in iudicio, & succubuit, licet ei non prodesset contra alios, qui non interfuissent in iudicio, *ita dicit Innoc. in cap. in nostra. num. 9. de procur. quem refert. & sequitur Alex. in l. sape nu. 25. ff. de re indic.* Idem pariter dicendum
18 est de probationibus, & alijs actis in illo iudicio factis, super quibus lata est sententia, *Alex. in cons. 61. nu. 9. & cons. 135. in fin. vol. 2. Rip. in l. 2. nu. 37. C. de edend.* Item plene probant, qui tendunt ad eumdem rei finem, *Bertaz. cons. 440. num. 6. in crim. Mut. consuet. Panh. cap 9. num. 82.* Item constat ex actis publicis, quod erant satis maioris redditus, quam dicunt testes recepti in anno 1580. nam nonnullæ terrę, & glandes important quasi summam vnc. 80. singulis annis, sunt etiam exinde frumenta, quæ competunt in recollectione, quæ probatio ex ipsis actis publicis redarguitur de falso, & quando testes adiuuan-
19 tur actis publicis, tunc prævalet probatio alterì probationi esto p. c. & dato termino, esto maiores numero, *Bursat. cons. 46. num. 35.* Item feudum Piraci apparet ex actu locationis facto in d. tempore, quod erat redditus vnc. 35. pro semisse importante D. Onophrio, pro qua summa fuit facta taxatio per Curiam Straticotialem.

Nec obstat, quod asserebatur, quod vsuræ non competunt, quia illa D. Franciscа fuit alimentata tam à fratre Barone, quam ab eius Nepote. Quoniam respondetur, quod Io. Vincentius eius frater sibi occupauit partem bonorum allodialium spectantem ipsi Franciscæ, & de ea sibi percepit fructus, vt apparet ex actis publicis, qui fructus importabant forte summam vnc. 24. singulis annis: vnde dicendum est, dicta alimenta præstita fuisse de dictis fructibus perceptis ex portione tangente dictæ Franciscæ, & in fortioribus terminis *Io. Vinc. de Ann. alleg. 70. num. 25. & 26.* qui quæso consideretur, inquit, sororem
20 posse petere dotem de paragio cum intervsurijs, esto fuerit alimentata, cum frater fuerit hęres vniuersalis institutus á communi patre, tenebatur eam alimentare, vnde cum constet per multos testes, quod vnc. 10. sufficiebant pro alimentis, rationibus per eos adductis. Item, & quod ipsa proprio labore, & industria sibi vestes faciebat, tamen esto vnc. 15. & 20. voluisset. Iam constat, quod in portione sua erant de bonis proprijs, sequitur clarissime dicendum alimenta fuisse data super dictis fructibus bonorum allodialium, & per consequens hodie legitime petitas dotes de paragio cum earum interusurijs.

21 Nec obstat, quod ab infantili ætate vsque ad nubilem ætatem nõ debeantur interusuria, sed alimenta, *ex Mastrill. in decis. 48.* & quod iam fuit alimentata, vnde tempus illud deduci debet, quæ nubilis ætas
22 consideratur vsque ad duodecimum annũ, *secundum. Bald. in l. qui filij. quem refert. & sequitur Ann. in d. alleg. 70. num. 23.* licet *Petr. de Greg. in d. quæst. 25. num. 5.* dicat esse vsque ad decimum quintum annum,

sequitur

sequitur Mastrill. decis. 48. *num.* 6. *&* 7. vbi sic decisum, & verè ita viuitur. Respõdetur primò, quod alimenta prædicta fuerunt tradita de fructibus bonorum allodialium competentibus dictę quondam Franciscæ, vt supra fuit ostensum, & filia, cui competunt alimenta tanquam exclusa a successione, si habuit aliunde de bonis suis
24 vnde potuit se alere, etiam potest repetere alimenta ab eo, qui tenebatur eam alere, *Cin. & Salic. in l. sancimus. in fin. C. de nupt. Bald. in l. neque mater. C. de iur. dot. nu.* 3. *Suarez. repetit. quoniam in prioribus. limit.* 2. *ad. ll. fori. C. de inoffic. testam. Molin. de Hispan. prim. cap.* 15. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. *Peregr. art.* 38. *ante num.* 24. vnde iustissimè hodie petuntur, ex quo dos de paragio est loco legitimæ, quæ augetur ex fructibus, sicut & legitima, & petitur simul cum fructibus, *vt supra in num.* 9. & vsuræ dotis de paragio non veniunt ex mora facta petitione,
25 sed ex mora irregulari ipso iure, & contrahitur mora re ipsa absque alia interpellatione, & veniunt ex natura dotis,
26 tanquam rei vniuersalis, & ipso iure augẽt ipsam dotem, *dicunt omnes DD. allegati in*
27 *num.* 4. Et sicut feudum est obligatum pro dote de paragio, vt dicunt *Andr. in constit. aliquib. & in constit. comiti. in repetit. & constit. si quis post litem. & in cap.* 1. *§. quid ergo in rest. de re alien. fact. Can. in cap. volentes. §. est etiam onus feudi. num.* 5. *fol.* 100. dicitur etiam, & pro interusurijs obligatum, eodem modo *Blasch. Lanz. in cap. volentes num.* 48. *Cum. mult. limit.* 2. *vers. sed numquid pro interusurijs.* vbi dicit fuisse decisum per Magnam Regiam Curiam in fauorem hæredis Comitis Golisani contra Philippum XX. lijs Marchionem Ieracis, & pluries fuit sententiatum, & decisum per M. R. Curiam, & ita seruatum per *text. in. l. Lucius. ff. qui potior in pign. hab. & l. pignorib. vbi Cin. C. de vsur. Petr. de Greg. d. quæst.* 26. *nu.* 8. *&* 9. *D. Octau. Corsetto cons.* 15. *num.* 6. *&* 9. *& ibi Dominus Regens in addict. dict. num.* 14. *vsque ad finem concludit* eiusdem naturæ esse dotem de paragio sicut fructus ipsius, cum augeant ipsam dotem.

Nec obstat, quod illa Franciscæ, ex quo
28 fuit prætensa tertiaria, non posset consequi dotem de paragio, *ex auctor. Bald. nouell. in suo tract. part.* 1. *col.* 3. *num.* 9. *vers. alio modo. qui mouetur ex glos. & Cin. quem refert, & sequitur Petr. de Gregor. in dict. tract. de dot. de parag. quæst.* 13. *in fin.* quoniam si legatur *Bald.* loquitur in filia, quæ remansit vidua, & in hoc casu dicit ipse, quod loquitur *glos. & Cin.* & ipse relinquit cogitandum: At secus est in muliere Virgine. Item *idem Petr. de Greg. in quæst.* 14. *in vers. intelligo tamen.* tenet contra ipsum *Bal. Nouell.* dum dicit, si mulieres viuere volunt honestè domi, vt in ea virgo virginitatem seruet, & vidua castitatem, vtique consequentur dotes de paragio, Item Doctores per me allegati tenent, quod debetur tam illi, quæ nupsit, quàm illi, quæ non nupsit, item & illi, quæ obijt in infantili ætate, nam transmittit ad suos hæredes, & ratio est, quia talis dos est portio succedens loco portionis feudi, à cuius successione fœmina repellitur per masculum concurrentem in eodem gradu, & succedentem in feudo, quæ portio debetur loco legitimæ absque aliquo onere, *vt supra in nu.* 1. *& sequ.* Vnde cum sit legitima cuicunque ex filijs debetur, & per patrem tolli minime potest; & hoc asserere, esset
29 contra omnia iura mundi, *vt dicit Iaf. in authen. nouiss. col. fin. dicens commun. opin. vbi Apostill. in litt. F. allegat. Concor. C. de inoffic. testam. multos refert Molin. in tract. de Hisp. primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. *vers. si verò facultas.* & in puncto, quod filiæ tertiariæ debeatur dos de paragio, dixit
30 *Capic. decis.* 204. *& post eum Mut. cap.* 6. *Regis Iacobi. tom.* 1. *num.* 8. *fol.* 45. vbi inquit quod habebunt omne legatum factũ pro maritagio, ex quo istæ dicũtur Religiosæ, licet in Monialibus ingredientibus
31 Monasterium, non competat dos de paragio, sed id quod solitum est dari aliis Monialibus, & in hoc seruatur consuetudo, vt inquit *Franch. decis.* 44. *part.* 1. *& idem Mnta refert ante num.* 8. quod tamen non firmo, cum militent eædem rationes prædictæ, ex quo est legitima.

Nec obstat, quod in motiuis dicitur, quod interusuria istius dotis de paragio non competant, nisi durante vita sororis Franciscæ; vnde à die eius mortis non debeantur amplius, quoniam respondetur, quod aliud est in interusurijs dotalibus, quæ prætenduntur à viro contra dotantes cum illa debentur propter onera matrimonij, immò, & resoluto matrimonio per mortem vxoris, remanentibus tamen filijs quia adhuc dicuntur durare dicta onera etiam debentur, *vt post. Caualc. in decis.* 24. *num.* 23. *part.* 2. *& decis.* 22. *par.* 4. *& Bero. in cons.* 140. *num.* 10. *vol.* 2. *dicit. Molfes. ad consuet. Neapol. part.* 6. *tit. de iur. dot. quæst.* 2. *num.* 23. nam ista dos de paragio est loco portionis, & legitimæ, & est proprium patrimonium ipsarum mu-

lierum, vt est comprobatum, num. 1. & sequ. vnde non est propriè dos, vt dicit Loff. ed. in d. cons. 26. dicitur enim dos de paragio, non quia titulus dotis est necessarius, sed circa taxationem, & quia, vt plurimum fœminæ nubere solent, nam, vt dictum est, etiam si non nubat, & in infantili moriatur ætate, transmittit ad suos hæredes, vt proprium patrimoniumt, quapropter non sequitur, quod, quia fœmina sit exclusa, debet esse dotata de paragio, & sic titulus dotis necessarius, quia neganda est consequentia, vt in puncto dicit idē Molfes. ad dictas consuetud. part. 4. tit. de success. ab intest. quæst. 24. num. 10. & sequ. Si igitur tale paragium est mera legitima, & portio successionis feudi stante exclusione illius, vt dicit Molfes d. quæst. 24. nu. 4. & alij DD. supra allegati. Et legitima, & ipsa portio successionis debetur cum fructibus, vt etiam si hæres non fuerit in mora, fructus tamen ex die mortis præstandi sint, & sic ius vniuersale est, ac ideo fructibus augetur, & legitima nunquam debet esse sine fructu: quamuis legitima fuisset relicta in pecunijs, & filius illam agnouisset, & quamuis hęres non fuerit in mora, quoniam fructus legitimæ non debentur ratione moræ, sed iure dominij, seu vsus rei debitæ, & istud paragium censetur onus intrinsecum, & dicitur esse in bonis eius, cui debetur, ex quo sequitur, quod fructus, & accessiones inde perceptæ tanquam de re ipsius debeantur ipsi sorori, & eius hæredibus, & ratio est, quia non debentur, neque ex mora, neque alia ex causa, sed iure dominij, vt DD. omnes supra allegati num. 4. Peregr. in d. art. 36. num. 69. & idem. Peregr. in d. tract. de fideicommiss. art. 49. num. 40. & Surd. in decis. 25. num. 26. vbi etiam alios referunt.

Nec tandem obstat, quod vltimo loco dicebatur per D. Aduocatum primo loco allegantem quod D. Beatrix erat debitrix interusuriorum debitorum super feudo Landi, & ipsa exinde successit quondā Franciscę creditrici; vnde quando debitor
32 succedit suo creditori, non solum inducitur confusio actionis, illiusque extinctio, verum etiam, & ipsa aditio operatur solutionem dicti debiti: quoniam respondetur, quod indubitata, & communis conclusio est, quando creditor succedit debitori inreuocabiliter, tunc procedit opinio
33 partis contrariæ, & ratio est, quia, quoad personalem non possunt stare in eodem subiecto, quo verò ad hypotecariam ratio est, quia creditor succedendo debitori efficitur Dominus bonorum Defuncti ipsi obligatorum, ex quo dominio hypoteca extinguitur, quia res sua nemini seruit, l. debitori. C. de pact. l. ex sestante. §. latinus larghus. ff. de liber. legat. latiss. Negus. in tract. de pignor. in 1. membr. part. 5. num. 49. cum sequ. Aut verò debitor succedit creditori,
34 & tunc aditio non operatur solutionem, sed actio tollitur sola confusione, quæ confusio nihil aliud est, quam vnio bonorum hæreditariorum, & propriorum ipsius hæredis, & hoc casu proximiores post mortem filij hęredis habebunt actionem eamdem, quam habebat ipse filius, quia ipsis non consideratur vnio patrimoniorum, & confusio in hærede non inducit solutionē, ita dicit Neapod. in consuetud. Neap. incip. si quis, vel si qua. in verb. a matre. nu. 234. secundum quam decis. Neapod. refert ibi Ant. de Alex. bis fuisse iudicatū per Sac. Consilium Neapolitanum, vt refert Afflict. in decis. 237. Vbi proximiores filij ex parte matris fuerunt, admissi ad repetendum dotē contra proximiores filij ex parte patris, qui successerant ob mortem dicti filij in bonis ipsi filio peruentis pro patre sui patris: nam casus decisionū ibi sunt, quod prius decesserat pater, qui erat debitor dotis eius vxoris, cui filius successit, & deinde decessit mater, & casus est ibi, quod debitor successit creditori, quo casu non dicitur facta solutio, nec extinctum debitum, sed stante, quod patrimonium, & paternum, & maternum erant penes ipsum filium, conquiescebat actio petendi dotē;
35 vnde ob mortem filij statim dicitur reuiuiscisse primæuas actiones ad petendum dotes, ita in punct. Apont. qui ad alia infert, in cons. 8. num. 2. vsque ad num. 13. vnde cùm nos versemur in d. Beatrice, quæ nō aliter erat obligata, nisi ex eo, quod habebat feudum Landi, & sic erat proprium debitum ipsius feudi, sequitur clarissime, quod vna semel, quod feudum non transit ad hæredes D. Beatricis, sed aduocatas pacto, & prouidentia Principis, & sic erat Domina feudi reuocabiliter statim ea mortua reuiuiscit eius creditum, vt dixerunt DD. in d. l. debitori. & Fan. & Apont. vbi supra. l. debitor. ff. ad trebell. & ibi not. Bart. num. 2. vers. oppono quando dominium. Idem Bart. in d. §. latinus. cæteri DD. Bart. & DD. in l. legante. ff. de pignorat. act. glos. in l. si rem alienam. la seconda. in vers. sola. Dec. in vers. neque pignus. ff. de reg. iur. latiss. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 70. Alex. cons. 100. nu. 6. lib. 7. Fab. de Ann. in cons. 35. nu. 4. & cons. 90. nu. 2.

& 3.

& 3. Immo disputant DD. quod grauatus, si creditor est non compensat fructus
36 perceptos cum eius credito, sed fructus facit suos, & in restitutione potest retinere prędium pro eius credito, vel eius iuribus, vti petendo, *l. deducta. §. qui post. ff. ad trebell. vbi Imol. Alex. & alij Ruin. cons.* 135. *num.* 10. *vol.* 3. *& cons.* 112. *num.* 18. *& cons.* 115. *num.* 13. *lib.* 2. *Rol. cons.* 65. *nu. fin. lib.* 2. *Gabr. cons.* 124. *vol.* 1. *Grau. cons.* 295. *dicens magis communem. refert Menoch. in cons.* 183. *num.* 42. *vsque ad fin. & in cons.* 145. *in fin. Surd. in cons.* 291. vbi multos refert: immo & fortius esto
37 grauatus non soluisset vsuras tempore, quo ipse percepit fructus, ad illas non tenetur eius hæres, sed fideicommissarius, *ita text. in d. l. deducta. §. qui post tempus. ff. ad trebell.* & ibi *Castrens.* dicit esse mirabile, sequitur *Angel. Alex. & Io. de Imol.* Vnde Dominus Aduocatus secundo loco allegans, cognoscens hanc veritatem, asserebat, quod licet hoc paragium possit peti, tamen negat posse peti prima actione, sed actione negotiorum gestorum, tanquam ea, quæ fecit conditionem feudi meliorem. Verum negatur hoc, nam eius subtilitas procedit, quando Donna Beatrix, quæ successit in feudo, soluisset debita alicui creditori non obtenta iurium cessione ab illo, quia tunc non posset agere actione ex contractu competente illi creditori, quia nullam habebat actionem, nec sibi cedere fecit, sed tunc habet actionem legalem, tum negotiorum gestorum actione, tum ex quo feudi conditionem fecit meliorem, at in credito, quod ipsa iure proprio habebat representando per-
38 sonam Franciscæ, vt eius hæres vniuersalis principalis creditricis, tunc per additionem hæreditatis eius creditum non extinguitur, sed conquiescit, & eueniente casu restitutionis reuiuiscunt eius primæ actiones, vt in puncto dicit *Iurisconsult. in d. §. Latinus largbus, & Bald. in l. si vxor. in num.* 2. *C. de bon. autho. iud. possid. Roman. in cons.* 276. *num.* 1. *Alex. in l. debitoris. num.* 7. *C. de pact. vbi Ias. Rimin. Dec. & alij omnes*, & hanc partem in hærede adeunte hæreditatem, latè comprobat *Neuiz. cons.* 69. *nu.* 12. *vsque ad fin.* idem tenuerunt *Ruin. Gozad. Soccin. iun. Bero. & alij allegati à Surd. in cons.* 7. *nu.* 2. *alios multos refert. idem Surd. decis.* 166. *num.* 2. *& 3.*

Ex quibus omnibus intrepidè concludo fore decidendum in fauorem Dominorum Clientum. Cætera supplebit Religio, Integritas, & Doctrina Dominationum Vestrarum Mult. Spect.

Messanæ de mense Aprilis 1615. per Reg. Cur. Straticotialem fuit decisum in fauorem Clientis, quod procedat executio, facta liquidatione fructuum, bonorum allodialium, & alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Pater in bonis feudalibus filij non habet vsum fructum, nec est legitimus administrator, sed contra, nam habet commoditatem nu.* 2. *& 11. propter quam est legitimus administrator, num.* 3. 6. 9. 16. 22. *& 25.*

4 *Commoditas est fructus fructuum, & differt ab vsufructu, & an teneatur restituere, num.* 5.

7 *Prohibitio facta, quod pater non habeat vsum fructum, operatur, quod non sit legitimus administrator, affertur ratio, num.* 8. *contra, num.* 14. *&* 16. *& an habeat commoditatem, num.* 10. *secus quando prohibetur vsufructus, quia est suspectus num.* 20.

12 *Fructus feudi, post quam sunt separati, dicuntur allodiales.*

13 *Pater in bonis aduentitijs, & Castrensibus filij non habet vsumfructum, habet tamen commoditatem, & est legitimus administrator, nu.* 14. *si verò recusat detur curator. nu.* 15.

17 *Mastrill. decis.* 82. *& Gratian. decis.* 76. *nu.* 19. *&* 20 *impugnantur.*

18 *Pater præsumitur melius, quam altero quocunque administratore bona filiorum regere.*

19 *Patri administratio, quæ competit bonorum filij, est ratione patriæ potestatis, non quia est vsufructuarius.*

21 *Prohibitio vsufructus non importat suspicionem patris.*

23 *Alex. Raud. in cons.* 26. *num.* 193. *vol.* 1. *refellitur.*

24 *Cephal. cons.* 693. *declaratur.*

26 *Bursat. cons.* 133. *vol.* 2. *declaratur.*

27 *Tutor, nec curator datur filio patrem habenti, affertur ratio, quia non est amor, qui vincat paternum, num.* 28.

29 *Patris authoritas supplet authoritatẽ curatoris.*

30 *Statutum si requirat certas sollemnitates in contractibus mulierũ, non procedit quoties contrahit, cum patre, vel eius interuentu.*

ARGVMENTVM.

Pater an habeat vsumfructum in bonis feudalibus eius filij, & an saltim commoditatem fructuum, num sit legitimus administrator, & an Iudicium rectè fiat cum eo.

CONSILIVM XXVI.

IESVS MARIA.

CONcurrendo cum aliàs allegatis in voce, & in scriptis pro Dominis Iugalibus de Villadicani, dũ demonstratũ fuit, quod licet interlocutoria lata in Curia Appellationis Messanæ, per quam fuit dictum, quòd in eadem Curia procedatur, patiatur aliquã difficultatem ex defectu iurisdictionis in eo Iudice, qui non potuit se ingerere iudicando in articulis emergentibus á causa feudali, prout erat dos de paragio, tamen constito de bono iure in meritis, licet nullitas sit in interlocutoria defectu dictę iurisdictionis illa confirmari posit ex deductis latè in prioribus allegationibus, per consequens hodie constito de dicto bono iure in meritis, dum eodem die fuit etiam decisum per dictum Iudicem, quod sentẽtia lata in causa principali declaretur valida reuocata interlocutoria primi iudicij illa omninò confirmanda, esse procedendũ per M. C. in decisione super omnibus.

De bono iure meritorum constat euidẽter, quo stante semper ex aduerso instatum est, ne hæc merita videantur, sed coram Magna Curia, vt euitentur circuitus omnes, & veritas ipsa cognoscatur, necesse est deuenire ad eorum cognitionem.

Nullitas ex aduerso prætensa contra sententiam latam in causa oppositoria petitionis dotis de paragio, ex eo solo capite prætensa fuit, quod in dicta causa feudali conuentus fuerit Don Petrus Rigoles vti pater, & legitimus administrator Don Onophrij eius filij Baronis, & cum eo dicto nomine fuerit factũ dictũ iudiciũ, & sic decisum, & tamẽ asseritur ex aduerso sentẽtiã nulliter esse latã, & iudicium factũ cũ
1 legitimo non contradictore, eo quod pater in bonis feudalibus filij, quod non sit vsusfructuarius, nec eius legitimus administrator, ex deductis per *Mastrill. in decis.* 82. *part.* 1. *Alex. Raud. in cons.* 26. *n.* 193. *tom.* 1.

Sed rei veritas in contrarium est, recte iudiciũ fuisse institutũ cum patre vti legitimo administratore filij, etiam in bonis feudalibus, & sententiã inde latam validã esse ĩm receptiorẽ Doctorum sententiam. Firmissima est enim iuris conclusio, quod licet pater in bonis feudalibus filij vsumfructum non habeat secundũ allegatos Doctores, cũ illorũ opinio intelligitur de vsufructu formali, per quem constituitur seruitus in feudo, & inducitur illius diuisio, quod prohibitum est: sed non de fructibus,
2 & commoditate eos percipiendi, quam dicimus liberam patrem habere, non obstante quod sint bona feudalia, quæ commodi-
3 tas in eo præcipue consistit, quod pater legitimus est administrator, post *Ruin. Iaſ. Ioann. Vinc. de Ann. Franc. & Milan. de noſtrat. Muta ſuper cap. Regni Reg. Iacob. cap.* 32. *num.* 56. *&* 57. vbi etiam concludit constituendo regulam generalem, quod licet sint aliqui casus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, tamen semper est legitimus administrator, quia in illis casibus, in quibus non habet vsumfructum,
4 habet tamen cõmoditatem, ex qua est legitimus administrator, asserens, cõmoditatẽ prædictam valde differre ab vsufructu, nã est fructus fructuum illius vsusfructus, &
5 erit obligatus pater, vel eius hæredes, soluta patria potestate eos restituere, vel eorum pretium, & æstimationem, allegat ibi plures, sequitur *Paſchal. de vir. patri. poteſt. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 58. vbi asserit, quod sibi retineat tantum fructus ex fructibus & allegat *Milan. d. deciſ.* 3. *n.* 72. *& ſequ.* idẽ
6 etiam in ijsdem terminis, quod habeat cõmoditatem, & sit legitimus administrator licet non habeat vsumfructum in feudalibus, sequitur, & cõmendat idem *Muta in capitulis Regn. Reg. Federic. tom.* 2. *cap.* 28. *num.* 292. *cum. ſequ.* vbi impugnat nonnullos attestantes contrarium comprobat etiam *Apont. in conſ.* 19. *num.* 26. *& ſequ.* referendo plures pro hac opinione, & conciliando contrarios dicentes in feudo patrem non habere vsumfructum, vt intelligatur de vsufructu formali, & non de fructibus, & cõmoditate iure patriæ potestatis, *ſecundum Bal. in l. cum oportet. Iacob. de Beluiſ. col. fin. num.* 18. *C. de bonisq. liber.* & tunc si non habet vsumfructum, tamen ratione cuiuslibet cõmoditatis, quã habet in re, erit legitimus administrator, allegat in puncto *Bal. in l.* 1. *C. de bon. matern. col.* 2. *n.* 7. confirmat etiã illud idẽ *Apont. in conſ.* 31. *n.* 5. *&* 6. dicẽs per hæc formalia verba post *Bart. Bal. Loffred. & Affl.* ibi, nã etsi pater nõ habeat vsumfructũ, semper tamẽ habet cõmoditatẽ, ꝙ bona sint penes filiũ, & propterea ex hac cõmoditate semper erit legitim⁹ administrator, si velit, licet nõ habeat vsumfructũ, nisi aliter per hominẽ facta fuerit dispositio, secus autẽ si per legẽ, vt ibidem *in d. conſ. nu.* 3. *&* 4. *Paſchal. de viril. patri. poteſt. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 88. *& d. cap.* 3. *nu.* 8. *&* 9. *dicit ver. opin.* nã quando
6 homo prohibet, videtur diffidere a patre,

quod

quod secus est in dispositione legis, & durius agitur cum homine, quàm cum lege, & propterea *text. in l. fin. §. sin autem pater. C. de bonisq. liber.* ponit casum, vbi pater
9 non habebat vsumfructum, & tamen decidit ipsum esse legitimum administratorẽ bonorum filij, ex hoc concludit illis in casibus patris authoritatem sufficere immo in fortiori casu, licet ab homine patri
10 prohibeatur vsusfructus in legato filij, tamen semper consequi potest ius commoditatis, nisi commoditas ipsa in specie prohibita fuerit, ita in prohibitione vsusfructus laudimij, quod illud consequi possit in vim cõmoditatis ipsius vsusfructus, *innumeros allegat. quos sequitur Burg. de laudim. part. 1. inspect. 4. num. 27.* & quod ea-
11 dem commoditas in feudalibus patri acquiratur, licet non vsusfructus, *late post plures deducit Rosental. de feud. tom. 1. cap. 7. concl. 14. num. 16. vbi addit. in litt. P. vers.*
12 *hoc verò secundum.* addendo rationem, quia fructus feudi, postquam sunt separati, non dicuntur feudales, sed allodiales, *Rol. Anal. cons. 45. num. 30. vol. 3. Boer. decis. 199.* ergo à patre acquiri posse, refert *Mozz. Roll. à Vall. & Cannet. ibi citati, eamdem late etiam prosequitur Alex. 35. variar. resol. lib. 1. resolut. 5.* quo in loco complures adduxerit casus, in quibus patri non quæri-
13 tur vsusfructus in bonis filij, quærit an in illis habeat commoditatem fructus percipiendi, & loquitur tam in bonis aduenticijs, ih quibus patri non quęritur vsusfructus, tam ex prohibitione legis, quàm hominis, quam in bonis Castrensibus, vel quasi, & concludit in omni casu reiecta opinione contraria, patrem habere commoditatem omnium bonorum prædictorum, prout etiam de nostratibus in Regno allegatis communem opinionem diffuse dicit *Milan. decis. 3. num. 72. vsque ad 78.*
14 *part. 2.* Et dictis in casibus, etiam quod non sit vsusfructuarius bonorum, quorum cunque filij, est tamen legitimus adminis-
15 trator, & tunc in dictis bonis filio curator datur patre recusante ea administrare, *d. l. fin. §. sin autem vers. volente autem patre. C. de bonisq. liber. plures in hoc allegat, & sequitur Milan. d. decis. 3. num. 32. & 33. & 39. cum tribus sequentib.* maxime in filio minore.

16 In eodem casu cæteris omnibus melior *Petr. Fontanella in tract. de iur. nuptia. claus. 4. glos. 7. part. 3. à num. 27. vsque ad 38.* quo in loco plures de supra scriptis allegando pro nostra intentione, reprobándo
17 ibi *sub num. 26. in fin.* Etiam *Mastrill. in* contrarium allegatum *in d. decis. 82.* (licet ex errore impressionis ipse dicat *in decis. 59. & etiam Stephan. Gratian. in decis. 76. num. 19. & 20.* quo valde pars aduersa lætatur, quærit in fortiori casu, in prohibitione scilicet vsusfructus in personam patris facta ab homine an ex ea censeatur prohibita patri administratio, cum ratio lucri captandi pro filijs, quam solent testatores præ oculis habere, qui huiusmodi prohibitionem faciunt, non militat quoad administrationem, cum nil minus filius consequatur ex administratione paterna, quam ex aliena, immo præsumptio est pro
18 patre, quod melius, quam alius bona illius administrabit, ex hoc concludit ex dicta prohibitione vsusfructus non dici prohibitam administrationem, quia ius administrandi non competit patri, ratione
19 vsusfructus, sed immo ratione patriæ potestatis, quæ illud patri tribuit, vt agit, colligi ex *text. in d. l. cum oportet. §. non autẽ. C. de bonisq. liber.* dicendo hunc effectum præcipuum esse patriæ potestatis adducendo etiam pro ea resolutione. *text. in d. l. fin. §. sin autem. in 2. ætate. C. de bonisq. liber.* quatenus ibi statuitur, quod si velit pater erit legitimus administrator bonorum filij, etiam eorum, quæ eius acquisitionem in vsufructu effugiunt, & ita concludit ex prohibitione ab homine facta de vsufructu, quæ fortior est, si pater administrare velit, legitimum esse administratorem, motus in hoc pluribus authoritatibus ibi per eum adductis *in num. 36.* licet concludat in alio casu, quod si appareret, patrem
20 priuatum à testatore vsufructu, eo, quod suspectus ei visus esset, non propter merũ fauorem filij, tunc patri censeretur prohibita etiam administratio, & ait ex sola, &
21 simplici prohibitione vsusfructus non præsumi patrem suspectum a lege, ibi *in d. num. 36. vers. bene tamen.* Hic autem prohibitus est vsusfructus ex dispositione legis, & non hominis, & à lege, non ratione suspitionis patris, sed propter commodũ filij, quibus in casibus legitimus est administrator omninò, vt ex prælegatis apparet, prout etiam & tanto fortius, quod in casu nostro pater voluit talium bonorum feudalium administrationem suscipere, prout ei à iure concessa est, iudicium acceptando tamquam pater, & legitimus administrator, ita se opponendo, defendendo vsque ad sententiam ipsam, etiam petendo eodem nomine instantiæ dictę causæ prorogationem; immo etiam ante iudicium se vti talis gerebat locando, & percipiendo

piendo fructus ex feudo vti pater, & legitimus administrator filij, & sic hanc voluntatem, quod voluit dictam administrationem susc ipere, etiam ante iudicium cum fructuum perceptione voluntarie declarauit, & ex hoc tollitur obiectum contrarium, dum dicebatur, quod pater non est ipso iure legitimus administrator in talibus bonis, nisi quando in contentione cũ
22 alio ipse præferri voluerit in administratione, pro ut est *Vinc. de Franch. decis. 10. col. 2. in fin.* nam si pater præfertur alteri in administratione bonorum filij, quando non habet vsumfructum, quanto fortius ei concessa erit dicta administratio alio eam non prætendente, si in casu concursus ipse præfertur, prout acceptauit abinitio, etiã ante iudicium, & tanto fortius etiam rectè cum eo, vt tali, fuit iudicium institutum dum non fuit adiudicata proprietas ipsius feudi, sed ad tempus fructus feudi separati à solo, qui allodiales sunt, & non feudales, & sic habentur sicuti omnia alia bona aduentitia filij, *ex Milan. Fontanell. Muta. & alijs supra allegatis num. 12.*

Et ex his patet, si deferendum sit authoritati
23 *Alex. Raudens. in d. cons. 26.* in contrarium allegati, cùm perfuntorie tantum loquatur, & incidenter, non disputando veritatem quæstionis, immò pro comprobatione suæ opinionis allegat *Cephal. in cons. 693. in princ.* qui Cephal. dixit, quod
24 pater non dicitur legitimus administrator filij, vbi vsumfructum non habet, *allegat Glos. in Auth. excipitur. C. de bonisq. liber.* & nihilominus DD. allegati superius pro nobis distinguunt, quod, aut pater est prohibitus vsufructu, quia suspectus, & in eius odium, & tunc non est legitimus administrator, & in hoc casu intelligendus est *Cephal.* si verò prohibitio vsusfructus à testatore, vel à lege sit, vt filio consulatur, vt in casu isto, quia lex priuat patrem vsufructu, vt filius commodius possit seruire domino consequendo redditus feudi, tunc non dicitur in odium patris nec suspectus est, sed remanet legitimus administrator pater, esto careat vsufructu nam non sequitur, non habet vsumfructum, ergo non est legitimus administrator, quia potest ca
25 rere vsufructu, & esse legitimus administrator, vt inquit *Bero. in cons. 139. nu. 20. vol. 2. & Bursat. ex aduerso allegatus in num. 43. & latissimè Loffred. in cons. 10. Franch. dicta decis. 10. & Apont. d. cons. 19. & 31.* qui loquuntur in puncto cum alijs supra allegatis, quia pater semper habet commoditatem, quæ est fructus fructuum, vt declarat *Milan. & alij supra allegati.*

Non obstat *Bursat. in cons. 133. vol. 2.*
26 quoniam, si rectè consideretur eius dictũ, procedit in patre, cui prohibitus fuit vsus fructus tamquam suspectus, & de eius administratione prohibens diffidebat, quo in casu pater non est legitimus administrator, non quia priuatus est vsufructu, sed quia suspectus est habitus à testatore, ita *idem Bursat. in d. cons. num. 40. & sequ. & in num. 43. ex authorit. Bero. in cons. 139. num. 20. vol. 2.* inquit, pater non habet administrationem, ergo nec vsumfructum, non tamen dicitur affirmatiuè habet administrationem, ita & vsumfructum, cum possit vsufructu priuari, non tamen administratione dat exemplum in patre suspecto, & melius *in num. 55. vers. rursus. cum numeris sequentibus.*

Præterea, quicquid sit pro Cliente, loquuntur tot iura & authoritates, & sumus in iudicio facto cum patre, quem lex præfert cuicunque Curatori, & tutori, immò
27 patrem habenti, tutor, neque curator datur, *instit. de tutel. in princ. vbi glos. in verb. non sunt. Corn. cons. 129. nu. 3. lib. 1. Montan. de tutelis. cap. 3. num. 34. l. fin in princ. C. de Curat. furios.* vbi Iurisconsultus filio furioso in Castrensibus, & alijs patrem, constituit legitimum administratorem, ipso iure, exclusis curatoribus, & quibuscumque alijs, ratione adducit ibi, quia nõ
28 inuenitur affectus extraneus, vt vincat paternum nec alteri cuicunque esse credendum res liberorum gubernandas esse, parentibus derelictis, quin imò filios longè maius, quam semetipsos diligunt, *l. isti quidem. in fin. ff. quod met. caus. Soc. iun. cons. 102. num. 27. vol. 1. Rol. à Vall. cons. 25. num. 8. vol. 4. Alba. in cons. 286. num. 17. Tiraqu. in præfat. l. si vnquam. num. 333. C. de reuoc. donat.* & ob hunc amorem, quo patres filios prosequuntur, appellari filios, & patres, *dixit Alciat. in l. filij appellatione. num. 1. ff. de verbor. significat.* Priores enim sunt in gradu, & in cura similiter anteponuntur omnibus *Gozad. cons. 68. in princ.*
29 & patris authoritas supplet authoritatem curatoris, nam præsumitur optimum consilium pro filio capere, *l. isti quidem. ff. quod met. caus. Alex. cons. 29. col penult. vol. 3. Paris. cons. 106. num. 47. vol. 1.* & vbi
30 statutum requirit certam sollemnitatem in contractibus, & alijs factis per mulieres, illæ cessant, si cũ patribus cõtrahunt vel patres interueniunt, *Bal. in l. pactum quod dotali. col. fin. C. de collat. Alex. in cons. 106. in fin. vol. 1. & d. cons. 29. col. penult.*

vol. 3. Dec. cons. 611. nu. 8. Paris. cons. 106. col. penult. num. 50. vol. 1. magis communem. dicit Gabr. tit. de statut. concl. 2. ante nu. 6. & clarissimè apparet, quod filius iste à patre Don Petro fuit defensus sufficientissimè, & quę poterant adduci plenissimè per eum fuerunt adducta.

Nec verum est, quod à Domino Aduocato ex aduerso asserebatur sententiam esse nullam, non solum, quia non erat legitimus administrator, sed quia non fuerunt visa acta, quoniam in facto negatur, nam super scripturis est visa omnium DD. Iudicũ; & missio per plures dies ante decisionem facta fuit; dum igitur alteram nullitatis exceptionem solidissimis iurium interpretationibus confutauimus perabundè ostendentes patrem bonorum feudaliũ filijs administratorem, licet non vsumfructum habere, necessario sententiam validam fore declarandam expectamus. Reliqua supplebit M. R. C. quæ, cum sit Tribunal veritatis, & æquitatis, reijciet exceptionem nullitatis, per quam prætenditur subuersio totius causæ processus magnis sumptibus, & laboribus fabricati, & causæ ad primum statum reductio, vt optime inquit *Bernard. pract. Forens. tit. de appell. obseruat. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex tunc dicitur grauare partes, quando facit id, quod est contra iuris dispositionem.*
2 *Conseruator debet infra mensem certiorare ordinarium loci (de eius electione.)*
3 *Delegatus non potest exercere iurisdictionem nisi exhibitis litteris ordinario loci. Et quid seruatur in Regno num. 4.*
5 *Sententia excõmunicationis an possis proferrĩ sine causæ cognitione, & an debeat esse trina citatio, nu. 6. & an fiat vnico monitorio, & personalis, num. 7. & quid in notorio, num. 8.*
9 *Citatio debet esse de mandato Superioris ad dicendum causam quare.*
10 *Prælato magis creditur, quam alteri.*
11 *Monitio, & citatio differunt.*
12 *Sententia excommunicationis prolata post tentatum grauamen, & emanatas literas, est nulla, affertur ratio, num. 13.*
14 *Gabellam tenetur soluere Colonus parciarius Ecclesiæ; affertur ratio num. 15. & 16. idem in emptoribus num. 17.*
18 *Locans terras francas, non intelligitur, quod conductor sit francus à solutione Gabellæ propter fructus quos percipit, affertur ratio, num. 19. & dicens francum, & liberum, non intelligitur a tributis ordinarijs. nu. 20.*
21 *Litteræ quod faciant immunes, quomodo intelliguntur.*
22 *Instrumentum publicum habens, dicitur habere probationem probatam.*

ARGVMENTVM.

Conseruator an possit proferre sententiã excõmunicationis sine causæ cognitione, & an prolata post tentatũ grauamen, & emanatas literas sit nulla. Nũ Colonꝰ Parciarius Ecclesiæ teneatur soluere gabellas pro eius parte fructuum, & an Ecclesia lædatur, maximè stante pacto, quod locauit francam, & liberam.

CONSILIVM XXVII.

IESVS MARIA.

PRO executione Donatiui vltimo loco oblati Suæ Catholicæ Maiestati vigore Generalis Colloquij per tria Brachia Regni detempti, vt singulo triennio moris est, fuit ordinatum per S. E. Iuratis Sanctæ Luciæ, quod imponant quasuis gabellas, per quos fuit imposita gabella tarenorum quatuor super singula salma frumentorum quæ fiunt in Territorio. Quapropter Gabellotus incepit exigere iura dictæ gabellæ à Colonis partiarijs Monasterij Sancti Placidi, pro portione, & parte contingente ipsis Colonis, excluſa parte ipsius Ecclesiæ; vnde fuit facta quædam iurium protestatio ad instantiam partium ipsi Gabelloto, vt vellet ab exactione desistere, & restituere pecunias exactas, exinde absque alia citatione fuit contra ipsum processum ad sententiam excõmunicationis de mandato D. Conseruatoris. Item etiam medio tempore fuerunt per affixionem iniuncti Domini Iurati, qui statim se grauauerunt ad Regiam Monarchiam literas ab ea obtinentes, quod veniant acta via grauaminis, quibus non obstantibus per ipsum Dominum Conseruatorẽ elapso Triduo post dictas literas fuit processum contra ipsos Iuratos ad sententiam excommunicationis, qui fuerunt exinde per Reuerendissimum ordinarium loci absoluti, & petunt hodie per Regiam Monarchiam debere decidi, fuisse, & esse illatum grauamen, &
1 nulli dubium est, tunc de iure dici, illatũ fuisse grauamen, quando Iudex facit aliquid

quid contra iuris dispositionem, *ex glos. in cap. interposita. de appellat. speculator. eod. tit. de appellat. vers. 4. in fin. §. in quibus autem casibus num. 28. Mar. Mut. consuet. Panorm. cap. 16. num. 49. & Ego in cons. 1. num. 1. 2. & 3. vbi latissime.* Primò enim contra iuris dispositionem fuit processum, tum respectu personæ ipsius Conseruatoris, qui statim facta electione debebat infra mensem Ordinarium loci certiorem reddere de electione officij Conseruatoris in eius personam, vt per Sacram Congregationem Consilij iussu Summi Pontificis Gregorij XIII. fuit declaratum, & hoc ea 3 ratione, quia Delegatus non potest vti iurisdictione sua, nisi exhibitis literis delegationis Ordinario loci, ne quisque dicat se delegatum *cap. cum in iure. de offic. & potestat. Iud. delegat. Tusc. lit. D. conclus. 154. & lit. I. concl. 435. num. 4.* licet in Regno 4 seruetur, quod ostenduntur litteræ clausæ, non tamen eorum continentia; vnde, vt Conseruatores sua possint vti iurisdictione, ex quo electi mutantur in Capitulis Prouincialibus necesse est de eorum electione constare Ordinarijs loci, & ideo dispositum est de ea certiorationem debere fieri infra mensem. Et cum hodie non appareat, quod Dominus Conseruator, nec infra mensem, nec alio tempore monitum fecerit Reuerendissimum Ordinarium merito dicendum est nullo pacto potuisse procedere, & quod egit, tanquam contra dispositionem dictæ sacræ dispositionis, nulliter egisse,

Fuit etiam processum contra iuris dispo nem, tum etiam respectu ordinis, & modi in procedendo, quandoquidem de iure in- 5 dubitatum est, quod sententia excommunicationis non potest proferri, nisi cum causæ cognitione, & ordine Iudiciario, videlicet præuia citatione, & quod causa probetur, *glosi in cap. 1. de excessib. Prælator. D. Cardin. Tusc. litt. E. concl. 447. nu. 7.* 6 Itaque necessariam trinam citationem existimauit *Federic. de sen. in cons. 11. num. 8. vers. Item non est verum. Dom. Cardin. in lit. E. conclus. 446. nu. 4.* licet ipsam 7 posse fieri vnico monitorio quindecim dierum spatium continente, quorum quinque pro prima, quinque pro secunda, & reliqui quinque pro tertia monitione deseruiant, in puncto tradiderunt *Suarez. in prax. Ecclesiast. in part. 1. tom. 2. cap. 2. num. 18. Couar. in cap. alma mater. part. 1. 1. relect. §. 9. num. 5. fol. 406. quem refert, & sequitur D. Card. Tusc. in dict. litt. E. concl. 447. num. 2. & in num. 3.* inquit, quod debet esse personalis, *Ricc. in prax. excomm. resol. 429. nu. 1. & 2.* quod procedit etiam 8 in facto notorio, vt dicit *Couarr. vbi supra. in num. 6.* & communiorem, & æquiorem opinionem dixit *D. Card. Tusc. d. concl. num. 26. cum tribus sequ. vbi alleg. Soccin. in cons. 20. & 21. inter cons. Curt. quod est Collegij Florentini, & Hieron. de tort. post cons. Anton. de Butr.* qui omnes in causa excõmunicationis consuluerunt in Republica Florentina, quæ fecerat suspendere Archiepiscopum Pisanum, quod ex quo non fuit citata, erat nulla declaratio; si enim consideremus excommunicationem prolatam contra Nicolaum Philippum Trouato Gabellotum, apparet clarissimè neq; vnicam pro trina præcessiuè citationem. Item contra ipsum tantummodo supplicatio protestatoria facta fuit ad instantiam partium, quæ non est sufficiens ad sententiam excommunicationis legitimæ profe- 9 rendam; debuit enim citari de mandato Superioris, vt veniret ad Iudicium ad dicendũ causam quare processit ad exactionem dictæ Gabellæ, vt in indiuiduo dixit *idem Tusc. d. concl. 447. num. 7.* Præterea causa propter quam fuit excommunicatus non est probata ordine Iuditiario, cum testes erant producendi parte citata, vt dicit *Marsil. in sing. 81. & Bart. in extrauag. ad reprimen.*

Sic etiã si consideremus excõmunicationem, quoad Dominos Iuratos apparet nullam fuisse factam monitionem de persona & ea quæ prætenditur per affixionem, non est vera, cum obstet in contrarium fides 10 Reuerendissimi Prælati, cui magis creditur tum ratione personæ, tum & dignitatis, *cap. in nostra. vbi Butr. num. 2. in 1. notab. & ibi Abb. & Aretin. extra de testib. Felin. in summ. de testib. glos. in l. ob carmen. §. fin. ff. eod. Berou. cap. licet caus. num. 4. ad fin. & num. 57. de probat. Missing. obseru. 38. cent. 4. in vers. primo ergo personarũ auctoritas, & honestas.* Nihilominus asserta monitio facta per affixionem nihil operatur, 11 esto esset de persona, quia monitio, & citatio differunt, & vtraque est necessaria ad validitatem sententiæ excommunicationis; etenim post monitionem factam, vt pars, vel satisfaciat, vel abstineat antequã ad ea deueniatur, necessaria est citatio, qua vocetur ad iudicium, vt dicit *Franc. Aret. in cons. 163. num. 9. vers. & tamen ijs non obstantibus. & D. Cardin. Tusc. d. num. 7. & Ego latissimè in d. cons. 1. num. .* Quare tum ex defectu simplicis monitionis, tum ex defectu omissæ citationis, tum etiam

ex de-

ex defectu probationis causæ ordine iudiciario, concludendum est ad sententiam excõmunicationis nulliter deuentũ fuisse.

Præterea fuit processum ad sententiam excõmunicationis post emanationem literarum iubentium, quod veniant acta via grauaminis, quæ literæ fuerunt emanatæ per tres dies ante dictam prolationem, citatis partibus ad tollendum impedimenta pro sigillandis ipsis literis; vnde cum excõmunicatio fuerit lata post tentatum gra-
12 uamen, & emanatas literas non ligat, &
13 nulla est ipso iure; nam dicitur lata à non habente iurisdictionem in totum, *cap. licet de sentent. excomm. in 6. Federic. de sen. conf. 11. num. 4. vers. sed hoc ponitur. Lap. alleg. 48. num. 3. Calderin. conf. 537. de sentent. excomm. Geminian. conf. 99. num. 3. & sequ. Angel. conf. 188. Zabarell. conf. 119. nu. 4. Riccius in collect. decis. 696. part. 3. D. Card. Tusc. lit. E. concl. 439. nu. 5. & concl. 451. num. 3. cum mult. sequ. vbi alios DD. refert.* vnde cum ex istis clarissime constet, fuisse illatum grauamen, per consequens non esset necesse ingredi iustitiam ipsius causę. Attamen pro veritatis maiori dilucidatione ostendam nulli dubium esse Dominos Clientes in meritis fouere ius, quandoquidem sumus in exactione gabellæ super portione spectante Colonis parciarijs, vbi
14 DD. dicunt, esto priuilegium immunitatis sit reale, & concessum bonis Ecclesiæ tamen iustissimè tenentur Coloni pro portione sua fructuum, hanc opinionem dicit magis receptam *Iacob. Menoch. Præses, Consil. Mediolan. de arbitr. Iudic. cent. 6. cas. 562. nu. 36. & sequ.* vbi numerat .26. *DD.* motos ex quam plurimis rationibus; sed ex ea præcipuè, quod ij fructus separati
15 à solo sunt quid proprium ipsius Coloni, qui eos proprio labore, & opera acquirit, & in eius dominio transeunt, *l. 1. C. de agricol. & censit. lib. 11. vbi Bart. & alij*, & licet ex aduerso allegabatur *Abb. in conf. 9. lib. 1.* tamen idem *Abb.* & alij relati *à Menoch. in d. loco, num. 45.* qui respondet eorum rationibus, quod Ecclesia non dicitur lædi, quia tunc diceretur lædi, quãdo ij Coloni mirum in modum grauarentur, & plus quam Coloni laicorum; item,
16 quando onus imponitur Colono causa fructuum, qui dicuntur ipsius Coloni, tunc dicitur Ecclesiam non pati damnum, & quatenus quid esset peruenit secundario quod non est considerabile, vt ex *auctorit. Velasc.* dicit *Menoch. d. num. 46. circa medium.* & tandem ijs rationibus, quæ per DD. in contrarium sunt adductæ, *resp. Menoch. ex auctor.* dictorum, 26. DD. & quam plurium aliorum, & post eos *Surd. in conf.* 1
301. *nu. 89. cum sequ. & sentit Vgolin. tract. de censur. part. 2. cap. 18. §. 3. num. 2. &* 2
§. 5. cap. ex hoc versiculo. num. 2. fol. 423. & latissimè Carol. Bardellon. in conf. 31. vol. 3
1. qui multos refert, & respondet contra-
17 rijs, & loquitur tam in conductoribus, quã in emptoribus fructuũ, prædiorũ Ecclesiæ.

Non obstat, primò quod Ecclesia lædi-
18 tur, quia locauit dictas terras francas, quoniam respondetur, quod talis promissio non intelligitur quoad tributa, & gabellas,
19 nam qui possidet, & tenet prædia, tenetur soluere gabellas, & tributa, quæ debentur pro fructibus, quos ipse percipit, ita dixit *Niger super capitulis Regni Neap. cap. 199. num. 110.* vbi refert iura, & auctoritates,
20 & inquit, quod esto dicat francum, & liberum ab omnibus tributis non intelligitur ab ordinarijs.

Nec pariter obstant assertæ literæ Domini Vicarij de Abbisso directæ Perceptori Vallis, quod non exigat ab istis Patri-
21 bus, quoniam sciendum est in facto, quod omnes personæ Ecclesiasticæ, quæ interueniunt in d. generali colloquio, tenentur soluere dictum donatiuum super bonis Ecclesiæ, & ex quo Patres ipsi non interuenerunt in dicto colloquio, non tenentur soluere donatiuum prædictum, & ideo fuerunt emanatæ literæ prædictæ directæ Perceptori Vallis ne exigat à dictis Patribus quæ literæ non intelliguntur quo ad Colonos partiarios pro parte ipsis Colonis competente, sed loquuntur quo ad Colonos pro parte tangente ipsi Ecclesiæ, de qua exempti sunt dicti Patres, quia non interuenerunt.

Nec minus obstat, quod dictæ Terræ non sunt de Territorio Sanctæ Luciæ quoniam id pars fundat ex assertione per eam facta in literis, quæ nihil operatur: At per Clientes non solum per testes productos, verum etiam & per multos actus publicos, qui vltimo loco fuerunt præsentati, &
22 de iure est clarum, quod qui habet instrumenta publica, habet probationem probatam, *Mascard. de probat. concl. 905. nu. 4. & concl. 906. nu. 1 & 2.* cum alijs quamplurimis ab eo allegatis.

Ex quibus omnibus breuissimè cocludo fore decidendum, fuisse, & esse illatum grauamen. Reliqua suplebit Reuerendissimus Dominus Iudex.

Messanæ de mense Octobris 1614. In Regia Monarchia fuit decisum in fauorem Clientis, fuisse, & esse illatum grauamen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Altius extollere eius ædificium quilibet vsque ad cælum potest, affertur ratio, num 2. fallit, num. 3. fallit fauore Ecclesiæ, num. 4. affertur ratio, num. 5.*

6 *Ædificare Monasteria continet publicam vtilitatem.*

7 *Priuatus non potest vti iure suo fauore publicæ vtilitatis.*

8 *Fauor idem debetur Ecclesiæ, qui & Reipublicæ.*

9 *Fauore publico res aufferri potest à domino soluto iusto pretio.*

10 *Via publica si amittatur vel flumine, vel alio ter, vicinus potest cogi viam vendere.*

11 *Domus priuati potest destrui, vt Ciuitas pulchrior reddatur.*

12 *Vicinus etiam via intermedia existente cogitur fauore Monasterij vendere seruitutem altius non tollendi.*

13 *Monasterium pro eius constructione, & amplia tione potest cogere vicinum ad eius domos vendendum, etiam si tollatur via publica cum alijs domibus, num 14.*

15 *Via publica potest claudi auctoritate Principis & an contradicentibus vicinis, num. 16.*

17 *Pragmatica pro ædificanda magna domo declaratur; Mediolani est eadem, sed dat quarto plus, num. 18.*

19 *Iustũ pretiũ quod dicatur, & à quo arbitretur. & in hac Vrbe obseruatur, quod de mandato Iudicis eliguntur à partibus extimatores, num. 20. & quid dissentientibus extimatoribus obseruetur, num. 21.*

22 *Princeps, & etiam iudex inferior cogit dominos ad vendendum, tam pro ædificando, quam pro ampliando Monasterio.*

ARGVMENTVM.

Monasterium an possit cogere vicinos ad vendendum proprias domos pro illius ampliatione, & an possit cogere ad vendendã seruitutem altius nõ tollẽdi, etiã via publica intermedia existente, & an ꝙ tollatur via publica cũ alijs domibus.

CONSILIVM XXVIII.

IESVS MARIA.

IOannes Nicolaus de Nastasi, eius domum, quam dirutam habebat in frõtispicio Monasterij Sancti Michaelis, non solum ad priſtinum ſignum reædificare voluit, verum etiam & altius extollere. Quapropter cognoscens D. Abbatissa ineuntes ipsius Monasterij damnum tendere prædictum ædificium in frontispicium Dormitorij nouiter construendum, ex quo maximum oriretur scandalum, cum de facili Moniales intus earum lares videri possent, obstante præcipuè vulgari illo adagio [Nesciant Laici, quid faciant Clerici] supplicauit Illustrissimum Dominum Archiepiscopum, vt ædificium prohiberet, per quem causa cognita habito prius accessu super loco, pro Monasterio fuit decisum, & cum fuisset per dictum de Nastasi appellatum ad Regiam Monarchiam, fuit per eam decisum, quod cogatur præfatus de Nastasi dictam domum vendere prædicto Monasterio, à qua cum fuerit denuo ab vtraque parte appellatum, fuit decisum per Iudicem Ecclesiasticum cum voto Tribunalis Consistorij in fauorem dicti de Nastasi cum præseruatione iurium Monasterio, casu quo oriretur ex tali ædificio aliquod scandalum, ex qua ad instantiam dictæ Abbatissæ pendet hodie appellatio coram Iudice Ecclesiastico dato per S. E. cum voto M. R. C. Criminalis per quem ad fauorem Monasterij esse pronunciandum intrepidè dicimus, & summo quidem

1 iure: licet enim possit quilibet proprium ædificium vsq; ad cælum extollere, *ad text. in l. altius. C. de seruitut. & à qua. l. fin. §. penult. ff. de seruitut. l. proculus. ff. de damn. infect. l. cum eo. & l. Imperatores. ff. de seruitut. Vrban. præd. l. nullum. & l. domum. ff. de reg. iur. Socc. reg. 26.* esto noceat vicino, eique circa luminaria præiudicium fiat, *Gail. lib. 2. obseruat. 69. Vin. decis. 306. nu. 1. Thesaur. decis. Pedemon. 216.* & ratio est,

2 quia quælibet res præsumitur libera, nisi in contrarium de seruitute constet, *l. cum eo. ff. de seruitut. rust. præd. l. sicuti §. sed si quæratur. ff. si seruit vend. l libertas. ff. de stat. hom. l. alicuius. C. de seruitut. Caualcan. decis. 3. num. 2. & 3. lib. 4. Honded. cons. 79. num. 22. lib. 1.* nihilominus, quoties

3 ad cuiuscunque priuati damnum, & æmulationem fieret ædificium, & nullam ædificans, vel paruam consequeretur vtilitatem, iure prohibere posse, dixit *Alber. in l. 3. ff. de oper. publ. & post eum Gomez. in ll. Tauri 46. num. 8. vers. 2. in specie Cin. Petr. Salicet. in d. l. altius. Angel. & Paul. de Castr. in d. l. cum eo. ff. de seruitut. Vrban. præd. Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Cepoll. de seruitut. Vrb. præd. tit. de solo, & area. cap. 39. Dec. in l. nullus. & in l. domũ. ff. de reg. iur. Hyppol. sing. 154. Mastrill. decis. 280. num. 10. post. hæc impressus. & alij relati à Vin. & Gail. vbi supra.* Si igitur ad

regulam

4 regulam admittenda est fallentia ad instãtiam cuiuscunque priuati, quoties fit ad æmulationem ædificium, & ex eo, vel nullam, vel paruam consequitur vtilitatem ædificans, multo magis fauore Ecclesię admittetur, testantibus præcipuè *Petr. Cin. & Salic. in d. l. altius.* neminem posse ædificium ita altius tollere, vt ex eo videri possint Religiosi, aut Religiosæ intra proprias domos religiosè habitantes, & quoties prope Monasteria aliquid quis ædificet, quod sibi minimè prosit, Monasterio verò noceat, prohibendus est ædificium altius tollere, cum ad æmulationẽ præsumatur facere, maxime si honestati Monialium præiudicetur, de quo meminerunt *Padill. in d. l. altius. nu. 6. & Couar. variar. resol. cap. 14. lib. 3. col. fin. vers. vltima prioris sententiæ.* Nemo est autem, qui non sentiat, hunc ad æmulationem ædificare, quã doquidem construendum ædificium ipsarũ Monialium Dormitorium directo respiciat, ex quo Monachæ intra domesticos parietes facillime videbuntur. Præterea in tali ædificio supra vnc. 200, expendet, ex quibus vix redditum vnciarũ sex singulis annis percipiet, vnde non vtilitatem, sed euidens damnum consequuturum existimamus, quas nihil ominus pecunias si in alijs implicaret negotijs, facile in eis vnc. 18. annales superlucrari posset. Verum enimuero, & si hoc ædificium aliqualem esset allaturam vtilitatẽ, adhuc rectè prohiberi posse dicendum est, si ex illo Monachæ, earumque facta conspici possent, vt ex quamplurimis supra allegatis traditum
5 est, maxime cum respectu Monasterij militet fauor publicus, quæcunque enim Mo
6 nasteria ædificare, publicam cõtinere vtilitatem, dixerunt *Angel. in l. 1. in fin. ff. solut. matrim. & ibi Bart. nu. 25. Soccin. sen. num. 5. alios refert Menoch. cons. 1206. nu.*
7 *1. & 2.* Qua stante priuatus non potest vti iure suo. *l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur.* & ita videtur sentire, *Couar. in d. cap. 14. num. 8.* quia aliàs Priuatus, & Ecclesia à pari procederent, & nullus considerare tur fauor Religionis, qui principaliter in similibus semper consideratur. Hinc est,
8 quod idem fauor præstandus est Ecclesiæ, qui debetur, & præstatur Reipublicæ. *ex cap. quid ergo. 23. q. 4. Menoch. d. cons. nu. 11. vbi refert Felin. & in numeris sequentib.*
9 asserit, à domino proprias res auferri posse soluto iusto pretio, *ex l. si locus. §. si via publica. ff. quemadmodum seru. amit.* vbi via
10 publica, vel fluminis impetu, vel ruina amissa, eam vicinus proximus præstare tenetur soluto pretio, quod censuerunt *Boer. decis. 322. num. 71.* & quos adduximus in *cons. 33. num. 18.* procedere, si aliunde iter haberi non potest, quamuis longum
11 sit, & similiter potest mancari, quod domus priuati destruatur, vt Ciuitas pulchrior fiat, *ad text. in l. ædificia. C. de oper. publ. Roman. singul. 718.* & in puncto, in
12 quo versamur, quod vicinus etiam via intermedia existente, inter domos vicini, & Monasterium, possit cogi honestatis, & Religionis fauore ad vendendam seruitutem altius non tollendi, dixit nulla habita consideratione *Couar.* qui fuit anceps *Vinc. de Franch. in decis. 223. nu. 4. ex auctorit. Anton. Padill. in d. l. altius. vers. neque rursus num. 10. cum. seqq. C. de seruitut. & Gomez. in ll. Tauri 46. num. 9.* ea moti
13 ratione, quia quemadmodum Monasteriũ pro domo sua construenda, vel amplianda, potest compellere vicinum, & proprias ædes ipsi vendat; *argument. l. si quis sepulchrũ. ff. de Religios. & sumpt. fun. Boer. d. decis. 322. num. 2. Tusch. litt. V. conclus. 59. & per totam. & Gramm. decis. 75. Bal. & Angel. in l. 1. ff. solut. matrim. & idem Bal. in l. 1. §. fin. ff. cõm. seru. manum. Felin. cap. 1. de iudic. Guglielm. & Florian. in l. si quis stipulationem. ff. de Relig. & sumpt. fun. Menoch. d. cons. 1206. nu. 19.* refert 18. DD. multosque casus per Senatum Mediolani decisos, & ipse consuluit in
14 casu ampliationis, pro qua tollebatur via publica cum multis domibus, & aliunde fiebat, & erat in præiudicium Ciuitatis, & vicinorum, & in *num. 18.* testatur, au-
15 thoritate Principis, vel Ciuitatis posse
16 claudi via publica, licet ibi Ciuitas non contradicebat, sed vicini, & in hac materia peraccurate scripsit *Giurba decis. 86. & nouissimè Mastrill. d. decis. 280.* Ita dicendum est posse cogere vicinum ad vendendam seruitutem prædictam altius non tollendi.

Non obstat, quod asserebatur debere solui non solum iustum pretium, sed tertium plus, iuxta formam Pragmaticæ Serenissimi Regis Martini, renouatæ per Illustrissimum Ioannem de Vega olim Proregem in anno 1555. mandantis posse capi paruulas domos, pro Palatio, vel Do-
17 mo magna construenda; Respõdetur enim Pragmaticam loqui de ædificijs priuatis construendis ad ornatum ciuitatis, non ob publicam necessitatem. Ideoque DD. existimant dispositionem dictæ Pragmaticæ esse odiosam, *Alex. cons. 32 num. 9. lib. 7. & alij allegati à Menoch. d. cons. num. 30.*

loquente

18 loquente in terminis *Constit. Mediolan.* vbi dicitur quarto plus, & inquit *in num. 24. & sequ. ex auctorit. Bart. Couarr. Gramm. Iaſ.*
19 *Gabr.* & aliorum debere ſolui iuſtum pretium, & iuſtum dici, quod vir bonus, id eſt, Iudex arbitratur, licet apud nos ſem-
20 per fuerit practicatum, quod de mandato Iudicis eliguntur a partibus extimatores,
21 quibus diſſentientibus eligitur tertius per Magiſtrum Notarium Reg. Cur. Straticotialis, & idem *Menoch. in num. 23.* inquit
22 ex auctoritate *Couar.* Principem, imò & Iudicem poſſe cogere pro dictis venditionibus, tam pro ædificando, quam pro ampliando; licet ipſe diſtinguat, prout ibi; Verum Regia Curia Straticotialis in Vrbe pluries auditis partibus, quoad ampliationes, & alias ſeruitutes cognouit.

Ex quibus omnibus breuiter adductis, & ex alijs de quibus poſt hæc in eadem cauſa meminit *Mar. Mut. in deciſ. 8.* concludo fore decidendum in fauorem Monaſterij. Reliqua ſupplebunt Spect. DD. Iudices in cauſa.

Meſſanæ, die 22. Octobr. 1616. fuit deciſum in fauorem Monaſterij.

SVMMARIVM.

1 *Actus duo facti eodem die per eumdem Notarium, & coram iiſdem teſtibus dicuntur correſpectiui.*
2 *Cedens liti ſimpliciter non poteſt amplius ad litem futuram redire.*
3 *Metus eſt difficilis probationis, & ideo præſumptionibus probatur.*
4 *Teſtis peſſimæ vitæ non probat, idem, & inimicus num. 5.*
6 *Veriſimile admittitur in probationibus, nõ omne quod eſt poſsibile.*
7 *Teſtis qui depoſuit, ſi deinde addit dicto poſt quam allocutus ſit parti, eſt ſuſpectus.*
8 *Teſtis de falſo aliàs proſecutus, & condemnatus, non probat.*
10 *Teſtis vnicus non probat.*
11 *Teſtis qui depoſuit metu monitorij debet repeti in iudicio ordinario parte citata, & dato termino, aliàs non probat.*
12 *Teſtes plures non proferuntur paucioribus.*
13 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. an habeat locum in tranſactione; diſtingue, num. 14. & 15. & quomodo ſit facienda extimatio, num. 16.*
17 *Dominans irrenocabiliter non poteſt idem alteri donare.*
18 *Capit. Regni Regis Ferdinandi 61. procedit, quando tertius habuit titulo oneroſo, ſecus ſi lucrativo.*
19 *Aſſertio donantis de meritis donatarij an probat in præiudicium tertij.*
20 *Declaratio facta per eum, qui paſſus eſt metũ, quid operetur.*
21 *Hypotecam habens præfertur habenti actionem perſonalem anteriorem, etiam ſi ſit perſonalis priuilegiata, cum actio perſonalis nõ habet anterioritatem, num. 22.*
23 *Hypoteca quæ competit pro legato eſt ſuper bonis eius, qui fecit legatum, ſecus ſuper bonis hæredis. num. 24.*
25 *Hypoteca expreſſa dotis præfertur tacite Hypotecæ anteriori.*
26 *Læſio conſideratur tempore contractus, intellige, num. 27.*
28 *Dominus poteſt vti, & abuti bonis ſuis.*
29 *Poſſeſſio poſt lecturam decreti poteſt capi à parte ſine auctoritate Curiæ, & quod ſit eſt ne deueniatur ad arma.*
30 *Actus poſſeſſionis eſt iudiciarius, & poteſt fieri ſine teſtibus.*
31 *Error actuarij non nocet partibus.*

ARGVMENTVM.

Remedium *l. 2. C. de reſcind. vendic.* an habeat locum in tranſactione, & quomodo debeat fieri extimatio læſionis.

CONSILIVM XXIX.

IESVS MARIA.

PEtrus Stagno in Anno 1598. donauit cauſa mortis vnc. 36. ſingulis annis Marcello Currao durante ipſius donatarij vita, qui de Stagno in anno 1599. confirmauit eamdem donationem quodam ſcripto priuato ſubſcripto duobus teſtibus, in quo iuſſu patris D. Ioſeph Stagno filius ſe ſubſcipſit, promittens ſe facturum, & obſeruaturum omnia in ipſo ſcripto contenta, ſub qua donatione tali ſcripto confirmata mortuo Petro donante per Curiam Straticotialem ſe direxit Marcellus anno 1600. aduerſus præfatum Don Ioſeph ad dictam annuam ſolutionem agens. Qui exinde cognoſcens ſe nullum fouere ius, per publica inſtrumenta liti ceſſit, illamque prætenſionem eidem Don Ioſeph abſenti donauit. Poſthæc præfatus Marcellus ſupplicauit S.E. aſſerens ſe metu feciſſe dictam litis ceſsionem, & donationem, & inſuper non fuiſſe ad eas deuentum, ex cauſa, quod nullum fouebat ius, prout aſſeruit

fruit in dicta litis cessione, sed verè motum fuisse ex quo Don Ioseph se obligauit, & soluit vnc. 70. vnde est enormissimè læsus, & commissa causa Curiæ Straticotiali, quæ hodie pendet in Curia primarũ appellationum, stante grauamine præfatus Marcellus actor fundat eius intentionem, quoad metum quatuor testibus, tribus parte citata, quarto verò parte incitata, sola reuelatione in Curia Archiepiscopali, non repetita in hoc iudicio; item probat sex testibus præfatum Don Ioseph superbum, & violentum, & è contra se timidum, non valentem competere, & hoc quatuor testibus Quo verò ad causam cessionis, & donationis illam probat, ex quo eodem die, quo ipse cessit liti, Don Ioseph promisit soluere dictas vnc. 70. per acta eiusdem Notarij, coram eisdem testibus
1 qui actus sunt corespectiui, *Bald. & Dec. in l. petens. C. de pact. cum multis, quos allegat Alb. cons. 207. nu. 9.* tanto fortius quod ita deponit Bernardus Moleti, & V. I. D. Ioannes Baptista Crapi. Item ad fundandam læsionem probat dictũ censum vnc. 36. solu ndum durante vita (& sic vitalitium) existimatum fuisse per tres testes valere vnc. 250. Quibus non obstantibus indubitanter dicimus Clientem debere absolui ex indubitata iuris regula, quod qui
2 cedit liti non potest amplius ad futuram litẽ redire. *l. postquã lite. C. de pact. cum mult.*
3 Non obstat metus, quonã licet sit difficilis probationis, & præsumptionibus probetur, *Mascard. de probat. concl. 1055. glos. & DD. in l. metum. C. quod met. caus. multos adduxi in cons. 11. num. 11.* non tamen video, quomodo hic possit tractari de metu, cum neque fumus, neque illius vmbra appareat, licet enim, vt supra retulimus, ad metus probationem tres fuerint producti testes parte citata, nihilominus illorum primus N. N. non est habendus in consideratione, quandoquidem cõstat per multos testes nobilissimos, & omni exceptione maiores, ipsum, vt latronem fuisse expulsum è domo per ipsum Don Ioseph & ad preces nobilium non fuisse per dictum Don Ioseph traditum Curiæ, vt condignam suis sceleribus solueret pœnam. Quapropter exinde euasit inimicus præfato D. Ioseph. Constat amplius hominem esse deperditum, vilem, ac pessimè vitam ducentem, & quod magis est propriæ filiæ lænocinium præstitisse, nulla itaque fides est adhibenda homini quatuor notabilibus defectibus affecto: de tribus loquuntur *Doct. in l. 1. ff. de his qui not. infam.* de
5 inimico, quod repellatur ab initio, & receptus nihil facit, loquitur *text. in l. 3. ff. de testib. Farin. quæst. 53. num. 3* vbi ad saturitatem non omisso, quod hic testis deponit de facto inuerisimili, dum deponit se vbique præsentem fuisse, videlicet vidisse D. Ioseph mittentem nobiles ad terrendum prætatum actorem. Item, vt missos eidem inculisse metum, & multa alia, prout in depositione: & licet aliquando hoc fit possibile: attamen in probationibus non omne quod est possibile admittitur, sed id quod est verisimile, ita singulariter *Bal. in l. scripturæ. C. de fide instrument. Socc. cons. 24. nu. 9. vol. 3. Alb. cons. 224. nu. 7. & ibi addit.* Secundus testis deponit quod Petrus Granata petiit à Don Ioseph si habuerat intentum à Marcello Currao, qui Don Ioseph respondit, quod sic, inde elapsis triginta diebus melius recordatus, addidit eius reuelationi factæ in M. C. Archiepiscopali, quod quando Don Ioseph respondidit Petro Granata habuisse intentum, dixit præfatus don Ioseph potius per vim præfatum Marcellum cessisse liti, quã sponte. Iste testis nihil probat; Primò,
7 quia est suspectus de falso, ex quo addidit eius dicto, postquam fuit alloquutus actorem, *DD. in cap. fraternitati. de testib.* Secundò, euidenti falsitate conuincitur, nam Petrus Granata est testis instrumentalis tam in actu cessionis litis, quam in actu obligationis prædictæ, & per consequens non ignarus, an Don Ioseph habuerit intentum, nec ne, quomodo igitur erit credendum huic testi deponenti, dictum Petrum percuntatum fuisse á præfato Don Ioseph, id, quod ipse & proprijs auribus audiuerat, & proprijs oculis viderat, Tertiò est repellendus à iudicio, cum clarè nimis per nouem testes probatum sit, hunc testem fuisse latronem, solitum ebriari, inimicum Franciſci Mariæ Stangno fratris naturalis dicti Don Ioseph, hominem pessimæ vitæ, de falso prosequutum, & ob id ab Vrbe deiectum (vulgo disterratum.) Item apparet per acta publica accusatum de furto magno, carceratum, vt vacabundum, item de falsa depositione, & mutatione nominis prosequutum, & dato termino extraordinario, condemnatũ, vnde sequitur verisima iuris cõclusio, quòd
8 quando testis, vt falsus fuit condemnatus, tunc in nulla alia causa debet recipi, & receptus nihil facit, *text. in cap. si quis conuictus. 2. quæst. 5. Innocent. cap. fraternitatis. de hæret. & ibi Ioann. Andr. Hostiens. Cardin. Zabarell. & alij. Bal. in l. 2. C. de fid. instrum.*

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

strum. Gabr. Apeguer. Menoch. & alij, quos sequitur Farin. quæst. 57. num. 59. cum ergo prædicti duo testes tot, tantosque defectus patiantur, & ex communi regula tra-
9 ditum nobis sit, testem duos defectus patientem, non solum abinitio a Iudicio repelli, verum etiam, & receptum eius dictum nihil facere, cuius meminit *Bec. cons. 85. post num. 19. Farin. quæst. 67. num. 80. & num. 381.* necessario fatendum est, eorum depositiones nullius esse considerationis. Quo verò ad tertium testem A. G. præter id, quod hic patitur plures defectus, & militant prædicta, attamen singularis est, & deponit ex dicto ipsius actoris, quem vidisse lachrymantem testatur, & asserentem se metu duorum nobilium coactum esse ad cancellandum prædictam do-
10 nationem, & vox vnius vox nullius, *l. vbi numerus. ff. de testi. cap. in omni de testi. Alex. cons. 127. num. 4. & cons. 252. nu. 10. lib. 7.* Item cum deponat ex dicto ipsius Marcelli actoris, non creditur, nam ipse Marcellus contrarium cum iuramento asseruit in ipso actu cessionis litis, nempe dixit sponte, & libere, & non coactè, in puncto *Farin. decis. 20. nu. 1. & ibi addic. in lit. A.* Quod attinet ad quartum testem A. P. ex quo non fuit repetitus parte citata, eius reuelatio nihil probat quandoquidem te-
11 stem, quod reuelauit metu monitorij, debere inde repetere in iudicio ordinario parte citata, scripserunt *Menoch. de arbit. Iudic. cas. 109. Alb. cons. 15. num. 2. & 6. Costa de fact. scient. distinct. 55. num. 11. & 12. Lazar. de monitor. sect. 2. quæst. 11. nu. 19. sect. 4. quæst. 9. nu. 1. & Giurba decis. 95. num. 1. & 8. posthæc scripta impressus.* Item per multos testes probatur eo tẽpore dictũ testem non vacasse seruitijs dicti D. Ioseph, sed tantũmodo in anno 1605. quo prefatus Don Ioseph erat in hac Vrbe Iuratus; vnde eius depositio redditur falsa. Item per multos testes probatur esse hominem malæ vitæ, ebrium, solitum falsitatem dicere, vilissimum, & impossibilitatem talis facti deponentem. Præterea, quatenus probat ipsum actorem esse timidum, tamen probatur ex parte Clientis vndecim testibus, ipsum actorem esse hominem tempore ipsius cessionis litis profitentem arma, & neminem timentem, qui testes sunt & nobiles, & numero satis plu-
12 res: ex quo præferuntur testibus ipsius Actoris, *l. vbi numerus. ff. de testib. vbi Doctores.*

Quo verò ad personam Don Ioseph, probat Actor sex testibus fuisse violentum & superbum, & ex parte Clientis producti sunt viginti testes dicentes Don Ioseph Nobilissimum, dulcissimum, & humanissimum; verum enimuero impares extimãdæ sunt quæcunque laudes ad eius optimam vitam, eximiamque virtutem celebrandam, adeo, vt mirandum nobis sit, quomodo isti testes præter communem extimationem ausi fuerint eum superbum ac violentum appellare.

Quo verò ad secundum caput est viden-
13 dum, an remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* habeat locum in transactione, qua in re fuit maxima inter Doctores contentio, quam tamen magis communiter cum distinctione conciliarunt ex originali opinione, *Corn. in cons. 166. lib. 1. & cons. 27. vol. 4. quem sequitur Dec. cons. 203. nu. 4. & cons. 216. col. 2. & cons. 479. col. penult. & fin. & cons. 551. col. 2. cons. 597. col. fin. num. 10. Alb. cons. 301. num. 2. Alex. cons. 42. num. 11. lib. 1. & in addict. in litt. H.* quod aut quis est læsus vltra dimidium iu-
14 stæ extimationis in modico excessu, & tali casu non rescinditur transactio, & procedit opinio *Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. Alex. d. cons. 42. num. 11. lib. 1. Dec. d. cons. 216. num. 4. Paris. cons. 96. num. 15. lib. 1. & cons. 12. num. 102. lib. 2. Ruin. cons. 132. lib. 1. Port. concl. 36. vers. 8. fallit. lib. 1. Rolan. à Vall. cons. 28. num. 26. lib. 4. & cons. 7. num. 53. lib. 3. Gamm. decis. 110. num. 15. mouentur omnes ex l. Lucius §. fin. ff. ad trebell.*

Aut verò est læsus vltra dimidium in-
15 magno excessu, & tunc ex quo ex enormissima læsione arguitur dolus, transactio rescinditur ita referens magis communem, & multos alios *Ludou. decis. Perus. 18. nu. 62. vsque ad num. 65. cum multis.* quomo-
16 do autem esset facienda extimatio, vt constet de lęsione ad effectum, vt rescindatur transactio; non modica fuit difficultas, quam cognoscens *Ias.* dixit, in transactione non habere locum remedium legis secundæ, vt refert *Alb. in d. cons. 310. nu. 5.* vnde communis schola Doctorum concludit, quod in probanda læsione transactionis est articulandum, & probandum, quod si res secundum verum valorem valet mille, & super ea transigatur per ducentum, licet sic transigens dicatur enormissimè læsus, tamen cum res sit effecta litigiosa, non potest dici læsus, ex quo sic poterat obtinere, sicut succumbere, & ideo qui vult obtinere debet probare, quod illa prę tensio, remissa illa transactione, considerato litis euentu, nec non expensarum, la-

boris

boris, & sudoris communi extimatione fuisset venditum septingentũ, *ita Alb. cons.* 310. *nu.*8. *Ang. cons.* 353. *Castr. Bart. Alex. quos refert Alb. in d. cons. Grau. cons.* 151. *nu.* 27. *& cons.* 294. *sub num.* 7. *vers. decimo quinto. Nacl. cons.* 548. *num.*12. *lib.* 3. *Rol. cons.* 28. *num.* 27. *lib.* 4. *Abb. cons.* 64. *lib.* 2. *Dec. cons.* 151. *Apont. cons.* 79. *num.*36. *Menoch. in cons.* 156. *num.* 36. *cons.* 193. *num.* 11. *& cons.* 401. *num.* 156. *Rim. cons.* 18. vnde est clare concludendum non probata læsione, modo, & forma prædictis Actorem deficere in salutari suo, cum de nulla constet læsione, & ingrediendo ad nonulla, ad ostendẽdum dictam prætensionem litigiosam, est considerandum, quod quondam Petrus Stagno antequam fecisset assertam donationem ipsi Marcello in prædicto anno 1598. fecerat aliam donationem inreuocabilem in anno 1562. In personam Don Ioseph Stagno eius filij, reseruato tantum vsufructu, & vnc. 50. idcir
17 co non potuit exinde donare dicto Marcello in præiudicium dicti Don Ioseph, cui fuerat ius inreuocabiliter acquisitum. *Menoch. cons.* 92. *num.* 76. *& cons.* 1153. ad quod allegat 26. Doctores, quia perfecta donatio amplius reuocari non potest, *l. perfecta. C. de donat. & ego. in cons.* 30. *nu.* 25. *&* 26. Et licet replicetur, quod donatio Clientis non erat insinuata, & consequenter non potuit præiudicare ipsi Marcello. Respondetur tamen, quod capitulum Regn. Regis Ferdinandi *num.* 61.
18 procedit, quando tertius acquirit titulo oneroso: secus quando titulo lucratiuo, & coæquali, prout hic, vt clarissimè ex dispositione dicti capituli legitur, *D. Octau. Corsett. cons.* 29. *num.* 2. *vol.* 1. & licet iterum replicetur, quod donatio facta Marcello sit pro seruitijs, tamen de hoc non constat, nisi sola assertione Petri Stagno, quæ asser-
19 tio non probat in præiudicium Don Ioseph, cui fuerat ius acquisitum ex prima donatione inreuocabili, *l. qui testamentum. ff. de probat. l. cum quis decedens. §. Titij. ff. de legat.* 3. *Ancar. cons.* 150. *num.* 8. *Dec. cons.* 132. *num.* 2. *& cons.* 576. *nu.*4. *Alex. cons.* 54. *num.* 3. *& cons.* 101. *num.*6. *lib.* 1. *Oldrad. cons.* 226. *num.* 7. *Dec. in l. si donationem C. de collat. Castr. cons.* 177. *num.* 2. *vers. constat autem. lib.* 1. *Tusch. qui multos refert concl.* 535. *in litt. A. col.* 1.

Item in anno 1545. Bernardus Stagno donauerat omnia bona Petro, & eius filijs inreuocabiliter, & sic post Petrum erat vocatus Don. Ioseph, insuper Don Ioseph erat Creditor in dote materna ipsius Petri, & licet dicatur, quod Don Ioseph se obligauit vigore ipsius apodixæ priuatæ propria manu subscriptæ. Attamen respondetur primo, illã obligationẽ nõ fuisse spontaneam, sed ad illam deuenisse, ne turbaret animam patris in illo extremo vitæ cursu: etenim Don Ioseph vitam ducebat seorsum à patre, à quo in extremis laborante fuit requisitus, vt se subscriberet in illa apodixa, qui cupiens patri rem gratam facere, & ne ille contristatus ab hac vita discederet se subscripsit. Hinc est, q̃
20 præfatus Don Ioseph paulo post mortem patris volens ostendere, qua mente, & quo animo ad illam subscriptionem accesserit vigore actus declaratorij omnia patefecit, ex quo rectè probari posse iustum voluerunt, *Doct. Paris. cons.* 60. *num.* 11. *&* 41 *vol.* 4. *Petr. Barbos. cons.* 24. *num.* 7. *inter cons. crim. diuers. Dec. & Cagnol. in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur. Monter. decis. Aragon.* 45. *num.* 23. *Graff. de except. cap.* 11. *num.* 75. Tanto magis, quod ipse Don Ioseph remanet læsus, ex quo se obligauit in maxima pecuniarum summa. Præterea est aduertendum, quod omnia bona dicti Don Ioseph fuerunt adiudicata per secundum decretum per D. Margaritam eius vxorem pro vnc. 2007. quæ est anterior ipsi Marcello, nam licet Marcelli actio ortum habuerit in anno 1599. actio verò D. Margaritæ anno 1602. Attamen ex quo Marcellus non habet hypotecam in bonis Don Ioseph, sed actionem tantum personalem, ex quo Don Ioseph in illa scriptura priuata dixit, (io mi obligo quanto di sopra si contiene) ex quo non dixit obligo
21 me in bonis meis. sola est obligatio personalis, & per consequens non habet anterioritatem, quod procedit non solum fauore dotis, verum etiam fauore cuiuscunque creditoris habentis hypotecam, cum
22 habens hypotecam posteriorem, præferatur habenti actionem personalem, etiam si sit personalis priuilegiata, cum actio personalis non habeat anterioritatem, *l. cum tibi. C qui potior. in pign. habeant. vbi Bal. Doct. in l.* 3. *C. etiam ob chyrograph. pec. Andr. Gail. practic. obseruat. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 11. *Surd. decis.* 56. *num.* 6. Et licet replicabatur, quod illa scriptura priuata est legatum, & pro legato competit hypoteca. Respondetur primo, quod hypoteca, quæ competit pro legato, est contra bo
23 na legantis. *l.* 1. *C. commun. de legat. §. nostra instit. de legat. Fan. de pignor.* 4. *membr.*

24 2.*part.nu.*157.nõ autem bona hæredis sunt obligata, *l.*1. vbi notant Doctores *in fin. C. commun.de leg. Fan.* 1.*membr.*8.*part. nu.*21. *vers. si in genere.* & sic bona Petri legantis tãcum essent hypotecata, quæ tamen stante donatione hypotecari non potuerunt. Quatenus verò agitur contra Don Ioseph. & eius bona, mera obligatione personali agi potest. Item respondetur, quod quando haberet hypotecam, prout expresse negatur. Attamen ex quo sumus in hypoteca
25 expressa mulieris præfertur assertæ hypotecæ tacitæ anteriori, *glos. in l. assiduis, qui potior in pignor. habeant. & ibi Bart. nu.*6. *Rip. in l.*1.*nu.*1.*ff. sol. matrim. Socc. iun. ibidē nu.*105. *qui alios citat. Facchin. lib.*10. *controuers. iur. cap.*35.*nu.*1. vnde cum bona sint penes tertios pro causa anteriori, nullum ius competit Marcello, & in hoc est sciendum, quod licet regulariter læsio consideretur tempore
26 re contractus, & sic tẽpore cessionis litis factæ per dictum Marcellum, prout voluit *Iurisconsul. in l. si voluntate. ff. de rescind. vendit. Grauet. cons.*294.*col fin. vers. hinc vidimus. cũ multis allegatis nouissime per Giurb. decis.*105 *nu.*2. est tamen aduertendum, quod quando
27 causa de futuro habet effectũ tempore cõtractus, consideratur illa causa, *Nacc. cons.* 548.*nu.*36. *Alb. cons* 34.*nu.*16. *plene Rolan. cons.*1.*nu.*137. *lib.*2.*& cons.*13.*nu.*19. *lib.*3. *Menoch. cons.*156.*num.*8. *Tusc. in lit. L. concl.* 295.*nu.*3. Causa de futuro considerari potest, quia fuit matrimonium contractum inter D. Ioseph. & D. Margaritam, ex quo orta fuit saltem de iure tacita hypoteca, imò & expressa hic ex conuentione, ita causa est consideranda tempore actus litis cessionis factæ per dictum Marcellum, nam cùm ipse non habebat nisi obligationem personalem, debuit considerare de futuro D. Ioseph ducturum vxorem, nec non & cõtracturum debita cum expressa hypoteca. Considerata ergo ista causa, quæ est considerabilis secundum prædictos Doctores, est dicendum nullam fuisse læsionem.

Non obstat dicere, q̃ D. Margarita reliquit nonnulla bona pro filio D. Petro, & q̃ Actor rectè agat super istis bonis relictis hęreditarijs dicti D. Ioseph; nam respondetur, si recte legatur oblatio facta in decreto, & distractio bonorũ, ipsa D. Margarita sibi adiudicat omnia bona, & totum corpus hęreditatis dicti quondam D. Ioseph eius viri; bene verum, q̃ in dicta oblatione & distractione relinquit eius filio D. Petro nonulla prædia, quæ relinquit vti bona propria ipsius D. Margaritæ distracta pro suis dotibus, non autem vti bona dicti D. Ioseph remansa in dicta eius hæreditate, quod apertissimis verbis in distractione legitur, & eo magis prædicta cõprobantur quandoquidem prędicta D. Margarita in dictis bonis quam voluit legem imposuit; iussit enim Tutorem administrantem bona prædicta ad computorum redditionem nequaquam teneri. Ordinauit itidem post ipsius Don Petri mortem ad ipsam Donnam Margaritam debere reuertere bona prædicta, & in eisdem, exclusis omnibus alijs, ipsam tantum succedere. Quibus consideratis necessario dicendum dicta bona fuisse ipsius Donnæ Margaritæ, & per ipsam vti propria bona fuisse donata eius filio Don Petro. Si veram existimamus iuris regulã, nemini licere, nisi vero
28 domino vti, & abuti rebus, & bonis suis. *l. in re mandata C. mandat. cum simil.* & licet replicabatur, quod Donna Margarita de alijs bonis non cepit possessionem, & quatenus apparet cepisse, attamen non fuerunt adnotati testes in ipso actu possessionis respectu vnius domus in eo descriptæ, quoniam respondetur primo, quod non est necesse fieri actum possessionis lecto decreto, sed sufficit creditorem qui distraxit
29 bona, cepisse possessionem absque authoritate Curiæ, nam talis captura valida est, & solum fit auctoritate Curiæ, ne partes deuenient ad arma, quod cessare dicimus, quãdo nemo est, qui turbat ingressum possessionis, *Bart. in l. creditores. nu.* 3. *&* 4. *vb. etiam glos.* 1. *& in verb. debent. C. de pignor. & hypot. Alex. in l. iuste possidet. nu.* 28. *ff. de acquir. poss. per leg. pignor. C. de pignorat. act. Intrigl. decis.*46. *in fin.* Respõdetur secundò, quod actus possessionis
30 sunt actus iudiciarij, in quo non requiruntur testes, quia illi probant, ex quo sunt penes acta iudiciarij, *Iaf. in l. omnium. col. col. penult. & fin. C. de testam. glos. in §. aliæ. in vers insinuatione instit. de donat. Gramm. cons.* 68. *in ciuil. col.* 2. *nu.*2. *&* 3. *vbi alios refert.* Respondetur, & tertiò, quod in omnibus alijs prædijs actuarius apposuit testes, & ex quo de tali captura possessionis multorum prędiorum vnicum fecit actum quando dixit, quo ad tale prædium, in præsentia talium testium, errauit non apponendo testes, respectu vnius domus, &
31 error Actuarij non nocet partibus, *argum. tex. in l. librarius. ff. de reg. iur. Bero. cons.* 77. *num.* 5. *lib.* 3. *Franch. decis.*716. *nu.*7.

Ex quibus omnibus concludimus fore decidendum in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, qui semel reddidit computa legitimæ, non tenetur iterum reddere, & quando dicantur legitime reddita, num. 2. 7. 8. & 9.*

3 *Confessio minoris, quod fuerunt reddita computa non sufficit, affertur ratio, num. 4. an procedat in maiore, num. 5. affertur ratio, num. 6. & 10.*

11 *Testes tres plenissime probant, cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum.*

12 *Testes deponentes vidisse partem bonorum penes creditorem, si multa petebat, præsumitur residuum penes eumdem creditorem.*

13 *Probatio facti antiqui sufficit fieri per præsumptiones, & coniecturas.*

14 *Tutores tenentur exigere redditus, & debitæ minorum, alias tenentur de neglectis: fallit quando plus expenderetur de eo, quod importaret exactio, num. 15. & an leuis, vel lata culpa, requiratur pro neglectis, num. 16.*

18 *Tutor in negocijs pupilli faciens id, quod faceret in suis propriis, dicitur rectè gerere.*

18 *Tutor eligendo diligentem exactorem, excusatur si non exegit.*

19 *Liberatio de neglectis facta valet & potest fieri tam ante administrationem, quam post, num. 20.*

21 *Erronea liberatio non iuuat, multo magis si dolo facta fuerit, esto cum amplissimis clausulis, num. 22.*

23 *Error, & dolus ab actore probari debet, & in specie claris probationibus, num. 24. & verus, non autem præsumptus, num. 25.*

26 *Inuentarium plene probat contra Tutores,*

27 *Iactare suum nemo præsumitur.*

28 *Partitæ si sint multæ verificatæ, cæteræ præsumuntur veræ.*

29 *Computa quando sunt reiteranda.*

30 *Dictio [ita quod] est restrictiua.*

31 *Maior factus potest donare suo tutori irrenocabiliter, quod ab eo posset prætendere ex administratione, affertur ratio num. 32.*

33 *Donantibus, & remittentibus non datur amplius regressus.*

34 *Donans irrenocabiliter præsente donatario, & acceptante, vel Notario pro eo absente stipulante, non potest amplius renocare, affertur ratio. num. 35. & est, verisimilis inter personas coniunctas, num. 36. & amplianda num. 37.*

38 *L. procula. ff. de probat. declaratur.*

39 *Soluens pro executione contractus, dicitur illum ratificare, & proratificationem dicitur primus actus à ratificante factus.*

40 *Geminatio est magnæ virtutis.*

41 *Error, nec dolus potest allegari ex actu pluries geminato.*

42 *Curator datus à Iudice ad vnum actum, non potest vltra illum aliquid facere.*

43 *Clausula de non contraueniendo quid importet, quid data enormi lesione num. 45.*

44 *Iuramentum seruari debet absque interitu salutis æternæ.*

46 *Lesio non consideratur in donatione.*

47 *Tutor si sit residens in Villa, non tenetur sic exactè reddere computa, prout de Ciuitate.*

48 *Tutor ablapsum triginta annorum liberatur à redditione computi, idem si fuit liberatus à minore, sed falsa assertione, nam tanto tempore liberatus est. num. 49.*

50 *Tutori salarium quando debeatur.*

51 *Tutori debent fieri bonæ illæ expensæ, quæ pro suis negocijs fecisset.*

ARGVMENTVM.

Tutor qui fuit liberatus ob redditas rationes, an possit iterum cogi reiterare cõputa.

CONSILIVM XXX.

IESVS MARIA.

IN anno 1562. Andriotta Sibilla suum condidit testamentum, sub quo decessit relictis hæredibus vniuersalibus quondam Presbytero Paulo, Placito, Plicita, & Minichella filijs, quibus constituit Tutores & pro tempore Curatores quondam Dominicum Sibilla eius consobrinum carnalem, & quondam Antoninum filium Dominici. Dominicus statim per acta Notarij Antonij Sindone fecit inuentarium omnium bonorum hæreditariorum: post sex menses obijt in infantili ætate Dominichella. Ambo Tutores gesserunt tutelam, & curam per annos decem, & menses. Qui in anno 1572. Presbytero Paulo maiori computa reddiderunt, refutantes ad eius requisitionem curam dicti Placiti, & Plicitæ, qui promisit de rato pro omnibus iuxta formam ritus. Hæc autem computa fuerunt tradita per introitum, & exitum, & remanserunt penæs Notarium, vt fit mentio in ipso actu quietationis, & consistunt in cart. 38. suta cum ipso actu redditionis computorum, & liberationis, & hodie adhuc apparent, & de illis exhibentur copiæ ad requisitionem omnium. In anno verò sequenti 1573. dictus Placitus effectus maior ratificauit dictam quietationem

tionem, & liberationem fact im ipſis Tutoribus approbando dicta computa, & ſe obligauit, eo modo, prout ille Diaconus Paulus faciendo donationem tam de neglectis, quam de toto, quod poſſent prætendere: in quibus computis remanſerunt præfati Paulus, & Placitus debitores dictorum olim Tutorum in vnc. 68. quibus in eodem actu fuit data dilatio ad ſoluendum in ſex catamenis. Inde in anno 1579. facto computo finali inter quondam Placitum, & Antoninum, habitis pro caſsis omnibus computis, apodixis, & alijs; confeſſus fuit Antoninus in pluribus vicibus habuiſſe vnc. 44. & remanſit debitor Placitus pro dicta cauſa in vnc. 24. pro quibus ſoluendis dat dilationem aliorum annorum ſex. Inde in anno 1581. præfatus Placitus ſoluit p dicta cauſa vnc. 12. & remanſit debitor in alijs vnc. 12. hæc omnia apparent per acta publica; inde præfatus Placitus matrimonio collocauit Plicitam ſororem, quæ dotata renunciauit omnia dicto Placito; Vixerunt omnes per multos annos; primò obijt Paulus; inde Dominicus, inde Antoninus, & vltimo loco poſt viginti quatuor annos poſt ipſam liberationem obijt Præfatus Placitus, modo elapſis 40. annis à die dictæ liberationis, & annis 50. à die adminiſtrationis, ſurgentes à ſomno iſti Iacobus, & presbyter Alexander filij, & hæredes dicti quondam Placiti agunt contra Clientes, quod habito pro nullo dicto actu quietationis, cogantur reddere computa prædictæ tutelæ, & curę adminiſtratæ. Et quo ad me vaniſſima videtur talis petitio.

1 Eſt enim clarum de iure, Tutorem qui ſemel reddidit computa legitimæ, non teneri iterum ea reddere, *l. ſemel. C. de apoc. publ. lib.* 10. *Bart. in l.* 2. *in fin. C. de iur. Fiſc. lib.* 10. *Dec. in l.* 1. *num.* 3. *C. de error. Calc. Ioan. Monac. Archidiac. Ioan. Andr. & DD. in cap. vnico de Cler. egrot. lib.* 6. *lap. Clemen. quia contingit de Religioſ. dom. Pancirol. conſ.* 173. *Ruin. conſ.* 95. *num.* 2. *&* 13. *vol.* 5. *Ceph. conſ.* 39. *ſub num.* 12. *& melius conſ.* 192. *per totum. Dec. conſ.* 94. *num.* 4. *Soc. conſ.* 159. *num.* 11. *vol.* 2. *& conſ.* 92. *nu.* 1. *vol.* 4. *Farin. conſ.* 7 *col.* 1. *&* 2. *Rimin. iun. conſ.* 338. *num.* 1. *vol.* 3. *Montan. de iur. tutel. & curat. cap.* 33. *num.* 123. *&* 132. *Guttier. de tutel. & cur. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 141. *cum alijs ab eo relatis.* Hæc autem computa ſunt legitimè reddita, nam lex
2 iubet, quod Tutor, ſiue adminiſtrator in redditione computorum quatuor adimplear, videlicet exhibeat librum ſuæ adminiſtrationis; legendum offerat, & computandum: an accepta, & data probè, an improbè relata fuerint; reliqua reſtituat; & culpam ſolutione purget. *Vulg. l. cum ſeruus. & l. qui ſub conditione. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi ſtatu libera. §. fin. ff. de ſtat. liber. l. ſi ita fuerit. §. quæſtio hæc. ff. de manum teſtam. Soc. conſ.* 159. *num.* 11. *vol.* 2. *& conſ.* 62. *num.* 9. *lib.* 4. *Bero. conſ.* 191. *num.* 47. *in princ. Montan. dict. cap.* 38. *num.* 4. *Guttier. dict. cap.* 1. *num.* 69. *&* 119. *Sol. in conſuet. Sabaud. tit. de minor. ac ration diſtrahen. part.* 1. *gloſ.* 3. *num.* 40. &
3 confeſsio, quod ſint redditæ rationes non ſufficit, *argum. l. ſi forte. ff. de Caſtrenſ. pe-*
4 *cul.* nam lex requirit actualem redditionē rationis *d. l. cum ſeruus*, & alijs iuribus & auctoritatibus, vt ſupra adductis, hinc eſt, quod aliud eſt rationem reddere, aliud redditam confiteri, *argum. l. aſſiduis. cum gloſ. C. qui pot. in pign. habean. & l. à diuo Pio. §. ſed. ſi emptor. ff. de re iudic. Anchar. conſ.* 331. *col.* 4. *Socc. Ruin. Rimin. iun.* & alij vt ſupra allegati, quæ legis diſpoſitio, licet in rei veritate procedat in minore, ſeu eius Tutore, & Curatore, nam talis cōfeſsio ſapit donationem, quæ ab eis non
5 poteſt fieri, ſecus in maiore, pro vt in punctо conſuluerunt *Ruin. conſ.* 95. *in fin. verſ. & non obſtat. lib.* 5. *& latiſsimè Ceph. conſ.* 192. *num.* 46. *vol.* 2. vbi aſsignant
6 rationem, quoniam maior poteſt vti, & abuti bonis ſuis, & oſtenſio, & exhibitio librorum eſt in ſui fauorem, cui poteſt renunciare. *l. in re mandata. C. mandat. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à parent. fuer. manumiſſ. l. dudum. C. de contrahen. empt.* quod non permittitur minori, & eius Tutori, *l. pactum Curatoris. C. de pact. l. præſes. de tranſact. l. contra. §. fin. ff. de pact. Iaſ. & alij, in l.* 2. *§. ſi plures. ff. de vſucap. pro empt. Montan. d. tract. cap.* 38. *num.* 166. Attamen hic conſtat rationes actualiter redi-
7 tas nam fuerunt exhibiti libri continentes primo introitum, deinde exitum, *iuxta leg.* 1. *§. officio. ff. de tutel. & ration. diſtrahen.*
8 *& ibi Bart.* Item partitas diſtinctas continentes perſonas, diem, & annum exactionis, & ſimul quanticatem iuxta doctrinam *Soc. in conſ.* 46. *in* 2. *quæſt. verſ. ſecunda pars. & conſ.* 159. *num.* 4. *& conſ.* 190. *nu.* 1. *Montan. vbi ſupra, num.* 76. *Ancar conſ.* 331. Item ipſi libri fuerunt dati ipſis quō
9 dam Diacono Paulo, & Placito, per quos fuerunt reuiſi, & calculati, immo, & per eos aſsignati quōdā Patri Magiſtro Fratri Hieronymo la Mendulia Vicario in Terra Roccæ, vt per teſtes conſtat, quæ dicta

teſtium

testium etiam comprobantur, ex quo ipse est testis instrumentalis: quæ quidem computa subscripta manu ipsorum quondam Pauli, & Placiti sita remanserũt penes Notariũ cum actu liberationis, prout ad præsens reperiuntur, & exhibentur copiæ, omnibus ea petentibus, *iuxta d. l. cum seruus. vbi Bart. & Montan. d. tract. reg. 6. nu. 6. fol. 112.* vnde cùm Tutores eorum computa reliquerunt in posse Notarij, & quod suantur cum ipso actu, vt sint omnibus cognita, est dicendum illa fuisse vera, iusta, realia, & legitime redita, nam alias ipsi Tutores aliam perquisissent cautelam, occultando computa, & sibi fieri feciſſent simplicem donationem dictæ prætensionis tutelæ, & ita bonus Iudex arbitrari debet, hoc argnmento vtitur *Socc. d. cons. 159. num. 16. argum. leg. neque natales. C. de probat.* Item & tertiò fuerunt omnia restituta, vt claris verbis in ipso actu legitur, videlicet (sponte dictum onus pondus gubernationem, & administrationem tutelã, & curatiam dictorum Placiti, & Plicitæ, omniumque eorum bonorum, & iurium cum bonis iuribus, redditibus, prouentibus, loherijs nominibus debitorum, iuribus censualibus decursis renunciauerunt, & renunciant, refutauerunt, & refutant, assignauerunt, & assignant) & referendo singula singulis, videlicet (renunciauerunt & refutauerunt tutelam, & assignauerunt bona) & inde in alijs verbis ibi (& quod omnia bona hæreditaria fuerunt sibi tradita, & assignata, vt supra dictum est) q̃ cum iuramento confitentur, quæ confessio est validior, & efficacior omnibus probationibus, *l. cum te. la seconda. C. de transact. l. generaliter. C. de non numer. pec. cap. per tuas. de probat. Alex. cons. 13. lib. 1. & cons. 127. lib 4. Bal. in cons. 192. nu. 8. lib. 2. Grau. cons. 61. num. 3. & cons. 171. nu. 4. alios refert Ceph. d. cons. 192. num. 8. cum sequ.* Præterea restitutio omnium bonorũ constat ex multis alijs actis publicis factis per illos quondam Placitum, & Paulum, & per ipsos actores, constat etiam per multos testes, nam quoad mobilia contenta in Inuentario constat remansisse penes Parisam eorum matrem, pro seruitio ipsorũ cum fuerint vsualia domus, vt per actum in margine inuentarij, & licet exceptuentur (la cultra di sita gialina, giacco, manichi burchieri, spata, e chianetta) tamen etiam illa remanserunt in posse ipsius Parisæ, & postea peruenerunt ad Placitum, & Plicitam, vt per tres testes constat, videlicet, per eumdem Notarium Antonium Sindone qui fecit inuentarium, per presbyterum Don Antoninum Calanduccio in secunda depositione, & per Mitullã Sindone; Item & per quatuor alios testes deponentes vidisse giaccum penes Placitũm, & cultram gialinam penes Plicitam, cui fuit per fratrem dotata, & cùm sint tres plenissimè probant, cùm in ore duo vel trium stet omne verbum, *l. vbi numerus. ff. de test.* Item illi quatuor, qui deponunt de parte arguunt reliqua penes eos. *Bart. in l. ex duobus. & in l. si his. ff. de legat. 2.* tanto magis cùm simus in facto antiquo, in quo præsumptiones & coniecturæ sufficiunt, *l. si tutor. C. de peric tutor. & ibi DD. l. licet. ff. de legat. 1. Bal. in l. fin ff. de hæred. instit. Afflict. decis. 13. num. 23.* licet hic, vt est dictum, sit plenissimè probatum, eo maximè in corroborationem eorum confessionis factæ in actu quietationis. Quo verò ad stabilia, ea consistunt in tribus locis, duo in Territorio Roccæ in contrata di la Grutta: alter in Territorio Venetici in contrata di la Nunciata. Duo primi in contrata di la Grutta, licet vnus in Innentario vocetur in contrata di li Giardini, tamen apparet per actus publicos illum de li Giardini, seu Grutta fuisse venditum per quondam Placitum, alium verò in dicta contrata di la Grutta fuisse venditum per ipsos actores, & denique locum in dicta contrata di la Nunciata fuisse dotatum per quondam Placitum dictæ Plicitæ eius sorori. Quo verò ad cẽsus bullales fuerunt cessi, & venditi per ipsum Placitum, vt per multos actus in processu ostenditur. Quo verò ad fructus, & introitus tempore tutelæ, iam constat ex ratiocinio, ipsos remansisse debitores tutoribus in vnc. 68. pro quibus dederunt dilationem aliorum annorum sex, & inde aliam dilationem aliorum annorum sex, & adhuc remanent debitores. Quartum verò requisitum, quod debent culpã solutione purgare. In Inuentario licet constet esse multos redditus bullales in summa vnc. 80. plus, vel minus singulis annis, & per Tutores nõ fuisse exactos nisi in sũma vnc. 40. & 50. plus, vel minus, vt per computa apparet, tamen de non exactis nullã habent culpam ipsi Tutores, taliter, quod debebant soluere interesse ratione negligentiarum; nam est sciendum in facto, quod maior pars censuum bullalium sunt de tarenis tribus, de sex, de nouem, de duodecim, & de vncia vna, & sic de partitis minutis, quæ debentur in Terris exteris, vt Roccæ, Saponariæ, Bauutij, Ramettæ, Monti-

10

11

12

13

Montifortis, & in alijs Terris, vt patet ex ceſsionibus factis per Placitum, & alijs actis in proceſſu: vnde, quando debitores nolunt pacificè ſoluere, plus expenditur pro earum exactione, quam de ipſis fiat introitus, ex quo dicunt Doctores, quod
14 licet Tutores tenentur exigere redditus, & debita minorum, aliàs tenentur de ne-
15 glectis: tamen limitant non teneri, quando oportuiſſet plus expendere, quàm de vtilitate eſſet percipiendum, *DD. l. mediterraneæ. C. de annon. & tribut. lib.* 11. *Guttier. d. tract. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 59. Item non
16 ſufficit leuis culpa in non exigendis debitoribus, ſed requiritur lata culpa, *l.* 2. *C. de arbitr. tutel. Alex. conſ.* 104. *num.* 3. *vol.* 4. *Guttier. vbi ſupra num.* 98. At hic nec lata, nec leuis eſt culpa, imò de maxima diligentia Tutorum apparet, quandoquidem conſtat in ſequenti die Inuentarij fuiſſe conſtitutum Procuratorem ad exigendum & toto dicto tempore multos Procuratores cum ſalario, & illas perſonas conſtitutas, quas idem Tutor conſtituit, etiam pro exactione ſuorum cenſuum, & dū Tu-
17 tor facit pro pupillis id, quod in ſuis negotijs facit, dicitur rectè gerere ſuum officium Tutoris, *ex notat. à Canalc. tract. de tutor. & curat. num.* 114. Tanto magis, quod pariter per procuratores exigebant præfati Paulus, & Placitus, poſtquam fuerunt maiores; imò & conſtituerunt eoſdem, quos ipſi Tutores conſtituerant pro negotijs, dum gerebant eorum tutelam. Quare dicendum eſt Procuratores electos per Tutores fuiſſe perſonas diligentes: nam ex quo fuerunt ab ijſdem electi, eſt dicendū bene conſultos in facto proprio; vnde Tu-
18 tor, qui conſtituit diligentem Actorem pro exactione, excuſatur, ſi non exegit, *Plot. in l. ſi quando. nu.* 248. *ff. de inlit. in ran. Menoch. & Boſſ. quos ſequitur Canalc. vbi ſupra num.* 114. imò eſt conſiderandum, quod ipſe Placitus factus maior, non potuit exigere dictos reditus quolibet anno ſed illos poſtpoſitè, & poſt decennium à die maturationis exigebat, vt per actus publicos in proceſſu apparet, & tandem ceſsit dictos reditus, ex quo vere erant inexigibiles. Si igitur ipſemet Dominus redditiuum non poterat eos exigere, quem omnem adhibuiſſe diligentiam exiſtimandum eſt, quomodo poterant Tutores: licet ſit concludendum eos feciſſe etiam eorum conatum, dum conſtat per eos fuiſſe tot procuratores conſtitutos ad hoc idem opus, & eoſdem, quos pro eorum redditibus conſtituebant, approbatos exinde per ipſos Paulum, & Placitum. Addam & denique, quod metu Bannitorum non exigebantur dicti reditus, vt per plures teſtes apparet, per quos etiam conſtat dictū Tutorem captiuatum, & compoſitum, quo metu ſtante ſunt excuſatiſſimi. Præterea ipſi Paulus, & Placitus liberauerunt de neglectis in ſpecie, vt clariſſimis verbis
19 legitur, quæ liberatio, cum ſit de omiſsis, potuit fieri, & remitti, tam ante adminiſtrationem tutelæ, *l. ſi quis ratione. ff. de liberat. legat. Bart. in l. Aurelius. §. Cato. ff. de liberat. legat. Alba. conſ.* 369. *nu.* 2. *Granet. Gozadin. & alij, quos ſequitur Menoch. conſ.* 22. *col.* 1. *Canalc. de tutor. & curat. num.* 115. *Montan. cap.* 32. *reg.* 9. *nu.* 204. *Angel. conſ.* 144. *Corn. conſ.* 313. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 178. *num.* 1. *verſ.* 1. *Ruin. conſ* 54. *nu.* 13. *lib.* 1. *& conſ.* 69. *lib.* 2. quàm poſt
20 ipſam adminiſtrationem, ab ipſo minore effecto maiore, *Maſcard. concluſ.* 1259. *nu.* 13. *&* 18. *vol.* 3. *vbi multos refert Gabr. conſ.* 146. *num.* 18. *vol.* 1. vltra, quod hic eſt facta donatio non ſolum de neglectis, verum etiam de toto eo, quod poſſent prætendere aduerſus Tutores, vt latiſsimè inferius in reſponſionibus comprobabitur. Ex quibus clariſsime conſtat dicta quatuor à iure requiſita fuiſſe in dictis computis adimpleta per Tutores.

Actores verò prætendunt dictam liberationem fuiſſe erroneam, & conſequenter fore reſcindendam. *ex l.* 1. *C. de error. calcul. Suarez. comm. opin. litt. E. num.* 159. *Montan. d. cap.* 38. *num.* 145. *& ſequ. cum*
22 *multis.* imò & doloſam, eo, quod ipſi Tutores non appoſuerunt multa mobilia, non modici valoris in Inuentario, ea ſibi retinendo, & multas partitas in libro non deſcripſerunt, quo caſu nihil operari ipſa liberationem, prout conſulendo ſcripſerūt *Soc. d. conſ.* 159. *num.* 12. *& ſequ. & conſ.* 190. *num.* 4. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 89. *num.* 81. *& ſequ. lib.* 1. *Rol. à Vall. conſ* 49. *num.* 25. *& ſequ. lib.* 1. *Octau. deciſ. Pedamon.* 58. quamuis facta ſit per publicum inſtrumētum, ex certa ſcientia, multiſque clauſulis corroborata, vt aſſerunt prædicti Doctores, & videntes, ipſis allegantibus interueniſſe errorem, & dolum, incumbere
23 onus probandi, vt voluerunt *Bero. conſ.* 191 *vol.* 1. *num.* 10. *Caſtr. conſ.* 36. *quem ſequitur Soco. conſ.* 190. *ſub num.* 3. *col.* 2. *conſ.* 92. *vol.* 4. *Dec. conſ.* 110. *in fin. & conſ.* 256. *col.* 4. *circa princ. Pariſ. conſ.* 89. *col.* 3. *vol.* 1. *quos refert, & ſequitur Roll. d. conſ.* 49. *num.* 50. *Bertacchin. tract. de Epiſcop part.* 6. *num.* 60. *Maſcard. concluſ.* 532. *num.* 9. *&*

concluſ.

24 *concluſ. 1263. num. 16. Guttier. d. cap. 1. num. 118.* dictumque errorem, & dolum, debere in ſpecie claris, atque preſpicuis probationibus detegere, prout in puncto reſponderunt *Dec. in conſ. 94. num. 3. verſ. nec obſtat. & idem Dec. in l. vnica. num. 8. in fin. C. de error. calcul. Gramet. conſ. 198. nu.*
25 3. & debere probare, & oſtendere dolum verum, non autem præſumptum, prout voluit *Socc. ſen. conſ. 92. & Rolan. d. conſ. 49 num. 22. & 23. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 209. in fin. & Anton. à ſol. vbi ſupra.* Articulauerunt primo occultationem multorum bonorum mobilium, quæ ſibi occuparunt Tutores: ſecundo malam adminiſtrationem, ita, quod quam plurimi mirabantur peſſimam adminiſtrationem; tertiò, quod domum hæreditariam non appoſuerunt in Inuentario, ſed eam paſſi ſunt occupari per Stephanum Sibilla conſobrinum Tutorum; quartò, quod cum ſint duo loci in territorio Roccæ, alter in contrata de la Grutta, alter in contrata delli Giardini non poſuerunt in computis delli Giardini; quintò, quod Placitus erat minor, quando ratificauit. Quoad primũ, nullum produxerunt teſtem, imò ex parte Clientum clariſsime eſt oſtenſum, omnia bona fuiſſe reſtituta: Item Tutores perſonas diuites, & ditiſsimas, optimæ vitæ, & conſcientiæ. Quoad ſecundum, nec minus vnico probant teſte; Clientes verò duodecim teſtibus, & vltra probant optimam adminiſtrationem tutelæ, eoque pari affectu dictorum Placiti, & Pauli tunc minorum, & modo maiorum curam habuiſſe, quam filiorum propriorum prouidentes eos de frumento, multiſque alijs ad victum neceſſarijs gubernari mandantes ſtabilia, & locos, adeò vt mirarentur omnes eorum exactam diligentiam, optimam adminiſtrationem, & amorem erga præfatos, quod comprobatur etiam actis publicis; nam primò ipſimet pupilli poſt reddita computa conſtituerunt dictum Antoninum Sibilia eorum procuratorem. Ac etiã & quondam Placitus in anno 1586. cum eſſet infirmus, in ſuo teſtamento facto per acta Notarij Nicolettæ la Mendulia reliquit præfatum Antoninum in Tutorem eius filiorum, qui ſunt Actores in præſenti cauſa, & licet recuſaret tutelam Antoninus, & inſtaret, noluit tamen Placitus mutare dictum teſtamentum, quamuis exinde euenit, quod ſuperuixit Placitus per multos annos, & obijt primò Antoninus, vnde eſt clariſsimè concludendum tutelam bene fuiſſe geſtam ab Antonino, cum ipſe idem Placitus ſuum tutorem relinquebat exinde in Tutorem ſuorũ filiorum, & hoc ſolum deberet ſufficere pro victoria. Quo verò ad tertium nihil eſt probatũ, imò ex parte Clientũ eſt præſentatus actus factus in anno 1581. in quo Placitus pater Actorum declarat cum iuramento domum poſſeſſam per Stephanum Sibilla fuiſſe venditam in anno 1559. per quondam Andriottam eius patrem dicto Stephano, vnde ex quo neſciunt, vbi ſit venditionis, actus declarant illam eſſe veritatem. Præterea oſtenditur actus publicus, in quo apparet, quod Andriotta anno 1560. conduxit quamdam domum à Dominico Sibilla, & quod obijt in domo conducta ille Andriotta, & quod domus fuit vendita, conſtat etiam per teſtes, ſic etiam, quod in vita Andriottæ Stephanus morabatur in domo empta ab Andriotta; Quo ad quartum dicunt in computis non fuiſſe appoſitum locum de li Giardini, ſed fructus ſibi occupaſſe Tutores: hoc probant ex Inuentario dum in eo inuentariatur locus in contrata de li Giardini, & in computis non eſt ad-
26 notatus, ex quo inuentario habent intentionem fundatam, cum plenè probet contra Tutores. *l. tutor, qui repertorium. C. arbitr. tutel. vbi cõmunit. DD. Surd. deciſ. 184. num. 3.* In hoc eſt aduertendum, quod Inuentarium fuit factum per quondam Dominicum ſolum, qui vti ſenex appoſuit antiquam contratam, videlicet, de li Giardini, licet tempore Inuentarij non vocabatur niſi la contrata di la Grutta, hoc apparet primò ex ipſo actu emptionis, ſeu permutationis loci cum Iuliano Mandanici, & ipſo Andriotta in anno 1558. nam vocant eo tempore his verbis, videlicet, (locum olim à la contrata di li Giardini, & modo di la Grutta) & Inuentarium eſt factum exinde in anno 1562. ideoque ille ſenex Dominicus errauit apponendo antiquam contratam. Computa verò fuerunt detempta ab Antonino eius filio altero Contutore, qui videns ambos locos eſſe in eadem contrata di la Grutta, dixit in computis, videlicet (à Petru Xibilia di Pompu per la nutricata à mitati à la Grutta) nihilominus clariſsime apparet eſſe de ambobus locis reddita computa. Videatur enim contractus publicus, in quo Antoninus dat dicto Petro Xibilia de Põpo frondes ad medietatem, inquit videlicet (cantarios quindecim in loco di la Nunciata: cantarios quatuordecim alla Grutta Sicomorum olim Iuliani Mãdanici & reſtans alio Giardino grandi.) ita quod

per

per actum publicum apparet illum villicũ seu mitateriũ collegisse frondes in contrata de la Grutta de duobus locis continuauit per alios annos, vt per computa apparet. Et eodem modo per actum publicum apparet cum Antonino Picciolo aliàs Pullara, & in decimo anno computorum fit mentio in tribus partitis de loco alla Grutta, videlicet, vndi Giuliano Mandanici. Præterea constat per multos testes, quod personæ nominatæ in computis, quæ colligebant frondes alla Grutta, siue mitaterij, siue emptores frondium, colligebant tã de loco magno in la cõtrata di la Grutta, quàm de alio loco olim de li Giardini, & tunc, & hodie di la Grutta, qui olim fuit Giuliani Mãdanici, emptus per Andriottã ãno 1558. vnde & per acta publica, & per ipsa computa, & per multos testes constat de veritate facti. Et hoc in rei veritate est mera calumnia, cùm ipsi sciant, quod hunc locum paruulum eorum pater Placitus exinde vendidit, & si habuit locum penes se, est credendum, quod de fructibus dicti loci vtique recepit computa, cùm receperit computa etiam de minimo quadrante. Quo ad quintum nihil probant, imò ex parte Clientum sunt multi testes, quod erat maior. Item Actores videntes prædicta euanuisse, ad alia confugiunt, dicentes esse nonnullas solutiones in computis pro causa legatorum contentorum in testamento Andriottæ, quæ tamen in dicto testamento non apparent relicta, in quo, quæso, aduertatur, omnes solutiones importare tantum vnc. 20. & taren. 22. videlicet vnc. 10. Matri Ecclesiæ; vnc. 4. & tt. 12. Petrucio Fucà. vnc. 3. tt. 15. Stephano Sibilla. vnc. 1. tt. 7. Ioseph la Scala. taren. 24. Alexandro Franchi. & taren. 24. Francisco Neri. Et respondetur primò, quod vnc. 10. Matri Ecclesiæ sunt relictæ in testamento, in quo etiam ordinatur, q̃ Tutores debeant soluere omnia legata, & debita, & maximè, quæ apparent scripta per quamdam cartulam, seu scripturam factam per manus ipsius Testatoris, & partim scriptam in illis scripturis per manus dicti Notarij. Vnde, cùm ea, quæ sunt soluta, sunt contenta in dicta scriptura, quæ iam exhibetur extracta manu Notarij, quę est suta cum testamento; nihil est quod possit obijci. Item, si quæ non apparerent in cartula, prout apparent, est dicendum, testatorem reliquisse aliam cartulam in posse eiusdem Notarij, seu Confessoris, seu alterius, quæ per istos Conuentos vt inxios facti alieni ignoratur, & temporis diuturnitate, vel sit deperdita, vel transportata, maximè, quod Notarius est mortuus, & sunt acta conseruata penes hęredes residentes in quadam Villa. Item omnes sunt mortui; vnde est credendum, quod sicut quæ sunt disposita in hac schedula, Tutores vocarunt testamentum, ita dicendum est, & quæ per aliam tunc penes Confessorem, seu alium relictam, & cùm dicti Placitus, & Paulus, vti tunc bene informati, & qui omnia viderunt, & potuerunt videre, cùm nemo præsumatur iactare suum, 27 *l. cum de indebito. ff. de probat. Alba. cons. 376. num. 29.* cùm iuramento hoc idem affirmassent ita rem se habere, censendum est, nam si tunc fuisset de hoc controuersum, ostendissent vtique Tutores veritatem, tanto magis, quod sub schedula, vbi de nomine nulla fit mentio, est credendũ, quod ipsi Tutores bene edocti soluerunt illis, vt verè Legatarijs, addito, quod Tutores erant ditissimi, confidentes, & legales, & cùm multis in casibus constat de veritate partitarum multarum, in cæteris par- 28 titis adhibenda est fides, *Ias. repet. l. admonendi. num. 124. vers. quinto principaliter. ff. de iur. iuran. Castr. cons. 158 lib. 1. Viu. decis. 445. num. 5. vers. imò vltra. Decian. cons. 39. num. 21. vol. 4.* vbi ampliat etiam in partitis maximi momenti, quem sequitur *Rota. in nouiss. decis. 813. num. 15 Menoch. cons. 409. num. 27. idem de præsumpt. 63. lib. 3. Surd. 543. & decis. 199.* Antoninus in morte reliquit vltra vnc. 200. pro eius anima, de quibus magis in pupillos dispo- suissetsi illos sua culpa deceptos sentijsset. Non obstant Doctores, qui scripserunt nõ 29 obstante liberatione, reiteranda esse computa, prout *Castr. cons. 342. lib. 1. Ancar. cons. 330. Ruin. cons. 95. lib. 5. Puris. cons. 89. vol. 1. Soc. d. cons. 159. vol. 2. Rimin. iun. cons. 338. vol. 3. Rolan. d. cons. 49. vol. 1.* Quoniam omnes loquuntur in minore, & Tutore, non exhibitis libris, vel eis malè compositis, & data enormi lęsione, & in casu, quo non est facta donatio, quæ â minoribus non potuit fieri, vt refert, quo ad *Ancar. Socc. & Rolan. Guttier. part. 3. d. cap. 1. num. 121. Ias. cons. 216. lib. 2.* quæ Consilia legi possunt; attamen sigillatim respondendo *Castr. in d. cons. 342.* loquitur in pupilla, quæ liberauit matrem, cum auctoritate Tutoris, & sicut ipsa pupilla non poterat donare, ita nec eius Tutor. Item non fuerunt exhibiti libri, sed facta confessio de exhibitione illorum, cui lex resistit, in minori loquendo, vt supra comprobaui, *Ancar. cons. 330.* loquitur in adulto

adulto annorum quindecim, nec etiam ibi fuerunt exhibiti libri, *Iaſ. conſ. 219. lib. 2.* loquitur in liberatione facta à Minore, *Ruin. conſ. 95. lib. 5.* loquitur in Minore; imò & in fine conſilij dicit oppoſitum eſſe in Maiore, & ſic facit pro Cliente, *Pariſ. in conſ. 89. vol. 1.* loquitur in Minore. *vt num. 40. & alijs*, & nihilominus ſtantibus magnis clauſulis, & iuramento ſentit non poſſe contrauenire, niſi data enormi leſione, vt *num. 70. Soc. conſ. 159. vol. 2.* loquitur in liberatione facta à Minore, & ideo dicit, quod illa clauſula, per aquilianam ſtipulationem, non importat donationem, quia Minor non poteſt donare. Item dicit cauſam finalem liberationis fuiſſe, quia ratio fuit perfectè reddita, & cùm oſtendatur erronea, ideo venit reſcindenda. Reſpondetur primò, Clientes eſſe in liberatione facta à maiore expertè, & ſagacè, qui potuit vti, & abuti bonis ſuis, & non poteſt amplius redire ad iura renunciata, *Cephal. conſ. 39. num. 20. lib. 1. & d. conſ. 192. Farinac. conſ. 7.* & in experto, & ſagace tollitur præſumptio erroris, *Maſcard. concluſ. 1331. num. 4.* Secundò illa aſſertio in caſu Soccini fuit à Tutore facta, quod perfectè erat reddita ratio, & Minor credit aſſertioni Tutoris, *vt in d. conſ. nu. 19. verſ. 4. & vltim. adito nu. 24. verſ. præterea inter coniecturas. & dicit etiam Ceph. d. conſ. 192. nu. 41.* Item mouetur *d. conſ. Caſtren. 343. & Ancar. 330.* qui conſuluerunt in caſu liberationis factæ per Minorem, & Tutorem. Item non fuerunt exhibiti libri, ſed facta confeſsio per eos, vt inquit *Ceph. d. conſ. 192. nu. 39.* At hic ipſi Paulus, & Placitus effecti maiores aſſeruerunt computa eſſe vera, iuſta, & realia, & ita illa acceptauerunt, & laudauerunt, imò ſi rectè miretur, in proemio dicitur, quod ipſi Tutores geſſerunt tutelam, prout melius potuerint, & prout ſpectat ad bonos Tutores; hæc aſſeruntur tam à Tutoribus, quàm à Paulo: ſed eſt dicendum aſſerta à Tutoribus eſſe illa (prout melius gerere potuerunt) cum ipſis magis conueniant hæc verba, ne ex ore eorum proprio oriatur laus; alia verò verba ex Placito, & Paulo. Item eſt conſiderandum, quod illi Paulus, & Placitus non ſteterunt in illis meris verbis ab eis prolatis, & liberationis generalis cum aquiliana ſtipulatione, & alijs clauſulis ampliſsimis, verum etiam & poſt omnia ſunt infraſcripta verba, videlicet, [ita, quod ſi forte dictus Magnificus Paulus proprio, & nominibus prędictis aliquid prętenderet conſequi à dictis Dominico & Antonino Sibilla ratione negle-
ctorum lucrorum, damnorum, expenſarum, & intereſſe, vel aliorum eis competitorũ, quod de omnibus ipſis prætenſis, vel prætendendis intelligatur facta generalis donatio, & relaxatio, prout virtute præſentis tituli eiuſdem donationis inreuocabiliter inter viuos merè, liberè, & abſolutè illas donauit, & donat, relaxauit, & relaxat dictis Dominico, & Antonino] vnde
30 ſtante dictione [ita quod] reſtrinxerunt omnia primò dicta per hunc modum cauſæ finalis, nam id importat dictio [ita quod] *Tuſc. concluſ. 364. in litt. D. num. 5.* Itaque vera cauſa finalis, & intentio fuit donare, & ſic vti mera liberalitate cum ſuis Tutoribus cognoſcentes verè gubernaſſe eos, vt proprios filios, & hoc appareret notorium, cùm, vt ſupra dixi, idem Placitus in ſuo teſtamento reliquit eumdẽ Antoninum, qui fuerat eius Tutor, in Tutorem eius filiorum; vnde eſt clarum de-
31 iure potuiſſe donare inreuocabiliter totũ id, quod ab eis petere poſſent cauſa adminiſtrationis dictæ tutelæ, & curæ, *l. cum ita. l. Lucius. & l. ſi quis rationis. ff. de liberatione legat. Bart. in l. Aurelio. §. Gaius. ff. eod. Bero. quæſt. 21. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 220. num. 8. Alex. conſ. 45. ſub num. 2. lib. 1. Ferret. cautel. 51. num. 3. Signorol. conſ. 109. Tuſc. concluſ. 8. litt. L. Ceph. d. conſ. 192. num. 11. & ſequ.* vbi alias quamplures adducit rationes, & auctoritates, & quòd Minor factus Maior poſſit gratioſè relaxare, donare, voluit *Iuriſconſ. in l. calculi. verſ. ſed & ſi gratioſè ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertin. & in l. 2. C. de iur. Fiſc. lib. 10.* quia
32 ius non prohibet gratiam facere, vel donare, imò permittit bonis ſuis vti, & abuti, *l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit. Montan. d. tract. cap. 38. num. 165.* vbi concludit tales donationes non poſſe retractari, & donantibus, & remittentibus iura ſua non amplius datur regreſſus, *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædilitt. edict. l. Hevemnius in princ. ff. de euictionib. l. quoties ab omnibus. C. de fideicomm. Caſtr. Iaſ. Dec. & Granet. quos ſequitur Ceph. d. conſ. num. 16. Afflict. d. deciſ. 220. num. 19.* & quod
34 donans inreuocabiliter præſente donatario, vt hic, vel abſente, & Notario pro eo ſtipulante non poſſit amplius donationem reuocare, nec aduerſus eã venire, *Menoch. conſ. 92. nu. 76. lib. 1. & conſ. 1153. nu. 54.* vbi allegat viginti ſex alios Doctores *lib.*
35 12. quia perfecta donatio reuocari non poteſt. *l. perfecta. C. de donat.* & diximus in præcedenti Conſilio *nu. 17.* imò nec Prin-

cipis

cipis auctoritate, *l. si donationem. C. de reuocan. donat. Dec. conſ.* 468. *nu.* 18. *& nu.* 28. *& conſ.* 498. *num.* 19. *Menoch.* 178. *num.* 9. Item vltra, quod ſumus in expreſſa
36 donatione, tamen cum ſimus inter perſonas coniunctas, veriſimilis eſt donatio, *l. ſeruus cõmunis. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim. l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* vnde cum ſimus in expreſſa ad-
37 iuuata hac tacita donatione, multo magis erit amplianda, & fauorabilis. *Aret. conſ.* 92. *col.* 5. *verſ. præterea etiam concurrit. Grauet. conſ.* 160. *num.* 1. *Decian. conſ.* 39. *num.* 100. *vol.* 2. quod etiam corroboratur, quod præſumatur & donatio, & remiſsio, nam concurrunt illa tria *in l. procula. ff. de probat.* videlicet, coniunctio ſan
38 guinis, ſæpius calculata ratio, & diuturnitas temporis: de ſanguine ſunt conſobrini carnales: de ſecundo conſtat pluries per multos annos reuiſa computa; de tertio ſunt quatraginta anni, quod eſt facta liberatio, *latiſsimè Afflict. deciſ.* 13. tanto magis, quod ſumus in donatione geminata per multa temporum interualla: nam in anno 1573. fuit ratificata inde in anno 1579. fecerunt computum, & leguntur hæc verba, videlicet, [eſſendo fra loro lecti tutti cõti, polizi, teſtimonij] Inde in anno 1581. Placitus ſoluit in executione quietationis; item per multos actus ante,
39 & poſt fit ceſſio multorum cenſuum, per quæ clarè eſt facta ratificatio. *l. ſed Iulianus. §. fin. ff. ad Macedon. l. cum fidem. C. de non numer. pecun. l.* 3. *§. fin. & l. Paulus. ff. rem. rat. hab. gloſ. cap. dilecti. de appellat.* & per
40 talem ratificationem lex fingit actum à ratificante factum. *gloſ. l. Pomponius. ff. de negot. geſt.* quæ geminatio eſt magnæ potentiæ, *l. Baliſta. ff. ad trebell.* & non ſolum eſt bis reiterata, ſed ter, quater, per vicenas vices, & ſatis vltra, & p viginti annos, & in hoc actu donationis geminatæ p viginti annos, & per viginti vices, & vltra, nõ
41 poteſt allegari error, nec dolus, ſed deliberatè dicẽdũ fuiſſe proceſſum ad confectionẽ ipſius actus, *l. ſi mulier. C. ad Vell. Dec. conſ.* 42. *num.* 30. *lib.* 1. *alios refert Cephal. d. conſ.* 192. *num.* 18. *& ſequ. & poſt eum Tuſc. concl.* 28. *in litt. G.* vbi inquit, quod aduerſus talem actum nihil poteſt opponi *Socc. reg.* 64. *in* 5. *fall. Farin. d. conſ.* 70. *num.* 6. *Menoch. conſ.* 178. *num.* 21. *lib.* 2. *Nicol. Rauſner. Vltramont. conſ.* 2. *nu.* 5. *lib.* 2. *Rom. Curt. Grat. Euerar. Rol. & alij, quos refert, & ſequitur Graſſ. de except. cap.* 14. *num.* 14. *item Rimin. in d. conſ.* 338. loquitur in liberatione facta à minore, & cauſa finalis fuit, quia computa erant iuſta, ſed hæc aſſertio fuit facta à Tutore, & ille Minor credidit dictæ aſſertioni, quod computa ſint vera, vt clarè legitur *in d. conſ. num.* 68. *&* 69. Item ibi non fuerunt exhibiti libri, ſed confeſsio facta, quod fuerunt redditæ rationes, quæ minoribus non præiudicat. Item & illa clauſula ex certa ſcientia, quæ in Minore, prout ibi non potuit
42 inducere donationem, cum minor non poſsit donare, *vt num.* 72. *&* 73. tanto magis, quod ibi fuit datus Curator à Iudice ad auctorizandum inſtrumento ſaldi: non autem ad donandum, ex quo non potuit donare. Item etiam, & illi minores fuerũt læſi in magno exceſſu, *vt in num.* 76. & dicit procedere data læſione, ex quo clare ſequitur, quod hic, cùm ſimus in Maiore, & ſit facta donatio ab eo, qui potuit donare, & nihil de ſupra dictis militet, cùm aſſertio, quod computa ſunt vera, & realia, eſt facta ab ipſo Paulo, & Placito, & cauſa finalis fuit donare, vt ſupra eſt oſtenſum, & eſt verum dicere dictum Conſilium facere pro Cliente, & non contra. Additur etiam pro reſponſione prædictorum, quod
43 ſumus in contractu cum iuramento de non contraueniendo, quo ſtante non poteſt calculus retractari, quia iuramentum ſeruari
44 debet, quando poteſt abſque interitu ſalutis æternæ, *cap. cum contingat. de iur. iuran. cap. quamuis de pactis. lib.* 6. *l. ſi mulier. C. ad vell. gloſ. in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* cum qua communiter tranſeunt Doctores, *Dec. conſ.* 60. *in fin. Pariſ. conſ.* 20. *num.* 42. *vol.* 1. *Grauet. conſ.* 114. *num.* 9. *vbi alios refert Farin. d. conſ.* 7. *num.* 4. *Ceph. d. conſ.* 192. *num.* 17. *Aſol. in conſtit. Sabaud. tit. de contract. minor. gloſ.* 5. *ſub num.* 35. *fol.* 175. & quia agitur inter ſanguine coniunctos quietantia extenditur ad dolum præſumptum, *Menoch. de arbitr. conſ.* 209. *num.* 40. *Cephal. d. conſ.* 192. *num.* 49. *Couar. variar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *verſ. ſeptimo erit conſiderandum. Maſtrill. deciſ.* 125. *num.* 18. *&* 19. *vbi multos refert.* & licet ſint qui tene-
45 ant contrarium procedit eorum opinio data enormi læſione, vt clariſsimis verbis in quiunt *Pariſ. conſ.* 89. *num.* 68. *lib.* 1. *Rimin. iun. conſ.* 338. *num.* 76. *& ſequ. Borrel. conſ.* 18. *in fin.* Et hic nulla poteſt dari læſio, nec oſtendi, tanto magis, quod ſumus
46 in donatione, in qua nõ cadit læſio, *Alex. conſ.* 53. *vol.* 3. *Bart. & Bald. in l.* 2. *C. de reſcind. donat. Alb. in conſ.* 198. quia alioquin ſequeretur, quod omnes donationes poſſent reuocari, vt per eos.

Præterea eſt conſiderandum, quod ſumus

mus in redditione computorum in personis residentibus in Villa,& aliter procedi-
tur, quam in personis residentibus in ciui-
47 tate: nam cum primis non sic exacta, re-
quiritur redditio computorum, cum ipsi
viuãt cum eorum simplicitate, ob quod ex
cusantur tam per omissionem Inuentarij,
quàm ob libri confectionem, *Calcan. cons.*
93. col. fin. Soc. cons. 39. num. 16. & sequ.
vol. 1. Plot. in repetit. leg. si quando nu. 251.
ff. de in lit. iuran. Sola. in constitut. Pedam.
glos. 3. part. 1. in tit. decreti quitationem.
num. 41 & 42. & Mar. Mut. cap. Reg. Ia-
cob. 32. num. 48. Addo præterea, quod
fumus in prętensione, de qua ille quondã
Antoninus Tutor iam sunt anni quatragin
ta, quod fuit liberatus, & quod stante
lapsu tanti temporis nulla competit actio
48 ipsis actoribus, cum actio tutelæ, seu ad-
ministrationis vltra triginta annos non
duret, & administrator lapsu tot annorum
sit liberatus, ita voluit *Iurisconsult. in l. se*
pupillus. §. fin. iuncta glos. ff. de administrat.
tutor. cuius verba sunt hæc. [Is autem,
qui tempore liberatus est (subiungit *glos.*
triginta annis actione tutelæ,) non ei si-
milis est, qui nihil habet, sed ei, qui satis-
fecit, habet enim quid obijciat petitori.]
Verba non possunt esse clariora, quod ne
dum sit sublata actio silentio longi tempo
ris, verum etiam præsumendum sit, quod
satisfactio præcesserit ita in specie hunc
textum allegant *Afflict. decis. 13. num. 2.*
& sequ. & in indiuiduo consuluerunt *Pur-*
purat. cons. 339. per tot. Lancell. Gall. cons.
48. num. 18. vsque ad fin. Port. Imol. cons.
147. num. 21. & sequ. Castrens. cons. 126.
col. 1. lib. 2. Boer. decis. 59. glos. in l. calcu-
li. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent. Doct.
in l. maxime. ff. de administrat. tutor. Bal. in
rubr. de procurat. col. 2. vers. numquid post
longum tempus. Rol. à Vall. cons. 49. nu. 15.
vol. 1. Canalc. de tutor. & curat. cap. 38. nu.
99. DD. in l. 2. C. de iur. fisc. lib. 10. Guttier.
tract. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 40.
num. 18. & d. tract. de tutel. part. 3. cap. 1.
num. 27. Rimin. iun. d. cons. 138. num. 48.
Anton. sol. constitut. Pedamon. tit. de mino-
rib. decreti quitationem. glos. 5. num. 18. ad-
dito num. fin. vbi inquit, quod quando Mi-
49 nor credens assertioni Tutoris dicentis iu
stè, & fideliter administrasse illum libera-
uit, quod potest reuideri facere talem ad-
ministrationem vsque ad triginta annos,
Paris. cons. 89. num. 18. lib. 1. Mar. Mut.
d. cap. Regn. 32. Reg. Iacob. nu. 50. vol. 1. &
Ioan. Long. racemat. 121. num. 11. & per
tot. vbi concludit quietationem factam à
Maiori non posse retractari.

Quo ad partitam salarij, credo nullam
posse pati dubitationem, nam licet regula-
riter Tutoris salarium non debeatur, nisi
50 fuerit abinitio petitum, & constitutum,
& in hoc casu sit dicendum abinitio fuisse
& petitum, & constitutum, cum in compu
tis appareat adnotatum, & constat acta
antiqua esse deperdita, & quicquid sit suf-
ficeret, quod dicti Paulus, & Placitus in
redditione computorum assignato salario
consenserunt, & quod contrahentes potue
runt hoc facere, vt in puncto tenet *Mon-*
ter. decis. Aragon. 28. nu. 23. tamen etiam
præteriti temporis finita tutela Tutoris
salarium præstari debet ex bono, & æquo
dixerunt *Soc. cons 196. col. fin. Menoch. cons.*
228. num. 38. idem. Menoch. de arbitr. iudic.
cas. 512. nnm. 4. & præcisè num. 11. & 12.
vbi inquit, quod quando subest iusta causa
debet taxari salarium de præterito, & iu-
stam dicit esse causam, quando Tutor co-
gitur relinquere facta propria cum detri-
mẽto, vt gerat tutelã. Itẽ quãdo adsunt ma
gni labores in ipsa tutela, & alijs cõcurrẽ
tibꝰ arbitrio Iudicis; hic cõstat per multos
testes, ꝙ tutor relinquebat propria negocia cum eius damno, & ꝙ pro salario me
rebatur vnc. 24. singulis annis, vltra quod
constat in processu, quòd Procuratores,
qui exigebant erant salariati, quod sala-
rium non apponitur in computis. Item
constat per multos testes, Tutorem misis-
se plures homines pro seruitio minorum
& aliquando etiam ipsum Tutorem se cõ-
tulisse pro dicto seruitio associatum cum
alijs, pro quibus est probatum fuisse soli-
tum expendere multas pecunias, & sicuti
idem Tutor pro suis negocijs, & ad exigẽ-
dum soluebat Procuratores, & alias per-
sonas, ita etiam, & rectè potuit facere pro
51 ipsis Minoribus, cum Tutor eas expensas
potest facere pro pupillis, quas pro se fe-
cisset, *Tiraqu. de nobilit. cap. 20. num. 77.*
Guttier. de tutel. d. part. 3. cap. 1. num. 137.
Hinc dicendum salarium Tutoribus fuisse
nomine salarium, non autem effectu, cum
pecuniæ fuerunt erogatæ in satisfactionẽ
Procuratorum, qui exigebant, & persona-
rum, quæ assistebant bonis, & recordor,
quæso, quod ipsi idem Placitus, & Paulus
pro exactione etiam constituebant Procu-
ratores.

De mense Ianuarij 1613. in M. R. C.

Die secundo mensis Martij 1613. Per
Magnam Regiam Curiam fuit decisum
in fauorem Clientum, quod absoluantur,
& liberentur.

SVMMARIVM.

1 *Pacta sunt permissa, & seruanda, nisi in casibus expresse prohibitis.*
2 *Pacta pœnalia sunt prohibita ex capitulo Regni, item ea quæ sunt contra leges, num. 3.*
4 *Emptor non potest vtire, & pretio, & pactum in contrarium est contra bonos mores, nu. 5.*
6 *Venditor qui promisit dare fideiussores pro euictione, aliàs non possit petere pretium, nec vsuras, si non implenit, etiam consequitur vsuras, quia pactum improbat lex.*
7 *Emphiteota pendente lite tenetur soluere censum, si fructus percipiat, & num. 9.*
8 *Solutio pensionis retardari non debet ob pendentiam litis, & num. 10. amplia, num. 11. affertur ratio num. 12.*

ARGVMENTVM.

Pactum, si successor in Baronia non ratificauerit venditionẽ, quod possit emptor se assentari facere in capitale redditus, & facere fructus suos, & sic gaudere re, & pretio an valeat.

CONSILIVM XXXI.

IESVS MARIA.

ANnis elapsis fuit vendita Baronia terræ Linguægrossæ per quondam Don Bartholomæum de Pactis iuniorem D. Horatio Bonanno, & pars pretij dictę Baronię fuit implicata in emptione redditus secundum formam Bullæ super Regia Curia, prædictus Don Horatius stante pacto apposito in contractu in quo disponitur, quod si successor in prædictis redditibus non ratificauerit venditionem, posit se assentari facere, tamquam Dominum dicti redditus, eiusque fructus sibi, & suis acquirere, misit cedulam Don Andreæ successori in dicto reddito, stante morte Don Bartholomæi prædicti fratris primogeniti, & morte Don Ioannis, & professione alterius fratris in Religione, quòd stante pacto vellet ratificare, aliàs in personam ipsius petet expeditionem assentus dicti redditus, quamobrem stante lapsu termini contenti in dicta cedula, præfatus Don Horatius misit ad effectum, quod exequatur pactum adiectum in contractu, & expediatur assentus in eius personam, & ex parte Clientis fuit etiam principaliter missum ad effectum, quod vtique in eius personam expediatur assentus, tamquam verus Dominus, non obstante asserto pacto, quod ipso iure nullum est, vt iniquissimum a iure improbatum. Videndum est ergo an dictum pactum sit nullum ipso iure, tamquam à lege improbatum: regulariter enim pactorum materia est permissiua, nisi in casibus 1 expresse prohibitis, *l. iuris gentium. §. Prætor ait. ff. de pact. Cephal. in cons. 332. num. 19. vol. 3.*

Hoc autem pactum est prohibitum, tam dispositione Regni, quàm iuris communis. Iure enim Regni pacta pœnalia 2 sunt prohibita, vt ex *cap. vitus. Reg. Alph. 154. refert Petr. de Gregor. de censib. quæst. 10. in princ. & post eum Anton. de Bal. in Pragmat. de censib. quæst. 17. num. 9.* Quod hoc sit pactum pœnale, non est difficultas, pœna est enim priuare successorem non ratificantem re, & pretio.

3 Iure etiam communi inspecto, pacta, quæ sunt aduersus leges, prohibita sunt, *d. §. Prætor ait. & melius in §. penult. Surd. in cons. 78. in princ. Bertacz. cons. 254. nu. 1. & cons. 330. vol. 2. Rimin. iun. in cons. 825. num. 19. vol. 7.* Iure autem est dispositum, 4 quod emptor rem, & pretium non potest habere, ita dixit *Iurisconsul. in l. curabit. C. de action. empt. & vendit. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod. & ibi glos. l. 2. C. de vsur. Bal. in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Bart. in l. de diuisione. vers. & primo oppono. ff. solut. matrim. alios refert Honded. in cons. 44. num. 7. vol. 1.* subdens *in num. 8.* quod omni iure Ciuili, & Pontificio cauetur, quod emptor qui habuit rem, non potest vtire, & pretio, allegat *DD. in cap. conquæstus de vsur. Corn.* qui dicit hoc dubitatione carere, *in cons. 113. num. 4. in fin. lib. 3. Bursat. in cons. 11. nu. 14. lib. 1. Cephal. cons. 609. num. 5. lib. 4.* & pactum istud esse contra 5 bonam fidem, & bonos mores, vt emptor fruatur re, & pretio, voluit *tex. in l. bonæ fides. ff. de action. empt. & vendit. Bal. in l. fin. in fin. ff. de iur. dot. Afflict. dec. 20. in fin. Honded. d. nu. 7.* Hinc est, quod quando venditor promisit dare fideiussores, vel alia adimplere, cum pacto, quod non adimplendo, non teneatur emptor soluere pre- 6 tium, nec vsuras pretij, tunc iura existimarunt tale pactum iniquissimum, ita meminit *Surd. in cons. 101. nu. 24. & 25. vers. responderi etiam potest ex auctoritate Bald. in l. 2. num. 4. & 7. C. de vsur. & ibi Castrens. Dec. in cons. 119. col. 2. Paris. cons. 60. nu. 26. lib. 1. Alex. cons. 147. num. 4. lib. 5. & cons. 31. nu. 18. lib. 6. Honded. d. cons. 44.*

num.

num. 28. *Lup. de vsur. §.* 7. *num.* 12. *Fachin. lib.* 2. *controuers. iur. cap.* 92. *in* 2. *quæst. Ceph. cons.* 48. *nu.* 41. *&* 51. loquitur de possessore bonorum emphiteoticorum, quod licet fuerit permissum terras liberare, & nō liberauerint, non tamen ista exceptio impedit vsum rei, ex qua percipit fructus, *Cauals. decis.* 4. *num.* 5. *part.* 1. *Iacob Michel. patroc.* 7. *num.* 18. *Pancirol. cons.* 40. *num.* 22. concludunt, quod pendente lite debet soluere affictum, cùm ex perceptione fructuum debetur, *Macerat. lib.* 1. *var. resol.* 61. *nu.* 4. *vers. quod verum est. Cagnol. in d. l. curabit. num.* 31. *cum sequ.* testatur communem, asserens, quod si est promissa possessio rei libera, & non est ita, non ex hoc potest emptor euitare, quin ratione fructuum non teneatur ad pensionem, quia dicitur recompensatiua, & in hoc reprehendit *Bald. & Afflict.* ex aduerso relatos optimè. *Vinc. de Franch. decis.* 373. *in fin. & post. alios. idem. Cauals. decis.* 25. *nu. num.* 17. *part.* 5. vbi voluit, quod solutio pensionis non potest retardari per pendentiam litis, *Carpan. super statut. Mediolan.* 444. *lib.* 1. *Carocc. decis.* 97. *nu.* 13. *in fin.* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

ideque ampliatur lata sententia, & pendente appellatione, *Mastrill.* qui alios refert, & alia adducit exempla *decis.* 160. *per totam.* disputans, an emptor possit sibi retinere pretium rei emptæ, si immineat euictio; quandoquidem examinauit etiam *Surd. decis.* 183. & ratio est, quia sufficit, quod venditor tradiderit rem, nam ob defectum implementi non minuitur emptori vsus rei, ergo eodem modo non debet minui venditori interusurium pretij ipsius rei, ita *Surd. in d. cons.* 101. *num.* 23. *Alex. in d. cons.* 31. *num.* 18. *Honded. d. cons.* 44. *num.* 30. *vol.* 1. *ex auctorit. Bald. & aliorum.* Vnde cùm D. Horatius Bonanno possideat Baroniam venditam, & ob prętensam ratificationem non desinat percipere fructus dictæ Baroniæ, ergo, & pariter non debent tolli interusuria pretij ipsius Baroniæ debita ipsi Don Andreæ Clienti. Erit igitur verum dicere assensum esse expediendum in personam Don Andreæ, non obstante asserto pacto, tamquam a iure improbato, & reputato iniquissimo.

Vanitas est tractare de legitimatione personæ Don Andreæ, etenim tam ex testibus receptis ad instantiam Don Horatij, quàm ex cedula ad eius instantiā transmissa Don Andreæ, clarissime constat, q Don Andreas est legitimus successor.

Nec pariformiter obstant, quæ ex aduerso dicebantur, quod Baro inquietatur à multis creditoribus super Baronia, quoniam responsio facilis est; nam pro vncijs 311. Don Horatius egit in Curia Straticotiali contra Clientem, & succubuit, pro alijs fecit nonnulla sequestra de mandato Magnæ, Curiæ, & Cliens sibi cepit quindenam, & si alia credita prætendit, iam est prouisum in contractu, quod potest agere contra Clientem pro satisfactione, & iam habet hypotecatum in specie capitale, de quo agitur, quod est pars pretij ipsius Baroniæ, & importat scut. 8000. Item & ipse Cliens hæreditario nomine matris possidet multa bona, quæ sunt obligata, & important vltra summam scut. 20000.

Præterea factum hoc est ridiculum, q proponitur in præsenti articulo, nam hic agitur de incorporatione pretij ipsius Baroniæ ob pænam ratificationis non factæ (qua incorporata) potest etiam & Don Horatius pro assertis prætensis creditis distrahere alia bona sibi obligata, vt in simili directus pro caducitate reuocat prædiū, & inde agit pro censibus decursis iuxta *tex. in auth. qui rem. C. de sacr. sanct. Eccles.* in tantū, quod vanissima est talis assertio.

Ex quibus intrepide concludo esse decidendum in fauorem Clientis.

De mense Augusti 1614. in M. R. C. Messanæ, die 20. Mensis Septembris 1614. Per Magnam Regiam Curiam fuit decisum in fauorem Clientis non obstante pacto.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè & à præcepto non est inchoandum, etiam si pars consentiat, num.* 2. *affertur ratio, num.* 3.

4 *Diuisio semel ac est facta, non tractatur amplius de diuidendo, sed agitur ordinariè ad rescissionem data læsione nu.* 5. *nec in totum, sed pro quanto læsio abstulit, num.* 6.

7 *Diuisiones vt fiant, agitur executiuè.*

8 *Iudicium communi diuidundo procedit inter compossessores, affertur ratio, nu.* 9. *&* 10.

11 *Possessio ex actu nullo quando acquiratur.*

12 *Actus factus à Minore sine Curatore, quando sit nullus, num.* 14. *& an sufficit replicare de nullitate, num.* 13.

15 *Capitulum Regni Caroli V. Imperatoris* 78. *declaratur, & num.* 40. *vbi refellitur Barbat. cons.* 70.

16 *Subscriptio operatur ac si tota esset manu subscribentis scripta.*

17 *Diuisiones maior frater facit, minor autem adoptat, referuntur obseruantia locorum, & dispositio iuris.*

19 *Diuidere non potest Minor sine decreto Iudicis, & Curatoris, intellige num. 20.*
21 *Actus subsequentes dicuntur in executionem præcedentis mandati.*
22 *Actus in dubio censetur factus ex causa necessaria, non autem voluntaria.*
23 *Actus vt valeat semper capitur interpretatio.*
24 *Consensus sufficit, quandocunque superueniat, vt conualidet actum nullum.*
25 *Ratificatio tribus modis fit, & qui sint, num. 26. 27. & 28. & ex quibus inducatur facto, nu. 32. 34. 35. 36. 37. 60. 61. 67. Et respondetur contrarijs, nu. 54. 55. 58. & 59.*
29 *Minor nullum actum potest factus Maior approbare.*
30 *Semel approbatum non potest amplius impugnare, & sufficit semel consensisse, vt repellatur à contradictione, num. 31.*
33 *In claris non est opus coniecturis, sed omnes cedunt veritati.*
38 *Geminatio magis operatur.*
39 *Doctor non habet restitutionem in integrum.*
41 *Rimin. iun. cons. 248. refellitur.*
42 *Dolus est in ijs occultatis citra actum, & sufficiunt coniecturæ ad illius exclusionem, num. 43. & qualibet causa excusat, etiam iniusta, num. 44.*
45 *Confessio Tutoris de recepto, si non est præsentialiter, non præiudicat Minori, idem & Procuratoris, & aliorum.*
46 *Scientia Curatoris nocet Minori.*
47 *Dolus de præterito potest remitti.*
48 *Læsio attenditur tempore contractus.*
49 *Testes deponentes de valore prædij nõ probãt, nisi perdiscursũ intellectus reddant rationẽ.*
50 *Fructus non dicuntur, nisi deductis expensis, oneribus, & alijs laboribus.*
51 *Fructuum perceptio varia solet esse.*
52 *Locus vicinus flumini minus æstimatur.*
53 *Molendina dicuntur redditus inutilis, quia stant in continuo periculo.*
56 *Actus vbi pendet à sola voluntate agentis, cui à lege permittitur fieri, tunc sufficit consensum superuenisse, vt conualidet actum nullum, imò ratificatio non sollemnis nocet, quando fit ab eo, qui sibi potest præiudicare, num. 57.*
62 *Gabriel cons. 36. vol. 1. nu. 59. declaratur.*
63 *Bald. cons. 45. & cons. 282. lib. 2. declaratur, num. 66.*
64 *Diuisim si possident fratres per decennium, præsumitur facta diuisio, & quid si inæqualiter. num. 65.*
68 *Tractatus non attenditur, sed finis, quia multa tractantur, quæ aliter perficiuntur, & multa dicuntur, quæ non fiunt, & multa fiunt, quæ non dicuntur.*
69 *Testis depositio de tractatu non probat contractum, qui consistit in facti contumatione.*
70 *Metus reuerentialis quando detur in fratre.*

ARGVMENTVM.

Executiuè agitur, vt fiant diuisiones, & quid quando sunt factæ, & prætenditur iterum fieri, & quando possint. Et an iudicium communi diuidundo procedat etiam inter non compossessores, & quomodo fiant diuisiones tam dispositione iuris Canonici, quâm Ciuilis, quã Statuti Messanæ, & quid quando sunt minores fratres, & quomodo inducatur ratificatio illarum.

CONSILIVM XXXII.

IESVS MARIA.

ANno 1601. D. Bartolus de Auerna maior natu nolens amplius possidere in communi cum D. Casparo, & Don Francisco eius fratribus, cedulam iniunctoriam transmisit de mandato Reg. Cur. Straticotialis D. Francisco minori decem & octo annis, maiori autem quatuordecim, quod velit sibi eligere Curatorem pro adoptando eius portionem, ex quo Don Bartholus vult diuidere, aduersus quam Don Franciscus se opposuit, quod Curatricem habet Matrem; vnde stantibus præmissis nolentes litigio partes ipsæ omnia adimplere, fecit Don Bartholus diuisiones per Albaranum subscriptum manu omnium, asserentes, quod non contrahebant per actum publicum stante minori ætate Don Franciscí promittentes omnes in maiori ætate facere actum publicum, quamobrem Don Franciscus tanquam minor primo loco adoptauit, exinde Don Gaspar secundo genitus aliam partem elegit, vltimam verò relictam ab ipsis, adoptauit Don Bartholus tamquam maior natus, se conformantes dispositioni statuti huius Vrbis Messanæ sub capite 24. disponentis, quod maior natu diuidat, & minor eligat. Inde verò vnusquisque iplorum suam possedit portionẽ pro diuiso: partem verò D. Franciscí possedit eius mater Curatrix, quæ filio facto maiori inde reddidit computum, postea verò possedit Don Franciscus existens in maiori ætate; fecit enim se assentare à Regia Curia pro redditu sibi in partem peruento vigore diuisionum, & exegit reddi-

tus,

tus per annos quatuor post maiorem ætatem. Modo verò mensibus elapsis fuit facta iniunctio præfato Don Bartholo ad instantiam ipsius Don Francisci, quod vti maior natus velit præsentare diuisiones ad effectum, quod ipse possit adoptare portionem suam, per quem fuit oppositum, non animo tamen consentiendi, quod iam fuerunt factæ diuisiones, & non possidet bona in communi, vnde ex infra allegandis defendimus dictam iniunctionem omninò fore retractandam, tum quia actor malè se direxit in modo procedendi, tum etiam quia esto si direxisset iudicio ordinario, nec minus posset obtinere, cum in meritis nullum fouet ius.

Male processum fuisse dicimus, ex quo
1 egit executiue, incipiendo à præcepto, à quo non est inchoandum, vbi nec ritus, nec lex disponit, *l. 1. C. de execut. rei iudicatæ. l. vnic. de prohib. sequestr. pecun. Paul. de Castr. cons. 3. num. 1. vol. 2.* & hoc adeo verum est de iure, vt si Dominus Cliens consentijsset in modo procedendi, prout ab initio, & semper dissentijt, adhuc tamẽ partem contrariam succumbere dicendũ
2 est, vbi executiuè non potest de iure procedi consensum partis nihil operari testatur *D. Octau. Corset. quæst. Forens. 1. lib. 2.* & ratio
3 est, quia partes causas ordinarias nõ possũt facere executiuas, cùm sit iuris publici, vt ordinariè procedatur, cui partes renuncia re non possunt, ex *Marant. disput. 4. in fin. quem sequitur Monter. decis. Arag. 23. nu. 16.* quod autem in casu quo versamur non poterat procedi per viam præcepti, sed ordinariè erat agendum, ex eo apparet, quia diuisiones inter fratres constat fuisse factas anno 1601. vt diximus, & latissime inferius eorum validitatem ostendemus,
4 & semel facta diuisione nõ potest amplius tractari de diuidendo, *l. si filia. §. fin. & l. fin. ff. famil. Erciſc. Grauet. cons. 318. num. 1. lib. 2. Decian. cons. 15. lib. 1.* vnde si prætendit fuisse læsum, dolo versatum, & alia
5 potest petere rescissionem diuisionum via ordinaria iudicio rescissorio in puncto loquuntur *Alb. cons. 214. num. 24. & num. 50.* allegans iura, & authoritates, & ibi *addit. in litt. I. refert multos idem Alb. cons. 420. num. 5. allegans Bart. in l. 2. col. 2. C. de rescind. vend. Decian. d. cons. 15. num. 50. & 51. vol. 1. allegans Castr. Bald. & alios,* data tamen læsione vltra dimidium in diuisione loquuntur infrascripti, *idem Alba. d. cons. 420. num. 5. Oddosf. de restitut. integr. quæst. 66. num. 27. Pancirol. cons. 191. num. 8. vol. 1. Pinell. l. 2. cap. 1. num. 1. part. 2. C. de rescind. vend.* vbi dicit communem, & receptissimam opinionem, refert *Bart. Bal. Alberic. Salic. & alios. Cagnol. num. 59. Corn. cons. 240. lib. 4. Gozad. cons. 44. num. 17.* Præterea neque in totũ
6 rescinduntur diuisiones nisi quatenus iesio abstulit, vt non recedatur à toto contractu diuisionis, *Gozadin. d. cons. 44. num. 6. vers. sed difficultas. quem sequitur Odosf. dict. quæst. 66. num. 27. vers. sed hoc restringunt.* Et licet hic replicabatur, quod de stylo semper fuit processum executiue, errat in hoc pars contraria, nam aut agitur, quod simul communiter fratres possideant, & tunc proceditur executiuè, & ita viuimus quia est de iure, nam quando simul com-
7 muniter possident, & volunt diuidere, est merum possessorium, vel de apendicijs, & incidentibus possessorij, in quibus executiue proceditur, *Paul. de Castr. d. cons. 3. vol. 2.* & hic non est casus noster, aut non simul communiter possident, sed diuisim prout hic, & tunc quia non sumus amplius in possessorio, nec in eius apendicijs, ordinarie est agendum, vt ex omnibus supra allegatis clarissime fuit comprobatum, & in hoc deberet pars contraria ostendere stilum quando communiter possident, ex quo fuerunt diuisiones, siue validæ, siue nullæ, & in qua causa fuit practicatum, quia quo ad me est vanitas.

Secundò male egisse dicimus, iudicium
8 cõmuni diuidendo datur cõpossessori, vnde si res non est cõmuniter possessa, non potest agi communi diuidundo, sic docuit *tex. in l. 1. in fin. ff. comm. diu.* cuius verba sunt hæc [denique cessat communi diuidũdo iudicium, si res communis non sit] & omnes leges, *Rubr. & Nigr. ff. comm. diuid. & ff. famil. Erciſc. C. comm. diuid. comm. vtriusque Iud. & famil. Erciſc. & in puncto etiam Caualc. decis. 18. part. 1. col. 1. & 2. vbi multos refert Angel. cons. 305.* nam di-
9 uisio fit, vt discordie, & scandala tollantur, quæ ex cõmunione sæpe oriri solent, *cap. ex tenore de sent. excommunicat. l. in re communi. ff. de seruitut. Vrbanorum prædior. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. l. si nõ sortem. §. si centum. ff. de condit. indebit.* &
10 vt quisque propria cognoscat, & diligentius custodiat, atq; vt libere de rebus suis disponat, *Salic. l. fin. C. comm. diuid. & l. 1. §. ad hæc. col. 1. C. de Annal. except. Soc. iun. in l. stipulationes non diuiduntur, nu. 279. ff. de verbor. obligat.* Verum ergo est dicere, quod cùm D. Franciscus non sit compossessor, & non possideat bona in communi, & ipsi non conueniant ea, quæ mi-

mitant in diuisionibus, quod vtique malè, & sine actione egit, nam constat bona fuisse diuisa, constat etiam à die diuisionum vsque ad præsens quemque ex ipsis suam portionem diuisim possedisse.

Non obstat, quod ex aduerso replicabatur ex diuisionibus, tanquam nullis non fuisse translatam possessionem; quoniam vltra, quod ostendetur validitas diuisionũ tamen dato, quod essent nullæ, possessio nihilominus fuit acquisita ipsi Don Bartolo, 11 cum ex actu nullo acquiritur possessio, quoties ille se inuestiuit, prout fecit Don Bartolus, qui appræhendit dictam possessionem bonorum in partem sibi peruentorum, vt per multos apparet testes in processu, *Doct. in l. 1. §. si vir. ff. de acquiren. possess. vbi Bart. & Alex. Ruin. cons. 137. col. fin. vol. 1. Gabr. cons. 36. nu. 22. vol. 1. Mastrill. post hæc impress. decis. 253. num. 13. lib. 3.*

Non obstat etiam dicere, quod rectè egit executiue, ex quo diuisiones sunt nul- 12 læ ipso iure tanquam factæ â Minore sine auctoritate Curatricis, *Doct. in l. pactum curatoris. C. de pact. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptor. Decian. d. cons. 15. lib. 1. nu. 44.* qui alios refert, vnde, quando lex annullat contractum, non est opus, quod petatur nullitas iuridice, sed sufficit in iudi- 13 cium deducere ius suum, & si opponitur de contractu, replicatur de nullitate, *Honded. qui alios refert cons. 23. num. 46. vol. 1.* consequenter sufficit replicando dicere diuisiones esse nullas, tanquam factas contra formam iuris communis, & Capituli Regni Regis Caroli 78. Quoniam respondetur, quod Doctrina *Honded.* est vera, & procedit in casu, quo quis se tuetur vigore illius actus nulli, at hic non se defendit Don Bartolus vigore actus diuisionum simpliciter, verum dicit, quod hoc iudiciũ communi diuidundo datur compossessori, & quia non sunt compossessores, sed separatim possident, ideo male egit, & dirigat se ordinariè, non esse autem compossessores non fundat in solo Albarano, sed in multis testibus, per quos probat à die Albarani vnumquemque diuisim possedisse, vnde militant supra allegata, cùm satis sit non esse compossessores, vt non possit agi communi diuidundo, *ex tex. in d. l. 1. ff. comm. diuid.* & alia etiam deficere dictum est. Respondetur secundò, quod iure communi inspecto, dictum Albaranum cum 14 Minore gestum subsistinetur eo volente, licet eo cõtradicente sit nullum, vnde non est omninò nullum à principio, sed ex parte pupillorum tantum, propter defectum sollemnitatum, quæ requiruntur fauore Minorum, sed valet ex parte Don Bartoli, *Gabr. cons. 146. vol. 1. ante num. 10. Surd. decis. 70. num. 22. cum multis*, vbi loquitur in statuto Mantuano, *§. l. Iulianus. si quis à pupillo. ff. de act. empt. & vend.* & ex forma 15 Cap. Regni, licet ipso iure dicatur nullũ, tamen non sortitur effectum nullitatis, nisi volente illo, in cuius gratia ordinata est, in tantum, quod tertius non potest dicere de nullitate istius Albarani, prout *Surd. latissime in cons. 9. num. 10. & sequ.* & in terminis statuti Mantuani loquitur *idē Surd. cons. 523. col. 1. & d. decis. 70.* & talis actus potuit per Minorem factum Maiorem ratificari, vt latissimè inferius ostendam, quod fuit ratificatus, item etiam, & quod initio validus, in tantum, quod comprobatis prædictis cessant omnia.

Quod verò in meritis nullum foueret ius, quando ordinariè se direxisset, ex eo apparet, quia constat, fuisse factas diuisiones per Albaranum perpetuo valituras, 16 subscriptum manu omnium, quę subscriptio obligat, & operatur, ac si totum manibus proprijs scripsissent ipsi diuidentes, *l. diuus. §. scribere. vers. videri. ff. de fals. l. fideiussor. §. 1. ff. de pignor. l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. auth. quod sine. C. de testam. Bart. Castr. Salic. & alij, in l. emptor. §. Lucius Titius. ff. de pact. Gram. cons. 34. num. 1. in ciuil. Boer. decis. 295. in fin. Muta. cap. vit. 114. num. 33. vol. 4. & Ego in cons. 19. nu. 50.* quod Albaranum optime probat, tum quia verum, non solum testibus probatum, verùm etiam in actis publicis expressatum, & à Don Francisco comprobatum, tum etiam, quia diuisio- 17 nes sufficit quomodolibet probari, cum non requirant instrumentũ, *l. 1. C. si maior fact. rat. hab. l. penult. C. com. diuid.* & fuerunt factæ iuxta formam statuti Messanæ, *sub cap. 24.* cum maior Don Bartolus diuisit, & Don Franciscus minor adoptauit *Roman. cons. 471. in fin.* dicit, quod in Florentia est simile statutum, *Gail. lib. 2. obseru. 116. num. 14.* inquit, quod ita seruatur in Germania, *quem refert. Fachin. lib. 6. controuers. iur. cap. 37. in lit. B.* qui in principio inquit, quod ita est dispositum de iure Canonico *per text. in cap. 1. de paroch. D. Augustin. de ciuitate Dei lib. 16. cap. 20.* vbi loquitur de diuisione Loth, & Abraham fratrum, *Felic de societ. cap. 39. num. 114. vbi alleg. Mozz. Afflict. & alios. Tusc. lit. D. conclus. 530. num. 2. dicit communem* qui in *num. 3.* dicit secus esse de iure Ciuili, se-

si, secundum quod adhibentur diuisores, *ita Facchin. Rom. Gail. Ias.* eo quod talis cõ suetudo sit obseruanda vbi viget, sequitur *Decian. cons.* 15. *num.* 53. *lib.* 1. & semel
18 facta diuisione non potest amplius diuidi, vt diximus.

Stat vis, & in hoc lætatur pars aduersa, quod Don Franciscus tempore diuisionum erat minor; sed in hoc dicimus diuisiones validas, tum factas in minori ætate ab initio, tum etiam, & ratificatas in maiori ætate, & quod potuerint ratificari, non obstante Capitulo Regni prædicto, est verissimum in iure, quod licet minor non pos-
19 sit diuidere sine decreto Iudicis, & Curatoris *Montan. de Tutor. & Curat. cap.* 33. *num.* 189. *Menoch. de arbitr. cas.* 171. *nu.* 34. tamen procedit, quoties minor vult
20 diuidere cum alijs minoribus, vel cum Maiore ab ipso Minore prouocato, quando verò Minor est prouocatus à Maiore ad diuidendum, vtique potest, & tunc non requiritur Iudicis decretum, quia dicitur necessaria, *l.* 1. *§. si communis res. ff. de reb. eor. l. penult. C. de præd. minor. & ibi glos. Socc. cons.* 67. *vol.* 1. *in fin. & tract. fallentiarum. in reg.* 329. *Montan. de iur. tutelar. d. cap.* 33. *num.* 211. Constat, quod fuit prouocatus, quia fuit ei facta iniunctio ad eligendum Curatorem pro diuidendo aduersus quam se opposuit; item fuerunt factæ multæ iniunctiones ad instantiam Don Bartoli quam plurimis, vt ipsi respõdeant pro sua portione, de quibus omni-
21 bus apparet in processu, vnde videntur omnia sequuta stante dicta iniunctione, *Surd. cons.* 19. *col.* 4. *vbi infert ad multos casus.* & in *num.* 27. inquit, quod in dubio
22 actus factus censetur ex causa necessaria, non autem voluntaria, *idem Surd. cons.* 164. *num.* 26. *allegat. tex. in l. fin. vbi Bart. C. de alimen. pupill. præstand. & multos Doct.* tanto magis dicitur fuisse factas diuisiones ob iniunctionem à Don Bartolo factam, quia
23 tunc dicuntur validè, & lex semper illam capit interpretationem, quæ facit actum valere, *l. quoties. la secunda. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verbor. obligat. l. quoties. ff. de legat.* 1. *Ludouic. decis. Perus.* 1. *num.* 9. *Thesaur. decis. Pedam.* 269. *num.* 10 quod fuit cum consensu Curatricis processum ad diuisiones, adest vnicus testis, Item ex pluribus instrumentis etiam præsentatis per Don Franciscum in processu clarè appareat Dominam Curatricem consentijsse dictis diuisionibus, illaque fuisse factas de eius consensu, cum ex illo actu publico inter dictam Dominam Curatricem, & Don Franciscum facto legitur, quod ipsa retinuit penes se partem peruentam ipsi Don Francisco vigore diuisionũ; retentio enim non datur, nisi de eo, quod est penes retinentem. Item exegit reddit⁹ diuisos. Itẽ etiã soluit Spect. V. I. D. Don Lucio Denti illas vnc. 80. quæ peruenerunt ad debitum diuisionis spectantis Don Francisco, item de ista solutione petiit quietationem à D. Francisco, prout in effectu eam habuit. Item dedit licentiam Don Francisco posse de redditibus diuisis sibi capere vnc. 50. annales, reliquas verò iussit non amoueri à Tabula, nisi pro emendis redditibus, qui
24 consensus quando non fuisset ab initio, sufficit eum quandocunque exinde superueniisse, vt conualidet actum abinitio nullũ; in patre loquitur *text. in l. fin. C. ad Macedon. Castr. cons.* 276. *vol.* 1. *Ancaran. cons.* 337. *num.* 5. vltra, quod consensus Dominæ Curatricis videtur abinitio interfuisse, cum ipsa sciuit totum, vt ipsa dicit, non contradixit, Imò annuit, possidendo portionem peruentam, in tantum, quod ex isto capite constat de validitate Albarani abinitio.

Quod autem Don Franciscus in maiori ætate ratificauit dictas diuisiones, est scien-
25 dum, quod tribus modis fit ratificatio, duobus ab homine, & tertio à lege. Ab homine fit verbis expressis post perfectã ætatem; secundo modo fit facto: à lege ve-
26 rò ob cursum temporis quinque annorum de vltima loquitur *glos. fin. in l.* 1. *C. si maior. fact. rat. habu.* in puncto diuisionum ob lapsum quinquennij, quod dicantur ratificate loquitur *Tusc. lit. M. conclus.* 254. *num.* 10. *& num.* 18. *& Menoch. cons.* 242. *num.* 32. *vol.* 3. qui loquitur in actu facto à Minore non seruatis sollemnitatibus statuti, *num.* 40. *Caualcan. de tutor. & curat. num.* 147. *alleg. Alex. cons.* 117. *nu.* 2. *lib.* 5. *Brun. cons.* 15. *nu.* 4. *Dec. cons.* 232. *nu.* 4. *Bero. quæst.* 43. *num.* 4. *Menoch. remed.* 15. *num.* 118. *de recuper. poss. Montan. de iur. tutelar. & curat. cap.* 33. *num.* 110. *Menoch. cons.* 561. *num.* 18. *&* 19. De prima,
27 quę verbis expressis fit, lecto toto tenore actus loquitur. *Becc. cons.* 109. *num.* 21. & *omnes alij relati à Menoch. d. cons.* 561. & vt etiam vult idem *Menoch. d. cons.* & hic non
28 est casus noster. De secunda, quæ facto fit, (in quo sumus) multis modis fit, vt inferius in casu ostendam, & in puncto in diuisionibus factis per Minorem, quod eo facto Maiore ratificentur, loquuntur vltra præallegata iura, & auctoritates *Odosf. de restitut. in integr. d. quæst.* 66. *num.* 27. *vers.*

limita-

limitatur. & contra Decian. conſ. 15. vol. 1.

29 nam Minor actum nullum per eum factũ in minori ætate factus Maior poteſt approbare, & conualidare, *l. 1. & 2. C. ſi maior fact. rat. habuer. Surd. d. conſ. 523. num. 4.* & tantum eſt verbis, quantum facto geſta rata habere, imò plus facto, quàm verbis, *l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. habere. cap. dilecti filij. de appellat. Gram. conſ. 13. nu. 3. in Ciuil. Menoch. d. remed. 15. nu. 124. Mongan. vbi ſupra. Decian. conſ. 37. nu. 22. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 478. num. 60. lib. 4. Torret. conſ. 10. num. 10. & ſequ. vol. 1.* & ſemel

30 quod approbauit non poteſt amplius impugnare, *l. ſi quis teſtibus C. de teſtib. l. Pomponius ſcribit. ff. de negoc. geſt. Becc. conſ. 3. num. 39. Surd. conſ. 576. num. 22. & 23.*

31 vbi etiam inquit, quod ſufficit ſemel conſentijſſe, vt repellatur à contradictione; *allegat. l. in diem. ff. de aqu. pluu. arcen. & idē Surd. conſ. 60. num. 14.* diximus in allegatione pro Senatu Meſſanenſi contra Don Fidericum.

Deducitur ratificatio per Don Franciſcum ipſo facto: primò, nam factus Maior

32 petijt ſe aſſentari vigore duorum actorum factorum per Don Bartolum Don Gaſparem, & Donnam Lucretiam fratres, & ſororem, in quibus apparebat redditus ad eum ſpectare ſtantibus diuiſionibus, & fuit aſſentatus, ſatis enim expreſſa dicitur ratificatio, quando talis ſit actus, qui ſi non ſubſiſtunt diuiſiones, corruit, vnde ex actu geſto de neceſſitate infertur ratificatio diuiſionum, illarumque validitas, cùm ſi diuiſiones non ſubſiſterent, & ratificatæ non dicerentur, vtique actus aſſentus corrueret, & hæc ratificatio dicitur expreſſa, cum in ea ſumus certi, quod voluit ratificare, ex quo actus aliter non ſuſtineretur, in

33 caſu autem certo non eſt opus coniecturis, ſed omnes coniecturæ, & præſumptiones cedunt veritati, *vt latiſſime poſt multos Surd. d. conſ. 523. nu. 17. cum ſequ.* Secundò exhibuit illos actus in iudicio illis vtendo,

34 per quam exhibitionem, & vſum dicitur approbaſſe illas diuiſiones, *Bald. conſ. 34. num. 1. vol. 2. conſ. 14. vol. 5. Bellon. conſ. 15. nu. 11. Grauet. conſ. 73. num. 14. Surd. d. conſ. 523. num. 5. Morot. conſ. 35. nu. 17. cum ſequ. idem Surd. deciſ. 229. nu. 4. & 5.* Tertiò exegit cenſus in parte ſibi vigore

35 diuiſionum peruentos, per quam exactionem dicitur illas approbare, & ratificare, *Bald. conſ. 184. num. 5. vol. 2. Nacc. conſ. 45. num. 10. Bellon. d. conſ. 15. nu. 11. Bero. conſ. 187. nu. 3. vol. 1. Surd. conſ. 576. nu. 25. & in d. deciſ. 229. Nacc. conſ. 341. nu. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 33. nu. 60. & conſ. 49. nu. 17. lib. 1. Ceph. conſ. 51. Menoch. vbi ſupra.* Item ſoluit illas vnc. 80. per eum accollatas in diuiſionibus. Quando enim

36 quis ſoluit vigore contractus dicitur illũ ratificare. *l. Iulia. & l. ſequ. ff. ad Macedon. l. cum fidem. C. de non numer. pec. Alex. Surd. Menoch. & alij ſupra allegati.* Item & vltimo

37 quia Mater Curatrix, quæ ſoluit rationes, reddidit, & ſibi fecit fieri quietationem vnciarum 80. & aſſignauit reliquum, vnde dicitur ratificaſſe, *Montan. d. dap. 33. num. 548.* Augentur prædicta duabus rationi-

38 bus, primò quia ſumus in ratificatione geminata; quæ magis operatur, & quanti effectus ſit docet, *tex. in l. Baliſta. ff. ad trebell. cum multis.* Secundò etiam, quia eſt ratificatio facta tempore, quo erat Doctor, vnde etiam ſi fuiſſet Minor tunc temporis, prout fuit Maior, tamē, quia Doctor erat

39 non habet reſtitutionem in integrum, nec nullitatem contractus, tanquam læſus, *multos refert Menoch. conſ. 242. num. 23. lib. 3.*

Non obſtant, quæ ex aduerſo aſſerebantur: primò, quod Albaranum eſt nullum, tam diſpoſitione iuris communis, quàm etiam Capituli Regni Imperatoris Caroli 78. & quod dicitur doloſum ex ipſo Capitulo, vnde nullo modo per Don Franciſcũ ipſo facto potuit ratificari: immò nec expreſſe, *ex Rim. iun. conſ. 248. num. 2. & 3.* Secundò, quod etiam eſt dolus verus, & læſio. Item etiam, quod ratificatio facto introducta, debet eſſe in actu facto præſente illa parte, cũ qua fuit factus primus actus qui eſt nullus, allegando *Aret. conſ. 128. Barbac. conſ. 70. vol. 3. Gabr. conſ. 36. vol. 1.*

40 Reſpondetur primò, quòd, vt diximus, actus cum Minore geſtus, ſubſtinetur eo volente iure cõmuni inſpecto, quibus addimus *Intrigl. ſingul. 1. lib. 2. num. 2.* Item procedit ſtante ſtatuto annullante ipſo iure, *ex Surd. d. conſ. 523. col. 1. & d. deciſ. 70.* quamuis enim Statutum præſumat dolum, tamen reuera hoc facit, vt tollat indirectè vires iuramenti, atque vt ſeruentur ſollemnitates ab eo inductæ. Ideoque non aliam ob cauſam inducta eſt præſumptio, neque ad alium finem, niſi vt ſollemnitates illæ obſeruentur, ergo re vera contractus eſt nullus, ſolum ſollemnitatis omiſſæ, & conſequenter Albaranum potuit legitime ratificari ipſo facto, & contrarium tenentes loquuntur in dolo vero, non autem in præſumpto, neque in eo à ſtatuto, prout referens magis communem, & multos Doctores, in puncto tenet *Gabr. conſ. 13. ante nu. 22.*

& per

& per totum. idem in conſ. 146. num. 9. reprobato Barbat. in conſ. 70. & alijs, ſequitur Surd. dicto conſ. 523. col. 1. Menoch. d. conſ. 242. num. 31. & ſequ. vbi dicit veriorem opinionem. num. 32. reprobato Curt. iun. Ruin. Pariſ. Burſat. & ſim. de Pret. cùm dolus debeat eſſe verus & certus, non autem præſumptus, *l. 3. §. 1. ff. de minor. Menoch. d. remed. 15. num. 132. Pariſ. d. conſ. 49. nu. 38. lib. 1. Montan. d. cap. 33. nu. 520. Gabr. d. conſ. 13. num. 22. lib. 1.*

41 Ad illud *Rimin. iun. conſ. 248.* quod nec expreſſe potuit ratificari, replicatur eſſe ſine aliquo fundamento, cum obſtent omnia iura mundi, *l. 1. & 2. C. ſi maior. fact. rat. habuer. Surd. latiſsimè d. deciſ. 70. & 159. in d. conſ. 523. & mille Doct.* Item etiam quia non eſſet verum, quod quilibet in re ſua eſſet moderator, & arbiter, *l. in re mandata. C. mandati, &* in ſumma non videtur dictum rationabile, & de eius dicto dubitat *Muta. conſuet. Panorm. cap. 31. num. 25. alleg. Surd. d. deciſ. 70.* licet ego non dubitem.

Quo ad ſecundum, fundant dolum in illa gemma vnc. 300. in hoc enim non eſt
42 dare dolum, cùm ſit res manifeſtata, & dolus non eſt, niſi in his, quæ ſunt citra actũ occultata, *Gabr. d. conſ. 146. nu. 12. lib. 1.* Item, quod D. Bartolus de illis vnc. 1200. ſibi cepit totas, cùm ante habuiſſet vnc. 300. ab eorum communi matre, conſequenter ſit in dolo. Reſpondetur ad exclu-
43 dendum dolum probationes coniecturales ſufficere, *l. dolum. C. de dol. Alb. conſ. 338.*
44 *num. 11.* & quilibet error, & quæcunque cauſa, etiam iniuſta excuſat a dolo, *l. igitur. §. 1. ff. de liberal. cauſ. l. ſi plagij la ſecunda. & ibi Ang. C. de adleg. fau. de plag. Doct. l. ſi id, quod. ff. de iuridict. omn. Iud. Alb. conſ. 778. num. 40. & 41.* apparet, quod Don Bartolus hic non appoſuit, primò, quia contractus; per quem apparet hæc confeſſio, fuit factus per ipſum tempore, quo erat Minor, vt per fidem baptiſmatis in proceſſu exhibitã oſtenditur, vnde ideo de eo nil egit tanquã de actu nullo. Secundò in illo actu nõ cõſtat de cõfeſsione p̃ſentialiter,
45 & manualiter: vnde ſi fuiſſet facta per Tutorem non præiudicaret ipſi Don Bartolo minori, vt poſt multos dicens magis communem, *Viu. opin. 145. Surd. deciſ. 229.* vbi idem diſcurrit in Procuratore, & alijs *Maſcard. concluſ. 369.* licet *Facchin. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 56.* teneat contrarium in Tutore. *& Carocc. deciſ. 20. num. 10.* dicat in prattica non ſeruari, tamen eorum opinio procedit in caſu limitationum poſitarum per *Maſcard. d. concluſ.* multo magis facta per ipſum Don Bartholum minorem. Præterea ſi cum effectu Don Bartolus habuiſſet dictas vnc. 300. Domina Mater, quæ totum ſciuit, & magis amat Don Franciſcum, vt ex diſpoſitione colligitur, vtiq; dixiſſet, & exclamaſſet. Tertiò pecuniæ prædictæ, quas ante partem habere debet Don Bartolus ad ſummam ſcutorum 3000. ſunt vinculatæ, & ideo non poterat eas ſimpliciter habere. Item nec poterant eſſe pecuniæ in hæreditate, quia Teſtator in pluribus locis ordinat de fructibus emendos redditus, quare, cum Don Bartolus vidiſſet ſe non habuiſſe dictas pecunias. Item non habere in ſtabilibus, nec redditibus, nec pars contraria oſtendit, eſt verum dicere, non ſolum fuiſſe motum in iuſta cauſa, & errore ad non ponendum, & conſequenter excuſatũ á dolo, verum etiã cauſis iuſtiſſimis, vt eſt dictum. Quartò D. Bartolũ apparet clariſsimè nunquã habuiſſe animum aliquid occultandi, & fraudandi, cùm extra diuiſiones remanſit locus, quem permiſit vſque adhuc poſsideri à Don Franciſco, vt per acta publica appa ret. Item etiã eſt Dominus domus magnæ, & nihilominus locat domum ad vnc. 40. & Don Franciſcus habitat in domo ipſius Don Bartoli cum eius domo, & familia. Vltimo, Don Franciſcus ſciuit hunc actũ,
46 quia ſcientia Curatoris eſt ſcientia Minoris *l. vltima. C. pro ſoc.* vnde dicitur remiſſiſſe dolum, nam dolus etiam verus, tamẽ, quia de præterito, & quia illum nouit dicitur illi dolo renunciaſſe, illumque remi-
47 ſiſſe, *gloſ. in d. l. 1. C. ſi maior fact. rat. hab. l. ſi quis rationis. vbi Iaſ. & Salic. ff. de liberat. legat. latè Pariſ. d. conſ. 49. num. 42. & 43. lib. 1. Afflict. d. deciſ. 220. num. 8. & Vrſil. ad eam. num. 7. Menoch. d. remed. 15. nu. 137. & 138. Montan. d. cap. 33. nu. 523.* Quod fuerit læſus, quia cepit illud capitale vnc. & nonnullos alios redditus, Don Bartolus verò cepit locos, & Molendinum ſatis minoris pretij, eo quod eſt eius portio. Reſpondetur, quod læſio, & pretia attenduntur de tempore diuiſionum, *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. Grauet. conſ. 188. num. 4. Burſat. conſ. 25. nu. 9. Pinell. part. 2. cap. 1. nu. 19. in d. l. 2. C. eod.* Item, vt quis agat, debet ſe læſum oſtendere vltra dimidiam, vt diximus. Item debet iudicio ordinario agere. De tempore diuiſionum, nulla conſtat læſio, cum teſtes, qui dicunt, quod erant redditus vnc. 175. nullam red-
49 dant rationem cauſæ ſcientiæ minutatim aſsignando requiſita, de quibus latiſsimè

poſt

post multos *Alb. consil. 266.* testes enim Don Bartoli minutatim deponunt, tanquã practici discutientes qualitatem bonorũ, ie concordantes cum actis publicis præsentatis ex aduerso. Item de multis expensis factis per Don Bartolum. Item de Ouile per multos annos apposito, & de aliis factis in dictis locis, & cum toto hoc, nec minus sunt redditus alicuius considerationis, cùm fructus non dicantur, nisi deductis expensis, oneribus, & alijs laboribus, vsque quo colliguntur, post multos *Ioann. Bapt. Costa. de portio. rat. quæst. 67. num. 10.* imò omni tempore semper erit securior, & melior, pars adoptata per D. Franciscũ, cu ipse inter alia adoptauit vnc. 93. tt. 24. soluendas quolibet anno super statu Illustrissmi, & Excellẽtissimi Marchionis Hieracis, qui redditus sunt certissimi, cum currant de nocte, & die: pars verò Don Bartoli consistit in locis, quorum fructus pendent à calore, hyeme, vento, grandine, puluere, & mille alijs, quę indies videmus, & numquam est dare certitudinem, cùm varia fructuum solet esse perceptio, *Iacob de Aren. Bald. & Salic. l. si fundum. C. de rei vendicat. l. 1. ad fin. C. de fruct. & lit. expens. Aret. l. continuus. §. cum ita ff. de verbor. obligat. num. 7. Nact. consil. 510. & consil. 536. alios refert Caualc. decis. 46. num. 188. vol. 1.* Item illi loci sunt vniti fluminis: quando enim locus est periculis subiectus, exemplificant Doctores, quando est prope flumẽ, tunc minus extimatur. *Alex. Raud. consil. 17. lib. 1. num. 36. & 37. allegat iura, & authoritates.*

Item accepit maragmata inutilia, & nullius redditus, item & Molendinum, quod est de rebus, quæ seruando seruari non possunt, cum sint in continuo periculo, *Ang. l. non solum. ff. de petit. hæredit. Rub. consil. 138. in fin. Montan. cap. 37. num. 176.*

Item pro illis vnc. 1200. ante partem, pro vnc. 200. sibi cepit vnicam gemmam, & pro vnc. 1000. sibi cepit tot census decursos, de quibus numquam habuit fructus, sed illos exegit anno præsenti in tantum, quod non solum non est dare læsionem parti aduersæ, imò beneficium, læsionem verò Don Bartolo, & quia hodie videt Don Franciscus locum beneficatum sumptibus, laboribus, & industria ipsius Don Bartoli, egit inquietando Don Bartolum.

Quoad vltimum, quod ratificatio facto introducta, debet esse in illo actu facto præsente illa parte, cum qua fuit factus primus actus, qui est nullus, quia ratificatio nihil aliud est, quam noui actus celebratio, & ideo omnis sollemnitas, quæ debuit interuenire in actu, dum celebratur interuenire pariter debet in eius ratificatione, secundùm *Rimin. consil. 247. Aret. consil. 128. Barbac. consil. 70. vol. 3.*

Respondetur, quod in diuisionibus non requiritur vtriusque præsentia, nam sufficit, quãdo apparent portioens, quod vnusquisque adoptet portionem suam, etiam parte absente, vnde non sumus in casu emptionis, & venditionis, in quo vtriusque requiritur præsentia, vel epistola, vel nuncius.

Secundò non est verum dicere, quod requiruntur eędem sollemnitates, quia tunc requirebatur consensus Curatoris, hodie cessat, quia Maior, & Capitulum Regni nõ fingit dolum, & simulationem, nisi quando fit in minori ætate secus in maiori, at hic cum facto effectus Maior, ratificet, cessant dispositа à statuto, & cõsequenter eius sollemnitas non requiritur in puncto *Gabr. consil. 13. in fin. vol. 1. Surd. d. decis. 70. & in dictis consil.* est tamen verum, quod ratificatio ad sui validitatem, requirit omnes sollemnitates necessarias ad confectionem actus, quando agens non aliter potest facere, nisi cum certa sollemnitate, tunc enim ex quo potestas est limitata, non aliter ei conceditur actum approbare, nisi sollemnitate, & forma seruata, ita procedunt Doctores in contrariũ, nam loquuntur in Prælato alienãte bona Ecclesię, verũ, vbi actus pẽdet â sola voluntate agẽtis, cui à lege permissa est faciendi potestas, tũc nulla sollẽnitas est necessaria, sed sufficit consensum superuenire, quia vbi causa cõfirmans superuenit, cõualidatur, quod initio nullũ erat, *Dinus in reg. non firmatur de reg. iur. in 6. Bart. in l. perfundum. ff. de seruitut. rusticor. prædior. Dec. in l. quod initio. ff. de reg. iur. quos refert, & sequitur Surd. decis. 159. nu. 21. cum sequ.* vbi etiam dicit, quod quando faciens actum, potest sibi præiudicare, tunc ratificatio, etiam non sollemnis nocet, *& idem Surd. d. decis. 69. nu. 27. vers. minus aduersatur. vbi inquit Bart. ab Aret. allegatum in d. consil. 128.* loqui, quando cõtractus erat omninò nullus, & ex eo neutra partium remanserat obligata, at contractus Minoris est nullus, respectu Minoris, sed respectu Maioris est validus, quia est obligatus, & potest astringi à Minore ad illius obseruantiã, legatur quæso *Surd. d. decis. 79.* vbi concludit, quod cum pendeat à sola Minoris voluntate nõ requiritur partis præsentia, & infert ad multa

exempla,

exempla, vt latissime videatur *Intrigl. singul. 1. lib. 2. qui alleg. multos*, & loquitur in terminis Cap. Regn. Regis Caroli 78.

Præterea opinio verissima est, quod act⁹
59 nullus potest approbari facto, etiam absente parte, tenet *Gabr. cons. 146. vol. 1. num. 9. vsque ad fin. vbi reprobat Aret. dict. cons. 128. Barbac. cons. 70. vol. 3. alleg. Bald. in l. Pomponius ff. de negot. gest. Alex. cons. 126. in fin. vol. 5. & multos alios alleg. idem Surd. d. decis. 70. improbato. Aret. in d. cons. 128. sequitur idem Surd. cons. 576. nu. 23.* vbi dicit, quod quia Minor post venditio-
60 nem deuenit cum fratribus ad pretij diuisionem, dicitur ratificasse contractum venditionis, *idem Surd. d. cons. 523.* cuius casus est, quod minor facta transactione cessit euidam extraneo ad consequenda promissa in transactione, consuluit, quod ex
61 illa sola cessione dicitur ratificasse transactionem, item plura, & multa allegat exẽpla, allegando *Dec. Grau. Iaf. Paris. Alciat. Menoch. & alios.* quæ cum videri possint in ipso omitto.

62 Non obstat *Gabr. cons. 36. vol. 1. nu. 59.* qui in diuisione loquendo tenet Minorem qui factus Maior exegit vigore diuisionum non dici ratificasse, quia alias esset in damno, & non posset exigere suam portionem, sed statim ac est Maior tenetur refutare, nam loquitur in actu exactionis, & vbi potest dari alia præsumptio, & coniectura, quam approbationis, pro ut clarè in *num.* 57. Item loquitur in infante, qui nullum habebat intellectum. Item etiam in eo, qui non habebat scientiam actus, vt *d. num. 59.* vbi allegat iura, & auctoritates, fundando oportere eum, qui dicit facto aliquo quẽquam ratũ habuisse actum eius scientiam probare, præterea quotiescunque ex actu gesto de necessitate, infertur approbatio, prout fecit hic Don Franciscus, qui se fecit assentare, nam assentus corrueret, si diuisiones non approbasset, tenet sine difficultate, *idem Gabr. ex aduerso allegatus d. cons. 36. num. 57.* qui legatur, nam dicit, quod ratihabitio, facto, inducitur, quando factum est huiusmodi, quod fieri non possit, nisi actus præcedens tãtum habeatur, & hæc opinio est verissima, & non habet contradictorem, prout *idem Surd. d. cons. 523. ante num. 8. & sequ. & nu. 17. & cons. 576. num. 26. in fin.* & tandem in facto apparet D. Franciscum voluisse verè, & realiter ratificare diuisiones, nam pater eius ordinauit se non posse administrare eius partem, nisi elapso 25. anno suę ætatis, potuerat igitur non exigere factus nunc annorum 18. cum ad Dominam Matrem spectabat, & tandem, quia vere voluit diuisiones approbare, cepit ipse administrare & sibi fieri facere actum a Matre, igitur sumus extra rationem Gabrielis.

63 Nec minus obstat *Bald. cons. 45. & cons. 282. vol. 2. & Grau. cons. 19. num. 4.* qui in diuisionibus factis per Minores tenent quod si per decennium exegerunt Minores, tunc dicuntur ratificasse, quoniã dicẽdum est, primò Baldum loqui, quando potest capi alia coniectura, quam ratificationis, prout *Gabr. d. cons. 36.* Item secundò respondetur, quod si fratres per decenniũ possident diuisim inter præsentes, iam
64 præsumitur facta diuisio, *ex glos. in l. si maior. C. comm. diuid. quam ibi sequuntur Bart. Bald. Paul. de Castr. Alber. Salic. & alij dicit magis communem Alex. cons. 92. nu. 1. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 60. num. 3. & per totum. Mascard. concluf. 527. num. 2.* imò multi tenent, etiam data inæqualitate, quos refert *Honded. cons. 59. nu. 51. vol. 1.* licet, quod ipse dissentiat data inæqualitate in eccessu, & bene in casu
65 suo; vnde si nullis factis diuisionibus lapsu decennij præsumantur, ad quid opinio Baldi, quod etiam factis requiritur decennium.

Tamen est potius dicendum Baldum,
66 licet aliter loquatur, esse intelligendum, prout simpliciter refert *Menoch. de recuper. d. remed. 15. num. 121.* non obstante, quod regula sit in contrarium, videlicet Menoch. tanquam allegantem Baldum esse intelligendum secundum Baldum: nã verè credo, quod Menoch. voluit intelligere per solam exactionem, cum ipse inferat ad ratificationem facto, & multa adducit, *item Odosf. de restit. in integr. d. quæst. 66. nu. 27. vers. limitatur.* è contra inquit diuisiones per Minorem factas esse nullas. intellige vt supra *num.* 20. limitat, si Maior factus appobasset, vel diu tacuisset, *alleg. Bald. d. cons. 282. vol. 2.* vnde est dicendum tacere per decennium, secundùm Baldum, & sic nihil fecit, sed solum tacuit, vel approbasset, quod est tam verbis, quã facto, & sic exactione. Præterea non potest subsistere, quod factis diuisionibus requiratur decennium, cum sufficit lapsus quinque annorum, vt tenet *glos. fin. in puncto videnda. in l. 1. C. si maior. fact. rat. habuer.* & omnes Doctores supra allegati in ratificatione inducta à lege, igitur Baldum aut dicendum est esse intelligendum, pro ut *Menoch. & Sforz. vbi supra*, aut malè loquutum fuisse.

Item

Itẽ hæc opinio est posita ab illis respectu exactionũ quid enim potest dici, ex quo vsus est præsentãdo in iudicio, cũ in hoc casu omnes Doctores cõcludunt, quod vtens
67 actu in iudicio dicitur illum approbare, & ratificare. Item etiam, & quando ex actu gesto de necessitate infertur approbatio primi actus, Item etiam, & stante solutione facta Spect. Don Lucio Denti de debito accollato in diuisionibus, cuius solutio fuit ex mera volũtate, prout etiã & quieta tio de omnibus per ipsum facta D. Matti, & in summa ex multis, vt latissime supra ex iuribus, & auctoritatibus comprobaui.

Non obstant illi quatuor testes, per quos pars cõtraria infert diuisiones posse retractari, quoniam factum est in contra-
68 rium, nam testes deponunt de tractatu, & finis non tractatus attenditur, nam multa tractantur, quæ aliter perficiuntur. *Alb. cons.* 11. *num.* 25. *cons.* 98. *num.* 5. *& cons.* 153. *num.* 16. & multa dicuntur, quæ non fiunt, & multa fiunt, quæ non dicuntur, *l. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edict.* & quod
69 testis deponens de tractatu, non probat contractum, qui cõsistit in facti consumatione, *Bald. cap. vltim. vers. testis tamen. de iuram. calũn. cap. tua de his qui fiunt à Prælat. Dec. cons.* 488. *nu.* 10. *Costa. de fact. scient. in spect.* 5. *num.* 7. *& sequ.* vbi infert non sufficere, quod testator ita voluerit, nisi vlterius disposuerit, quamuis iam accersitus sit Notarius, vt ibi latissimè, alios refert *Becc. cons.* 114. *num.* 53. *vol.* 2.

Item nec minus metus reuerentialis in fratre est considerabilis, nam multi tenent
70 in fratre non dari metum reuerentialem, quos refert *Capic. decis.* 159. *num.* 35. *Lanar. cons.* 44. *num.* 30. verum, qui tenent dari intelligunt procedere, quando frater minor habitat in eadem domo cum fratre maiore, & stat sub illius regimine, & cura, *Aret. cons.* 24. *num.* 6. *Capic. d. decis.* 159. *num.* 32. *Menoch. cons.* 1. *num.* 493. *Castill. controu. iur. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 172. & in multis *nu.* 15. loquitur in metu respectu fororis, soceri, patrui, & aliorũ; multos refert, & ita est intelligendus *Fab. de Ann. cons.* 73. *nu.* 15. nam allegat *Aret. & Menoch.* hic apparet Don Franciscum fuisse sub cura Matris, item & seorsum ab habitatione fratris. Præterea in facto constat nullum habuisse metum, quia fuit facta iniunctio ipsi Don Francisco per Don Bartolum, & Don Franciscus se opposuit, vnde si timuisset, non se opposuisset.

Cætera supplebit doctrina tantorum Virorum, cui omnia submitto.

Die 12. Decembris 1608. fuit decisum in fauorem Don Bartoli de Auerna Clientis per Regiam Curiam Straticotialem, quod retractetur iniunctio saluis iuribus veniendi via sua, & acquieuerunt partes.

SVMMARIVM.

1 *Libera præsumitur quælibet res ab omni seruitute, affertur ratio num.* 7. *amplia num.* 8.
2 *Sententia lata cum legitimo contradictore nocet omnibus successoribus, & etiã tertijs, quãdo agitur de iure afficiente ipsam rem. n.* 16.
3 *Executiuè agitur iniungendo ne quis transeat de loco Domini.*
4 *Seruitus transeundi per locum alterius an præscribatur, & quando num.* 5. *&* 6.
9 *Seruitus vt probetur requiruntur vrgentes probationes.*
10 *Testis inueri similè deponens non probat.*
11 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur quàm negantibus fallit, num.* 12.
13 *Testes etiã pauciores nu. magis probant, si pro facto, quod deponunt, est iuris præsumptio.*
14 *Vendere nemo potest cogi, & an quando non habet transitum possit cogi vendere viam, num.* 15. *intellige vt num.* 18.
17 *Sententia contra sententiam est nulla.*

ARGVMENTVM.

Dominus an possit à præcepto incipere, ne quis transeat de eius loco, & quid sit probandum vt possit dici præscriptam seruitutem esse, & an vicinus possit cogi vendere dictam seruitutem, & quando. Et an sententia lata cum legitimo contradictore noceat omnibus in causa seruitutis.

CONSILIVM XXXIII.

IESVS MARIA.



Ententia lata per Iudicẽ Curiæ primarum Appellationum in fauorem Clientis, per quam fuit dictum, quod iniunctio ad eius instantiam facta istis de Bosio de non transeundo per locum Clientis procedat. Venit omnino confirmanda per Magnam Regiam Curiam; Quandoquidẽ clarissimè constat de iustitia illius, ex quo intentio Actoris fundatissima est, cùm probetur per multos testes, locum ipsum esse Clientis, & per consequens

quens militat præsumptio legalis, quod
1 quælibet res præsumitur libera ab omni
seruitute. *l. libertas. ff. de Stat. hom. l. alicuius. C. de seruitut. & aqua. Roll. à Vall. cons. 32. num. 21. lib. 4. Dec. cons. 483. sub. nu. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 89. num. 1. & 2. Caualcan. Decis. 3. num. 2. & 3. lib. 5. Cephal. cons. 469. num. 93. lib. 3. Honded. cons. 79. num. 22. lib. 1. Mascard. conclus. 1306. lib. 3.*

Item constat per multos testes tum re-
receptos in anno 1560. cũ & in causa præ-
senti, quod conuenti nullam habent seruitutem, & si aliquãdo cupiebant per ipsum locum transire, cũ Domini licentia transibant. Corroboratur etiam ex sententia
2 prolata in anno 1561. ad instantiam illius Bernardi Stagno Rui Clientis, per quam fuit declaratus liber à seruitute locus ipse quæ sententia non solum fecit transitum in rem iudicatam in præiudicium eorum cum quibus fuit litigatum, eorumque hæredum, qui sunt isti, verum etiam, & cuiuslibet tertij, ex quo agitur de iure afficiente ipsam rem, *tex. est in l. si à te. §. final. ff. de exception. Capic. dec. 20. in fin. Pancirol. cons. 13. Caualcan. decis. 18. num. 9. lib. 1. Tusch. litt. S. conclus. 174. nu. 38. & 68. & Ego cons. 18. nu. 5. & 6.* Additur præterea quod prædictus Bernardus in dicto anno accusauit illos de Bosco antecessores istorum de introitu, eosque fecit cõdemnare, vnde altera etiam cõcurrit sententia ostẽdens dominium, & libertatem loci præcise ab istis.

Fundatur etiam, & in modo procedendi, nam clarum est de iure, quod Dominus
3 potest prohibere, ne quis ingrediatur fundum suum, *l. diuus. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. Ripa. in cap. cum Ecclesia Sutrina. nu. 56. de caus. possess. & proprie. Honded. d. cons. 79. num. 20.* & potest incipi à præcepto. *Paul. de Castr. in cons. 3. vol. 2. Canalc. decis. 5. num. 1. & 2. part. 5.*

Pars contraria volens ostendere se
4 habere seruitutem in loco non habens titulum, recurrit ad præscriptionem probans se multos annos transiuisse per dictũ locum, ex quo hodie præscriptam esse dictam seruitutem, dicit iuxta doctrinam *Canalc. in d. decis. 3. num. 4.* Probauit insuper, quod incedebat vidente, sciente, & patiente Bernardo Stagno, alijsque eius descendentibus: verum hæc probatio nullius est considerationis, nam necesse erat, quod
5 probasset vsum fuisse tali seruitute iure suo proprio, quo non probato præsumitur iure amicitiæ, vel familiaritatis vium fuisse, & per consequens nunquam cadit præscriptio, ita dixerunt *glos. & Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. act. priu. Idem Bart. & Doct. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. possess. Alex. in cons. 5. num. 8. vol. 3. multos refert Caualcan. d. decis. 3. num. 6. & 7. part. 5.* Item nec sufficeret, quod vsus fue-
6 rit suo proprio iure, sed & bona fides probari necesse erat, quia in seruitutibus præ-
7 sumitur mala fides, *Io. de Amic. cons. 50. & 57. Mascard. concl. 1214. nu. 15. & sequ. vol. 3. Caualcan. num. 23. d. decis. 3. part. 5.* ex quo, vt diximus, quælibet res præsumitur
8 libera. Et hæc præsumptio operatur, esto, quod quis esset in quasi possessione seruitutis, *glos. & Bart. in l. prius. num. 17. ff. de nou. oper. nunciat. Menoch. cons. 75. num. 4. lib. 1. Honded. d. cons. 79. nu. 23. Mascard. d. concl. 1306. nu. 3.* Et adeo fortis est, quod
9 requiruntur vrgentes probationes ad probandum contrarium, post *Cephal. & alios Rolan. à Vall. in d. cons. 32. num. 22. lib. 4. Honded. d. num. 23.* vnde cùm nihil ex istis probasset, nihil operatur eius probatio.

Non obstant duæ fœminæ ex aduerso productæ, de quibus pars aduersa lætatur, dicentes, Bernardum aliquando dixisse, quod permitterent eos transire, ex quo eis competit via, quoniam vltra, quod sunt singulares, & fœminæ, hæc probatio nullo pacto releuat partem contrariam; nam aut dicimus, quod Bernardus hæc asserebat ante litem, & prolationem sententiæ. quæ fuit in anno 1561. & tunc, nihil operatur, nam exinde fuit prolata sententia in fauorẽ Bernardi. Si verò dicimus, quod Bernardus hęc verba protulit post sententiam, & non solum est inuerisimile, quod hæc dixisset verba Bernardus, immò im-
10 posisibile, ex quo pro eo iam lata fuerat sententia; vnde sequitur, testem inuerisimilia deponentem nullam facere fidem ex *Alb. in cons. 224. num. 10. vbi alios refert.* Additur, quod per multos testes constat, illos de Bosso post sententiam, & tempore vitæ dicti Bernardi numquam transijsse per dictum locum, timentes pœnam contentam, in dicta sententia, & hi testes sunt illi, qui vt vindemiatores tunc temporis habitabant in dicto loco, & multi alij. Præterea probatum est pro parte Clientis magno numero testium, illos de Bosso tãtummodo transijsse per dictum locum, cum licentia Petri Stagno, & inde Don Ioseph eius filij, & denique cum licentia Tu-

coris istius Clientis, vnde nostri testes cõcordant cum testibus partis aduersæ; nam dum illi dicunt, quod illi de Bosco transibant patientibus, & nihil dicentibus dictis de St. gno, nostri testes dicunt, quod erat cum licentia ipsorum, vnde tantummodo duo sufficetent pro ista delaratoria, cum ostendatur non transiuisse tanquam vsos iure proprio dicta seruitute, sed cum licentia Dominorũ dicti loci, & per consequẽs nullum ius seruitutis acquisiuerunt. Præterea testes Clientis vltra, quod sunt plures numero, tamen deponunt negatiuè, & affirmatiuè, videlicet negant transitum, sed affirmant aliquando transiisse cum licentia Dominorum, item negant in isto loco absque licentia, & affirmant, quod transibant de alijs locis, vnde regula, quod
11 magis credatur duobus affirmantibus, quã mille negantibus limitatur non procede-
12 re, quando testes deponunt, & super negatiua, & affirmatiua, pro ut hic, *Alex. in l. prima. num. 4. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Bal. in cap. si quis per triginta. col. 2. si de feud. fuer. controuers. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina. col. 6. de caus. possess. & propriet.*

Item & magis probant nostri testes, quia vltra, quod sunt illi, qui morabantur in loco, & quibus verisimiliter magis veritas innotescit, tamen si essent numero pauciores, quia pro eis iuris præsumptio cõcurrit, nam deponunt, quod nõ est serui-
13 tus magis eis creditur tamquam secundum ius commune, *Gabr. de testib. conclus. 4. num. 23. Honded. num. 62.*

Vnde videns pars contraria in his nullum habere ius recurrit ad refugium dicens se non habere aliam viam, & per consequens Clientem esse cogendum ad ven-
14 dendum, cum licet regulariter, quis non possit cogi vendere, *l. dudum, & l. nec emere. C. de contrahen. empt. & vendit.* & ex pluribus posthæc congestis à *Giurba decis. 86. num. 1.* tamen quando quis non habet transitum pro eundo ad eius locum potest
15 cogere vicinum ad vendendam itineris seruitutem, & permittendum transitum soluto pretio, ex auctoritate *Boer. decis. 322. num. 11. Caualcan. d. decis. num. 41. part. 5. Ioseph. Ludouic. conclus. 76. col. fin. D. Cardin. Tusc. in litt. V. conclus. 180. nu. 7.* cui obiectioni respondetur primò, quod hodie non agitur de hoc, cum fuit processum per viam præcepti, ne ingrediatur in locum, vnde si prætendit competere viam per venditionem, dirigat se, nam Cliens vult probare se aliunde habere dictam viam: secundo respondetur, obstare sententiam alias prolatam in dicto An-
16 no 1561. quæ fecit transitum in rem iudicatam, & fecit de albo nigrum, & de indebito debitum, & habetur pro veritate. *l. ingenuum. ff. de stat. homin. l. res iudicata. vbi Dec. Cagnol. & alij. ff. de reg. iur. Ioan. Petr. Surd. cons. 360. num. 4.* & nocet istis, cum simus in iure reali, vt supra fuit comprobatum. Item si cõtrarium de-
17 cideretur, esset sententia contra sententiam, *l. 1. C. quando prouocar. non est necess. Vin. decis. 52. lib. 1.*

Tertiò respondetur tunc posse cogi ad vendendum, quando aliunde non potest
18 habere viam, sed si potest habere, etto per longissimum iter, & difficile tunc non tenetur vendere, ita dixerunt *Boer. d. decis. 322. num. 81. in fin. Caualcan. d. decis. 3. num. 41. vbi Afflict. & Vrsil. & alios refert, & Ioseph Ludouic. d. conclus. 76. col. final. Tusc. lit. V. d. conclus. 180. num. 8. & ego in cons. 28. num. 12.*

At hic est probatum, quod per alios plures locos potest transire. Item constat, quod transibant tempore vendemiarum, & nutricatus tantum, cum licentia Domini, & alijs temporibus transibant per alios locos. Vnde ex hoc colligitur veritas facti, quod aliunde possunt transire, licet parum distantior, & illis temporibus tantum dabatur illa commoditas. Item veritas comprobatur, quod alias fuit facta iniunctio, & nihil dixerunt, nec se opposuerunt, & per alios locos transeunt, Item parti aduersæ, iam sunt duo anni, quod obstat sententia & aliunde transit. Quomodo igitur potest affirmare non posse aliunde habere transitum cùm Magna Curia videat per actum facti, quod per biennium numquam transijt, prout non transit per locum Clientis, obstante sententia, & tamen frondes collegit, & vuas vindemiauit: igitur est verum dicere, cum constet locum esse Clientis, & liberum, & nullam partem aduersam habere seruitutem, & quod viam aliunde potest habere, vt ad præsens habet, obstante re decisa quod vtique decidatur, quod procedat iniunctio. Cætera suppleb it Religio, & Doctrina Dominationum Vestrarum Multum Spect. quibus omnia submitto.

In Magna Regia Curia anno 1614.

Anno 1615. fuit confirmata per Magnam Regiam Curiam.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Cessio nominis debitoris requirit notificationẽ vt sit ius acquisitum, vel alia duo contenta in l. 3. C. de nouat.*

2 *Socius quando possit obligare socium, num. 27. 28 & an sufficit, quod appareat per æquipollens, quod contraxit nomine societatis, num. 34.*

3 *Contractus simulatus non est contractus, affertur ratio, num. 4.*

5 *Simulatio probatur præsumptionibus, & coniecturis, & duæ sufficiunt, nu. 6. & quando non, num. 13. & 14.*

7 *Confessio de recepto inducit fraudis suspicionem & quando plene probat, num. 8. & quid in præiudicium tertij num. 9. Et quid non opposita exceptione, non numeratæ pecuniæ, vel lapso tempore opponendi, num. 10. affertur ratio num. 11.*

12 *Assertio debitoris nunquam præiudicat Creditori anteriori.*

15 *Confessio de recepto, quando pro parte est vera, præsumitur in reliquo vera, limita. nu. 16.*

17 *Contractus societatis debet esse vltra citroque obligatorius, & quid obseruatur, num. 18.*

19 *Actus factus contra solitum præsumitur simulatus, idem si fiat inter personas coniunctas num. 20. affertur ratio, num. 21.*

22 *Confessio dicitur simulata, quando est de summa, quæ verisimiliter non habetur.*

23 *Simulatio præsumitur ex multitudine actorum.*

24 *Prior in tempore, potior in iure, secus si de credito posteriori constat per confessionẽ veram, & realem, de anteriori verò per confessionem de recepto.*

25 *Pacta sunt seruanda, & contractus ex conuentione contrahentium legem accipiunt nu. 26.*

29 *Correctio incontinenti non præsumitur.*

30 *Posteriora derogant prioribus, fallit, num. 31. affertur ratio, num. 32. & 33.*

35 *Socius in dubio præsumitur contraxisse nomine proprio, affertur ratio, num. 36. fallit si sint coniecturę, & præsumptiones in contrarium num. 37. & recenſetur, si in libro sit scriptum emisse nomine societatis, num. 38. & si recusat edere libros præsumitur contra recusantem, num 39. & quando ad solum contrahentem pertinere non posset num. 47. & quando oritur delictum nu. 48. & quãdo valet actus, num. 49.*

40 *Emptio præsumitur facta nomine, quo habebat in mandatis, affertur ratio, num. 41.*

42 *Contrahere præsumitur nomine societatis, quando ita solitum est facere.*

43 *Socius emens nomine proprio, & soluens de pecunia societatis committit furtum.*

44 *Delicti exclusiua interpretatio capienda est.*

45 *Socius quando soluit de pecunia societatis præsumitur communi nomine emisse, affertur ratio, num 46.*

50 *Interpretatio illa est capienda, quæ facit actũ valere, num. 54. 55. 56. & 57.*

51 *Vsufructuarius si cedat vsumfructum, intelligitur cessisse commoditatem, vt cessio valeat, & ne cadat à iure suo.*

52 *Donatio, si dubitatur, an sit inter viuos, vel causa mortis, præsumitur prout potest valere, idem si fit absenti, valebit vt fideicommissum, modo sit legitimus numerus testium, num. 53.*

ARGVMENTVM.

An socius in dubio præsumatur emisse nomine proprio, & quando nomine societatis, & quando possit obligare socium. Creditor anterior, de cuius credito cõstat per confessionem de recepto, an præferatur creditori posteriori de vera, & reali solutione.

CONSILIVM XXXIV.

IESVS MARIA.

IN anno 1611. sub die 3. Decembris A.B. emit à M.C. lib. 821. ferici cru di pro prætio vnc. 944. tarẽn. 4. gran. 10. cuius quidem prætij medietatem soluit de contanti, aliam verò medietatem promisit se soluturum in 15. Iunij tunc primo veniente, & ad cautelam cessit venditori bina nomina debitorum; alterum F. B. in summa vnc. 195. alterum verò S. M. in summam vnc. 115. quibus debitoribus cessis ad instantiam dicti M.C. cessionarij, tunc inde ad quatuor dies fuit notificata supradicta cessio, & hoc, vt dicto M. C. sint iura acquisita, iuxta *tex. in l. 3. C. de nouat.* Posthæc autem ante maturationem debiti, præfatus A. B. mutauit conditionem, ac foro cessit, quapropter ad instantiam I. B. E. fuerunt sequestrata dicta nomina debitorum, quo stante se direxerunt, principaliter prædicti B. E. in Tribunali Sancti officij, petentes contra M. C. quod dicta duo nomina debitorum declarentur spectare, & pertinere ipsis B. E. Fundatur eorum intẽtio in actu cuiusdã procuratorij facto per ipsum B. E. sub die 20. Decemb. 1610. in quo præfatus A. B. fatetur habuisse in diuersis vicibus vnc. 3000. à dicto B. E. & in

& in alio actu facto sub die 27. Aprilis, 1611. in quo præfatus A. B. reddit computum & declarat dicta duo nomina debitorum fuisse facta cum dictis vnc. 300. Fundatur etiam intentio partis aduersæ, quod procuratorium prædictum non cõprehendat obligationem sub nomine tantum A.B. sed quod requiratur etiam, quod cõtraxisset, vt socius, & nomine societatis. Augetur etiam & difficultas, nam de iure
2 quando quis est socius duo requiruntur, vt obliget sociũ & bona societatis. Primum, quod sit præpositus negociationi; alterum, quod in causam socialem contraxerit, ex *Alex. in cons. 139. in princ. lib. 5 & in cons. 147. lib. 2. in addit. lit. A. Tusc. lit. S. concl. 292. num. 3. vbi alios refert.* vnde esto in mandatis haberet non contraxit nomine societatis. Quibus tamen in nihilo obstantibus dicimus intrepide fore decidendum, Clientes esse absoluendos, & liberandos.

Si enim assertum creditum, & declarationem prædictam consideremus, vndique concludendum erit ipsos actus fictitios, & simulatos esse, & factos ad damnum futu-
3 rorum creditorum, contractus enim simulatus caret consensu, substantia, & effectu, igitur & nomine carere debet, *l. a nullo. C. de fer. Socc. cons. 264. num. 4. lib. 2. & in cons. 66. num. 14. lib. 1. Dec. cons. 587. nu. 2. cum alijs allegatis à Becc. in cons. 52. nu. 38. vol. 1.* & nihil valet, & nihil operatur, *Bal. cons. 65 lib. 1. Tusc. lit. S. concluſ. 265. num. 1. & 2.* inquiens, quod ex eo nullum
4 ius transfertur, & ratio est, quia contractus simulatus dicitur pictus, & figuratus *l. ab Anastasio. C. mand.* & caret substantia, & spiritu, & dicitur corpus sine spiritu, *Paris. cons. 54. num. 26. & 27. lib. 1. & Tusc. d. concluſ. num. 3. alios refert.* simula-
5 tio enim probatur præsumptionibus, & coniecturis, ex quo difficilis est probationis, *l. consensu. §. si super plagis. C. de repud. l. filium dissimus. ff. de his qui sunt vel alien. Iur. cap. illo vos. de pignor. DD. l. post contractum. ff. de donat. post. Bart. Dec. Socc. Bologn. Paris. Cephal. Afflict. Port. Imol. Grauet. & alios tradit Rolan. à Vall. in cons. 47. nu. 6. lib. 4. Bertacz. cons. 230. nu. 6. lib. 1. Crim. & cons. 487. nu. 4. lib. 2. Grat. cons. 11. num. 14. lib. 2. Menoch. cons 226. num. 66. & seq. lib. 3. Honded. in cons. 32. num. 20. vol. 1. & cons. 46. num. 11. & sequ. cod. vol. Decian. cons. 32. num. 4. lib. 3. d. Cardin. Tusc. lit. S. concluſ. 260. nu. 1. dicit communem Becc. d. cons. 52. num. 41.* & duæ
6 præsumptiones, etiam leues sufficiunt, *cap. cum dilectus. de succeſſ. ab inteſt. gloſ. in l. instrumenta. C. de probat. Grauet. cons. 156. nu. 7. & sequ. Nacta. cons. 198. num. 16. Becc. num. 47. & sequ. Honded. d. cons. 32. num. 4. lib. 3. idem Tusc. vbi supra, & in concluſ. 263. litt. S. num. 28. Mascard. concluſ 447. la prima. nu. 3. & 4. allegat multos Doctores.* Hic enim non solum sunt duæ, & leues, sed plures, & vrgentes.

Prima enim est, quod hoc debitum non verificatur, nisi in confessione de recepto,
7 per quam inducitur fraudis suspicio, & lex præsumit fuisse factam ad fraudandum futuros veros creditores, ita dixit *Iurisconſ. in l. Titius. ff. quæ res pignor. obligar. poſſ. & post multos dixit Cotta. in verb. creditor prior. Menoch. in cons. 720. num. 2. & 3. vbi alios refert num. 8. Cuman. cons. 155. in princ. Bal. cons. 149. in princ. lib. 1. Ioan. de Imol. cons. 55. nu. 3. Castr. cons. 58 num. 4. verſ. suadet etiam. lib. 2. Tusc. lit. S. concluſ. 264. num. 13. Mascard. concl. 372. per totam. refert Socc. Bart. & Tiraqu.*

Nec obstat *Mascard.* quẽ D. Aduocatus ex aduerso allegabat *in concluſ. 361.* tenentem contrarium, videlicet, confessionem
8 de recepto plene probare, qui refert multos Doctores in *num. 1.* Quon ã idem *Mascard. in num. 5.* conciliat opiniones, & fatetur huiusmodi confessionem probare
9 contra confitentem, & eius hæredes, secus contra tertium, & clare repetit in *nu. 36. & idem Mascard. in d. concluſ. 372.* disputat præsentem punctum, & dicit confessionem de recepto non præiudicare futuris Creditoribus, & quod creditor posterior, de cuius vera numeratione constat, præfertur priori creditori, qui tantum habet confessionem de recepto à debitore, allegat *d. l. Titius, Bal. & Angel.*

Non obstat limitatio adducta per Domi num Aduocatum ex aduerso, creditum
10 confessatum præiudicare futuris creditoribus saltim, non opposita ab eis exceptione, non numeratæ pecuniæ, aut lapso tempore opponendi eam, sicuti tradunt *Bart. in l. assiduis. nu. 11. C. qui potior. in pignor. habean. & ibi Angel. & Salic. nu. 8. Rimin. iun. in cons. 180. num. 4. & 7. lib. 2. & alij relati à Menoch. in d. cons. 720. num. 7.* Quoniam respondetur primò, quod quando præcesserit confessio debiti, & nulla fuit infra debitum tempus opposita exceptio numerationis ab ipsis posterioribus creditoribus scientibus confessionem illam fuisse à suo debitore iam factam, lex præsumit numerationem verè, & realiter factam, quo casu mirum non est, si præiudi-

cium

cium afferatur futuris creditoribus, nam
11 scienti, & volenti non fit fraus, *cap. scienti. de reg. iur. in 6.* At in casu nostro est contentio solum inter creditores reales, & creditores per solam confessionem, & tẽpore realis numerationis factæ à secundis creditoribus, non erat adhuc eis scientibus elapsum prædictum tempus, & ita respondet *Menoch. in num.* 8. respondet & in *num.* 2. *idem Menoch.* quod, ex quo ignari erant facti alieni, cum iam præsumatur ignorantia, *l. vltima. ff. pro suo.* ideo pro via restitutionis in integrum consultum est eis, quod possint opponere, prout nunc opponunt exceptionem non factæ numerationis, vbi in specie allegat *Alex in l.* 1. *nu.* 35. *prope med. ff. solut. matrim.*

Similiter nullius est considerationis altera limitatio, quæ adducebatur, quod procedit in assertione facta per debitorem in fauorem creditoris, dum asserit debitũ pendere de antiquo, quoniam illa est altera
12 quæstio, nam assertio debitoris nunquã præiudicat creditori anteriori, *Castr. l. Seija municipij. ff. ad vell. Rolan. cons.* 85. *nu.* 6. *& sequ. vol.* 2. *Surd. decis.* 218. *num.* 6. hic enim disputatur si cõfessio de recepto facta per debitorem noceat futuris creditoribus, & de hoc loquutus fuit *Iurisconsul. in d. l. Titius. Menoch. & alij supra allegati.*

Pariter & parui facienda est illa limitatio, quæ ex aduerso adducebatur, quod
13 quoties agitur contra instrumentũ publicum, vt hic, debet simulatio probari per aliud instrumentum, ex auctoritate *Rimin. iun. in cons.* 83. *num.* 21. *lib.* 1. *ex l. antiqua C. ad Vell. cum alijs.* quoniam respondetur
14 hoc procedere, quando probatio est directa contra instrumentum, vt in casu *Rimin.* nam constabat ibi in casu suo per instrumentum, quod pecunia fuit actualiter numerata; at vbi confessio est de recepto, & non constat de actuali numeratione in dicto instrumento, tunc talis confessio suspecta est, & simulata, vt idem, *Rimin. in num.* 20. vnde quia in casu *Rimin.* probatio erat directa contra instrumentum, quia ex instrumento constabat de actuali numeratione pecuniæ; haud mirum sufficiebant præsumptiones, & idem est, quando agitur ad probandum, quod instrumentum non fuit ita factum, vel non fuit factum, vt dixit *Mascar. conclus.* 447. *la seconda. num.* 1. *quem refert Tusc. d. conclus.* 263. *nu.* 10. & quando non constat de actuali solutione per instrumentum, vel agitur de probando aliud fuisse verè factum à contrahentibus, aliud simulatè scriptum, tunc sufficiunt præsumptiones, quia probatio non est directa contra instrumentum, ita dixit *Anchar. in cons.* 227. *num.* 3. *& sequ. Mascard. d. conclus.* 447. *la seconda. nu.* 2. *Tusc. d. conclus.* 263. *num.* 10. *& in num.* 7. *vbi alleg. Decian. in cons.* 62. *num.* 13. *lib.* 3. *& Dec. in cons* 463. *num.* 9.

Nec obstat vltima limitatio ex aduerso adducta, quod quando confessio de rece-
15 pto pro parte est vera, præsumitur in reliquo etiam vera: nam procedit, quando concurrit habilitas creditoris, qui potuit
16 habere tantam pecuniarum summam quã do verò creditor inhabilis est, tunc cessat talis præsumptio, quia tunc ex tali confessione de recepto oritur præsumptio fisimulationis, ita dixerunt *Cuman. in cons.* 155. *& Tusc. inferius allegandus.*

Secunda præsumptio est, quod contractus asserti crediti ipsius B.E. simulatus sit quia sumus in quodam actu, in quo B.E. ponit assertas vnc. 3000. & ille A.B. eius industriam, & laborem, & nihil ominus nil consequitur pro eius labore, imò omnia pacta sunt in fauorem ipsius B.E. Item etiam est actus contra solitum stilum tum dispositione iuris communis, tum etiam, & obseruantiæ. Etenim de iure societatis
17 natura est, quod sit contractus vltro, citroque obligatorius, lucrorum & damnorum communicatiuus atque diuisiuus eorum, sicut æquitas dictat *Bal. cons.* 220. *lib.* 1. *num.* 1. *Tusc. litt. S. conclus.* 279. *num.* 9. *& num.* 22. *ex auctoritate Alex. in cons.* 210. *lib.* 7. *in princ.* qui inquit, quod natura societatis est, quod vnusquisque habeat ratam suam, & similiter ex obseruan-
18 tia, quia non fit actus, in quo nihil participat ille, qui ponit industriam suæ perso-
19 næ, quo casu actus hic præsumitur simulatus, de qua simulatione meminit *Ludou. conclus.* 51. *vers. vigesima coniectura est. Decian. cons.* 105. *num.* 22. 25. *& 26. lib.* 2. *Bero. cons.* 169. *num.* 11. *lib.* 1. *Tusc. litt. S. conclus.* 262. *num.* 24 *& 29. Mascard. dict. conclus.* 447. *la seconda. num.* 6.

Tertia est præsũptio simulationis, quia
20 actus est factus inter coniunctas personas, videlicet matrem, & filium, inter quas fraus præsumitur, ex *Cranet. cons.* 82. *num.* 5. *Gramm. cons. ciuil.* 127. *num.* 3. *Ruin. cons.* 130. *num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 46. *lib.* 2. *num.* 8. *vers. & tanto magis.* vbi loquitur inter matrem, & filium. *Becc. d. cons.* 52. *num.* 55. *& sequ.* & magis suspicio simula-
21 tionis augetur, quia coniunctis nos maxime confidimus, *l. data. C. de donat. l. penult. C. de bon. liber. Io. Bott. cons.* 59. *num.* 41.

Honded. qui multos refert d. conſ. 46. num. 15. & 16. vol. 1.

Quarta eſt præſumptio, quandoquidē per multos teſtes apparet, quod dicta E. non poterat habere hanc ſummam vnc. 3000. in contanti, vnde quando perſona
22 veriſimiliter non poteſt habere pecuniam confeſſatam, ſimulata eſt cōfeſsio, *Cuman. d. conſ. 155. nu. 4. verſ. adeſt & illa. d. Cardin. Tuſc. d. concluſ. 264. lit. S. num. 12.*

23 Quinta eſt præſumptio ex multitudene tot contractuū: altero facto in anno 1610. de menſe Decembris: altero verò inde ad quatuor menſes; & altero tempore, quo decoxit, quod fuit per ſpacium paucorum menſium. Vnde ex multitudine tot actorum, item & tot iuramentorum, nec minus veridicorum, cū vno tempore dicat pecunias eſſe I. B. Altero verò tempore eſſe ipſius E. qnoniam creditum non eſt verū. Item eſto ſimulatus non eſſet contractus, tamen, quia de eius aſſerto credito conſtat per confeſsionem de recepto, & de traditione ſerici facta per M.C. Clientem conſtat per multos teſtes, immò cum præſentia B. eſto poſterior Cliens præfertur ante-
24 riori, quando enim duo ſunt creditores, de anteriori conſtat per confeſsionem de recepto de poſteriori conſtat per veritatē realiter præfertur poſterior. *d. l. ſi Titius. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. Bal. Angel. in l. diuerſis. C. qui potior. in pignor. habeant. Menoch. d. conſ. 720. col. 1. vol. 8. alios refert & Maſcard. d. concluſ. 372. num. 2.*

Præterea, eſto, creditum verum eſſet, prout in effectu non eſt, A.B. habebat in mandatis, quód poſsit negociare, & mercimoniare aſſertas vnc. 3000; ſub nomine ipſius A. B. tantū ita legatur millies procuratorium ſemper videbitur, quod vult, quod poſsit emere, mercimoniare, & alia facere ſub nomine cantante A.B. tantum,
25 contrahentes enim poſſunt quæcunque pacta apponere in contractibus, quę Prætor promiſit ſeruare, *l. 1. §. Prætor ait. ff. de*
26 *pact.* & contractus ex conuentione cōtrahentium legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conuenia. ff. depoſit. Surd. conſ. 34. num. 24.* Vnde dum contraxit ſub iſto nomine A.B. dicitur legitimè potuiſſe cedere nomina de-
27 bitorum, quia hoc in mandatis habebat ſub dicto nomine A. B. quia licet ſocius regulariter non obliget ſocium, quando contrahit nomine proprio, tamen fallit in
28 his, in quibus apparet vnum eſſe præpoſitum, & inſtitutum ab altero, & ſic habere tacitum, vel expreſſum mandatum, ita dixit *D. Card. Tuſc. in lit. S. concluſ. 299. nu. 1. & 2. vbi allegat. Alex. in conſ. 80. nu. 5. verſ. præterea. lib. 4. & refert alia iura, & auctoritates.*

Nec obſtāt illa verba in eo capitulo ibi [item ad ſcribendum, & ſubſcribendum] quoniā intellectus illius capituli eſt, quod caſu, quo in Tabula, & Bancis, & literis cambij eſſent credita ſub nomine cantante B. E. vel A. B. & compagni, & in quibuſuis alijs contractibus talia nomina eſſent appoſita, quod dicta eius credita ſub nomine ipſius A. B. poſſint expendi, volui, & girari. & ita eſt verus intellectus, ex quo clariſsime cōſtat in toto ipſo contractu, & in multis locis ſemper, quod dictas vnc. 3000. poſsit A. B. mercimoniare ſub nomine cantante A.B. tantū, vnde ſi ex illo capitulo alius daretur intellectus, eſſet dicere, quod contrahentes incontinenti ſe voluerint corrigere, quod eſt contra iuris
29 diſpoſitionem, nam de iure non præſumūtur contrahentes incontinenti ſe voluiſſe corrigere, *vulg. tex. in l. non ad ea. ff. de condit. & demonſtrat. vbi DD. cum alijs relatis ab Alex. in conſ. 170. vol. 6.* vbi inquit, &
30 ſemper capienda eſt ea interpretatio, quę tollit contrarietatem, & licet poſteriora derogent prioribus, *l. pacta noviſsima. C. de pact. Alex. in d. conſ. & Tuſc. in lit. D. con-*
31 *cluſ. 451. num. 1.* tamen fallit, quando poteſt conciliatio fieri, *Alex d. conſ. 170.* etiā reſtringendo diſpoſitionem generalem poſteriorem, quia non eſt nouum poſteriores leges ex prioribus interpretationem
32 ſumere, imò quælibet diſpoſitio ſequens
33 recipit reſtrictionem à diſpoſitione præcedenti, *Roman. conſ. 339. num. 11. & ſequ. vbi Apoſtill. Pariſ. conſ. 97. num. 15. lib. 3. Alex. conſ. 40. num. 7. lib. 4. Tuſc. d. concl. 451. num. 40. & num. 22.* at in caſu iſto non ſolum intellectus à nobis ſupra traditus eſt ad conciliandum, verum etiam eſt verus ſenſus, & intellectus ipſorum contrahentium, & legatur millies, nam hæc eſt veritas, & legantur verba ſubſequentia dicto capitulo, quæ ſunt finalia, & incipiunt [quæ omnia, & ſingula in præſenti procuratione contenta, & expreſſa, & declarata, & per dictum A. B. ſub prædicto eius nomine facienda, & adminiſtranda, vigore præſentis procurationis dictus B. ex nunc pro tunc ratificauit] vnde inquit ſub prædicto eius nomine, quod erat illud cantans A. B. tantum.

Verum, eſto, quod eſſemus in caſu propoſito per Dominum Aduocatum ex aduerſo, videlicet, quod ſimus in ſocietate, & in ea, in qua duo requiruntur, vt ſocius

obliget

obliget consocium, & bona societatis; Primum, quod sit præpositus negociationi: alterum verò, quod in causam socialem contraxerit, ex *superius allegatis nu. 2.* quoniam respondetur, quod ambo requisita hic habemus. Primum enim, quod habebat in mandatis, clarissimum est, secundum verò, quod contraxerit, ex causa societatis, etiam manifestissimè ostenditur, nam ijdem Doctores, qui dicunt, quod est necesse, quod contrahat nomine societatis
34 inquiunt, quod sufficit hoc apparere per æquipollens ita *Rot. Gen. decis. 14. ex aduerso allegata num. 95.* & quod maius æquipollens, quàm ita, quod in contractu A. B. contrahit sub titulo negociatoris; alia enim negocia non habebat, vt cum hoc sit quid facti non præsumitur, sed pars contraria, quæ prætendit debebat probare. Tanto magis quod ipsi ex aduerso probarunt, quod A. B. pauper erat, & nihil habebat.

Item ijdem Doctores, qui dicunt, quod socius, qui non dixit contraxisse nomine
35 societatis; in dubio præsumitur nomine proprio, & non communi nomine, ex *l. & magis. ff. de solution. l. Titium, & Mœuium. §. Præfectos. & ibi Bart. ff. de administrat.*
36 *tutor.* & hoc ea ratione, ne extrinseca persona in contractu comprehensa dicatur, *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obligat. cũ alijs allegatis à Felic. in tract. de societate. num. 44. & sequ. cap. 3.* talem
37 tamen præsumptionem non admittunt, si extant coniecturę, & præsumptiones ex quibus argui posset, negocia communi nomine fuisse facta, *Bal. in l. si patruus. sub nu. 5. C. communia vtriusque iudic. & ibi Bart.* qui dicit in quæstione de facto sibi obuenta in quodam Mercatore ad cognoscendũ
38 quo nomine emit, fecisse sibi ostendere librum, & quia in libro erat descriptum emisse nomine societatis, idcirco determinauit, contractum prædictum fuisse factum nomine societatis, sequitur referendo alios *Felic. d. cap. 3. num. 46. & sequ.* vnde hodie per nos instatur coram D. V. Illust. quod dictus B. exhibeat libros, ex quo penes eum sunt, nam ille A. B. in eius domo habitabat, & in ea mutauit conditionem: igitur postquam libri societatis sunt penes B. si negat debitum pro societate fuis-
39 se factũ, & recusat edere libros, præsumptio contra eum est, quod talis contractus fuit nomine societatis factus, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 55. nu. 10. & in cons. 375. num. 16. cum sequentib. vol. 4. Grauet. cons. 115. nu. 2. Bero. cons. 191. nu. 35. vol. 1.*

Altera est coniectura, quoties apparet, prout in effectu est, quod B. dedit mandatum A. B. ad emendum serica, eo enim
40 nomine, quo iussum fuit, præsumuntur negocia gesta, *l. qui negociationem. in princ. ff. de administrat. tutor.* & semper A. B. qui e-
41 mit, censetur procuratorio nomine emisse, ex quo ita facere ex præcedenti contractu tenebatur, *Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 2. Menoch. de præsumpt. cap. 46. num. 8. lib. 3. quos refert Felic. num. 50.*

Tertia est coniectura in eo, qui solitus est acquirere communi nomine, nam
42 communi nomine etiam emisse, & contraxisse censebitur, *Bal. in l. si patruus. nu. 5. & Felic. sub. num. 51.* per multos enim testes cõstat, A. B. semper contraxisse sub illo nomine A. B. acquirendo ipsi B.

Quarta est coniectura ab exclusione delicti, apparet enim, quod ante quam emit per aliquos menses declarauerat duo nomina debitorum spectare ad ipsum B. quę nomina exinde pro emptione serici cessit M. C. Clienti; vnde de pecunia societatis emit fericum, dicendum est, quod cõmuni nomine fecerit emptionem ipsius serici, & hoc ad excludendum delictum, nam si
43 emisset sericum proprio nomine, & ad propriam vtilitatem, & soluisset, prout soluit, de dictis nominibus debitorum, quæ spectabant ad societatem, esset delictum, *l. rei communis. & l. sequenti. & l. merito. ff. pro soc. & l. si socius. ff. de furt.* & ideo ad euitandum delictum, quod dictum sericum fuerit emptum communi nomine, debet
44 præsumi taliter, quod ea interpretatio sumi debeat, quæ sit exclusiua delicti, vt late probat *d. l. merito. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 5. cap. 2.* & loquendo in terminis nostris, quod acquisitio censeatur facta communi nomine, & non proprio, quã
45 do est facta cum pecunijs communibus ad excludendum delictum, late comprobat *Grauet. in cons. 286. lib. 2.* motus dicta ratione, quia administrator deliquisse cẽsere
46 tur, & teneretur ciuiliter ad duplum, & etiam criminaliter puniri posset, *Angel. in cons. 91. pro decis. Socc. in cons. 190. sub nu. 5. lib. 2. Dec. cons. 192. in fin. Bart. in l. cum oportet. in fine. C. de bonisq liber.* vbi cæteri communiter eum sequuntur (ibi inquam) dum ait, ex quibus pecuniis res acquisitæ præsumantur, dicit, quod illa præsumptio sumi debeat ante omnia, quæ sit exclusiua delicti, sequitur *Felic. in d. cap. 3. num. 53. vsque ad* 58.

Quinta est coniectura, si negocium ad solum

47 solum contrahentem pertinere non posset ita *Rot. Gen. in allegat. deicis. ex aduerso 14. num. 96. & Felic. num. 57.* & quod ad solum A. B. pertinere non posset talis emptio clarissimè colligitur, ex quo pars contraria probauit paupertatem ipsius A. B. Item etiam & ad A. B. non poterat pertinere, quia de pecunijs prętensis ipsi de B. facta est emptio ipsius serici: vnde ipse idem A. B. ostendit ad eum non posse spectare talem emptionem, quia non de sua pecunia, sed de nominibus debitorum, de B. soluit. Additur, quia tunc procedit,
48 quod quis negociando præsumitur nomine proprio contraxisse, quando nomine suo legitimè actum facere potest, & sic sine suspitione delicti, secus, quando actum illum legitimè suo nomine non posset facere, quia dicitur tunc communi nomine contraxisse. *Alex. in cons. 32. col. 2. lib. 5. quem refert, & sequitur Grauet. in d. cons. 186. num. 1. lib. 2.* Tanto magis hoc procedit,
49 quia in dubio actus præsumitur factus, prout de iure fieri debet, *l. si duo. vbi Bal. ff. de acquir. hæredit. Grauet. cons. 9. num. 8.* de iure autem poterat cedere nomina debitorum, quando pro societate emisset, igitur pro societate emisse dicendum est, tanto magis,
50 quia illa interprætatio capienda est, quæ facit actum valere, *l. quoties. la secunda. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verbor. obligat. & ff. de reg. iur. l. si quando. ff. de legat. 1. Thesaur. decis. Pedam. 269. nu. 10. vers. denique cum simus. Rolan. à Vall. cons. 61. num. 29. & cons. 65. nu. 16. vol. 1. Io. de Amic. cons. 82. nu. 6. Ruin. cons. 26. sub nu. 5. vol. 2. Bal. in cons. 335. quædam mulier relicta. lib. 1.* vbi dicit, quod si vsusfru
51 ctuarius cedit alicui vsumfructum intelligitur cessisse commoditatem vsusfructus, vt cessio valeat, & ne cadat à iure suo, sequitur *Grauet. in cons. 52. num. 5. qui allegat Curt. iun. in cons. 142. col. penult.* &
52 infert, quod si sit facta donatio, & dubitatur an sit inter viuos, vel causa mortis, si non potest valere inter viuos, interprætatur facta causa mortis, & è contra, & ratio est, quia semper fit interprætatio, pro ut melius valere potest actus. Idem inquit si fiat donatio absenti, licet vt donatio va-
53 lere non possit, valebit tamen vt fideicommissum modo adsit legitimus numerus testium. *Corn. cons. 254. lib. 3.* & procedit
54 etiam, vt actus valeat in materia stricti iuris, *Bal. cons. 493. col. 1. lib. 1.* vbi quod
55 laudum interpretari debeat, vt valeat, licet sit stricti iuris, immò impropriantur verba in laudo, seu sententia, vt actus valeat *glos. in l. & puto. §. 1. ff. famil. Erciscund. quam glos. dicit singul. Bæl. in cons. 416. in fin. lib. 5.* & quod in odiosis etiam verba
56 impropriantur, & in his quæ sunt stricti iuris ne actus corruat, per *tex. in cap. si sententia. de sentent. excommun. in 6. l. si stipulatus fuero per te. ff. de verbor. oblig. Abb. in cons. 86. col. 2. lib. 2. & Bal. in cons. 46. ad fin. lib. 1.* inquit, quod interpretationes
57 ad hoc inuentæ sunt, vt actus roborerur, non vt perimatur, per *text. in l. fin. ff. de manumiss. & Abb. in cons. 63. col. 6. lib. 3.* inquit, quod verba sunt intelligenda largissimo modo, & omni meliori modo, quo fieri potest, vt actus valeat, idem *Bal. in cons. 129. col. 2. post med. in lib. 1.* asserit, quod crudelis est interpretatio, quæ fit ad subuertenda iudicia disponentium, tanto magis, quia transitus de vna specie ad aliã fit regulariter, vt actus qui vno modo, & nomine non subsistetur, subsistineatur eo modo, & nomine, quo potest, ita post *Bal. Corn. Grau. Rot. Rom. & alios, dixit Honded. in cons. 44. num. 32. & seqq. vol. 2.* Itaque cum interprætari posset, cum ex ipso procuratorio facto per B. in personam A. B. quod posit contrahere sub nomine cantante A. B. tantum. Item etiam & esto cessaret sic pro excludendo delicto, ne dicatur emisse nomine proprio, & soluisse de bonis de B. societatis sic etiam & tot alijs præsumptionibus supra adductis emisse nomine societatis, eodemque nomine cessisse dicta duo nomina debitorum, dicendum est, talem interpretationem esse sumendam, vt valeat actus cessionis, non autem, vt pereat.

Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem Clientis, quod vtique absoluatur, & liberetur. Cætera suppleat Religio, & Doctrina Tanti Viri Illustrissimi, & Reuerendissimi, cui me, & omnia submitto.

Hæc causa non fuit terminata, sed idem Reuerendissimus Iudex sub fideiussione nomen debitoris in summa vnc. 115. assignauit Actoribus, reliquum remansit pro Cliente.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta pro interesse cambiorum, & capitale prius cedit in interesse. pitale.*

2 *Cambiorum duo sunt genera, & quæ, num. 3. vbi declaratur.*

4 *Pacto vbi non prouisum, quod possit capere ad cambia, quando liceat de iure.*

5 *Asser-*

5 *Assertio inter contrahentes plene probat.*

6 *Pactum quod stetur iuramento circa quantitatem interesse validum est de iure, & an sit personale, ideo, quod non transeat ad hæredes, nec cessionarios, nu. 7. & an possit Procurator specialiter constitutus iurare. nu. 8. an secus in potestate concessa à lege, seu statuto num. 9. an secus, si est dictum per se, suosq; hæredes, & successores, num. 10. affertur ratio, num. 11. maximè, quando personæ sunt informatæ, num. 12.*

13 *Pactum de non opponendo operatur, quod non potest os aperire.*

14 *Pactum quod circa capturam cambiorum, & interesse credatur iuramento capientis non valet, & tenetur ostendere se cepisse ad cãbia, quia hoc est damnum in genere passum.*

15 *Cambiorum captura probatur per literas ipsius cambij & literas aduisi.*

16 *Cessionarius representat personam cedentis, & omnia, quæ competebant principali, competunt ipsi cum eodem priuilegio, maxime stante clausula [constituens Procuratorem in rem suam, num. 17. etiam & iura executiua competunt ipsi, num. 18. & est proprius & verè creditor. num. 19.*

20 *Debitor per lapsum temporis dicitur constitutus in mora absque alia interpellatione.*

21 *Mora est delictum, & morosus tenetur ad totale interesse parti, num. 22.*

23 *Mercatori solito dare, & capere ad cambia omni iure interesse cambij competit, item etiam stante obligatione cum iuramento, num. 24. & 32.*

25 *Potestas data creditori capiendi ad cambia transit ad hæredes: affertur ratio, num. 26.*

27 *Tusc. in lit. C. coneluſ. 11. num. 15. & Bulla Pij Quinti Summi Pontificis de cambijs refertur, num. 28. 29. 31. & in num. 30. refertur Sacr. Congregat. Illustrissimorum Cardinalium.*

33 *Apegner. decis. 33. declaratur.*

34 *Recambium an sit permissum, & quando, & an interesse alterius interesse.*

ARGVMENTVM.

Pactum quod de captura cambiorum credatur iuramento creditoris an subsistat, & an pactum quo ad quãtitatem cambiorum, quod credatur iuramento creditoris, validum sit de iure, & num sit personale, vel transeat ad hæredes, seu habentes ius, & causam, & de intellectu Bullæ Pij Quinti circa materiam cambiorum.

CONSILIVM XXXV.

IESVS MARIA.

COsmus Nasi Mercator Florentinus in Anno 1603. dedit vnc. 400. ad cambia Nicolao Ioanni de Gregorio, & Ioanni Leonardo Staiti Sanctæ Luciæ, qui medietatem promiserant soluere vnà cum cambijs in mense Decembris, & aliam medietatem etiam cum cambijs in mense Martij, quas pecunias præfati debitores voluerunt, dictum de Nastasi posse detinere à quibusuis mercatoribus, etiam à semetipso ad cambia, recambia, damna, expensas, interesse dictorum de Gregorio, & Staiti, non solum semel, sed bis, ter, & pluries, & toties, quoties opus fuerit, & ipsi de Nasi melius videbitur, & placebit, & quod cambia, recambia, damna, & interesse deberent currere vsque ad integram, effectiuam solutionem, & satisfactionem, non obstante, quod esset causata executio, de quibus tam circa capturam, quàm circa quantitatẽ stetur, & credatur soli dicto cum iuramento dicti de Nasi, & suorum hæredum, & successorum, vel habentium ius, & causam ab eis, vel ab altero eorum. Exinde per dictos debitores fuerunt solutæ nonnullæ pecuniæ dicto de Nasi, partim in extinctionem cambiorum, & partim in extinctionem capitalis. Interea dictus de Nasi declarauit prædictum debitum spectare ad societatem sub nomine Cosmo del Sera, & Flaminio Quarateſi, tanquam factum cum pecunijs dictæ societatis, quibus cessit omnia iura, ponendo in locum proprium, constituendo se Procuratorem in rem suam in ampliſſima forma, qua declaratione mediante prædicti debitores soluerunt dictis socijs del Sera, & Quarateſi nonnullam pecuniarum summam pro interesse cambiorum, & capitalis, nullique dubium est, prædictam solutionem prius cessisse ad extinguendum cambium, & inde ad extinguendum capitale, iuxta *tex. in l. in his. §. apud Marcellum. ff. de solut. & liberat. Fab. de Anna. conſ. 30. num. 5. vol. 1.* Tandem prædicti del Sera, & Quarateſi volentes in totum sibi satisfieri, tam de reſiduo omnium cambiorum, quám etiam prædictarum vnc. 400. capitalis, præstito iuramento per actum publicum, quantitatem cambiorum declarauerunt, & præfatum de Gregorio tunc in carceribus

ceribus existentem sequestrare fecerunt de mandato Iudicis pro vnc. 311. qui pro eis sibi cepit quindenam, & infra eam suas præsentauit oppositiones, quæ ex parte Clientum fuerunt missæ ad effectum quod reijciantur. Hæc sunt in facto, & indubitanter tenemus, oppositiones præ-
2 dictas esse reijciendas; duo enim dicimus reperiri genera cambiorum: alia rea-
3 lia; alia ficca; Realia (in quibus versamur) tres conditiones requirunt. Prima, quod quis se obliget in scriptis ad soluendum, & ordinet posse capi ad cambia, & recambia; Secunda, quod pecunia sit cum effectu capta ad cambia, & appareat per literas reales, & veras, de nundinis ad nundinas; Tertia, quod pecuniæ ad cambia capiantur à mercatore, & alijs negotiatoribus, non autem à personis inlegitimis, vt sunt Religiosæ, *Mar. Ant. variar. resolut. lib. 1. cap. 27. num. 1.* dicit experitissimis personis, & timoratæ conscientiæ, allegat *Nauar. cons. 1. lib. 5. Rot. Rom. in nouiss. decis. 315. num. 6. part. 2. Farin. decis. 775.* vbi etiam asserit, quod vbi credi-
4 tor non habet facultatem ex pacto, non potest capere ad cambia, & recambia, nisi præmissa protestatione, & intimatione de hoc ipsi creditori. Quæ conditiones omnes cõcurrunt in casu nostro: primò enim adest obligationi contractus: secundò constat de cambijs per literas cambij, & literas aduisi exhibitas in effectu; tertiò quod
5 Cliens sit mercator, constat ex assertione contrahentium in ipso actu iurato, quę assertio plene inter eos probat, *l. optimam. C. de contrahen. empt. & vend. Surd. decis. 10.* qui dicit communem, & refert iura, & auctoritates.

Constat etiam ex dictis literis, & est notum omnibus, circa quantitatem, & interesse cambiorum ex iuramento præstito
6 per Clientes stante pacto in contractu, quod pactum validum in iure voluerunt *DD. in l. finali. ff. de Prætor. stipulat. & in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. Alex. in l. Iusiuran. quod ex conuen. num. 1. dicit magis comm. ff. de iur. iuran. Io. Bott. cons. 57. Nact. cons. 450. Socc. cons. 54. vol. 2. cons. 80. lib. 4. Plot. de inlit. iuran. §. 47. & 48. Menoch. cons. 217. num. 9. cum sequ. Caualcan. decis. 2. num. 31. part. 2. Rot. Gen. decis. 71. num. 7. dicit magis comm. Surd. decis. 259. num. 7.* vbi ampliat non solum procedere in contractibus, sed etiam in vltimis voluntatibus, *Mastril. decis. 60. nu. 1. cum sequ. Bertacz. cons. 190. num. 4. vol. 2. in crimin. dicit cõmunem, referens multos*
7 *Doct.* quod pactum licet sit personale, & per consequens non extendatur ad hæredes, vel habentes ius, & causam, quia confidentia vnius non extenditur ad eius hæredes, neque ad ius, & causam habentes ab eo, vt dicit *Plot. in d. §. 47. num. 7. & melius in l. si quando num. 626. C. vnde vi, & alij allegati à Mastrill. vbi supra nu. 8.* vbi
8 ampliat nec etiam extendi ad Procuratorem ad hoc specialiter constitutum, ex *Grat. cons. 28. num. 10. lib. 1.* licet secus
9 sit in potestate concessa à statuto, seu lege, vt ex *Plot. & alijs per eum allegatis*, nihilominus conclusio prædicta limitationem recipit, quando est dictum per se, & suos
10 hæredes, vel habentes ius ad causam, pro ut in præsenti casu, quia tunc potest iuramentũ pręstari, tam ab illo, cum quo principaliter fuit actum, quàm à suis hæredibus, & habentibus ius, & causam, *Plot. de tract. de inlit. iuran. §. 48. nu. 7. & in §. 29.* vbi se remittit, & loquitur tam in hærede, quàm cessionario, & est ratio manifesta, quia hic non fuit fiducia restricta ad vnam
11 personam tantum, sed fuit per debitores confisum tam de Cosmo Nasi, quàm de eius hæredibus, & habentibus causam ab eo, & sicuti contrahentes potuerunt, facere, quod credatur iuramento Cosmi Nasi, cum quo contraxerunt, ita & iuramento eius hęredum, & habentium ius, & cau-
12 sam ab eo, maximè, quando sumus in personis informatis de ipsis negotijs (prout hic) nam constat dictum debitum ab initio spectasse ad Clientes; item & exinde cambia, & recambia fuisse capta, & remissa per ipsos Clientes ex his, quæ voluit, *Bald. cons. 53. vol. 1. Menoch. & Alba. allegati à Mastrill. in d. decis. 60. in fin.*

Prętera sumus in contractu cum pacto
13 de non opponendo, quod pactum operatur debitorem non posse aliquid excipere aduersus instrumentum, nisi prius soluat, neque præuenire, *Cartar. decis. exec. Rot. Gen. 2. num. 11.* neque os aperire, *Milan. decis. 3. num. 134. lib. 2. & decis. 7. num. 29. eodem lib. Petr. de Greg. de cons. quæst. fin. nu. 10. & sequ. Mastrill. decis. 14. num. 16. & Intrigl. sing. 173. num. 4. lib. 1.*

Non obstat, quod per D. Aduocatum ex aduerso asserebatur, hunc contractum cambiorum fuisse factum cum Cosmo Nasi, & ipsi fuisse habitam fidem, quod capiat ad cambia, vnde, cùm ipse declarasset debitum spectare ad societatem del Sera, & Quarateſi, & per dictos socios fuisset captum ad cambia, & recambia, dicendum esse, non teneri ad solutionem illorum,

quoniam

quoniam fides capiendi ad cambia fuit respectu personæ Cosmi Nasi, & non Clientum: nam respondetur quod non est habere fidem, vt quis capiat ad cambia, cùm capere ad cambia est permissum ob morã commissam in non soluendo debitum, ratione damni emergentis, & lucri cessantis, sic respectu pecuniæ, de qua sunt debitores illi de Gregorio, & Staiti, & circa illã
14 capturam nulli creditur, nec minus dicto de Nasi, non obstante pacto: nam tenetur creditor ostendere cepisse ad cambia, quia hoc est probare damnum in genere passum & requiritur extrinseca probatio. Ideoq; cessat obiectio, quod propter hoc fuit habita fides Cosmo Nasi, prout voluerunt *Bart. cons.* 168. *Grat. d. cons.* 10. *num.* 7. *&* 12. *vol.* 2. *Mastrill. vbi supra num.* 5. & iam per Clientes hæc sunt ostensa per easdem
15 literas cambij, & literas aduisi, quæ sufficiunt ex *Nauar. Mar. Ant. & alijs, vt supra allegatis.* Fides verò consideratur respectu iuramenti circa quantitatem damni passi, & quod ad istam confidentiam iam adest pactum, quod confidere voluerunt debitores, tam de Cosmo Nasi, quàm de habentibus ius, & causam ab eo, vt supra ostendimus.

Præterea est considerandum, quod Cli-
16 entes sunt cessionarij, & cessionarius representat personam cedentis, & omnia iura, quæ competebant principali, competunt ipsi cessionario, etiam cum eodem priuilegio, *Bald. Nouel. tract. de dote. part.* 12. *col.* 8. *vers. quartò quia. Alex. cons.* 13. *num.* 12. *& sequ. vol.* 1. *Soccin. cons.* 37. *nu.* 13. *vsque ad fin. lib.* 4. *Bart. in l. emptor. C. de hæred. vel act. vend.* Item tanto fortius,
17 quando est constitutus Procurator in rem suam (prout hic) nam tunc etiam habet actiones, *Bald. & Salic. in l.* 1. *C. de act. & oblig. Angel. in l. final. in fin. ff. de transact.* & in omnibus, & per omnia reducitur ipse cessionarius ad instar ipsius cedẽtis, *Barz. in tract. de quarantig. vers. quod agenti, quem refert, & sequitur Bero. in cons.* 187. *nu.* 29. *vol.* 1. *Dec. cons.* 198. *sub num.* 5. *glos. in verb. dotis exceptio, & ibi Angel. & in l. si cum empt. ff. de pact. multos alios refert Barz. decis.* 56. *num.* 39. *& decis.* 70. *nu.* 28. vbi
18 infert, etiam quod iura executiua, quæ competunt cedenti, competunt etiam &
19 cessionario: item cessionarius est proprius, & verè creditor, *Rot. Gen. decis.* 104. *nu.* 10. *Roman. cons.* 142. *Put. decis.* 61. *lib.* 2. *Tiraqu. & Seraph. allegati à Barz. d. decis.* 70. *nu.* 28. istud autem interesse cambiorũ
20 & recambiorum competit ratione moræ, in qua fuit constitutus absque alia interpellatione per lapsum temporis, in quo erat obligatus soluere iste debitor de Gregorio, & non soluendo, quod possit capere ad cambia, *l. optimã. C. de contrahend. & commit. stipulat. Ias. in l. si ita stipulatus essem. num.* 7. *ff. de verbor. oblig. Rimin. iun. cons.* 89. *num.* 18. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 586. *num.* 17. *lib.* 4. *Rol. à Vall. cons.* 89. *num.* 9. *lib.* 2. *Honded. cons.* 5. *num.* 5. *& sequ. vol.* 1. *l. vinum. vbi DD. ff. si cert. pet. Bertaz. cons.* 390. *num.* 1. *vol.* 2. *in crimin.* quæ mora est delictum. *glos. in l. si filius. ff. de interrogat. action. Roman. cons.* 247. *nu.* 4. *in fin. Bart. cons.* 129. *in fin. lib.* 1. &
21 morosus te-
22 netur ad totale interesse parti, *l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig. Alex. cons.* 172. *lib.* 2. *l. quod te. vbi Ias. ff. si cert. pet.* &
23 mercatori solito dare, & capere pecunias ad cambia, tam de de iure Ciuili, quàm Canonico, dictum interesse cambij, ratione lucri cessantis, & damni emergentis, competit *Castrens. in l. centum capuæ. & Ias. in l. final. ff. de eo quod cert. loc. Felin. in cap. cum venerab. num.* 7. *de except. & in cap. P. & G. de offic. delegat. Dec. cons.* 116. *num.* 2. *Ruin. cons.* 104. *lib.* 4. *nu.* 3. *&* 7. *Rot. Gen. d. decis.* 78. *num.* 12. *DD. communiter in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod iuter. profer. Benuen. Stracc. tract. de mercat. tit. de contract. num.* 3. 4. *& sequ.* & cum constet in effectu dictas pecunias fuisse detemptas cambijs, & recambijs, damno, & interesse dictorum debitorum post morã in soluendo, quod interesse consideratur, vt lucrum cessans, & damnum emergens omni iure debetur, tam diuino, quàm naturali, & humano, *Cin. & Bald. in l.* 1. *C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* & ita alias fuisse iudicatum dicit *Cagnol. in d. l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. nu.* 46. *Ruin. cons.* 103. *vol.* 1. *num.* 4. Item competit stante obligatione cum iuramento, vt
24 supra est dictum, *Rot. Gen. d. decis.* 78. *Bertaz. cons.* 390. *num.* 3. 7. *&* 8. quæ obligatio non facta solutione in tempore, vt pos-
25 sit capi ad cambia, & interesse debitorum transit ad hæredes, & habentes ius & causam à Cosmo Nasi creditore cum prouisio
26 hominis simpliciter sibi ipsi, & suis intelligitur facta, *l. final. & l. si pactum. ff. de probat. Oldrad. cons.* 224. *num.* 4. *Becc. cons* 52. *num.* 116. *vers secundò respondeo. Ias. in l. Iusgentium. §. Prætor. num.* 20. *ff. de pact. & ibi DD. idem Ias. in l. eum qui ita. §. te. & socium. num.* 4. *ff. de verbor. oblig. Bald. cons.* 354. *lib.* 1, *Surd. de alimen. tit.* 6. *quæst.* 27. *num.* 4. *Bart. in l. si sic. ff. de verbor. obligat.*

Alex.

Alex. conf. 13. nu. 8. & conf. 18. col. fin. lib. 5. idem Bart. in l. si seruus. la secunda. ff. de condic. furt. & in l. fin. C. de act. empt. & vendit. Angel. conf. 126. & cùm Clientes habeant iura cessa cum clausulis, vt supra, & tanto fortius ex causa, quod pecunia data ad cambiũ, erat pecunia propria Clientum, nihil est, quod in rei veritate in contrarium vrgeat. In tantum, quod verè, & realiter hęc cambia Clientibus competunt, ex quo sunt effecti veri creditores ipsorum de Gregorio, & Staiti, qui sunt in mora de non soluendo debitum certa die promissum cum iuramento, & sic tam iuris dispositione, ex quo Clientes, vt Mercatores passi fuerunt illud damnum emergens, & lucrum cessans, quam etiam & ex obligatione cum iuramento in contractu, quod teneatur ad omnia damna, expensas, cambia, & recambia prædicta.

Non obstat *Tusc. conclus. 11. num. 15.* 27 *litt. C.* vbi inquit, quod cambia realia debẽtur pro prima vice, & primis nundinis, & si continuentur debent verè cambiari de consensu renouato, *alleg. Laur. de Roduph.* & Bullam Pii Quinti hoc expresse disponentem; nam respondetur primò, quod iam est consensus renouatus, ex quo dum soluit in multis recambijs, soluit pro interesse prædicto, igitur scit esse ad recambia, & consentit capi ad recambia, & 28 licet sit tacitus consensus, tamen eadem est virtus taciti, sicut expressi, *l. cum quid. ff. si cert. pet.* Secundò, ratione iuramenti dicitur obligatus præcisè ad obseruantiam pacti, cùm iuramentum obliget præ- 29 cisè, *glos. in l. si pecuniam. ff. de condic. caus. dat. & ibi Bald. infra, & authoritates refert. Gabr. tit. de iureiur. conclus. 8.* Imò si quis iurauerit soluere vsuras, quæ de iure non debentur, tunc ratione iuramenti tenetur eas soluere, & postea repetere, ex *tex. in l. debitores. de iureiuran. Guttier, de iuramen. part. 1. cap. 2. nu. 2.* Tertiò, Bulla Pij Quinti de cambijs tempore Gregorij XIII. in anno 1574. est declaratum per Sacram Congregationem Illustrissimorum Cardi- 30 nalium non comprehendere huiusmodi cambia, vt refert *Fr. Michael. in d. tit. de camb. quæst. 12. fol. 591. num. 6.* Quartò, 31 verba Pij Quinti de primis nundinis intelliguntur de nundinis commodis, non autem immediatis, & omnes nundinæ dicuntur primæ, ita declarat dicta verba Pij Quinti *Greg. Lop. de contract. lib. 2. cap. 13. vers. ex quo aperte colligitur. refert, & sequitur Mar. Ant. d. tract. variar. resolut. cap. 20. lib. 1. cap. 27. num. 7. circa med.* Secundo non procedit in Mercatore, quia, quo- 32 modocunque sit, debetur interesse, dum ostenditur ratione damni emergentis, & lucri cessantis, & est comprobatum supra in *num. 23. & in punct. Rot. Gen. decis. 87.* vbi dicit sic dispositione iuris, sic de stilo, sic etiam ex pacto; de iure, quia solito negociari, & cuicunque debetur interesse damni emergentis, & lucri cessantis, *alleg. DD. in l. centum capuæ. ff. de eo, quod cert. loc. & multos alios*; de consuetudine, quæ etiam in Regno ita fuit amplexa. Nam tam in hac Curia stratticotiali, quàm in Magna Regia Curia fuit decisum pluries & præcisè in causa Benedicti Bisfoli, contra Ioseph de Aliberto Baronẽ Pintidattoli. Ex pacto iam legitur in ipso contractu.

Nec minus obstat *Apeglier. decis. 33.* quo- 33 niam loquitur in terminis Bullæ Pij Quinti, quæ est sublata in Regno, item loquitur in interesse certo ab initio constituto, & in his terminis interesse certi ab initio constituti loquitur etiam *Menoch. cons. 1180. lib. 12.* & quo ad dictas personas, quod debeat tenere campsor ad cambia, respondet *Fr. Michael. d. quæst. 12.*

Non obstant adducta per dictum Fr. Michaelem in *d. tit. de camb. quæst. 14. art. 2. & per Menoch. cons. 1181. lib. 12. qui refert. d. Fr. Michael.* quod à Theologis dam- 34 natur recambium, tanto magis, quod idẽ interesse recambij, &c. & sic interesse de interesse. Quoniam respondetur, ideo recambia à Theologis damnari, quando est promissum certum interesse in recambio, & damnum, sicut in cambio, ita *d. Fr. Michael vbi supra num. 9. & circa med.* & inde *in vers. ex quo sequitur.* inquit, quod remissiones, & recambia cum interesse currenti secundum solitum nundinarum, vt fit Hispaniæ, sunt validissimi, & tam dispositione iuris naturalis, quam diuini. Nam interesse, quod venit ex illo recambio, est post moram, & consideratur vt lucrum cessans, & damnum emergens, in Mercatore solito dare ad cambia, quod interesse debetur tam iure diuino, quàm humano, vt supra *num. 23, & 32.* & *Caguol.* dicit sic decisum *in d. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Rot. Gen. d. decis. 78.* vbi sic pluries dicit decisum, etiam respectu interesse de interesse, & idem *Menoch. d. cons. 1181. num. 8. & sequ. referens Rot. Gen. Bursat. Barret. Vinc. de Franc. Villagut. & se ipsum in tract. de arbitr. cas. 119.* dicit interesse alterius interesse deberi ratione lucri cessantis, & damni emergentis, quando concurrunt tria requisita, videlicet mora debitoris,

ris, quod creditor sit solitus negociari, & quod præ manibus habebat merces, & refert magis communem opinionem. Et ita fuit decisum, vt dixi in causa Biffoli contra de Alberto: tanto magis, quod hic constat esse multa recambia in quibus datur vtile debitori, & non damnum.

Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem Clientis. Cætera suppleat Religio DD. VV. Multum Spect.

Anno 1613. die 11. mensis Martij per Curiam Regiam Straticotialem, fuit decisum in fauorem Clientis, &c.

Et cum fuisset appellatum, fuit confirmata decisio Regiæ Curiæ Straticotialis, per Curiam primarum appellationum, sub die 16. Iulij 1614. & partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Verbum [dedit] dominium transfert.*
2 *Et illud transfert inreuocabiliter.*
3 *Pactũ factũ per mulierem cum marito de restituenda dote in casu separationis matrimonij fratri præsenti, & acceptanti est inreuocabile, & si mulier alijs disposuerit, talis dispositio nihil operatur.*
4 *Clausula ad habendum de sui natura, importat plenariam translationem.*
5 *Clausula constituti de sui natura trãsfert vere, & realiter dominium, & possessionem, licet per actum fictum.*
6 *Clausula ponens transfert veram, & realem possessionem, & corporalem, & dominium.*
7 *Clausula cedens omnia iura cedenti spectantia transfert.*
8 *Cessionarius repræsentat personam cedentis.*
9 *Clausula ex tunc pro tunc operatur ipso iure, & tempus præsens inest futuro, & futurum præsenti.*
10 *Constitutum non operatur in dispositione conditionali.*
11 *Nec se est collata post mortem. vt & num. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Oppositio de iure tertij non procedit, nisi tertio volente.*
17 *Pactum de non opponendo continet pactum de non præueniendo.*
18 *Et denegatur audientia, non facto prius adimplemento, nec potest os aperire.*
19 *Mastrill. decis. 14. lib. 1. declaratur*
20 *Contra contractum iuratum non potest agi, nisi facto implemento.*
21 *Et nisi prius obtenta absolutione à iuramento ad effectum agendi.*
22 *Et si incidit in periurium non est audiendus.*
23 *Et post periurium incursum non potest absolui, nisi à Summo Pontifice.*
24 *In absolutione debet fieri specifica mentio, quã do est iuramentũ de obseruando contractũ, & de nõ contraueniendo. Itẽ de non petendo absolutionem. Item quando fuit iuratum, quod ea obtenta non possit vti.*
25 *Quæ procedunt eo maximè stante opinione, quod prius debebat obtineri absolutio, quod non possit vti, & quod non possit obtineri.*
26 *Absolutio à iuramentis petita sufficit quoad omnia iuramenta, sed secus num. 28.*
27 *Exceptio periurij non impedit litis ingressũ. sed secus in n. 29. & declaratur Anna alleg. 83.*
30 *Procurator, etiam generalis, non dicitur habere mandatum, vt faciat incidere Dominũ in periurium, & in delictum.*
31 *Exceptio periurij est litis finitæ, & non seruatur ad merita causæ.*

ARGVMENTVM.

Stante pacto in contractu dotali apposito, per quod maritus promisit restituere dotes cum clausulis amplissimis, & clausula constituti, an soluto matrimonio censeatur translatum dominium ipso iure in comprehenso in dicto pacto non obstante dispositione in contrarium per mulierem facta. Item an quis debeat audiri non obtenta prius absolutione à Iuramento de non obtinenda absolutione in contractu apposito.

CONSILIVM XXXVI.

IESVS MARIA.

DOmos, de quibus agitur, se ipsam dotando Donna Hyppolita inter alias dotes, Don Lucæ Abbati eius viro apportauit, pacto adiecto in matrimonialibus tabulis, ꝙ casu separationis matrimonij, & dotis restitutionis domus prædictæ, & omnes aliæ dotes reuertantur ad Antoninum Romano eius Auum, eiusque hæredes, & successores, præsenti dicto Antonino, & stipulanti pro se, & suis, quas dotes dictus Don Lucas promisit restituere, & cum clausula, quod ex nunc pro tunc intelligantur præambula hora mortis se constituẽtes tenere, & possidere nomine, & pro parte dicti Antonini, & suorum, cum clausulis cedentes, &c. ponentes, &c. ad habendum, &c. & in amplissima forma positis, prout verè desiderari possunt. Euenit casus mortis dictæ Donnæ Hyppolitæ sine filijs, & consequenter restitutionis in personam ipsius Antonini, & suorum. Quapropter illico per Cæsarem Romano hæ-

redem vniuersalem dicti Antonini fuit capta possessio dictarum domorum, & inde facta iniunctio Gabellotis, quod migrarēt de dictis domibus, per quos fuit oppositum, domos esse Don Lucæ. Quibus non obstantibus dicimus intrepidè, oppositiones fore omninò reijciēdas. Apparet enim ex dicto contractu matrimoniali, dominium, & possessionem dictarum domorum per horam ante mortē dictæ Donnæ Hyppolitæ fuisse translatum, & translatam, in
1 dictum Cæsarem. Primò per illa verba dedit, quæ dominij translationem denotant, ex *l. si mulier. §. si metu. ff. de eo, quod metus causa. §. propter traditionem. institut. de rer. diuis. Intrigl. decis. 8. num. 1. Corn. cons. 183. num. 3. lib. 3. Decian. cons. 21. num. 14. lib. 2. Soc. sen. cons. 9. nu. 29. lib. 1. Apont. cons. 82. num. 6. Tusch. tom. 2. litt. D. conclus. 16. Menoch. lib. 3. præsumpt. 6. num. 85. præsumpt. 8. num. 25. præsumpt. 30. nu. 40. præsumpt. 34. num. 32. & cons. 229. num. 11. lib. 3. Nata. cons. 496. num. 4.* & importat veram, & realem traditionem, prout meminit *Aldouin. cons. 35. nu. 64. Ceph. cons. 101. num. 16. Peregr. cons. 89. nu. 21. vol. 1. & cons. 75. nu. 64. vol. 4.* & transferunt
2 inreuocabiliter, *text. in puncto in l. cum marītus. §. mulier de dote. ff. de pact. dotal.* vbi clarè dicitur per Iurisconsultum, quod pa-
3 ctum factum per mulierem cum marito de restituenda dote in casu separationis matrimonij fratri præsenti, & acceptanti est inreuocabile, & si mulier disposuit in virum, vel in alium, talis dispositio nil operatur, vt ibi claris verbis legitur in textu.
4 Item etiam est clausula ad habendum, quę de sui natura importat plenariam translationem dominij, ex *Bursat. cons. 120. nu. 35. vol. 1. Maluac. cons. 13. nu. 1. & 36. vol. 1. Natt. d. cons. 496. nu. 4. & 8.* Item etiam
5 est clausula constituti, quæ de sui natura transfert verè, & realiter dominium, & possessionem, licet per actum fictum, *l. quod meo. vbi DD. ff. de acquir. possess. Ang. cons. 373.* est communis omnium, prout latè *Tiraqu. de constit. in princ. num. 2. Dec. cons. 202. nu. 7. cons. 216. nu. 9. Bero. cons. 4. nu. 8. vol. 1.* cum alijs, quos posthæc cumulauit *Giurb. decis. 112. num. 11.* Item clausu-
6 la ponens, quæ transfert veram, & realem possessionem, & corporalem, & ipsum dominium, *Bald. Angel. Alex. Dec. Isern. Loffred. & alij, quos refert, & sequitur Lanar. cons. 25. num. 1.* Item est clausula cedens,
7 per quam omnia iura spectantia Don Lucæ sunt cessa, vnde cum isti dicant se esse Gabellotos, vigore contractus locationis facti per Don Lucam, & Cliens sit cessionarius Don Lucæ, non possunt os aperire, quia si nihil aduersus Don Lucam possunt exponere principalem conductorem, nec
8 minus contra cessionarium, qui eius personam rapresentat, latissimè *Surd. cons.*
9 444. Item clausula ex nunc pro tunc operatur ipso iure; nam tempus præsens inest futuro & futurum præsenti, *Fab. de Ann. cons. 39. num. 1. Alb. cons. 613. & ibi addict. in lit. A. refert magis communem, & in puncto Franch. decis. 213. nu. 1.* & per eam dicitur abinitio translatum dominium, *Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 82. num. 3. Apont. cons. 6 num. 27. & sequ.* vbi refert hanc clausulam operari, quod vnum tempus insit alteri, & actum in totum resoluit redeundo ad prima principia, & resolutionem ipso iure fieri, tam in dominij, quàm possessionis translatione, *Costa. de retrotract. effect. 1. cap. 10. nu. 9. Surd. cons. 178. num. 12. Menoch. cons. 1111. num. 23. 40. Tusc. lit. D. conclus. 279. nu. 5. 6. 7. Rimin. iun. cons. 109. nu. 1. vol. 1. Morot. cons. 88. num. 18. Intrigl. sing. 16. nu. 2. lib. 2. Magon. decis. Florent. 64. num. 14.*

10 Non obstat dicere, q̄ dispositio est con-
11 ditionalis. Item etiā, quod est collata post mortē Donnę Hyppolitæ: ideoq; constitutū nihil operari, ex *Honded. cons. 18. vol. 2.* de quo valdè Domini ex aduerso lętantur.

12 Etenim respondetur, primò, quod quādo in constituto est clausula, ex nunc prout ex tunc, licet sit collatum post mortem constituentis, quia retrotrahitur eius effectus à tempore inhabili ad tempus habile, viuificat cōstitutum post mortem, *Oldrad. cons. 139. Alb. cons. 103. vol. 1. Thesaur. decis. 38. & idem Honded. nu. 59. & post eum Costa. de retrotract. d. effect. 1. cap. 10. fol.*
13 271. Secundò, *Honded.* & omnes alij loquūtur, quando constitutum est collatum post mortem donantis. At hic totum oppositū, nam est collatum præambula hora mortis & sic in vita ipsius Donnę Hyppolitæ, nam tunc operatur translationem Dominij à die initi contractus, ita *Vinc. de Franch. decis. 213. in princ.* qui loquitur in terminis clausulæ constituti, & præambula hora mortis, & dicit, quod Sacrum Consilium hanc opinionem habuit pro indubitabili, *allegat. Bald. in Auth. contra rogatus in princ. C. ad trebell. Alex. Ias. Negusan. Loffred. & Tiraqu. Bolognet. in cons. 7. num. 23.* qui loquitur in illis verbis [per vn giorno innāte la mia morte, ex tunc, prout ex nunc] & dicit, quod possessio transfertur pridie, quam morietur, & trahitur postea retro ad

tempus

tempus contractus, *alleg. Guidonp. Cassan. Tiraqu. & alios DD.* vnde cũ simus in casu, quo possessio fuit translata in personã Cæsaris hæredis vniuersalis, Antonini Romano per horam ante mortem, est verum dicere doctrinam *Honded.* & aliorũ minime procedere, cum illi loquantur post mortẽ, hic verò sumus in casu per horã ante mortem. Tertiò, respondetur, quod *Honded.* & 14 alij loquuntur, quando constituens mortuus est. At hic Don Lucas fuit vnus ex cõstituentibus, & ipse viuit, & ipse impugnat, & licet respectu alterius cohæredis, hoc non militat, tamen contra eam militant supradicta, & etiam contra omnes. Respõ- 15 detur vltimo, quod cùm fuerit capta possessio per Clientem ipsi nihil possunt dicere, quia non possunt plus iuris habere, quã eorum auctor, & cum illa Donna Hippolita, cuius ipsi sunt hæredes nihil potuisset dicere, nam voluit dare omnia dicto Cæsari, ita & ipsi nihil possunt, cum statim adita hæreditate censentur approbasse omnia gesta per Donnam Hyppolitam. *l. cum à Matre. C. de rei vendicat. cum multis.* Et tandem dicimus, quod cùm constet de dominio, & possessione Cæsaris Clientis, & Don Lucas, & altera cohæres non se opposuerint aduersus dictã iniunctionem de migrando, licet se opponunt conductores de iure dictorum hæredum, est oppositio 16 de iure tertij, in qua dicimus non procedere, nisi tertio volente, qui, cùm nihil dicat, sufficit respondere, nos, quoad ipsos conductores liberas ædes habere, *l. loci corpus. §. competit ff. si seruitus vendicetur.* cum multis similibus.

Ex quibus omnibus breuissimè dico, oppositiones dictorum conductorum aduersus iniunctionẽ de migrando ad instantiam Cæsaris Romano esse reijciendas. Cætera suppleãt DD. VV. Mult. Spect. more eorũ.

Et quia principaliter ad instantiã Don Lucæ fuit missum ad effectũ, quod rescindatur contractus matrimonialis initus inter ipsum, & quondã D. Hyppolitam, quoad pacta in fauorem Antonini Romano & suorũ hęredum, & per Clientem missum ad effectum, quod non audiatur in dicta petitione concludo indubitanter ita fore decidendum duobus capitibus.

Primò ex quo D. Lucas promisit restituere omnes, & integras prædictas dotes 17 cum pacto de non opponendo, quod continet pactũ de non præueniendo prout *Cartar. decis. exec. Rot. Gen. 2. nu. 11. Milan. decis. 7. lib. 2. nu. 29. & clarius Petr. de Greg. de censib. quæst. 10. nu. 10. & post eum Mar. Burg. in tract. de laudim. part. 3. inspect. 40. nu. 3. &* 18 *sequ.* per quod pactum denegatur audientia, nisi prius facto implemento, neque potest os aperire, *ex Intrigl. sing. 173. nu. 4. & Milan. decis. 14. nu. 74. lib. 2.* vnde cũ obstet pactum prædictum, est verum dicere nullo pacto debere audiri, in puncto *Milan. qui latissimè in decis. 7. nu. 12. cum multis lib. 2.* 19 cui nõ obstat *Mastrill.* ex aduerso allegatus *decis. 14.* nã si rectè consideretur, loquitur idem *Mastrill.* in Clientis fauorẽ, quoniam ipse dicit impugnando *Milan.* quod tertius potest agere aduersus contractum Bullalẽ, quod nõ afficiat bona per eũ possessa ante adimplementũ, & dicit ipse hoc procedere, quia pactũ de non opponendo non transit contra tertium, prout etiã voluit *Milan. decis. 13. nu. 74. cum sequ. lib. 2.* at inter contrahentes dicit secus procedere, cum ipsis obstet pactum de non opponendo, quod continet pactum de non præueniendo, ex iuribus supra allegatis legatur, quæso, *nu. 16. vsque ad num. 18.*

Secundò, ex quo sumus in contractu iu- 20 rato, cõtra quẽ quis non potest agere, nisi prius facto adimplemento, ex *tex. in cap. debitores. de iur. iuran. & ibi Hostiens. circ. princ. vers. dicas. Guttier. iuram. part. 1. cap. 2. nu. 1.* 21 & nisi prius obtempta absolutione à iuramento ad effectum agendi, *cap. cum contingat. de iur. iuran. Torret. conf. 1. nu. 26. & conf. 19. nu. 15. Mar. Ant. variar. resolut. cap. 17. nu.* 22 *10. lib. 3.* & si incidit in periurium, non est audiendus, *Rot. conf. 26. num. 28. lib. 3. Rimin.* 23 *sen. conf. 464. nu. 1.* Imò post periuriũ incursum non potest absolui, nisi à Summo Pontifice. *Caualc. decis. 9. nu. 23. part. 1.* vbi multos allegat: ex his est verum dicere, quod cum ex aduerso agant absque absolutione á iuramento, incidisse in periurium, & consequenter non esse audiendos, sed repellendos à limine iudicii.

Non obstat dicere, quod obtinuerunt absolutionẽ iuramentorũ, quoniã dicimus primò, quod in originali exhibito tantum apparet absolutio à iuramento. Secundò, quod in contractu est iuratum, primò de- 24 obseruando contractum, & de non contraueniendo, item etiam de non petendo absolutionem à iuramento. Item & tertiò, q̃ ea obtempta non possint vti, quo in casu non sufficit petere absolutionem à iuramentis in genere, sed necesse est, quod fiat specifica mẽtio eo modo, prout sunt in cõtractu, aliàs talis absolutio dicitur subrectitia, & nihil operatur, & cognitio est Regiæ Curiæ Strat. vt in puncto *Afflict. decis. 220. in 5. dubitat. sub nu. 9. & Roman. conf.*

326. *Viu. comm. opin. in opin.* 3.

25 Et hoc omissa disceptatione Doctorũ, & pluriũ concurrentiũ ex parte nostra, quod prius debebat absolutio obtineri de iuramento, quod non possint vti, & inde de iuramento, & non possint obtinere vltimo loco, alias erit periurus, vt inquit *Rom. d. cons.* 326. *Apostill. ad Rom. in verb. audiui. in d. cons.* 326. *Card. Tusc. concl.* 62. *nu.* 42. *lit. A.*

Non obstant duo quæ ex aduerso allegabantur. Primũ, & dum petit absolutionem
26 à iuramentis cõprehenduntur oĩa iuramẽ-
27 ta, item etiam, & quod exceptio periurij non impedit litis ingressum, sed reseruatur ad merita causæ; *ex Io. Vinc. de Ann. alleg.* 83. quoniã ad primum respondetur, quod
28 idem Doctores, qui dixerunt requiri specificam mentionẽ iuramentorũ considerauerunt esse plura iuramenta, & nihil ominus nõ fuerunt cõtenti de illa generali, sed specificã voluerũt. Ad secundũ respondetur,
29 quod *Anna* loquitur in *d. cons.* 83. in Procuratore habente generale mandatum, qui egerat, an per actionem præpositam per Procuratorẽ Dominus incidit in periuriũ,
30 & disputat, & quamuis Procurator sit generalis, tamen non dicitur habere in mandatis, vt faciat incidere dominum in delictum, & sic in periuriũ, & ideo Sacrũ Consilium reseruauit ad merita causæ, quia in effectu non poterat esse periurus, sed quod
31 exceptio periurij sit litis finitæ, & nõ seruatur ad merita causæ, *post Bald. & alios tenet Foller. de censib. verb. quæ quidẽ executio. nu.* 19. *fol.* 221. Ex his breuissimè concludo fore denegandã audientiã. Cętera supplebit Religio DD. Mult. Spect. cui oĩa submitto.

SVMMARIVM.

1 *Retractus cõpetit tã vicinis, quàm cõsanguineis licet prætendẽs ius sanguinis, tunc præfertur vicino, quãdo est per lineã descẽdentẽ infra tertiũ gradũ, à quo res venalis peruenit,* 26.

2 *Retrahens, quæ debeat adimplere, vt obtineat in retractu.*

3 *Retractus potest cedi, & donari, quoties datur ipsa res, nam de sui natura transit cũ ipsa re.*

4 *Ius congrui est ius mere reale tam ex parte venditoris, quàm emptoris.*

5 *Iuris realis natura est transire cum ipsa re.*

6 *Ius patronatus si est fundatum in Ecclesia existente intus feudum transit ad eum, cui relictum est feudum.*

7 *Ius patronatus est ius reale.*

8 *Ius congrui dicitur transire cum ipsa re vendita, seu donata.*

9 *Ius congrui stantibus illis verbis [cum iuribus & pertinentiis omnibus] dicitur tanto fortius cessum, & datum cum ipsa re.*

12 *Instantiæ ius requirit specificam cessionem, secus si sint cessa omnia iura. num.* 10.

13 *Ius auocandi, & reuocandi venditio censu, seu donato non dicitur translatum, fallit si fit dictum cum iuribus eius omnibus, num.* 13.

14 *Ius auocandi, & reuocandi potest esse penes vnum, & census penes alium.*

15 *Ius congrui non potest esse penes vnum, & res contigua penes alium. num.* 22.

16 *Verba vniuersalia, & generalia (cõprehendunt omnia, etiam non cogitata, & prolata ab homine) nullam recipiunt restrictionem. nu.* 17.

18 *Approbatũ semel nõ licet amplius impugnare.*

19 *Contractus declaratur ex his, quæ postea faciunt contrahentes.*

20 *Ius congrui non est de iure communi.*

21 *Verba (cum iuribus eius omnibus) restringuntur ad ius, quod est de natura ipsius rei.*

23 *Affl. tract. de iur. prothõ. f.* 14. *n.* 61. *declaratur*

24 *Ius congrui possunt petere plures vicini, & quando concurrunt, præfertur vicinior.*

25 *Et quando non vult retrahere propinquior accrescit alteri remoto volenti retrahere.*

27 *Consanguinei in retractu per Statut. Messanæ intelliguntur vocati vsque ad decimũ gradũ.*

28 *Instrumentum venditionis numquã est sollemne, nisi requisitis vicinis, & in iudicio steterit per triduum, ex statuto Messanensi.*

29 *Statutũ ex quo non præfigit terminũ, quando instrumentũ dicatur sollemne dispositione iuris cõmunis spacio* 30. *annorũ dicitur sollemne.*

30 *Fallit in secundo emptore, nam spacio* 10. *annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, sed semel fuit obtentum, & inde pluries contrarium fuit decisum.*

31 *Ius sanguinis habens prefertur concurrens cõ vicino, quãdo est per lineã descendentẽ infra tertium gradum, à quo res venalis peruenit.*

32 *Vicini, & agnati debent esse de tẽpore venditionis, procedit in stat. Lucc. declaratur Dec. cons.* 222. *& Cornacc. decis.* 62.

33 *Stat. Messan. nõ respicit tẽpus vẽditionis, sed sollẽnizationis instrumẽti, quo tempore oẽs, qui sunt vicini, vel consanguinei admittuntur.*

34 *Verbum (habens) regulatur secundum tempus verbi cui adiungitur.*

35 *Vicinus, seu sanguis, quando venit infra tempus, sufficit, quod quelibet qualitas adsit tempore quo cedit dies dispositionis.*

36 *Executionis tempus attenditur.*

37 *Vicinus potest retrahere, donèc instrumentum non est sollemne.*

38 *Agnatus natus post venditionem admittitur ad retractum.*

39 *Testis se referens ad scripturã, & deponens de his quæ possunt per scripturas apparere, si non exhibeantur scripturæ, non probat.*

AR-

ARGVMENTVM.

An ius congrui transeat cum ipsa re, sic in venditione, sic in donatione, & an requirat specificã mentionẽ, & quid ſtãtibus verbis [cum iuribus eius omnibus, & clauſulis ad habendũ &c. cedens, &c.] Et an habens ius congrui poſt venditionem, vel naſcens poſt ipſam venditionem admittatur ad retractum. An verò requiratur, quod ſit de tempore venditionis, & an dato concurſu inter ſanguinem, & vicinum quis ſit præferendus, & vſque ad quem gradum habens ius ſanguinis admittatur ad retractum.

CONSILIVM XXXVII.

IESVS MARIA.

ANno 1598. die 5. Septembris Antoninus de Arena vendidit quemdam eius locum ſitum in territorio Maſſę Dõnę Leonoræ tunc vxori Dom. Lucij la Rocca, & modo Ioannis Domitij de Mauro, confinantem cum loco tunc Luciani Puleio, pro pretio vnc. 70. Inde verò ſub die 28. Ianuarij 1608. dictus Lucianus Pulcio donauit irreuocabiliter Presbytero Ioanni Paulo Puleio eius Conſobrino dictum locum, qui erat contiguus cum loco empto per dictam Leonoram. Quem locum poſtea ſub die 15. Februarij 1608. dictus Presbyter Io. Paulus donatarius, in Curia Straticotiali petijt ſibi adiudicari debere iure prothomiſeos vicinitatis facto depoſito, notificatione data fideiuſsione de benefactis in forma & conſtito ſe eſſe vicinum; nihilominus cum fuiſſet oppoſitum de multis per dictam Donnam Leonoram, ſuccubuit in Curia Straticotiali præfatus Presbyter Io. Paulus, per quem fuit appellatum in Curia primarum appellationum, vbi petitur correctio dictæ ſententiæ, & quod decidatur in fauorem dicti de Puleio, quod vtique procedat dicta adiudicatio, & ſummo quidẽ iure, cùm ex forma ſtatuti huius Nob. Vrbis Meſſanæ ſub capite 53. Ius
1 retractus competat tam vicinis, quàm conſanguineis, vnde cùm ſit fundatum ſe eſſe
2 vicinum, & fuerint per eum omnia neceſſaria ad obtinendum in retractu adimpleta, petita ſcilicet adiudicatio, factum depoſitum, illudque parti notificatum, ac tandem præſtitum de ſoluendo benefacta in eius fauorem decidendum eſſe, neceſſario concludendum eſt.

Verùm enimuero circa duas iuris concluſiones tota huius cauſæ difficultas conſiſtit. Primò, an ius congrui dicatur ceſſum cum ipſa re, ex quo non fuit in ſpecie ceſſum. Secundò, an idem ius competat Clienti, qui tempore venditionis non erat vicinus, ſed poſt venditionem ad eum diuenit res vicina. Et quoad primum, præcimus ius prothomiſeos vicinitatis poſ-
3 ſe cedi, & donari, quoties tamen ceditur, & donatur ipſa res, cuius contemplatione ius prothomiſeos competit, eſt enim natura ipſius tranſire cum re ipſa, ex *Neapodan. in conſuetud. Neap. incipit, ſi ex vno. verſ. niſi. & verſ. ſed an omnes. ſub tit. de iure cougrui. Franch. deciſ. 242. multos allegat. Caualc. deciſ. 19. num. 80. lib. 2. & deciſ. 5. num. 13. part. 4. Intrigl. ſing. 340. lib. 1. quos & alios poſthęc ſcripta retulit Giurb. deciſ. 84. num. 15.* Quod autem ius congrui dicatur donatum, ac ceſſum, re ipſa donata, & ceſſa, nemo eſt qui neget, licet de eo nulla fuerit facta expreſsio, eſto; quod non fuerint poſita verba generalia, & ampliſsima, prout in præſenti caſu fuerunt appoſita, vt inferius oſtendemus; nam ius con-
4 grui eſt ius mere reale tam ex parte venditoris, quam emptoris, vt inquit *Neapo-*
5 *dan. vbi ſupra.* Et natura iuris realis eſt tranſire cum ipſa re, *l. forma. §. quanquam. ff. de cenſib. l. in omnibus. ff. de cenſib. l. ſi aquæductus. ff. de contrahen. empt. & vend. l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. reſcripto. §. ſciẽdum. ff. de muner. & honor. Rubn. conſ. 111. num. 2. lib. 5. Menoch. conſ. 444. num. 19. cap. ex literis. de iur. Patron. vbi gloſ. alleg. Dec. conſ. 149. col. 1. qui text. & Dec. & poſt eum Menoch. in conſ. 504. num. 44.* fa-
6 tentur ius patronatus fundatum in Eccleſia exiſtente intus feudum tranſire ad illũ ſolum, cui relictum eſt feudum validiſi-
7 ma illa ratione moti, quia ius patronatus eſt ius reale, quod ex ſui natura rem ipſam inſequitur, ex ſupra allegatis, & in puncto
8 quod ius congrui dicatur tranſire cum re donata, ſentit *Neapod. vbi ſupra. & clarius Afflict. de iur. prothomiſ. §. ſcriptum eſt. circa finem. Addic. in Intrigl. ſing. 340. lib. 1. vbi refert. Bald. de iur. prothomiſ. num. 6. Cabal. conſ. 39. num. 11. & conſ. 122. nu. 4. Caſtr. conſ. 430. quem refert. Tuſc. lit. I. concluſ. 583. nu. 31. Nauar. quæſt. for. 29. num. 4. part. 1.* & multo magis, quando in prædio, & in re donata ſunt illa verba [cũ
9 iuribus, & pertinentijs eius omnibus] tunc enim expreſſe meminit, *Arnold. ſuper*

consuetud. Burdigal. lib. 1. tit. 2. de retract. §. 12. vers. Rutilius cum esset Castri. nullam esse difficultatem, quinetiam ius congrui intelligatur translatum, quod argumento eorum, quæ traduntur in iure instantiæ comprobatur, licet enim voluerit *glos. in l. cause §. fin. ff. de procurat.* in iure instan-
10 tiæ necessariam esse specificam cessionem: attamen si fuerit facta cessio omnium iu-
11 rium ex illa generalitate iuriũ cessorum, dicitur quoque cessum ius instantiæ. *Ang. Imol. & Alex. in l. cum hæreditas. la prima. ff. ad trebell. Apont. cons. 7. num. 19. vsque ad fin.* qui dicit ita per Sacrum Consilium, & per Tribunal Regiæ Cameræ fuisse deci-
12 sum. Hinc etiam dicimus, vendito, vel donato censu, non dici venditum, vel donatum ius auocandi, ex *Guidonp. decis. 264. Socc. sen. cons. 50. num. 24. vol. 4. Mastrill. decis. Regn. 58. num. 7. & sequ.* Si tamen
13 fuerit dictum cum iuribus eius omnibus, dicitur translatum ius auocandi, & reuocandi, *Alciat. cons. 688.* licet census pos-
14 sit de per se transire penes vnum, & ius auocandi remanere penes alterum, ex *l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. & vend. Socc. & Mastrill. vbi supra num. 12.* Quod in iure
15 congrui negatur, nõ enim potest quis ius retrahendi sibi retinere, & alteri rem vicinam vendere, nec è contra, vt præallegati Doctores asserunt; vnde si in casu census cum iure auocandi (qui possunt stare separatim) stantibus illis verbis [cum iuribus eius omnibus] dicitur translatum ius auocandi, & reuocandi cum ipso censu vẽdito, seu donato; multo magis & idem affirmandum est in iure congrui, quod est indiuiduum, & ab ipsa re separari non potest, quod stantibus illis verbis (cum iuribus eius omnibus) dicatur donatum ius retractus. Nec parum confert generalitas illa verborum, videlicet [cum iuribus, & pertinentijs eius omnibus, ac eodẽ modo, prout detinet, & habet, & non aliter, &c. nihil per dictum donantem de dicto loco, vt supra donato, retempto, neque præseruato: & propterea omne ius dominium, auctoritatem, & potestatem ad habendum, &c. cedens, &c.] quæ verba sunt adeo ampla, quod nullo pacto est dubitandum de translatione dicti iuris congrui cum
16 ipsa re, cùm natura verborum generalium sit, comprehendere omnia, etiam non cogitata, *Bald. in l. tres Fratres. ff. de pact. & in l. sub prætext. C. de transact. Grau. cons. 294. multos refert Stracc. in tract. de assicur. glos. 15. ante num. 14. & sequ.* Et quoties
17 verba sunt prolata ab homine, nullam recipiunt restrictionem, ex *Becc. cons. 94. num. 32. Bambac. tit. de feud. defunct. cap. in generali. num. 37.* & fortius cum hic clarissime constet, donantem voluisse in ipsa donatione transferre ius congrui in Clientem; ex his per partem aduersam per multos testes probatis, talem scilicet donationem fuisse factam, vt dictus Presbyter Io. Paulus posset retrahere locum dictæ Donnæ Leonoræ; vnde cum hoc pars ipsa con-
18 traria approbauerit, non potest amplius impugnare, *in regul. quod semel de reg. iur. in 6. l. si quis testibus. C. de testib. cum alijs per me allegatis in cons. pro Senatu Messanensi contra Don Federicum.* Additur præterea, quod dictus Presbyter Io. Paulus statim post donationem petijt iure retractus dictam adiudicationem, & contractus declara-
19 tur ex his, quæ postea faciunt contrahentes, nam ex actu subsequuto qualis fuerit voluntas in precedentibus, colligitur, & declaratur *Alb. cons. 74. num. 8. Surd. cons. 140. nu. 44.* allegantes iura, & auctoritates. Et tandem per actum cum iuramento præfatus donans declarauit in dicto loco per eum donato dicto de Puleio, etiam transtulisse ius congrui.

Non obstat illa consideratio Aduocati secundo loco allegantis, quod illa verba [cum iuribus eius omnibus] intelligũtur
20 de iuribus, quæ sunt de natura ipsius rei, vnde ius congrui, cum non sit de iure cõmuni, ex *l. dudum. & l. nec emere. de contrahen. empt. & vendit.* & per consequens
21 non sit de natura rei, quod non intelligatur translatum, ex *Apont. cons. 34. & alijs.* Respondetur enim, quod licet ius congrui non sit de iure communi, tamen est de iure municipali, videlicet ex dicto statuto sub capite 53. vnde, cum sit iure municipali dispositum, non dicitur ex accidenti,
22 sed de natura ipsius rei, cum sit ius mere reale vnitum, & aggregatum ipsi rei, taliter, quod separatim à re stare non potest, vt omnes præallegati Doctores. Et debebat Aduocatus probare, quod ius congrui non est ex natura rei. Nec minus obstat consideratio Aduocati primo loco allegãtis, ex *Afflict. in tract. de iur. prothom. fol. 14. num. 61.* quod ius congrui non potest
23 cedi, nisi alteri vicino, & non extraneo, quoniam si rectè legatur *nu. 60.* eius quæstio est, quod si sint duo vicini, & vnus nõ vult retrahere, totum ius congrui accrescit volenti. Inde verò in *num. 61.* inquit, quod ius congrui potest cedi, seu vendi, vel donari alteri propinquo, ratione vicinitatis rei, ex hoc enim non infertur, quod

non

non nisi vicino possit fieri talis cessio, nam ratio eius in isto casu est, quando non venit virtute cessionis, sed iure accrescendi, vnde non dicit *Afflict.* quod cessio non possit fieri nisi vicino, imò dicit in casu suo, quod non dicitur cessio iuris congrui, sed ius accrescendi, vt legi poterit, & in multis locis allegatis ipse tenet indistinctè ius congrui transire cum re vendita, cum sit ius mere reale, vt *d. num.* 61. Et licet in dicto loco his verbis loquatur, videlicet, [ergo nullo modo potest cedi de per se, nisi ipsa res vicina cedatur cum iure congrui] Quod ex hoc inferat D. Aduocatus, quod cessio debet esse specifica, respondetur, quod *Afflict.* licet ex verbis prædictis hoc videatur innuere, tamen non hæc fuit sua intentio, vt ex sequentibus verbis clarissime colligitur, dum dat exemplum in seruitute mere reali, ibi sicut dicimus in seruitute mere reali, & est clarum, vt ego comprobaui, quod seruitus mere realis transit cum ipsa re, est igitur verum dicere *Afflict.* realiter intellexisse, quod ius congrui non requirat specificam cessionem, cùm exempla declarent regulam, §. *hactenus instit. de grad. instr. & Menoch. cons.* 2. *num.* 305. Item etiam ex sequentibus declarantur antecedentia, ex *Alba. Surd. & alijs.*

Non obstat vltima consideratio facta per Dominum Iudicem, quod donans non præsumitur donasse ius retractus, quia ex quo non dedit totum locum, sed partem loci, præsumatur ius congrui voluisse sibi præseruare pro sua parte in totum, & non in donatarium transferre, quoniam respõdetur, primò, quod veritas in facto aliter se habet, quia in contractu apparet, factã fuisse donationem de toto, & integro loco. Respondetur secundò, quod esto, quod factum esset, vt præsupponitur, prout in effectu non est, tamen non per hoc non dicetur facta donatio de iure congrui, cum hoc ius transeat cum ipsa re, & nullo pacto potest esse penes vnum existente re penes alium, vt supra fuit comprobatum, &
24 plures vicini possunt habere ius prothomiseos, *Cum. cap. rit.* 106. *num.* 1. verùm qui erit magis vicinus præferetur, quando concurrent *Afflict. in* §. *pater. num.* 13. *fol.* 49. *Cum. cap. rit.* 105. *num.* 1. *& d. cap.*
25 *rit.* 106. *nu.* 1. & quando propinquior non vult retrahere, accrescit remotiori volenti retrahere, *per l. primam. C. quando non petentium partes. Neapod. instit. de iur. congrui in constitut. si ex vno. in verb. vnius. Afflict. & alij, & idem Cum. d. cap. rit.* 106. *num.* 1.

Quoad secundum, an competat Clienti, qui tempore venditionis non erat vicinus; 37 in hoc est considerandum Statutum nostræ Vrbis, & Doctores in contrariũ, in quibus terminis loquantur, nam retractus competit in Vrbe, & districtu, 26 *ex statut. sub d. cap.* 53. tradens regulam, quod quilibet consanguineus, & vicinus possit reuendicare rem venditam ab agnato, & vicino, 27 stante igitur ista generalitate, consanguinei intelliguntur vocati vsque ad decimũ gradum, *Capoll. cons. ciuil.* 23. *Lanar. cons.* 53. *num.* 12. *Tiraqu. Bart. & alij allegati à Cum. d. cap. rit.* 106. *num.* 21. *& sequ.* Et 28 quando instrumentum non est præsentatum in iudicio requisitis vicinis, & ibi steterit per triduum, vt per *statut. sub cap.* 52. tunc nunquam dicitur sollemne, vt ibi clare dicit dictum statutum, & tunc dispositione iuris communis, cùm statutum nullum præfigat tempus, vt sit sollemne, 29 requiritur tempus triginta annorum, à die primæ venditionis, *Dec. cons.* 222. *in fin. Morot. cons.* 89. *dicit magis comm. Aldonin. cons.* 35. *num.* 30. *& num.* 101. *& cons.* 37. *num.* 38. *Tusc. litt. D. conclus.* 183. *num.* 19. *Bim. cons.* 179. *sub num.* 39. *vol.* 2. *& Canalc. decis.* 19. *part.* 2. *num.* 19. vbi limitat 30 per decennium in secundo emptore, & refert multos Doctores, licet in Curia Straticotiali hæc limitatio non fuerit habita pro vera, & quamuis per vnum ex Iudicibus Curiæ Straticotialis, cui fuit per S. E. causa commissa anno 1607. fuerit secundũ 32 dictam limitationem decisum, tamen excepta illa decisione semper contrarium fuit decisum & præcisè in anno 1609. in in causa contra V. I. D. Stephanum Pasca, & in hoc anno 1613. per Curiam Straticotialem de mense Februarij pro Sancto Murtari contra hæredes Francisci Raneri, & etiam de mense Ianuarij in causa ad votum per capit. Venetici, ad instantiam Angeli Guido contra Matthæum Guagliotta, & Ioseph Bitto. Verum etiam per dictum *Statut. sub cap.* 53. sic generaliter fuerat prouisum inter sanguinem, & vicinum, voluit exinde prouidere quomodo esset procedendum quando eorum esset concursus, & tunc per *statut. sub cap.* 31. licet non iusto ordine positum, fuit 31 tantummodo data prælatio sanguinis, quãdo est per lineam descendentem infra tertium gradum, à qua res venalis dignoscitur peruenisse. Nunc ergo his declaratis dicimus, quod licet *Dec. in cons.* 222. 32 teneat indistinctè, quod vicini, & agnati debeant esse de tempore venditionis, &

Barnaba

Barnaba Cornacz in decis. 62. col. 1. vbi alleg. Socc. iun. cons. 22. num. 1. & sequ. lib. 1. Tiraqu. d. retr. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 80. & sequ. Nauel. tract. de iur. prothom. §. 4. num. 60. & 61. & ipse idem Cornacz. decis. 125. vers. nam præterquam. allegat etiam Gratum cons. 39. lib. 1. tamen loquuntur in consuetudine Lucc. quę disponit his verbis [Sancimus, quod quæcunque persona habens agnatum volens vendere, debeat requirere ipsum agnatum] vnde *Decian. cons. 15. num. 14. vol. 5.* inquit, quod qualitas illa agnati respiciebat primo dando formã notificationis fiendæ, & quod *Dec.* qui consuluit super dicto statuto in *nu. 3.* inquit, quod statutum Lucc. etiam disponit his verbis, quod tempore venditionis agnati requirantur vsque ad quartum gradum, & sic non est mirum, si *Dec. in d. cons. 222.* super dicto statuto Lucc. consuluit non natos agnatos tempore venditionis non admittendos esse ad retractum, quia illud statutum clare loquitur de existentibus tempore venditionis, & sic in specie loquitur de tempore venditionis.

Verùm Statutum nostrum non respicit
33 tempus venditionis, sed tempus sollemnizationis instrumenti, quo tempore omnes admittuntur, qui sunt contigui, vel sunt consanguinei, licet non fuissent tempore venditionis, quia statutum nostrum non est, vt Luccense, & statutum Patauij, quæ arctant venditorem ad denunciandum tẽpore venditionis, nam statutum nostrum ponit regulam sub capite 53. quod quilibet possit retrahere, & inde permittit retractum donec fuerit sollemnatum, vt ex *statut. sub cap. 52. & cap. 31.* in quo licet sit illud verbum (habens) quod est præsentis temporis, tamen infert exinde hæc verba [dummodo is, qui petit] vnde statutum videtur requirere, quod sit sanguis, vel vicinus tempore petitionis, nam illa
34 qualitas per illud verbum (habens) regulatur secundum tempus verbi, cui adiũgitur, quod est (is qui petit) *l. in delictis. §. si extraneus. & ibi Bart. ff. de noxalib. Dec. d. cons. 15. nu. 14. vol. 4.* & cum veniat vicinus,
35 seu consanguineus infra tempus, sufficit, quod quælibet qualitas adsit tempore, quo cedit dies dispositionis, *l. si cognatis. ff. de reb. dub. Bald. cons. 481. nu. 1. lib. 1.* Item etiam, quod intelligatur tem-
36 pus in quo agitur; nam tẽpus executionis de iure debet attendi, *post Antiquos Alberic. part. 1. statutor. quæst. 136.*

Quod etiam clarissimè ex ipso statuto sub capite 31. apparet, nam inquit, quod si res stabilis sit vendita, & sit facta denunciatio vicino, quod vicinus potest retrahere,
37 donec instrumentum non est debita sollemnitate peractum vnde illa qualitas [habens ius prothomiseos] regulatur secundum tempus verbi, quod est, [vti potest donec instrumentum non sit debita sollemnitate peractũ] & in fortiori casu consuluit, & obtinuit, *Dec. d. cons. 15. vol. 5.* nam eius statutum est, quod agnatus possit reuendicare rem venditam ab agnato, nisi fuerit notificatum, vt emat, & no-
38 luerit, & in hoc statuto consuluit, & obtinuit, quod agnatus natus post venditionẽ recuperat, multo magis in statuto nostro, in quo expresse disponitur in exceptione, quod donec instrumentum non est sollemne semper possit p tere. Et aliàs in consanguineis natis post venditionem fuit decisum eos posse retrahere.

Non obstant testes de antiquo recepti pro protestatis missi, quoniam legantur, quæso, nam videbitur non facere ad intentionem partis aduersæ; præterea sententia per Curiam appellationis anno 1551. est in Clientis fauorem, & sic contra prædictos testes productos in illo iudicio, vnde consuetudo est pro Cliente, & non pro parte contraria, tanto magis, quod per multos testes in causa ista productos constat de consuetudine in fauorem Clientis. Præterea illi testes de antiquo producti deponunt fuisse decisum in multis causis, & tamen nullæ apparent decisiones, vnde cum
39 testis deponat de his, quæ per scripturas possint apparere, cum non constet de scriptura, nullam fidem facit, post multos *Lancell. Gall. cons. 74. vol. 1. num.* , & tandẽ in puncto, quo versamur, quod ius congrui competat, etto, quod res peruenit post venditionem, & sic competat illi, qui non erat vicinus de tempore venditionis tenet *Afflict. de iur. prothomis. §. scriptum est. num. 15. fol. 41.*

Ex quibus omnibus concludimus fore decidendum in fauorem Clientis.

Die 27. Augusti 1609. fuit decisum in fauorem Clientis per Curiam Primarum Appellationum huius Nobilissimæ Vrbis Messanæ.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requiruntur in actione hypotecaria.*
2 *Contractus à conuentione partium legem accipiunt.*
3 *Fauore dotis tacita datur hypoteca à lege.*
4 *Vir, & vxor insimul vendentes rem dotalem*

pretium

pretium ad virum præsumitur peruenisse, non obstante confessione facta per vxorem cum iuramento, nisi probetur in vxoris beneficium fuisse conuersum in num. 24. contra, num. 38. declaratur in num. 39.

5 *In bonis parafrenalibus competit mulieri tacita hypoteca.*

6 *Item in dotalibus.*

7 *Item in bonis, & dote profectitia, vel aduentitia.*

8 *Semel approbatum non licet amplius impugnare.*

9 *Excussio contra tertium, etiam in dote est facienda.*

10 *Et in summarijs potest fieri in eadem instantia absque citatione principalis.*

11 *Vsuræ dotium contra virum competunt ad rationem vnc. 5. pro singulo centenario.*

12 *Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed proprium patrimonium adeuntis, & consideratur, vt noua hæreditas adeuntis.*

13 *Metus reuerentialis præsumitur in vxore erga virum.*

14 *Metus non purgatur per præsentiam testium, nec per iuramentum, nec etiam per præsentiam Magistratus.*

15 *Metus in muliere, & minore resultat ex enormi læsione.*

16 *Et pro muliere ad rescindendum contractum sufficit fumus metus reuerentialis data læsione.*

17 *Item quando interuenit metus concussiuus.*

18 *Item in persona, cui debetur reuerentia, etiam quod non sit læsio enormis, importunæ preces habentur pro metu concussiuo.*

19 *Item qualitas personæ istius inferentis metum.*

20 *Testibus de visu deponentibus de metu magis creditur, quam mille de spontanea voluntate.*

21 *Metus causa durante omnia præsumuntur metu gesta in num. 40. in num. 43.*

22 *Restitutio dotis facta mulieri, quæ non constat nisi per testes cum iuramento ei non præiudicat.*

23 *Restitutio dotis fuit inducta pro securitate mulieris, vt ipsa incumbat pignori.*

25 *Donans post donationem exigens aliter, inducit præsumptionem donationis simulatæ.*

26 *Donatio facta vxori præsumitur de iure simulata.*

27 *In causis summarijs, sola facti veritate inspecta, & in causis ex commissione Principis attenditur id quod fuit probatum, non quod fuit petitum.*

28 *Clausula (omni meliori modo) facit petitionem substineri eo iure quo potest.*

29 *Donatarius vniuersalis est loco hæredis tenetur ad debita, intellige vt num. 30.*

31 *Inuentarium quando faciendum, & ad quid prodest.*

32 *Metum emptori illato non inferenti non nocet. quod an verum in num. 33. & declara, num. 34.*

35 *Grauet. in cons. 120. impugnatur à DD. Declaratur num. 36. & 37.*

41 *Metus concussiuus illatus per virum, sufficit probari per coniecturas, & præsumptiones.*

42 *Confessio vxoris de recepta pecunia non tenet contra num. 45. intellige, vt num. 46.*

44 *Metus præsumptio magis præsumitur ex pluribus clausulis.*

47 *Mulier in mutuo prohibetur contrahere.*

48 *Metus purgatur per actus subsecutos sponte factos, intellige vt num. 49.*

50 *Vxor promittens aliquid metu mariti excusatur toto tempore vitæ mariti, si non egit in iudicio.*

51 *Etiam stante cursu longissimi temporis.*

52 *Eadem causa metus dicitur durare durante vita illius, qui metum intulit, & nu. 53.*

54 *Maritus stante necessitate famis potest alienare dotem etiam nolente vxore.*

55 *Dos potest alienari in subsidium pro communi necessitate, fallit quando maritus sua culpa se reduxit ad talem necessitatem, num. 56.*

57 *Vxor tenetur excarcerare virum, intellige quando non sua culpa, & vitio se reduxit ad carceres.*

58 *Bona fideicommisso subiecta, & feudalia possunt pro alimentis alienari, intellige nisi alia libera habebat, & sua culpa dissipauit.*

59 *Socer habet beneficium deducto ne egeat, intellige, nisi scienter se non possedotem præstare, contraxerit.*

60 *Actio hypotecaria præscribitur spacio decem annorum, contra, num. 61.*

62 *Non valenti agere non currit præscriptio.*

63 *Exceptio præscriptionis numquam, aut raro admittitur, in Regno inmemorabilis.*

ARGVMENTVM.

In actione hypotecaria quæ requirantur, & quanto tempore præscribatur in rebus parafrenalibus, aduentitijs, & dotalibus an detur hypoteca: excussio in dote an detur, & quando cessat, & quomodo sit facienda, plura de metu discutiuntur, an restitutio dotis per virum facta præiudicat mulieri, quando non cõstat nisi per solam mulieris confessionẽ. Vxore insimul cum viro vendente si cõfessa est prætium, ad quem præsumitur peruenisse: in summarijs attenditur petitio, an id qnod probatur, Donatarius vniuersalis an tenetur ad debita donantis, & ad quæ.

CON-

CONSILIVM XXXVIII.

IESVS MARIA.

IN Anno 1589. fuit contractum matrimonium ad vsum Romanorum inter quondam Io. Antoninum Lombardo, & Virginiam Villiczi, per quam fuerunt constitutæ, & solutæ dotes videlicet vnc. 200. in contanti, vnc. 200. in mobilibus ad vsum Messanæ, quæ sunt vnc. 66. taren. 20. nec non & quædam domus, quæ exinde per ipsos iugales fuit vendita pro vnc. 70. & in casu separationis matrimonij ob mortem ipsius Io. Antonij sponsi fuit promissum dotarium in summa vnc. 70. Exinde verò post nonnullos annos obijt quondam Io. Iacobus Villiczi frater ipsius Virginiæ, cuius contemplatione, & titulo successionis peruenit ad manus ipsius Ioan. Antonij viri summa vnc. 350. pecuniarũ, prout per multos testes constat in processu. Resoluto denique matrimonio ob mortem ipsius Io. Antonij, ipsa Virginia volens recuperare eius dotes, egit iudicio hy
1 potecario, in quo vt quis obtineat, plura debet probare. Primò, prædium hypotecatum, vel pacto, vel dispositione iuris. Secundò, fuisse penes debitorem tempore constitutæ hypotecæ, vel post. Tertiò, excussionem, videlicet, nihil esse in hæreditate debitoris. Quartò, debet probare suũ creditum subsistere, & quanti sit creditor. Quintò, quod conuentus possidet, *Tusc. conclus. 123. litt. H. nu. 1. 7. 20. & 34. vbi alios refert.* Quo ad primum, tam respectu dotis, quàm etiam dotarij, adest expressa obligatio in contractu matrimoniali, vnde legem sibi fecerunt contrahentes, cum ab
2 eorum conuentione contractus legem accipiunt. *l. 1. ff. de pact. l. 1. §. si conueniat, ff. depos.* præter id, quod concurrit
3 etiam tacita hypoteca à iure inducta fauore dotis, & dotarij *l. vnica. C. de re. vxor. act.* respectu domus dotalis venditæ appareat, quod ambo ipsam vendidere, & prætium confessi fuere, tamen totum de iure
4 præsumitur ad virum peruenisse non obstante dicta confessione facta per vxorem cũ iuramento, quia est necesse, quod often datur manifestis probationibus in vxoris beneficium prætium prędictum fuisse cõuersum, prout in puncto *Bald. & alij in authen. si qua mulier. Cod. ad vell. Honded. cons. 45. num. 27. vol. 1.*

Quo verò ad illas vnc. 350. quæ exinde viro peruenerunt ob mortem fratris istius Actricis competere tacitam hypotecam, ministerio iuris fatendum est, nam si dicimus ea esse bona parafrenalia, ex quo sunt
5 extra dotem, pro ipsis competit hypoteca in bonis viri, vt inquit *Iurisconsul. in l. fin. C. de pact. quem text. alleg. glos. in verb. suppositas. in l. adhuc. C. de iur. dot.* si verò dicimus, quod ex quo vxor permisit virum possidere, præsumitur omnia dedisse in dotem, & ea virum tenuisse tanquam dotalia, iuxta doctrinam *Angel. cons. 335. & Surd. cons. 94. nu. 52. cum sequ. & cons. 290. num. 23. cum multis.* & tunc vti dotalia
6 competit hypoteca *d. l. vnica. C. de re vxor. act.* aut ea consideramus tanquam dotem
7 aduentitiam, vel profectitiam, & etiam competit tacita hypoteca, ex *d. l. vnica. §. & vt plenius. Fan. de pignor. membr. 4. part. 2. num. 25. vers. inde tamen in dote.*

Quoad secundum requisitum, quod domus fuit penes virum tempore hypotecæ, vel post, *iuxt. text. in §. item seruiana. instit. de action. vbi DD. Alex. cons. 112. num. 6. & cons. 115. vol. 6. Cornaz. decis. 172. nu. 1. Negus. de pignor. part. 8. membr. 3. num. 19. Rolan. à Vall. cons. 14. num. 13. lib. 1. Honded. cons. 25. num. 2. vol. 2. Bart. ad l. rem alienam. ff. de pignor. act. nu. 5. & Alex. in Apostilla litt. D. vbi alios refert,* hoc clare nimis constat ex testibus.

Constat etiam ex ipso actu venditionis factæ per virum debitorem vxoris clientis in personam patris istius conuentę, qui cum habeat ab ipso debitore, non potest
8 hoc negare, & semel approbatum non potest amplius impugnare, *l. si quis testibus. C. de testib.*

Quoad tertium, quod nihil sit penes hæredem ipsius Io. Antonij debitoris, & ꝙ debeat fieri excussio, *iuxta text. in authent. Hoc si debitor. C. de pignor. & hypotec. Magon. decis. Luccens. 64. num. 18. & ibi Addic. Mastrill. decis. 109.* qui *num. 2. & 9.* referens magis communem, dicit procede-
9 re etiam respectu dotis, & ante eum *Cornaz. decis. 37. Franc. decis. 270. part. 2. &*
10 sufficit talem excussionem fieri in eadem instantia contra tertium absque citatione principalis, cùm simus in summarijs, *Ludou. decis. Perus. 45. Carox. de excuss. bonor. quæst. 25. num. 3. part. 2. Mastrill. d. decis. 109. num. 11.* Apparet per multos testes nihil remansisse in hęreditate dicti Io. Antonij, & licet nonnulli testes dicant remãsisse quoddam terrenum cuiusdam domus valoris vnc. 50. in circa. Respondetur primò,

11 mò, quod Cliens illud sibi retinuit pro vsu
ris dotium contra virum ad quinque pro
centum ex forma *ritus cap.* 189. cùm con-
stet, quod Cliens nihil habebat vnde viue-
ret, nec habebat modum dirigendi pro re-
cuperatione suarum dotium, hinc est quod
stante eius paupertate in præsenti iudicio
fuit taxata pecuniola, vt apparet in proces
su, & à die mortis illius Io. Antonij eius
viri iam sunt anni nouem in circa decursi,
cuius interusuria important vnc. 35. sin-
gulis annis.

Non obstat, quod in cõtractu interces sit
renũciando iuri de principali cõueniendo
Violetta mater ipsius Io. Antonij, & sic de
beret de bonis eius fieri excussio, iuxta
text. in d. authen. hoc si debitor. quoniam
constat per testamentum Violettæ, quod
reliquit hæredem Io. Antonium eius filiũ,
qui vt hæres fecit multos actus, vt constat
in processu, & dum ostenditur nihil reman
sisse post mortem ipsius Io. Antonij dici-
tur facta excussio de bonis Violettæ, & hæ
reditas est effecta proprium patrimonium
12 ipsius Io. Antonij, & consideratur, vt no-
ua hæreditas illius qui adiuit, *Caualc. de-
cis. 28. nu. 40. & sequ. part. 3. & decis. 32.
num. 1. part. 4. Paris. cons. 5. num. 27. vol.
2. Alex. cons. 198. num. 8. vol. 6. Caualc.
in repert. in verb. hæreditas adita. vbi alios
refert.* vnde excusso eo, est excussa etiam
hæreditas ipsius Violettæ. Quartum con-
stat ex actis publicis. Quintum constat
etiam ex actis publicis, & ex multis testi-
bus.

Non obstat quod Cliens consentijt ven-
ditioni factæ per Io. Antonium eius virũ
in personam patris istius conuentæ, nam
constat consentijsse ob metum tum reue-
rentialem, tum etiam concussiuum; me-
13 tus enim reuerentialis præsumitur in vxo
re erga virum, *Sances. de matrim. lib. 4. di-
sput. 6. num. 25. in 4. quæst. Alb. cons. 77.
num. 5. Graff. de except. cap. 11. num. 26.
Costa in cons. post distinct. 91. cent. 2. in tract.
de fac. scien. nu. 24. & sequ.* vbi infert hunc
14 metum non purgari per iuramentum, ne-
que per præsentiam testium, & quod ma-
gis est, neque per præsentiam Magistra-
tus, allegat *Paris. cons. 139. nu. 25. vol. 4.
Surd. decis. 194. Morot. cons. 75. nu. 9. Plot.
cons. 172. vol. 2. Bero. cons. 69. vol. 3. Hon-
ded. cons. 23. num. 41. vol. 1. Gamm. decis.
346. num. 5. Siluan. cons. 12. num. 9. Fab.
de Ann. cons. 73. num. 15. cum sequ.* qui
referens multos dicit metum reueren-
15 tialem in fœmina, & minore resultare ex
læsione enormi, *Osasc. decis. 179. num. 3.
Rimin. iun. cons. 484. num. 44. & cons. 507.
num. 3. vers. nam ex sola. Menoch. de arbitr.
Iud. cas. 136. num. 4.* hic autem constat de
læsione clarissimè, cum ipsa mulier rema
net indotata, & hanc opinionem data læ-
16 sione in vxore rescindi contractum, & suf-
ficere fumum metus reuerentialis, tenuit
*Castrens. cons. 174. num. 2. & sequ. lib. 1.
Aretin. cons. 24. num. 4. & cap. in præsen-
tia. num. 9. de probat. Suarez. comm. opin.
litt. M. nu. 153. Anna allegat. 88. num. 6.
Capic. decis. 159. num. 34. Grammat. decis.
33. num. 5. Franc. decis. 119. nu. 5. Grauet.
cons. 11. num. 12. & cons. 114. nu. 1. Boer.
decis. 10. alios refert Graff. d. cap. 11. de ex-
cept. nu. 18. Sances de matrim. lib. 4. disput.
6. num. 15. Grauet. cons. 889. nu. 2. & cons.
938. sub num. 4.*

17 Vlterius interuenit metus concussiuus,
quo stante annullatur actus toto titulo, *ff.
& C. quod met. caus. Boer. d. decis. 100. Ro-
land. cons. 100. nu. 129. lib. 4. Honded. cons.
23. & cons. 29. lib. 1. Graff. d. cap. 11. San
ces de matrim. lib. 4. disput. 8. num. 1. cum*
18 *sequ.* & in persona cui debetur reuerentia
esto non adsit læsio enormis, importunas
preces haberi pro metu concussiuo dixe-
runt *Alb. d. cons. 77. num. 10. Honded. d.
cons. 29. num. 34. Graff. d. cap. 11. num.
60. Osasc. decis. 179. num. 4. Afflict. de-
cis. 69 num. 6. Sances. de matrim. lib. 4.
disput. 7. per totam.* Hic tamen constat
per multos testes de metu concussiuo,
verberibus, pugione, euaginatominis
terribilibus natura ipsius Io. Antonij per-
19 sonæ violentæ, & furibundæ, homicidæ
item & qualitas istius Actricis mulieris
meticulosæ natura sua, *Thesaur. decis. 32.
num. 11. Crauet. cons. 461. nu. 14. & sequ.
Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 126. Costa
vbi supra num. 27.*

Non obstat, quod pars contraria proba
uit, ipsam Clientem cum eius viro rogas-
se emptorem, vt emeret; quoniam respon-
detur primò, quod magis creditur nostris
testibus deponentibus de metu, quàm il-
lis de spontanea voluntate, cùm magis cre
20 datur duobus testibus de metu, quam mul
tis de libera volũtate cõtrahentium; *Sances
de matrim. lib. 4. disput. 27. in princ. Menoch.
lib. 3. presumpt. 126. num. 31. Gam. d. de-
cis. 346. num. 3. Marant. cons. 39. num. 34.
Boer. d. decis. 100. num. 4. Graf. nu. 38. vbi*
21 *refert alios.* Secundò respondetur, eodem
metu, quo contraxit requisiuisse emptо-
rem vt emat, cùm duret eadem causa me-
tus, quæ potuit vtrunque effectum operari
Menoch. de presumpt. lib. 3. cap. 126. nu.

29. &

29. & 30. *Cravet. d. cons.* 461. *nu.* 30. *Fulgos. cons.* 176. *Alba. d. cons.* 77.

Non obstat dicere, quod Cliens est donataria vniuersalis, & quod in illa donatione vir dixit, quod restituit etiam dotes, & vna semel, quod fuerunt restitutæ dotes, non potest agere iudicio hypotecario, sed vti donataria debebat agere rei vendicatorio, quoniam respondetur primò, quod
22 restitutio, cùm non constet effectiuè, & appareat, in quo consistat dos restituta, esto quod mulier confessa fuisset se recepisse dotem nihil operatur, & non præiudicat mulieri, & est nulla ipso iure, ac si non fuisset facta, quia debet constare de effectiua restitutione apparente oculis corporeis manifestis, & euidentibus probationibus *Alberic. in d. authen. si qua mulier. C. ad vell. num.* 5. *Bald. in l. si cum seruum. num.* 3. *ff. si cert. pet. Angel. Aretin. Tiraqu. Roland. & alij allegati ab Honded. in cons.* 45. *nu.* 13. *vol.* 1. ex quo est prohibita restitutio dotis constante matrimonio, cùm vir semper sibi faceret fieri cautelam de dote habita per vxorem, & licet ex causa sit permissa, *vt in l. si constante. ff. solut. matrim. vbi DD. & l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot.* attamen est necesse, quod appareat soluto matrimonio, in quo consistit dos restituta, quod non sit consumpta, neque diminuta, aliàs semper vir, & eius hæredes teneatur ad restitutionem, *l. vnica. & ibi Bart. C. si const. matr. dos. sol. l. fin. C. de iur. dot. omnes DD. in l.* 2. *in princ. ff. solut. matrim. Bald. nou. de dote.* 7. *part. priu.* 24. *& melius in* 8. *part. prin.* 21. dicit fatuos viros illos, qui dotes vxoribus suis restituunt, qui non liberantur, quin iterum teneantur restituere, *D. Card. Tusc. litt. D. conclus.* 794. *num.* 12. *&* 13. *Surd. & alij alleg. à D. Nicolao Intrigl. singul.* 115. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 2. & quod dos appareat soluto matrimonio penes vxorem, cùm Iurisconsultus consideret restitutionem mulieri non perdituræ dotem, *d. l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot. Tusc. d. conclus.* 794. *num.* 13. ibi dummodo non sit præsumptio, allegat *Io. de Imol. & Lup. in cap. per vestras. §.* 25. *nu.* 6. *& Giurba d. decis.* 16. *num.* 3. vbi inquit maritum in hoc casu dotem consistentem in pecunia, vel mobilibus posse pro sui cautela deponi facere penes mercatorem, si dubitat de consumptione, nam ipse tenetur
23 ad restitutionem, cùm talis restitutio fuit inducta pro securitate dotium mulieris, & in eius fauorem, ad hoc, vt ipsa incumbat pignori, *Gram. decis.* 92. *Rip. in rubr. ff. solut. matrim. post Bald. Nouell. de dot. Barz. in tract. quarantig. quæst.* 9. *col. penult. Neapod. consuet. Neapol. incip. vbi dos. glos. restitutionis. vers. tertio casu.* inquit restitutionem hanc sequestrationem dici, quæ in mulieris manu fit. *Hering. de fideiuss. cap.* 6. *nu.* 192. *Franch. decis.* 54. *& decis.* 617. *cum alijs adductis à Giurba. decis.* 16. *num.* 2. *post hæc impressa.* Tanto magis, quod hic constat, quod ipse idem vendidit, & licet Cliens eius vxor cum eo vendiderit, & prætium
24 confessa fuerit, attamen totum præsumitur ad virum peruenisse, ex *Honded. d. cons.* 45. *& alijs inferius allegandis.* Item constat, quod ipse idem Io. Antonius locabat do-
25 mum donatam, & exigebat redditus donatos, & per consequens simulatæ dedit, cũ post ipsam donationem remansit in possessione, vt voluit *Bart. in l. post contractum. ff. de donat. & in cons.* 61. *incipit Petrus Nicole. Paris. cons.* 53. *num.* 21. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 430. *nu.* 14. *& 16. & cons.* 1095. *num.* 2. *cum quamplurimis per eum congestis in nu.* 19
26 Item etiam addimus, quod est donatio facta vxori, quæ ministerio iuris præsumitur simulata, ex latissimè adductis per *Becc. cons.* 79. Additur etiam, quod sumus in
27 causis summarijs, in quibus, cum constet principalem petitionem fuisse, contractũ venditionis debere rescindi, vti meticulosum, quatenus exinde inferatur, quod eo declarato rescisso, declaretur domus hypotecata dotibus, si petitio non potest subsistere, prout in effectu stantibus prædictis rationibus subsistit, & hęc est vera petitio, tamen cum constet DD. VV. Iudicibus tam prudentibus, & integris ad ipsam debere spectare domum prædictam stante dicta donatione, vtique sic debent decidere, ex quo in summarijs, vt dixi, sufficit, quod iustitia Actricis quomodocunque colligatur ex ipso processu, & non attenda tur, quod fuerit deductum, & quomodo fuerit deductum, sed id solum spectatur, quod probatum sit, cùm procedatur sola facti veritate inspecta, tanto magis, stante commissione Principis facta statim, *Alex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. col.* 5. *in fin. vbi Ias. nu.* 23. *ff. de verbor. oblig. idem Ias. in l. certi conditio. §. si nũmos. ff. si cert. pet. Corn. cons.* 80. *col.* 2. *vol.* 3. *Afflict. decis.* 120. *in fin. Grammat. decis.* 62. *num.* 3. *Becc. cons.* 47. *num.* 15. *& cons.* 52. *num.* 89. *Granet. cons.* 198. *nu.* 7. *Menoch. de arbitr. Iud. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 20. *& lib.* 2. *cas.* 68. *nu.* 32. *Surd. cons.* 12. *in fin.* vltra quod hic est clausula [omni meliori modo] quę
28 facit petitionem Actoris subsistneri co iure, quo potest, *Peregr. cons.* 60. *num.* 3. *Ludouic,*

donic. decis. Perus. 117. allegans quamplurimos scribentes de vi huius clausulæ.

29 Non obstat, quod donatarius vniuersalis obtinet locum hæredis, & per consequens teneatur ad debita donantis, iuxta doctrinam *Guid. Pap.* 105. quoniam

30 respondetur procedere, quo ad debita facta per donantem ante donationem, *Abb. in cons.* 102. *lib.* 2. *num.* 3. *vers. aut quæritur de debitis. Tusc. conclus.* 651. *lit. D. num.* 3. quæ verò sunt post donationem, non afficiunt bona donata, cùm statim ac dedit, transtulit dominium, & possessionem in donatarium, maximè stante constituto & alijs clausulis. *l. traditionibus. C. de pact. Menoch. cons.* 139. *& in cons.* 606. *num.* 10. & per consequens eius obligatio nihil operatur in præiudicium bonorum

31 donatorum: & inuentarium operatur quo ad creditores ante donationem, quo verò ad creditores post donationem non tenetur donatarius, nisi super eo, quod sibi donans reseruauit, *l. Seiamancipia. ff. ad vell. authen. de æqualit. dot. §. primum quidem. Abb. cons.* 102. *num.* 2. *lib.* 2. *Tusc. lit. D. conclus.* 151. *col.* 1. aliàs esset in potestate donantis, qui dedit, auferre, & facere conditionem donatarij deteriorem, contra, *l.* 1. *cum sequ. ff. quod vi, aut clam.* & cùm apparet id, quod sibi reseruauit, non est necesse conficere inuentarium, cum inuentarium fiat, ne occultẽtur bona, & fraudẽtur creditores, quod hic cessat, cùm reseruatum consistat in pecunia, & in summa vnc. 5. in puncto *Rot. Gen. decis.* 35. *in fin. Calcan. cons.* 29. *cũ quinque sequ.* vnde cũ appareat de reseruato cessat talis difficultas.

Quod autem asserebatur, quod metus

32 fuit illatus à viro, vnde non debet nocere ipsi emptori, qui metum non intulit, & est insciꝰ de tali metu, allegando *text. in l. non interest. C. de eo quod met. caus. & Gra-*

33 *uet. cons.* 120. Respondetur, ꝙ si rectè consideretur, quamuis *text. in d. l.* loquatur de metu illato ab alio sciente emptore, nihil ominus *glos. ibidem in verb. ab alio.* vult addendum esse testui aduerbium (maximè) & dicit idem esse in emptore ignoranter emẽte, quod teneatur de metu illato ab alio, quod ex eo posit conueniri, quam *glos. sequ. cõmuniter scribentes in d. l. videlicet, Cin. Bart. Salic. & alij, prout refert, & sequ Morot. cons.* 75. *num.* 3. *& Tusc. lit. M. conclus.* 221. *num.* 35. *text. in puncto in l. si cum exceptione. §. aliquando. & §. pedius. ff. de eo, quod met. caus.* hæc enim verba profert *Iurisconsi. in d. §. Pedius. in fin.* videlicet [nam in alterius præmium verti alienũ metum non oportet] *& glos. in verb. non oportet.* allegat multa iura, *Surd. cons.* 513. *nu. fin. vol.* 4. differentia enim quæ est, quando emptor scit metum illatum ab alio, vel

34 ignorat, nam sciens tenetur etiam de interitu rei; ignorans verò non tenetur ad restitutionem rei, si non extat, prout inquit *Morot. d. cons. n.* 4. *& Tusc. d. concl.* 221. *nu* 37.

35 Nec minus obstat *Grauet. in cons.* 120. quoniam impugnatur *à Morot. d. cons.* 75. *nu.* 3. & contra eum est *Paris. d. cons.* 139. *num.* 22. *lib.* 4. *Surd. cons.* 513. *num. fin.* qui dicit eum loquutum inaduertenter, & contra communem conclusionem. Verum, si rectè consideretur *Grauet.* loquitur, quando

36 ille, cui metus infertur est in culpa, videlicet, quod potuit monere tertium, ne contrahat cum eo, & non fecit; attamen inquit ipse, si ob timorem metum inferentis non monuit tertium, est subueniendum metum passo, etiam contra tertium ignorantem, vnde in casu isto, cum appareat, quod Cliens erat mulier subdita viro, item de metu concussiuo verberibus illato de terribilitate viri, & timiditate vxoris, est verum dicere dictam mulierem non monuisse emptorem stante dicto metu, & sic dictum consilium facere in Clientis fauorem. Præterea consideretur *Grauet. in*

37 *fin. d. cons.* 120. qui etiam ponit alium casum, videlicet si verisimiliter potuit cogitare de tali metu, vt quia contrahit cum marito terribili, aut prodigo, tunc factum emptoris dicitur ordinatum ad talem metum, hic autem constat, quod erat notoriè terribilis homicida prodigus, & multa alia maximæ temeritatis in eius persona concurrebant, consequens est dicere, dictum consilium facere pro Cliente.

Non obstat, ꝙ asserebatur ex aduerso, ꝙ

38 vxor, quæ vẽdidit cũ viro fassa est recepisse prætiũ, & per consequens pro medietate præsumitur ad eam peruenisse, *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. Bart. cons.* 124. vbi dicit idem in vxore, & viro. *Bald. in l. mater tua. num.* 11. *C. de rei vendicat.*

29 quoniam id est verum, & procedit respectu eorum, qui inter se possunt se obligare, & ita procedit *text. in d. §. cum in tabulis*, sed aliud est respectu personarum, quæ inter se non possunt se obligare, prout est vir, & vxor, & ita respondet *Imol. in l. cum vir. num.* 10. *in fin. ff. de vsucap. Afflict. decis.* 209. *nu.* 4. *Campeg. de dot. part.* 4. *quæst.* 10. *num.* 1. *in fin. Octau. decis. Pedamon.* 43. *num.* 16. *Honded. cons.* 45. *num.* 25. *vol.* 1. & quod respectu vxoris, quæ fassa est recepisse prætium, quod totum præsumatur

ad virum peruenisse, si non appareat manifeste conuersum in vtilitatem vxoris, & q vxor dicatur interuenisse tanquam fideiussor pro securitate contrahentis, tenet *Bolognin. cons. 45. Rolan. d. cons. 64. num. 9. Cin. l. cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim.* quam opinionem dicit communē, & magis receptam *Honded. d. cons. 45. nu. 11. cum. sequ.* esto, quod mulier fateat se recepisse pecuniam, & in sui vtilitatem fuisse conuersam, nam eius confessioni nō creditur, nisi manifestis probationibus aliter appareat fuisse conuersam in vtilitatē
40 ipsius mulieris, quę ea facilitate, qua inducitur ad contrahendum, inducitur etiam ad confitendum, & ideo ei non creditur, *Bart. in d. authen. si qua mulier. nu. 3. C. ad vell. Castrens. num. 3. Salic. nu. 6. Alberic. & latissime Honded. d. cons. 45. num. 13. & per tot. vbi alleg. iur. & author. & dicit opin. Bart. in d. cons. 124.* magis cōmuniter damnari, vt in *num. 26. & num. 32. cum sequ.* idem dicit ex verisima Doctorum opinione procedere stante iuramento. Tanto magis hic, quod manifeste apparet probatū de metu concussiuo illato per virum, cuius
41 probatio licet sufficit fieri per præsumptiones, & coniecturas, vt omnes præallegati Doctores asserunt, tamen hic est probatus septem testibus de visu, vnde sicuti metu vendidit, eodem metu fecit confessionem, cùm vnicus sit contractus, & non datur in parte contractus factus metu, & in alia parte sponte, & idem *Honded.* in-
42 quit, quod non tenet confessio vxoris de recepta pecunia, quia semper vel metu, vel amore induceretur ad confitendum, vt in *num. 13. & num. 26. in fin.* & quando contractus venditionis est metu factus, eodem
43 modo, & confessio prætij facta in eo, & omnes aliæ clausulæ sunt metu factæ, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 126. num. 30. Fulgos. cons. 176. Seraphin. de priuil. iuram. cap. 110. num. 6. Grauet. cons. 461. nu. 2. lib.*
44 3. imò ex tot clausulis appositis in actu metu facto magis augetur pręsumptio ipsius metus, *Alex. cons. 156. nu. 3. in fin. vol. 5. Soccin. iun. cons. 77. num. 48. & 50. lib. 1. Grass. de except. cap. 11. num. 57. & 58.*
45 Non obstat illa distinctio, quod respectu emptoris talis confessio vxoris probat, & respectu viri, & hæredū non probat, & hic sumus in emptore, *Seraph. d. priuil. cap. 65. & Boer. decis. 23. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 246. nu. 8. & Honded. d. cons. 45. nu. 32.* quoniā, si recte miretur doctrina *Honded.* applicata casui nostro, legitimè procedit, & est in puncto; nam in *d. nu. 32.* distinguit, quod aut actus factus per vxorem cum viro, & tertio, est de iure prohibitus, aut de
46 iure permissus: si prohibitus, tunc dicta confessio prætij non nocet vxori, etiam in præiudicium tertij, & ipse tertius tenetur probare prætium conuersum in vtilitatē vxoris, vt *Honded. in num. 33.* cuius casus
47 est in mutuo, in quo mulier prohibetur contrahere, *per tex. in authen. si mulier. C. ad vell.* si verò permissus est actus, ipse, prout, quando vir, & vxor vendunt, tunc talis confessio facta emptori, & nocet vxori & ipsa vxor tenetur probare prętium non conuersum in sui vtilitatem, ratio est, quia vxor non est semper probibita vendere; *Amat. decis. 62. nu. 26.* Verùm dico ego, quod *Honded.* loquitur in casu, quo mulier vendidit sponte: sed in casu, in quo vendit metu concussiuo, quia lex prohibet tales venditiones, & succurrit metū passo. Sumus in prima distinctione, videlicet, quod quando actus per vxorem factus est de iure prohibitus, vt per metum. *Tot. tit. ff. & C. de eo quod met. caus.* tunc non est difficultas, quod cum igitur simus in actu de iure prohibito, prout in actu metu facto, est clarum esse in primo distinctionis casu, & ratio est fortissima supra adducta, quod si metu est facta venditio, eodem metu & confessio, nam esset monstrum, quod venditio sit metu, & confessio prætij in eodem actu sit sponte, contra omnia iura mundi, cum metus duret durante matrimonio, & vita viri, vt inferius comprobabitur, & in hoc proposito fuit allegatus *Honded. d. cons. 45.*

Non obstat, quod etiam per Dominum Aduocatum ex aduerso asserebatur, quod
48 metus fuit purgatus, ex quo Cliens post primum actum exinde per alium annum, & sic ex interuallo fecit duos alios actus, per quos augmentauit prętium venditionis primæ, & inde vendidit ius luendi, allegando *Rol. à Vall. cons. 83. num. lib. 2.* qui tenet actum ex interuallo factum purgare metum in actu præcedenti, quo-
49 niam doctrina *Roland.* procedit, si non durat causa metus, vt declarant *Tusc. in dict. conclus. 220. litt. M. num. 26. 27. & sequ. alleg. Menoch. cons. 1. nu. 301. & alios Doctores, & prout etiam ipse Rolan. à Vall. in cons. 2. lib. 1. nu. 87.* vbi inquit, quod actus subsequens factus, etiam ex interuallo non purgat metum in actu præcedenti adhibitum durante eadem causa metus, propter quam contraxit, *alleg. Bald. Barbat. Alex. & multos alios. DD. Abb. in cap. 2. quod met. caus. Dec. cons. 219. nu. 7. Gail. obseru.*

93. nu. 30. lib. 2. Connan. tract. de pact. lib. 1. cap. 6. nu. 47. qui dicit, quod vxor pro-
50 mittens aliquid metu mariti, excusatur toto tempore vitæ ipsius mariti, si non egit in iudicio, quasi semper videatur timuisse maritum, quia eadem causa durante nunquam ex subsequentibus actis metus dicitur purgatus, *Bart. in l. 2. num. 7. C. quod. met. caus. vbi Bald. num. 10. Alex. cons. 98. num. 7. lib. 3. Ias. cons. 65. nu. 5. lib. 2. Grauet. cons. 6. num. 84. & cons. 461. num. 38. & cons. 516. nu. 22. & cons. 869. num. 11. & cons. 889. num. 4. Honded. cons. 23. num. 40. lib. 1.* vbi dicit, etiam stante
51 cursu longissimi temporis, *Mascard. Monald. & alij, quos refert, & sequitur Graff. d. cap. 11. nu. 85. Tusc. in d. conclus. 220. nu. 28.*
52 *lit. M.* &eadem causa metus dicitur durare durante vita illius, qui metum intulit, *cap. 1. vbi DD. de his qui vi, metusque causa. Bart. Bald. & alij in l. 2. C. quod met. caus. Grauet. d. cons. 869. num. 10. Honded. d. cons. 23.*
53 *nu. 41. lib. 1.* & quod viuente marito, qui metum intulit, licet mulier verberata cõtraxit ex interuallo, dicitur metu consensisse, quia metus ille semper durat, donec durat matrimonium, *Barbac. cons. 54. lib. 1. & cons. final. lib. 2. Aretin. Dec. Alex. & alij relati à Tusc. d. conclus. 120. nu. 9. & 10. in lit. M. Surd. cons. 513. nu. 41. vol. 4. & Grau. in d. cons. 461. num. 38.* vnde illi duo actus sequentes non solum non purgant metum primi actus; verum etiam ipsi idem veniunt annullandi vt metu facti durante eadẽ causa metus, quæ durat toto tempore matrimonij, vt diximus ex *Tusc. in d. conclus. 220. nu. 9. & 10. in litt. M. & alijs per eum allegatis.* Tanto magis, quod per testes constat de metu specialiter illato in primo actu, & sunt etiam alij testes qui vltra specialitatem in dicto actu dicunt, quod exinde omnes alij actus facti fuerũt metu facti.
54 Non obstat, quod maritus stante necessitate famis potuit alienare dotem, esto noluerit vxor, & sic nihil operatur metus, ex *auctorit. Lup. in repetic. rubr. de donat, §. 17. nu. 16. in fin. Gratian. discept. lib. 2. cap. 108. nn. & Surd. in cons. 367. nu. 28. lib. 3.*
55 vbi dicit in subsidium posse alienare dotẽ quando debitum est pro communi necessitate; quoniam respondetur primò, quod in facto non constat venditionem fuisse factã pro dicta necessitate, nam sufficiebat redditus domus, quæ importabat vnc. 24. pro alimentis, & habebat plures alios reddi-
56 tus: sed constat, quod maritus ipse suã culpa se reduxit ad talem necessitatem, quo in casu iura loquentia vxorẽ teneri excar-
57 cerare virum: procedunt, quando non suo maleficio, prauis moribus, luxuria & propria culpa in paupertatẽ se reduxit, *Salic. Angel. Couar. Felin. & alij alleg. ab Amat. decis. 62. nu. 4. 5. & 6.* iste enim habuit alia bona vnde potuit ali, & illa male cõsumpsit, quibus si temperatè vsus fuisset, nihil sibi defuisset, nec ad inopiam, & paupertatem deuenisset, vt quia præter feudalia, & vinculata alia libera habebat, si ergo illa con-
58 sumpsit non potest ex causa victus necessaria hæc vinculata, seu feudalia alienare, & sic si consumpsit sua bona, quæ libera habebat, non potest consumere dotem vxoris, cùm si illa non consumpsisset, sufficissent pro victu, & ad paupertatem non deuenisset, *Castr. l. etiam. §. fin. ff. solut. matrim. Ias. l. non tantum. in fin. & l. sicut autẽ. num. 4. ff. de re iudic. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. nu. 9. vers. secundò illud est. Ottau. decis. Pedam. 168. nu. 8. & 9.* probatur etiam ex *l. penult. ff. de iur. dot.* socero non concedi priuilegium aduersus generum, deducto
59 ne egeat, si generum spe dotis induxit ad contrahendum, & id egit sciens se dotem non posse præstare, alia iura, & authoritates, & latissimè ponẽs alios casus distinctos. *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 182. nu. 31. & melius num. 39. cum. sequentibus.*
60 Nec minus obstat, quod actio hypotecaria est præscripta spatio decem annorũ quoniam decem anni connumerantur à die quo potuit mulier agere, cùm non va-
61 lenti agere non currat præscriptio, *l. fin. C. de annal. except.* & per Calendaria temporum apparet non decursos esse nouem annos à die mortis illius Io. Antonij. Item nec minus potuit agere stante eius pauper tate, de quo constat in processu. Præte-
62 rea non est verum, quod præscribitur spacio decem annorum, sed requiruntur triginta anni, *Gamm. decis. Lusitan. decis. 99. per tot. vbi allegat iura, & authoritates.* Item
63 in Regno exceptio præscriptionis numquam, aut raro admittitur, nisi sit immemorabilis, vt tenent *Bongiorn. Platamon. mil. Petr. Riczari, & alij allegati à Don Nicol. Intrigl. in singul. 61. lib. 2.* Cætera quæ ex aduerso fuerunt adducta, non est necesse discutere, cùm sufficit pro victoria omniũ videre magistrale *cons. Honded. 45. vol. 1.*

Die 26. Martij 1613. per Regiam Curiam Straticotialem fuit decisum in fauorem Clientis, & declarata domus hypotecata ad vnc. 590. & factæ bonæ nonnullæ summæ pecuniarum solutæ creditoribus Clientis.

1615. fuit confirmata per M. R. C.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis illa dicitur, qua cessante quis non esset aliàs facturus, num. 7. & in dubio recurritur ad rationem naturalem ad cognoscendum, num. 5.*

2 *Causa impulsiua illa dicitur, quando quis erat aliàs facturus, affertur exemplum, nu. 8. & quid debeat inspici, num. 3.*

4 *Personarum qualitas in omni materia est consideranda.*

6 *Ratio naturalis est optimus legis clipeus.*

9 *Exceptio repetiti capitalis est realis solutionis.*

10 *Exceptio resolutionis contractus admittitur in prima instantia.*

12 *Emptor si constituit censum bullatè pro precio domus, vel sibi accollat alteri soluendum, an euicta domo, nõ facto ipsius, teneatur ad censum, & quid si vicinus retrahit num. 13. affertur ratio, num. 14. & 15.*

16 *Directus si reuocat prædium propter pœnam, resolutus est contractus, & emphiteota non tenetur ad census de cætero, affertur ratio, num. 17.*

18 *Pœna, & sors vbi promittitur accepta sorte, pœna dicitur remissa, & è conuerso, affertur ratio, num. 19.*

20 *Cessante causa finali, cessat obligatio.*

21 *Naturalis æquitas est, quod qui substinet onera habeat commoditatem.*

22 *Monialis si omnia bona sua donat Monasterio si non ingreditur, vel ante professionem egreditur, vel moritur, bona non spectant ad Monasterium, affertur ratio, num. 23.*

24 *Ingrediens in congregatione, si egreditur recuperat bona sua.*

25 *Exceptio naturalis æquitatis admittitur in prima instantia.*

26 *Exceptio quæ nascitur ex statuto, vel instrumento publico admittitur in prima instantia.*

ARGVMENTVM.

An cessante causa finali propter quam facta est subiugatio, resoluatur contractus subiugatorius, & an hęc exceptio admittatur in prima instantia.

CONSILIVM XXXIX.

IESVS MARIA.

ANdatum executiuum factum per Illustrissimam Academiam de mandato Regiæ Curiæ Stratecotialis vigore duorum contractuum, Bullalis, & vitalitij, fuit in quindena adimpletum per D. Clientem, per quem fuerunt præsentatæ oppositiones, quæ vt releuantissimæ omnino debent sta re: apparet enim, quod causa finalis propter quam facta est subiugatio fuit ingressus, & illa admissio in vnum ex Equitibus Illustrissimæ Academiæ. Vnde, ex quo ex inde ob reformationem capitulorum cancellauerunt Clientem, cessauit causa, & per consequens tanquam census carens prætio nullam meretur executionem: quãdoquidem Spectabilis Cliens, nisi fuisset vnus ex Equitibus, non fecisset dictos contractus censuales, & causa finalis est illa, 1 qua cessante quis non esset aliàs facturus, *Bald. in l. Auia. nu. 12. vers. & ideo tu considera. C. de iur. dot. vbi all. notata in l. 2. in fin. ff. de dot. Io. Monac. in cap. cupientes. col. 2. nu. 4. de rescript. in 6. collect. in cap. post translationem. col. 1. vers. sed quam causam de renunt. & ibi Imol. num. 42. Abb. num. 88. post Ruin. Ceph. Oldrad. Paris. Soc. Tiraqu. Conarr. & alios, Sances. de bonor. diuis. lib. 3. cap. 6. num. 83. & 84.* vbi dicunt etiam 2 quod illa est causa impulsiua, cũ erat aliàs facturus, & quod verè non subiugasset, nec aliàs fuisset facturus talem subiugationem Dominus Cliens, nisi fuisset pro ingressu, vt Eques, & obtinendo illam dignitatem tangitur manibus, quia in eodem contractu, pro quo hodie conuenitur, dicitur, quod est necesse, vt Eques ex forma capitulorum, quod vnusquisque ipsorum debeat soluere suam partem, & portionem. Item ex reformatione capitulorum disponitur, quod ante ingressum quisque debeat soluere vnc. 40. & sic non poterit ingredi, & consequi talem dignitatem, nisi prius solutis vnc 40. vnde clarissime ex capitulis legitur pro ingressu solui dictas vnc. 40 & neminem adhuc vidimus, qui non sit Eques, quod contribuisset in hac Academia, vnde inspecta qualitate personarum, 3 quæ debet inspici, vt secundum eam iudicemus, aut quis fuisset, vel non fuisset facturus secundum *Bald. in l. cum Veterani. in 1. notab. C. de donat. ante nupt. Afflict. cap. 1. col. 4. num. 103. tit. ex quib. caus. feud. amittit.* & in omni materia est consideranda 4 qualitas personarum. *l. plenum §. æquici. ff. de vsu. & habitat.* vidimus enim neminem facere tales subiugationes, nec soluere vnc. 30. Illustrissimæ Academiæ, nisi receptos in Equites, & licet Spect. Cliens erat iam in Academia, hoc fuit, quia ipse erat vnus de fundatoribus. Vnde primi à nemine petierunt ingressum, quia tunc nemo erat, & factis per eos capitulis statuerunt quemquam, vt Equitem se debere

contri-

contribuere, & dare portionem ſuam, pro ut ipſe neceſsitatus pro adimplemento capitulorum ſubiugauit, taliter, quod ſi non ſubiugaſſet, vtique illum cancellaſſent, & ipſa ratio naturalis oſtendit Clientē nō aliter ſubiugaſſe, niſi in effectu fuiſſet Eques de Stella, & propter illam dignitatem, & quando eſſemus in dubio (quod non eſt hic) quod non apparet, quæ ſit cauſa finalis, tunc recurrendum eſt ad rationem naturalem, quæ ratio naturalis eſt cauſa finalis, *l. cum ratio. ff. de bon. dan. l. 1. §. in Ibi naturali ratione ſubnixum. decaduc. toll.* ex quo *Bald. ibi in princ.* notat ea, quę ſunt naturali ratione ſubnixa, debent intacta, & illibata perpetuo cuſtodiri, & inquit ad naturalem rationem eſt recurrendum, quę optimus eſt legis clipeus, loquitur *Felin. cap. tua nos. de iureiur. col. 2. verſ. & ad iſta. Iac. de S. Georg. l. fin. col. 1. C. de edict. Diu. Adri. toll.* licet hic ſumus in claris, vt eſt dictum. Præterea propter ſubiugationem fuit conceſſus ingreſſus, & permanſit in Academia Spectabilis Cliens, & illa eſt cauſa finalis, propter quam immediate aliquid conceditur, *Cin. & Petr. in l. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler.* Illud enim dicere, quod pro manutenenda Academia, & expenſis non eſt cauſa finalis, ſed impulſiua, quia Equites omnes, quando ſunt recepti in Equites fuiſſent facturi expenſas pro manutentione Academiæ, quia ad eos ſpectat, & quando quis facit, quod aliàs eſſet facturus, non dicitur illa cauſa finalis, ſed impulſiua, vt dixi ſupra *nu. 2.* Si igitur eſt verum, prout veriſsimum, quod cauſa finalis fuit ingreſſus, & illa dignitas prętium cenſus eſt ipſa dignitas taxatum tunc temporis ad vnc 4. annales, cum inde ob reformationem ordinarunt, vel Clientem ſoluere vnc. 30. pro extinctione, vel ſoluere cenſus decurſos, & dare cautelam pro ſolutione decurrendorum de cætero, aliàs, quod deleatur, & ita fuit ſequutum, quod Cliens noluit implere, igitur fuit ſublata dignitas, quæ erat ipſum capitale, & ſibi cepit Academia, & loco Clientis poſuit alium, à quo habuit vnc. 40. cùm numerus Equitum ſit præfixus. Vnde euanuit contractus, quia ceſſauit cauſa finalis, per quam facta eſt ſubiugatio, vt optimè fatetur *Sances d. num. poſt Socc. Cephal. Ruin. & alios*, & ſic capitale, & prætium fuit repetitum; Hæc enim exceptio eſt realis ſolutionis, quia adaptatur etiam ad exceptionem ſolutionis ipſius ſortis: nam ſi admittitur exceptio ipſorum iuriū cenſualium, multo magis debet admitti ſolutionis ſortis principalis, & ſic reſolutionis contractus, *Fideric. Campix. de cenſib. num. 26.* & quod exceptio reſolutionis contractus admittitur in prima inſtantia dixerunt *Bolognet. conſ. 12. num. 28. Milan. deciſ. 8. num. 53. & ſequ. lib. 2. num. 63.* dicit ſic deciſum per Magnam Regiam Curiam, & poſt alios *Giurba deciſ. 55. num. 17.* & ratio eſt, quia contractus reſolutus habetur pro non facto, *l. nec vllam. ff. de petit. hæredit. Afflict. deciſ. 40. in fin. Ceph. conſ. 288. num. 12.*

Præterea, ſi emo domum, & prætium illius eſt conuerſum ſecundum formam Bullæ, ſi mihi ſit domus euicta facto venditoris, non poſſum cogi pro ſolutione cenſus: ratio eſt, quia prætium illius cenſus fuit traditio domus, quę cùm ſit euicta deficit pretium iſtius cenſus, & per conſequens corruit ipſe contractus cenſualis, ita ex *diſtinct. Caſtrenſ. in l. cum mulier. la ſecunda. ff. ſolut. matrim. Bal. ſuper pragm. de cenſib. quæſt. 1. præciſè nu. 16.* qui loquitur in accollatore præſente creditore bullali, vel Notario pro eo ſtipulante *Tiraqu. de retract. §. 1. gloſ. 18. num. 39.* loquitur in emptore obligato ad prætium, & in Bulla loquitur *Giurba d. deciſ. 55. num. 7.* quia cauſa, propter quam ſe obligauit reducta eſt ad non cauſam. *l. ſi Fullo. ff. de cond. indeb. Surd. deciſ. 289. nu. 18. & conſ. 268. num. & conſ. 435. & tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 124. num. 8.* & titulus ad non titulum. *l. 1. ff. de condic. ſine cauſa. Ann. alleg. 85.*

Nec eſt conſideranda opinio ex aduerſo quod D. Cliens non fuit deletus, quia non ſoluit vnc. 30. pro capitalis extinctione, nec etiam, quia non dedit cautelas pro validitate ipſius cenſus, ſed fuit cancellatus ex quo non ſoluit cenſus decurſos infra terminum præfixum. Quoniam vltra, quod in effectu fuit cancellatus, quia reputarunt cenſum, & ſubiugationem non ſufficientem, vt manifeſtè ex præfatione contenta in capitulis ipſius reformationis apparet, dum dicunt non eſſe ſeruitium Academiæ, quod redditus exigantur ab Equitibus, & eorum bonis, ſed quod, vel fiat ſolutio capitalis, vel fiat aſſignatio aliunde, aliàs eſſet extinctio, & reſolutio ipſius Academiæ. Attamen, eſto, cancellatio fuiſſet facta pro non ſolutione cenſuum decurſorum, & ſic in pœnam, nihilominus euaneſcit contractus Bullalis ob repetitionē ipſius capitalis, quod fuit, prout eſt illa dignitas, quod ſit vnus ex Equitibus repetita per ipſam Academiam, prout vide-

mus ex *tex. in auth. qui rem. C. de sacr. sanct.*
16 *Eccles.* vbi si Dominus reuocat prędium, propter pænam, ex quo emphiteota non soluit census decursos, resolutus est contractus censualis, & Dominus non habet amplius actionem ad census de cætero, quia prædium, quod est capitale, reuersum fuit ad Dominum, quo cessante cessat contractus censualis, ita dicit post *Bart. in l. cum à socero. C. de iur. dot. Benedic. Bon. tract.*
17 *de censib. art.* 69. quia inest hæc qualitas ipsi obligationi, dum res non capitur à
18 Domino, & quando stipulatur sors, & pæna, accepta sorte pœna dicitur remissa, & è conuerso accepta pœna remittitur sors, *l. fin. cum glos. ff. de eo quod cert. loc. l. si pater. §. si mulier. ff. de pact. dotal.* nam alter-
19 natiuè videntur disposita, & altera ex duabus debet esse contentus Actor *l. prædia. ff. de act. empt.* eo magis in pœna conuentionali prout hic, nam fuit imposita de voluntate totius Academiæ, & non potest vna cum re debita exigi, prout forsan in pœnis legalibus, & positis in contentum Iudicis. *glos. l. sed & si. ff. pro soc. Marc. decis.* 512. *part.* 1. *per totam.* Tanto magis in obligatione gratuito facta, quæ fuit nouata per impositionem pœnæ, tunc non potest agi, nisi ad solam pœnam *Molin. d. contract. disput.* 556. *num.* 13. *tom.* 2. & cum causa finalis ipsius obligationis fuerit il-
20 lud esse Eques cessauit, cessat igitur & obligatio. *l.* 1. *& ibi glos. & DD. C. de condic. ob caus. l. cum te. C. de pact. interempt. & vendit. Tiraqu. cessant. caus. in num.* 58. *litt. C. nu.* 189. ex hac enim dignitate vltra multas præeminentias, quas consequebatur, habebat etiam & commoditatem, & vtilitatem; nam omnibus Ministris ipsius Academiæ ipse, vt Eques vtebatur, quibus hodie priuatus est: vnde non est iustum, imò
21 contra naturalem æquitatem, Dominum Clientem substinere onera, & alios habere commoditatem, *l. si quis in potestate. §. fin. ff. delegat. præstan. Rimin. iun. cons.* 508. *num.* 14.

Comprobantur hæc omnia, nam si monialis causa ingressus dedicat se, & bona sua Monasterio cum iuramento, si ingres-
22 sus non habet effectum, vel ingreditur, & ante professionem egreditur, bona omnia sua sibi recuperat: vel si ingreditur, & ante professionem moritur, bona nõ ad Monasterium, sed ad hæredes eius spectant, & ratio est: nam causa finalis, ob quam data fuerunt bona erat ingressus, & perseue-
23 rentia, cùm semper insit qualitas perseuerantiæ, cum ergo cessat, vtique datio bonorum ipsa cessat. *Bart. in auth. ingressi. num.* 16. *C. de sacr. sanct. Eccles. Federic. de sen. cons.* 237. *num.* 2. *Honded. cons.* 94. *vol.* 1. *& cons.* 73. *nu.* 8. *cum. sequ. vol.* 2. quod etiam comprobatur *ex. l.* 1. *ff. de colleg. & corpor. illic. & ibi glos.* quod si in aliqua Congregatione est aliquod cõmune, quod
24 prouenit ex collatione singulorum, si aliquis vellet de prædicta congregatione recedere, vtique partem suam, quam per ingressum attulit, petere potest, & in summa durum est in præsenti casu Illustriss. Academiã habere rem, & prætiũ habet enim dignitatem sublatam à Cliente, & vult exigere censum impositum pro dignitate.

Non erit igitur dubitandum, esto, sumus in prima instantia, has exceptiones esse admittendas, quandoquidem, vt est dictum, hæc est exceptio realis solutionis ipsius repetiti capitalis, & sic resolutionis contractus, quæ admittitur in prima instantia, vt supra fuit comprobatum *nu.* 10.
25 Si enim dicimus, quod est exceptio naturalis æquitatis, ne quis locupletetur cum iactura aliena, & admittitur in prima instantia, *Milan. d. num.* 36. quia, quando denegatur omnis actio, tamen ne locupletetur cum iactura aliena, poterit officium Iudicis implorari, *Barbat. cons.* 38. *col.* 8. *vol.* 1. *Felin. cap. quæ in Ecclesiarum. in fin. col.* 17. *de constit. Soccin. l. cum fundus. §.* 1. *& l. si me, & Titium. ff. si cert. pet. Neuiz. cons.* 96. *num.* 14. *circa medium. vol.* 1. vult exigere redditum, & Dominus Clicns nõ est de Stella, non gaudet honorantijs, quibus cæteri Equites, qui contribuunt, nec debet contribuere in oneribus. Si enim di-
26 cimus, quod est exceptio, quæ nascitur xe alio statuto, vel instrumento publico, admittitur in prima instantia. *Cum. in cap. rit.* 16. *num.* 48. *&* 58. *Milan. decis.* 1. *lib.* 2. *num.* 178. *& decis.* 3. *num.* 132. *Bal. quæst.* 30. *nu.* 61. Hæc exceptio nascitur ex capitulis factis per Illustrissimam Congregationem plenissimam fidem faciunt contra ipsam.

Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem Spect. D. Clientis, quod oppositiones stent.

De mense Martij 1618. fuit decisum contra Clientem per Curiam Straticotialem. Et cùm fuisset via reuisionis causa introducta in Magna Regia Curia de Mense Iulij eiusdem anni fuit decisum in fauorem Clientis, quod stent oppositiones.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In iudicio reiuendicatorio duo sunt probanda, videlicet, dominium penes Actorem, & possessio penes conuentum. Et quæ requirantur ad probationem dominij, num. 2. 7. 8. & 10. affertur ratio, num. 9. & quid in antiquis num. 11. & quod sit tempus antiquum, num. 12. & 38.*

3 *Clausula constituti operatur translationem dominij, & possessionis, esto constituens per colonum possideat, num. 4. & transfertur vera possessio, licet modus sit fictus, num. 5. & constituens possidet nomine illius, pro quo se constituit possidere, num. 6.*

13 *Testis Sacerdos obtinet vim duorum.*

14 *Testis metu monitorij non probat, nisi fuerit repetitus p. c. & quid si sit mortuus.*

15 *Testes ex dicto Antiquorum probant de facto antiquo.*

16 *Testium depositio si iuuatur alijs scripturis, operatur plenissimam probationem.*

17 *Iudex ex multis deductis coram eo deuenit ad vnum finalem conceptum mentis, & non indiget alio adminiculo.*

18 *Reseruatio, in modico, facta in donatione operatur nullitatem. contrarium num. 19. cùm sufficiat, quod possit inuenire hæredem, n. 20.*

21 *Donans bona mobilia, & stabilia, non dicitur donasse iura, & actiones, & valet talis donatio, si nihil reseruauerit de mobilibus, & stabilibus, nu. 22. & quid operentur verba [vbicunque existentia, num. 23.*

24 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, mobilium, & stabilium, non comprehendit suppellectilia, vestes, equos, & alia necessaria ad vsum donatoris, nisi specialiter expressum fuerit.*

25 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, nihil reseruato, an substineatur quo ad præsentia.*

27 *Capitulum Regni Regis Ferdinadi 61. declaratur, & num. 27.*

28 *Donatio propter nuptias non insinuatur, idem si est ob causam num. 29.*

30 *Actus si sit factus pluribus causis, si aliquæ ex expressis cessant, substinetur ex alijs, quæ remanent.*

31 *Testes si aliqua incidenter in depositione dicant, inducunt præsumptiuam probationem, quę sufficit, donec contrarium probetur, & quid quando sunt geminata, num. 32. affertur ratio, num. 33. & quid quando cum iuramento, num. 34.*

35 *Verba enunciatiua probant, quando concurrit aliquid adminiculum, & quid si proferantur ab eo, qui præsumitur scire iura sanguinis, 36. & quid in Antiquis. num. 37.*

39 *Præsumptiua probatio sufficit ad probandum matrimonium, & in dubio pro matrimonio decidendum est num. 40.*

ARGVMENTVM.

In actu reuendicatorio quę sint probanda, & quomodo probetur dominium, & an donatio omnium bonorum cum modica reseruatione sit nulla, & an bonorum mobilium, & stabilium sustentetur, ex quo iura, & actiones non sunt comprehensæ, & omnium bonorum præsentiũ, & futurorum substineatur quoad præsentia tantum.

CONSILIVM XXXX.

IESVS MARIA.

IN anno 1550. quondam Antoninus Cuma dedit inreuocabiliter inter viuos quondam Seraphinæ Faraoni, tam ex causa contemplationis matrimonij, quâm titulo dotis, quâm pro exoneratione eius conscientiæ, qnàm etiam ob Dei amorem, donum virginitatis, & ob alios respectus, quos minime curauit exprimere omnia, & singula bona sua mobilia, & stabilia, præsentia, & futura existentia, tam in terra Milatij, quam alibi in Regno, specificando nonnulla bona stabilia existentia in dicta Terra, in qua donatione se constituit possidere nomine, & pro parte ipsius donatariæ, exinde verò subsequuto matrimonio inter eos, & resoluto per mortem dicti Antonini præfata Seraphina secundum duxit virum, cum quo nonnullos fecit filios, qui hodie, vt hæredes præfatæ Seraphinę se direxerunt per Curiam Terræ prædictæ pro recuperatione cuiusdam vineæ contentæ in dicta donatione, ad præsens occupatæ per ipsos de Composto conuentos, quorum petitio iudicio meo clarissima est, & omnino debet procedere. Duo enim sunt probanda per Actorem in iudicio isto reuendicatorio; dominium penes ipsum, & possessio penes conuentos. Ad probationem autem dominij quatuor de iure debent probari, videlicet, titulus, traditio, prætij numeratio, & tandem, quod diu possiderit, esto, quod non probetur venditorem fuisse Dominum, secundum *Bal. in l. cum res. col. 2. vers. nunc ergo restat. C. de probat.*

1

2

probat. quem sequuti sunt ibi Castrens. & cæteri Paris. in cons. 104. num. 98. 99. & 100. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iud. cap. 42. nu. 6. qui alios refert, quæ omnia per Clientes clarissimè sunt probata in processu isto, titulus enim apparet, dum ostenditur donatio facta per Antoninum Cuma in personam illius Seraphinæ, à quo ipsi sunt hæredes. Apparet etiam & traditio, quia per constitutum adiectum in instrumento do-
3 nationis iam fuit facta traditio, translata possessio ciuilis, & naturalis, *glos. in l. quædam mulier. ff. de reuendic. l. quod meo. vbi communiter DD. ff. de acquir possess. Intrigl. decis. 14. num. 7.* vbi *in nu. 8.* inquit etiam
4 procedere, esto constituens per colonum possideret, allegat *glos. in verb. retineo l. 1. §. non aliis autem. ff. de vi.* & vi armat; quã singularem dicit ibi *Bart. in vers. contra hoc oppono. Bal. in l. cum testamentum. num. 2. in fin. C. de iur. & fact. ignorant. & in nu. 9.*
5 inquit, quod dicitur translata vera possessio, licet modus sit fictus, *Bart. in l. his qui pro emptore. num. 70. ff. de vsucap. & Ias. nu. 369. vbi testatur communem. Tiraqu. de constit. part. 2. ampliat. 1. num. 1. & 2. & post multos dicit magis communem Menoch. cons. 139. num. 9. & 24. vol. 2. D. Cardin. Tusc. conclus. 785. col. 1. litt. C.* Prætij numeratio non requiritur in casu isto, quia sumus in donatione, quæ fuit facta causis expressis per donantem, & alijs sibi beneuisis; Quod autem diu possederit, apparet plenissimè probatum in processu, quandoquidem testes deponunt, quod ille Antoninus Cuma donans, tam tempore donationis, quam ante, & post semper possedit, vt verus Dominus, percipiendo fructus, vsque ad eius mortem; vnde ipse Antoninus post donationem dicitur possidere nomine ipsius Seraphinæ eius Donatariæ, & sic ipsa Seraphina possidebat stante constituto apposito in ipsa donatione, cuius virtus
6 est, quod constituens non pro se possedit, sed pro donataria, pro qua constituit se possidere; ita dixerunt *Tiraq. d. tract. de constit. num. 13. in princ. D. Cardin. Tusc. d. conclus. 785. nnm. 7. liti C.* vnde cum dicta quatuor requisita pro vera probatione dominij in causa, in qua versamur sint sufficientissimè probata per Clientes, non videtur exitandum super hoc capite, & rectè
7 per Doctores fuit resolutum, quod illa probatio, quod diu possiderit, sit arbitrio Iudicis, ex *Bal. in dict. l. cum res. & alijs per Menoch. vbi supra nu. 7. allegatis*, quan-
8 doquidem dominium dicitur sufficienter probatum ex perceptione fructuũ, vt Dominus, ita dixit *Iurisconsul. in l. Titia. ff. de solut. & ibi Bart. Angel. & Paul. de Castr. Barbat. in cons. 8. nu. 4. vol. 1. & cons. 41. eod. lib. vbi allegat tex. in l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. & ibi Bart. nu. 2. Paul. de Castr. in l. si quis super. num. 3. C. fin. Regund. quem refert Campeg. tract. de restit. reg. 339. vers. 9. eo ipso. scrib. cap. cum ad sedem. de restit. spoliat. Abb. cap. cum contingat. in 1. notab. de decim. Paris. cons. 104. nu. 87. & sequ. vol. 1. Alex. cons. 25. num. 8. vol. 5. Socc. sen. cons. 187. num. 12. vol. 2. Guidonp. sing. 718. num. 2. glos. in l. quidam in suo. in verb. moueri de condic. instit. Salic. l. 2. C. de probat. Ioan. de Amic. cons. 25. nu. 31. & cons. 149. num. 9. Cagnol. in l. 1. nu. 133. ff. si cert. petat. Bal. l. 2. nu. 4. C. de probat. Intrigl. super. Bull. quæst. 39. num. 3. & 5.*
9 & ratio est, quia dominium difficilis est probationis. *DD. in d. l. cum res. Afflict. decis. 40. num. 4. Octauian. decis. Pedamont. 25. num. 6. Menoch. d. cas. 42. num. 1.* vbi
10 etiam asserunt sufficere probari per indicia præsumptiones, & coniecturas, *l. indicia. C. de rei vendicat. Butr. d. cons. 41. nu. 1.*

Tanto magis, cum simus in antiquis
11 quia per præsumptiones, & per faciliores probationes ostenditur, *Ber. quæst. 65. nu. 6. Benedict. Bon. de censib. lib. 1. art. 40. Soc. sen. cons. 89. nu. 9. lib. 1. & cons. 25. nu. 3. lib. 2. Intrigl. num. 24. & num. 25. Afflict. decis. 23. Nacl. cons. 283. nu. 8. Abb. cons. 62. nu. 11. & sequ. lib. 2. Dec. cons. 42. nu. 3. & cons. 638. nn. 9. Tusch. litt. D. conclus. 611. nu. 154.* vbi inquit, quod simul iuncta faciunt plenam probationem, *glos. in verb. la secunda. §. ætas. ff. de excusat. tut. Grau. cons. 158. nu. 11. Bal. cons. 149. lib. 1. Calcan. cons. 77.* nam quę non prosunt singula multa iuuant, *l. rationes. l. instrumenta. l. non nudis. l. non epistolis. C. de probat. Butr. d. cons. 41.* & tempus antiquum, in hac ma-
12 teria dicitur annorum quatraginta, *Alex. cons. 4. num. 12. lib. 2. & cons. 187. nu. 4. eod. lib. & cons. 70. nu. 5. lib. 3. & cons. 90. num. 8. lib. 6. Torret. cons. 9. vol. 3. nu. 21.* qui dixit ex auctoritate grauissimorum Virorum tempus antiquum esse annorum sexaginta, & in antiquis sufficit probatio per testes de auditu Antiquorum ad probandum dominium, *Ruin cons. 14. num. 8. lib. 4. Torret. d. cons. 9. vol. 3. num. 16.* & concurrentibus alijs præsumptionibus sufficit *Corn. cons. 304. lib. 3. Roman. cons. 127. Alex. cons. 140. lib. 7. Paris. cons. 104. nu. 101. cum sequ. lib. 1.* Hic sunt duo de cau-
13 sa scientiæ, inter quos est vnus Sacerdos, qui vim duorum testium habet, vt inquit

glos.

glos. in cap. Monachus. 77. distinct. quam probarunt Ruin. in cons. 127. num. 2. & nu. 13. lib. 2. Rolan. cons. 24. num. 52. lib. 1. alios refert Menoch. in cons. 92. nu. 89. vol. 1. Non
14 obstat, quod vnus ex testibus non sit repetitus p. c. sed remanet tantum productus metu excommunicationis, vnde nihil probat, ex auctoritate *Nacl. in cons. 395. nu. 21. & sequ. Farin. quæst. 72. nu. 133.* quoniam non fuit repetitus, ex quo mortuus est, quo in casu probat, ac si p. c. fuisset receptus, vt dixit *Iurisconsi. in l. fin. C. de testi. & ibi Castr. & communiter DD. milleloqu. in pract. fol. 108. nu. 17. Foller. in pract. crim. in verb. & repetuntur testes fol. 272. num. 6. Lamberteng. tract. de contract. glos. 11. num. 20.* vbi dicit sic decisum per Senatum Mediolani, in eo qui reuelauit metu monitorij, ex quo fuit mortuus, & non potuit repeti, vtique habetur, ac si p. c. fuisset productus, *Bursat. cons. 7. nu. 10. vol. 1.* Probetur tamen eius bona vita. Item sunt plus quam viginti ex dicto Antiquorum, qui te
15 stes ita deponentes in antiquis probant, vt responderunt *Bal. Alex. Aret. Socc. Marzar. Nacl. Ceph. & alij, quos refert Mascard. conclus. 787. num. 4. lib. 2. & post eos Fab. Torret. d. cons. 9. nu. 16. vers. qui testes. vol. 3.* Item apparet, quod multa prædia expressata in donatione possidentur per Cliẽtes. Item aliàs pro recuperatione aliorum bonorum per Curiam Archiepiscopalem fuit decisum in fauorem Clientum, vnde
16 veritas ipsorum testium videtur etiam, aliunde comprobata, quibus simul iunctis oritur probatio plenissima, vt voluit *glos.* quæ reputatur singulariſſima in *l. 2. §. 1. ff. de excusat. tutor. & in l. instrumenta. C. de probat. cap. illo vos. de pignor. alia iura, & authoritates refert Butr. d. cons. 41.* vbi *in num.*
17 *4. ex Bal.* quod Iudex ex multis deductis coram eo informat animum suum, & deuenit ad vnum finalem conceptum mentis non indigentem alio adminiculo, etiam iuramenti, pro quo allegat *sex. in cap. cum ad sedem. de restit. spol. cap. præterea de testib. & cap. licet causam de probat.*

Apparet de alio extremo, quod conuenti possident, vnde intentio actorum legitimè apparet fundata stat tantummodo in his, quæ ex aduerso adducuntur; & primò, quod nulla est facta reseruatio in donatio-
18 ne, & quatenus esset, est in modico, cum sit in summa vnc. 5. & per consequens nulla sit ipso iure ipsa donatio, ex *Iul. Clar. in §. donatio. quæst. 29. vers. 2.* principaliter vbi requirit ad minus vigesimam partem, *quem sequuntur allegati à Riminal. iun. in cons. 555. num. 1. & 2.* Respondetur primò, quod contra *Clar.* tenet *Don Ludouic. Apeguer. decis. 135.* vbi sic dicit decisum
19 per Sacrum Consilium Cataloniæ pluries, quod sufficit reseruatio etiam in modico, esto non ascenderet ad ducentesimam partem, cum sufficiat, vt possit inuenire hæredem, ita voluit *Pancirol. in cons. 123. col. 4. & multos referens dixit Cagnol. in l. fin. C. de pact. nu. 242. Beltrand. in cons. 72.* inquit, quod *Clarus* sentit contra communem, & quod nihil adducit pro corroboratione eorum, quæ scribit *Cephal. in cons. 485. num. 134. Rimin. iun. in d. cons. 555. num. 8. & sequ. vol. 5.* Respondetur secundò, quod
21 hæc non est donatio omnium bonorum, sed cum specialitate mobilium, & stabiliũ, vnde non dicuntur donata iura, & actiones, ita in puncto dixerunt *Dec. in cons. 237. Rolan. in cons. 65. vol. 1. Guidonp. decis. 291. num. 1. & sequ. & decis. 341. num. 2. Carrot. de excuss. bon. part. 1. quæst. 9. Don Ludouic. Apeguer. decis. 141.* & sic cum remanserint iura, & actiones, quæ non fue-
22 runt donata, valet donatio, ita inquiunt prælegati Doctores, & post multos *Thesaur. decis. Pedamont. 201. num. 6.* vbi asserunt tanto fortius procedere, quando sunt
23 illa verba, prout hic [vbicunque existentia] quod non veniunt iura, quia loco non circumscribuntur, *l. Caius. ff. de legat. 2.* Additur præterea, quod in donatione vltra reseruationem iurium, & actionum, & dictarum vnciarum quinque, bona mobilia, & stabilia, quæ sunt donata, sunt ea, quæ sunt in Regno Siciliæ, igitur ea, quæ habebat, & poterat, acquirere extra Regnum sunt reseruata, & per consequens non deficit ipsa donatio pro reseruatione, & tandem dico, quod in do-
24 natione bonorum præsentium, & futurorum mobilium, & stabilium non intelligũtur donata suppellectilia, vt, vestes, equi, & alia necessaria ad vsum donatoris, nisi specialiter expressum fuerit, ita *Matheliſ. in singul. 137. quẽ sequuti fuerunt Alex. Imol. Roman. Crot. Cagnol. Boer. & Negusan. qui de communi testatur, quos refert. & sequitur Rimin. iun. in d. cons. 555. nu. 12. & sequ. lib. 5. & post alios Torret. d. cons. 74. num. 17. vol. 3.* vltra, quod quando essemus in do-
25 natione omnium bonorum præsentium, & futurorum absque reservationibus prædictis, nihilominus ratione iuramenti substinetur respectu præsentium tantum, ita dixerunt *Salic. in d. l. fin. in fin. C. d. pact. Purpurat. num. 248. Cagnol. num. 264. Aretin. cons. 54. in fin. Ruin. cons. 51. in fin. lib. 1.*

Thobianon.

Thobianon. in conſ. 55. nu. 6. Seraph. de priuil. iur. priuil. 98. nu. 24. vbi alios refert. & Torret. d. conſ. 74. nu. 7. & 20. vol. 3. vbi alios refert. Erit igitur verum dicere, cùm conſtet ſuppellectilia, veſtes, libros, & equos, & alia ad vſum donatoris ſpecialiter non fuiſſe donata. Item & quando eſſemus in alijs terminis ratione iuramenti ſubſtinetur quo ad præſentia, vltra quod iura, & actiones non fuerant donata; item & ſolum bona, quæ in Regno habebat, & cùm appareat, quod tunc locum, de quo agitur, habebat, quod vtique dicta donatio legitimè ſubſiſtat.

Nec pariformiter obſtat, quod ſecundo loco dicebatur, quod donatio non fuit inſinuata iuxta formam capituli Regni Regis Ferdinandi 61. quoniam illud capitulum procedit, quando idem, qui donauit alienauit, nam capitulum Regni eſt factũ ad tollendas fraudes, quæ tantum militant reſpectu eiuſdem perſonæ, & ſecus reſpectu ſucceſſoris, quia tunc, quando contrahitur cum ſucceſſore, petitur oſtenſio tituli, vnde peruenerunt bona, & quomodo, vnde cùm ceſſat ratio, propter quam fuit capitulum ceſſat eius diſpoſitio: *cap. cum ceſſante de regul. iur. in 6.* Secundo ſumus in donatione propter nuptias, in qua non requiritur inſinuatio, *Authen. eo decurſum. C. de donat. propter nupt. Menoch. conſ. 161. num. 16. vol. 3. multos refert Intrigl. ſingul. 158. lib 1.* Tertiò eſt donatio ob cauſam, nam eſt ob matrimonium, & donatio ob cauſam non inſinuatur, *Alex. conſ. 167. nu. 10. lib. 7. Alba. conſ. 4. nu. 28. Gam. deciſ. 302. num. 8. Menoch. conſ. 1. nu. 376. Cephal. conſ. 273. num. 130. vol. 2. Intrigl. ſingul. 260. vol. 1.*

Nec obſtat, quod dicebatur, quod donatio fuit facta ob cauſam matrimonij, de quo matrimonio non conſtat, quod exinde fuerit ſequutum, vnde ceſſante cauſa propter quã fuit facta donatio, ceſſat ipſa donatio. Quoniam reſpondetur primò, q donatio non fuit facta ob cauſam matrimonij, ſed ex multis alijs cauſis, vt ſupra dixi, & prçciſè multis cauſis exiſtentibus in pectore ipſius donantis, per quem non fuerunt expreſſę, vnde quando actus eſt factus pluribus ex cauſis, ſi aliquæ cauſæ expreſſæ ceſſent, ex alijs nihilominus ſuſtinebitur, *l. affinitatis. inſtit. de nupt. l. liberorum. §. notatur. ff. de ijs. qui not. infam. l. tutor. petitur. §. quæ Authoribus. ff. de excuſ. tutor. l. aſſiduis. C. qui pot. inpign. habean. Menoch. de arbitr. caſ. 316. nu. 50. Burſat. conſ. 152. num. 64. vol. 2. Cephal. conſ. 81. num. 14. vol. 1. Farin. quæſt. 28. ſub nu. 55.* Secundò reſpondetur, quod apparet clariſsimè, quod fuit ſequutum matrimonium inter dictum Antoninum donantem, & Seraphinam donatariam; nam multi teſtes, plus quàm duodecim ſuper ſecundo capitulo dicunt, quod bonis Antonini ſucceſsit Seraphina eius vxor, & ſic vocant Seraphinam vxorem Antonini. Itẽ idem teſtes ſuper tertio, quarto, & octauo capitulis ſemper vocant Seraphinam vxorem dicti Antonini, & eſt clarum, quod licet incidenter ſint probata iſta verba, à teſtibus, tamen inducunt probationem præſumptiuã, cui probationi ſtandum eſt, donec probetur contrarium, ita dixit *Socc. iun. conſ. 189. num. 98. vol. 2. conſ. 67. nu. 14. vol. 4. Gozad. conſ. 12. num. 18. Rimin. iun. conſ. 42. num. 11. vol. 1. Fab. de Ann. in conſ. 106. num. 39. Grauet. in tract. de antiquit. tempor. part. 1. nu. 30. & in nu. 31.* inquit, quod quando ſunt geminata plene probant, *Bart. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Caſtr. conſ. 92. lib. 2. Alex. 190. lib. 6.* ratio adducitur vltra alias, quod nemo præſumitur dicere, quod mente nõ cogitauerit, ex *l. habeo. §. idem tubero. ff. de ſuppellect. legat.* ac hic pluries conſtat per teſtes fuiſſe dictum, quod erat vir, & vxor. Additur, quod hic deponunt cum iuramento, & verba enunciatiua prolata cum iuramento diſponunt, & probant, *Cephal. conſ. 191. nu. 35. lib. 2. Eman. Suarez. recep. ſenten. lit. S. num. 12. refert multos, & dicit communem, Rimin. iun. conſ. 12. nu. 10. conſ. 42. nu. 10. lib. 1. Viu. Seraph. relat. à Fab. de Ann. in conſ. 106. num. 37.*

Additur præterea, quod eſt teſtis, quod inſimul, vti vir, & vxor habitabant in communi domo, quæ probant tanto magis, ſtante contractu matrimoniali per verba de futuro pro ſponſa, & de præſenti quoad ſponſum, vt dixerunt *Angel. in ſum. in verſ. matrimonia. §. 2. num. 6. Gram. & Cephal. allegati à Maſcard. concl 123. nu. 3.* & quando concurrit adminiculum aliquod, verba enunciatiua probant, dato, quod contingat ſuper enunciato diſputari *Grat. reſponſ. 104. nu. 5. lib. 1. Riminal. iun. conſ. 12. nu. 12. vol. 1. Afflict. deciſ. 83. num. 1. Fab. de Ann. d. conſ. num. 38.* hic adeſt dicta teſtis. quæ de iure vtique probat. Item vſque huc conſtat, quod poſsident Clientes, vt filiæ dictæ Seraphinæ eamdem domum, quam ipſi olim iugales habitabant, conſtat etiã de contractu matrimoniali, vt ſupra eſt comprobatum.

Præterea iſti teſtes, qui per verba enunciatiua

ciatiua asserunt dictos Antoninum, Seraphinam fuisse iugales, sunt nonnulli ex eis
36 consanguinei, & quando verba enunciatiua sunt prolata ab eo, qui præsumitur scire iura sanguinis super consanguinitate probant illam, ita dixit *Iurisconsul. in l. quidam. ff. de probat. Ruin. cons.* 141. *num.* 10. *vol.* 5. *Rimin. iun. cons.* 52. *num.* 10. *vol.* 1. *Fab. d. cons.* 106. *nu.* 41. *& in cons.* 88. *nu.*
37 32. tanto magis, quia sumus in antiquis, quo in casu verba enunciatiua probant, *glos. & DD. in cap. cum olim. de censib. Butr. in cap. fin. de succes. ab intest. Alex. cons.* 6. *vol.* 1. *col. fin. Cephal. cons.* 90. *nu.* 6. *&* 24. *vol.* 1. *Alba. cons.* 83. *nu.* 6. *vol.* 1. *Fab. de Ann. d. cons.* 106. *num.* 40. tempus enim
38 antiquum hodiernis temporibus dicitur, quando excedit sexaginta annos, vt multi grauissimi viri dixerunt, & post multos *Bursat. cons.* 151. *nu.* 29. *lib.* 1. *vbi de communi testatur. Torret. in cons.* 9. *num.* 21. *vol.* 3. & multi tenent sufficere quadraginta annos, vt latissimè cõprobaui, vltra quod hoc est factum verissimum, & Spect. Dominus Iudex potest se de hac veritate informare, tanto magis, cum simus in probatio
39 ne matrimonij, quæ sufficit ostendi præsumptiuè, *Geminian. cons.* 27. super dubijs formatim in principio *Abb. Anton. de Butr. Felin. & alij in cap. illud de præsumpt.* & tandem quando dubia esset hæc probatio,
40 prout sufficiens est, cum in dubio pro matrimonio præsumitur iuxta *tex. & ibi DD. in cap. fin. de re iudic. & in cap. ex literis Giunta glos. de probation, & cap. si quis acceperit.* 33. *quæst.* 1. *cap. licet ex quadam, in fin. de testib. Abb. in cap. tria nobis. de disponsat. in pub. Dec. cons.* 133. *Marc. decis.* 87. *nu.* 10. *part.* 1. *Paris. cons.* 53. *nu.* 3. *lib.* 4. *& cons.* 58, *num.* 7. *eodem lib.* 4.

Ex quibus omnibus intrepidè concludo fore decidendum in fauorem Clientum. Cætera suppleat Spectabilis Iudex in causa.

De mense Iulij 1614. Fuit decisum in fauorem Clientũ per Spect. de Monforti.

Fuit appellatum perijt instantia, & fuit executa sententia.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas decretorum tentari non potest, nisi prius reuocata interlocutoria, si Iudex potuit cognoscere de meritis, & quid fuerit obseruatum in Magna Curia, num.* 2.

3 *Decreta quando nulla declarantur, restituuntur bona cum fructibus, & creditori restituuntur pecuniæ, pro quibus fuit facta distractio, & etiam interesse, num.* 4. *intellige quando non est dolus ex parte creditoris num.* 5. *circa finem.*

5 *Census venales dietim Inueniuntur.*

6 *Possessorem bonæ fidiei dici, qui habet titulum.*

7 *Iudicis factum præsumi factum partis.*

8 *Possessionem iustam dici auctore Iudice adeptam.*

9 *Credulitatem probabilem habens dicitur habere verum titulum.*

10 *Bona fides præsumitur in habente titulum putatiuum.*

11 *Bona fides causatur etiam iniustis, & temerarijs causis.*

12 *Emptor bonę fidei dicitur, qui emit ab eo, qui non erat testamenti executor, sed talem esse ob alicuius viri boni assertionem probabiliter existimabat; idem in eo, qui credebat habere mandatum ad vendendum num.* 13. *multo magis si fiat assertio cum iuramento à debitore, num.* 14.

15 *Creditor ex bona fide causata à debitore, & auctoritate Iudicis, licet iniuste processerit, sibi acquirit fructus.*

16 *Bonæ fidei possessor cum titulo etiam inualido facit fructus suos.*

17 *Possessor ex auctoritate Iudicis facit fructus suos, nec eos tenetur restituere, licet amoueatur.*

18 *Bona fides probatur ex probabili ignorantia facta diligenti inquisitione, & quando plura habet consilia Iuris peritorum.*

19 *Dolus non præsumitur in eo qui mendax est, quando nullum cõmodum ex eo consequitur.*

20 *Error dicitur iustus, & tollerabilis, quando est in facto alieno.*

21 *Nemo præsumitur iactare suum.*

22 *Executio facta vigore vnius contractus, ex alio in ea non mentionato substineri non potest, intellige, vt nu.* 23. *vbi quid operetur clausula, coaditis omnibus alijs actis, & scripturis.*

24 *Possessor, vt acquirat fructus, satis est, quod non sit in mala fide, quamuis bonam fidem non habeat.*

25 *Bona & mala fides habent medium, quod sufficit pro acquisitione fructuum.*

26 *Mala fides inducitur ex dolo, secus in lata culpa, quæ contingit in ignorantia iuris, nu.* 27. *& num.* 30.

27 *Quælibet causa, etiam minus colorata, immò bestialis excusat à dolo, & procedit etiã in his, quæ sunt de genere prohibitorũ. nu.* 29.

31 *Error iuris æquiparatur errori facti.*

32 *Iudex ob dubietatem causæ non condemnat ad fructus, nec ad interesse.*

32 *Dolus est omnis caliditas, fallatia, machinatio ad*

sio ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita.

34 *Dolus non est in eo, qui ignorat factum, neque in eo, qui dubitat, num. 35.*

36 *Error quilibet excusat à dolo.*

37 *Dolus non præsumitur in muliere nec lata culpa, nu. 38. maxime attenta qualitate personæ, num. 39.*

40 *Nullitas decretorum non fit ex debito accollato, esto non debeatur.*

41 *Dolus excluditur quibusuis coniecturis.*

42 *Dolus non præsumitur, quando fit distractio pro credito minorum.*

43 *Doctores in l. si non sortem §. centum. ff. de condit. indebit. & Surd. decis. 45. declarantur.*

44 *Possessor fructus facit suos, esto titulus, quo possedit fuerit redactus ad non titulum, quando est in bona fide, vel non in mala.*

ARGVMENTVM.

An data nullitate decretorum restituantur bona cum fructibus, & quo casu liberetur à fructibus possessor.

CONSILIVM XXXXI.

IESVS MARIA.

In causa ista nullitatis decretorum tentata per D. Ioseph Moncata Baronē Montis-Fortis contra D. Paulam Cottuni, & Aragonia Comitissam Bauusij nominibus, & D. Sipionem eius filium militem habitus S. Iacobi duo capita sunt discutienda. Primum, an rectè egit Actor, non reuocata prius interlocutoria articuli reijciātur: Secundum, an cum fuerit in bona fide, vel saltim non in mala liberetur à perceptione fructuum.

1 Quo ad primum, quando in interlocutoria reiectionis oppositionum Iudex potuit cognoscere de meritis, quia non obstabat statutum, vel pactum de non opponendo, tunc non poterit dici de nullitate, nisi prius reuocata interlocutoria. *Doct. in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. Ferdinan. Bongiorn. & Marian. de Giulia. super cap. rit. 112. quos refert; & sequitur Mastrill. decis. 11. num. 6. Capit. decis. 51. num. 6. Intrigl. singul. 173. num. 76. lib. 2.* qui in *num. 13. & 14.* quando per Magnam Curiam, stante pacto de non opponendo, reijciuntur

2 oppositiones, inquit, quod etiam isto casu Magna Curia numquam fuit amplexa opinionem, quod stante interlocutoria de medio reijciantur, quod possit tentari nullitas, sed coram eadem simul, & semel fuit tentatum contrarium imperium interlocutoriæ reijciantur, & nullitas adiudicationis.

In casu enim isto exceptio solutionis, cùm apparebat ex contractu publico qui hodie præsentatur, admittebatur in illo articulo reiectionis, & talis erat, super qua poterat cognosci, igitur Actor debebat via reuisionis reuocari facere illam interlocutoriam præsentato actu solutionis, & inde agere super nullitate decretorum, vltra quod, vt est dictum, simpliciter Magnam Curiam obseruare asserit *Intrigl.*

3 Quo ad secundum, quando decreta sunt nulla, plus debito, *l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. indeb. Afflict. Milan. & alij relati à Giurba decis. 89. num. 3.* tunc Actori restituuntur bona cum fructibus, *DD. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indebit. Surd. decis. 45. nu. 8. 13. & 14. & cons. 115. nu. 21. & alij relati à Giurba in d. decis. 89 nu. 2.* vbi quando titulus redactus est ad non titulum, restituuntur bona cum

4 fructibus perceptis, & creditori debent restitui pecuniæ, pro quibus processit ad distractionem bonorum cum interesse, & sic sicut debitori debet restitui prædium cum fructibus, ita & creditori prætium cum interesse, *l. prædiorum. l. vtere. & l. si prædium. C. de præd. minor. Octauian. decis. Pedamon. 160. num. 15. vers. quo verò ad id. Rodori. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 14. num. 44. &* 45. & hæc opinio fuit amplexa per Magnā Curiam, & præcisè fuit decisum in anno 1616. in causa cuisdam mulieris de Pilliczi, & in anno 1609. fuit decisum per Curiam Straticotialem in causa Don Siluij, & D. Theopatiæ Patti, contra Catarinam, & Io. Vincentiū Baeli V. I. D. quæ sententia fuit cōfirmata per Iudicem appellationis die 15. Decembris 1610. & etiam confirmata per Magnam Regiam Curiam die 7. Octobris 1614. & ratio est ex quo dietim inueniuntur census venales annuorum

5 reddituum, vt experientia comprobatur, & sic Creditor de pecunia illius crediti cēsus emisset, vt post *Ludou. decis. Peruf. 67. num. 22. part. 2. & Rot. Gen. decis. 136. nu. 9. in fin. Couar. Ruin. & alios dixit Cæsar Manent. de contract. liuellar. pact. 15. num. 43. & Castill. decis. 61. num. 23.*

Non obstat quod dicebatur pro responsione dicta iura & authoritates loqui in minore. Item etiam & procedere in prouisionibus

sionibus factis per S. E. Quoniam respondetur, quod illa iura, licet loquantur in Minore, cuius prædium fuit venditum, de cuius prætio fuerunt dimissi paterni Creditores, & *Iurisconsult.* inquit, Minorem agentem ad prædium alienatum teneri ad restitutionem prætij cum interesse, ex quo fuisset lucrum captare ex damno alieno, cùm de illo prætio fuerunt dimissi paterni creditores, qui potuissent facere pignorari, & distrahi bona pupilli, qui beneficio dicti prætij tanta incommoda euitauit, emptor enim pecuniæ suæ interusurium amisit, & tamen totum lucrum restituit, videlicet prædium cum valdè iniquũ esset, vt optimè considerat *Rodoriq. d. nu.* 45. quæ ratio vniformis est, & ita conuenit in casu minoris, sicut in casu maioris, cùm in vtroque casu creditor amittat interusurium pecuniæ suæ, quod iniquum reputatur, vt est dictum, cui etiam additur alia ratio, quod in Regno non deficiunt venditores censuum secundum formam Bullæ; at si Domina Comitissa eius creditum vnc. 1600. & plus, vtique vel in negotio, vel in redditu implicuisset, non defecissent vnc. 10. pro centũ singulis annis.

In prouisionibus enim factis per S. E. solet concedi restitutio prętij cum interesse, vel quando est læsio in decreto, vel pro alia causa, pro qua ex gratia recurritur ad Principẽ, imò in oĩbus ferè Regni Tribun. seruatur, ꝙ data læsione enormissima in decreto restituũtur bona cũ fructib⁹ debitori & ptiũ cũ legitimis vsuris creditori, vt latissimè *Giurb. decis.* 105. *ante nu.* 7. *cũ multis.* tñ potest negari, ꝙ qñ fuit actũ ordinariè pro nullitate, fuerũt restituꝛ pecunię creditori cũ moderato interesse, qñ nõ erat dolus in decreto ex parte creditoris, quia iusta erat in eo ignorãtia de certitudine crediti.

Nec cõsiderandum est, ꝙ dicebatur fructus extenuare fortẽ, & ideo nõ posse dari interesse Creditori, qui distraxit ꝑ suo credito, quoniam ijdem *text. alleg. & Octau. in d. decis.* 160. *& Rodor. d. quæst.* 14. *& alij alleg. à Giurb. d. decis.* 105. eumdẽ punctũ resoluũt, quando decretum est nullum, quod tunc restituuntur bona cum fructibus, & Creditori eius creditum cum interesse, qui quæso, reuideantur, sed quicquid sit, licet dubius sit casus iste, & aliàs aliter fuit decisum ꝑ M.R.C. qñ est dolus in creditore.

Hæc enim procedunt, vt dictũ est, quando nulla potest dari causa pro liberatione fructuum, sed in causa præsenti non sumus in creditore, qui existens in mala fide distraxit, sed in bona fide, vel saltim, si non in bona, non in mala; quo in casu non est dubitandum Clientes absoluendos â solutione fructuum.

Quod autem sint in bona fide, apparet, cùm Domina Comitissa in anno 1600. vt tutrix eius filiorum hæredum quondam Domini Stephani Cottuni Comitis, & inscij dicti crediti facto computo cum Don Petro Moncata Barone Montis-Fortis, & Saponariæ de censibus decursis vigore dictorum contractuum, qui dixit se esse debitorem in dicta summa cum iuramento, & affictauit Baroniam, super qua voluit, quod dicta Comitissa sibi satisfaceret, & iterum in anno 1602. facto computo, cum ob multa debita, quæ contra Baroniam insurrexerunt non potuisset Comitissa sibi satisfieri de debito prædicto, restituit affictum, & cum iuramento Don Petrus declarauit se debitorem in dicta summa.

6 Primò causatur bona fides ex vero titulo, quem habuerunt Clientes, nempe ex quatuor contractibus bullalibus, ex dictis duobus contractibus de computo calculato cum eodem Don Petro, qui in dicta summa dixit cum iuramento se esse debitorem ex interloquutoria prolata cum eodem Don Petro, cuius oppositiones fuerunt reiectæ, & denique ex sententia secundi decreti, & actu possessionis per Curiam traditæ, ex quibus demonstratur verus titulus, vt post multos dixit *Menoch. in cons.* 1173. *num.* 1.
7 2. *&* 3. *vol.* 12. cùm iudicis insolutum datio ab ipsamet parte debitrice facta cẽseatur. *l. ob causam. C. de euictionib. comprobat. copiosius. Tiraqu. lib.* 1. *de retract. §.* 1. *glos.* 14. *num.* 13. *Marth. decis.* 36. *num.*
8 16. & iustam esse possessionem auctore Iudice adeptam, inquit *tex. in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess.* quæ Iudicis auctoritas tribuit bonam fidem, *Crot. cons.* 62. *num.* 21. *vol.* 1. *Giurba decis.* 89. *num.* 15.
9 & hæc omnia faciunt credulitatem probabilem, & habens probabilem credulitatem dicitur habere verum titulum. *Aret. cons.* 42. *in fin. Alba consil.* 64. *nu.* 49. *Ruin. cons.* 191. *nu.* 5. *l. Bardel. cons.* 116. *nu.* 11. *vol.* 2.

10 Secundò, quando possessor habet titulũ putatiuum, hoc etiam casu præsumitur bona fides. *Bart. in l. ceisus. nu.* 17. *ff. de vsucap. Dec. cons.* 266. *in fin. Ruin. cons.* 191. *nu.* 5. *lib.* 1. *Socc. iun. cons.* 76. *nu.* 60. *& cons.* 77. *n.* 151. *lib.* 1. *Mascard. de probat. conc.* 228. *num.* 4. *& concl.* 231. *num.* 3. *Tusc. lit. P. concluſ.* 311. *num.* 19. *Becc. cons.* 95. *nu.* 9. *& nu.* 14. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *cap.* 130 *num.* 2. *vbi alios refert*, & in *num.* 3. inquit,
11 bonam fidem causari, etiam iniustis, & te-

merarijs cauſis, *alleg. Din. & Balb. referentem alios, & voluit Maſcard. d. concl.* 228. non minus etenim cauſatur bona fides ex iniuſtis, quàm ex iuſtis cauſis, *gloſ. & Bald. in l.* 1. *in fin. C. vbi cauſ. ſtat. Alex. in conſ.* 127. *vol.* 4. *col.* 2. *num.* 10. *Rube. conſ.* 75. *num.* 4. *vbi dicit communem. Ferdinand. Vaſ. Illuſtr. quæſt. cap.* 81. *num.* 8. *Bec. conſ.* 95. *num.* 15. *Octau. d. deciſ. Pedam.* 160. *num.* 5. *Surd. conſ.* 115. *num.* 8. *hinc ſcripſit Bald. in l.* 1. *nu.* 2. *C. de reb. alien. non aliena. cum,*

12 qui emit ab illo, qui non erat executor teſtamenti, ſed talem eſſe probabiliter exiſtimabat, atque credebat ob alicuius viri boni aſſertionem cenſeri bonæ fidei emptorem, *& Bald. ſequuti ſunt Salicet. ibidem, & Ruin. in conſ.* 68. *num.* 23. *lib.* 1. *Bart. in l. qui fundum. §. Procurator. & in l. fin. ff. pro emptore.* dixit, quod emens ab eo, quem

13 aſſertione viri boni credebat habere mandatum ad vendendum, præſumitur habere bonam fidem, & ideo præſcribit, *& Bart. ſequuti ſunt Alex. in conſ.* 1. *col. vltim. verſ. circa ſecundum. num.* 22. *lib.* 4. *Ruin. in d. conſ.* 68. *num.* 23. *Felin. in cap. cum contingat. col.* 3. *verſ. prima concluſio. & in cap. de quarta. col.* 8. *verſ. in prima doctrina. de præſcript. Grauet. in conſ.* 277. *ſub num.* 1. *col.* 2. *verſ. quod autem. Couar. in cap. poſſeſſor. part.* 2. *§.* 8. *num.* 1. *verſ. quintò bona fides.* Vnde in propoſito Domina Comitiſſa vidit, quod idem Don Petrus cum iuramento aſſeruit ſe debitorem in dicta ſumma, & pro dicta ſumma dedit in affictum Baroniam, vt ſibi ſatisfieret, & iterum in ſecundo computo cum iuramento affirmauit, ſi Doctores aſſerunt quod ob aſſertionem factam ab alio viro bono dicebatur eſſe in bona fide, quanto magis in caſu iſto

14 dum aſſertio non eſt facta ab extraneo, ſed ab ipſo Don Petro vero debitore, viro nobiliſſimo, & ex Magnatibus Regni; vnde dicendum eſt, verè fuiſſe conſtitutam in optima fide ex tot auctoritatibus ſupra allegatis, & in eo qui accepit in ſolutum virtute bonæ fidei cauſatæ â debitore, &

15 auctoritate Iudicis, licet iniuſtè proceſſerit, & faciat fructus ſuos, loquuntur *Alber. in* 1. *part. Statut. quæſt.* 67. *Dec. in cap. cum cauſa in* 2. *col. de offic. delegat. Curt. in conſ.* 71. *quos refert. & ſequ. Tuſc. lit. F. cõcl.* 490. *n.* 62.

16 Præterea bonæ fidei poſſeſſor cum titulo etiam nullo fructus à ſe perceptos acquirit, *Bald. conſ.* 118. *num.* 3. *vol.* 1. *Curt. ſen. in conſ.* 72. *col.* 3. *verſ. ſecunda concluſio. Cop. in tract. de fructib. lib.* 2. *tit.* 4. *cap.* 6. *num.* 3. *&* 4. *Crot. d. conſ.* 62. *nu.* 20. *lib.* 1. *& Menoch. d. conſ.* 1173. *nu.* 4. *& in commentar. de recupera. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 593. qui poſt alios dixit traditionem hanc probari, ex *l. fructus. ff. de vſur.* Idque adeo

17 verum eſt, vt miſſus in poſſeſſione à Iudice, ſeruato iuris ordine faciat fructus ſuos ex re perceptos, quos exinde reſtituta ipſa re, nec tenetur reſtituere, ita à contrario probat *tex. in cap. cum cauſa. in fin. de offic. delegat. & ibi Abb. ſequutus eſt Laſ. in d. l. iuſtè poſſidet. nu.* 27. *& idem decidit Afflict. deciſ.* 218. *in fin. Ludou. deciſ. Lucc.* 7. *num.* 7. *& Menoch. d. conſ. nu.* 5. *Sacca. conſ.* 58. *nu.* 12. *Giurb. deciſ.* 89. *nu.* 16. *&* 17.

18 Rurſus dicitur eſſe in bona fide, quando probabiliter ignoraſſet in tanta ſumma ſe eſſe creditricem, vt quia diligenter inueſtigaſſet, & quando plura haberet Conſilia Iuris peritorum, qui dicerent ritè, & validè poſſe procedi ad diſtractionem pro dicta ſumma, dixerunt *Alex. in l.* 1. *§. ſi vir. num.* 31. *ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. is, cui bonis. num.* 4. *ff. de verbor. obligat. cum alijs relatis, à Lambertengh. de contract. gloſ.* 1. *nu.* 114. *& nu.* 124. *Surd. in conſ.* 115. *nu.* 25. Domina enim Comitiſſa oſtendit ſe probabiliter ignoraſſe, dum vidit Don Petrum eũdẽ debitorẽ ſe in dicta sũma cõſtituiſſe, & p illa in ſolutũ dediſſe affictũ, & pluries cõputa eo tẽpore, tũc inter eos fuiſſe viſa, & calculata à pſonis expertis, vt vltra actus publicos p multos teſtes eſt probatum, p proceſsit etiã cũ conſilio Iuriſperitorũ, quibus cũ oſtendiſſet quatuor cõtractus Bullales, & dictos duos cõtractus cõputi, & calculi facti cum D. Petro iuſtiſsimè, & rectè conſuluerunt potuiſſe Dominam Comitiſſam procedere ad diſtractionem.

Non obſtat, quod aſſerebatur Dominam Comitiſſam feciſſe decretum per Regiam Curiam Prætoræ Vrbis Panhormi in anno 1598. in quo vltra diſtractionem pro vnc. 1408 ſibi accollauit alias vnc. 1024. quaſi, quod ex dicto Dominæ Comitiſſæ proceſſerit exinde computum factum cum Don Petro. Nam reſpondetur primò, quod hoc non eſt verum in facto; nam in anno 1598. eſt decretum, & computum fit anno 1600. quo tempore tantum ſunt elapſi duo anni, qui important vnc. 384. quæ coniunctæ cum vnc. 1024. enunciatis in dicto decreto important vnc. 1412. & tamen in dicto calculo facto anno 1600. fit debitor Baro in vnc. 1600. Item ab anno 1600. vſque ad annum 1602. ſunt alij duo anni, qui important vnc. 384. qui vniti cum vnc. 1412. important vnc. 1796. & tamen in dicto calculo facto anno 1602. fit debitor Baro in vnc. 1984. igitur non

ſe fun-

se fundauit Baro in assertione Comitissæ, sed fuit factus calculus.

Secundo respondetur, quod esto, Domina Comitissa in assertione per eam facta esset in mendacio (quod dicere somnium est) tamen, ex quo ipsa nullum commodum consequitur, cum sit Tutrix filiorum non dicitur esse in dolo, & per consequens
19 non in mala fide, cum dolus non præsumitur in mendacio, quando nullum commodum ex eo consequitur mendax, ita respõdit *Ruin. in cons. 8. in fin. lib. 4. quem refert, & sequitur Menoch. præsumpt. 130. num. 42. lib. 3.*

Tertiò respondetur, quod ex partitis visis per comitissam tale apparebat creditum suum de quibus partitis ipsa tanquã illa, quæ erat tutrix, & agebatur de facto alieno, tanquam ignara etiam in ipsa accollatione fecit apponere clausulam [S. P. P.] Vnde, tanquam errans in facto alie-
20 no instus, & tollerabilis dicitur error illius, cùm iura illi patrocinentur, *Bart. in l. non fatetur ff. de confess. num. 10. l. final. ff. pro suo, & DD. in l. si quis delegauerit. ff. de nouac. Castr. cons. 134. lib. 2. num. 2. Tusc. litt. E. conclus. 318. nu. 8.* competebat enim ipsi Don Petro scire solutiones factas, eo magis, cùm ipse idem depositauerit alias vnc. 4804. pro redemptione Baroniæ distractæ, & iam apparet, quod confessio per suum hæredem hodie præsentatur, multò magis debebat sciri per ipsum, qui debebat tam in duobus calculis factis, quàm in articulo reiectionis, actus solutionum præsentare, quos cum non præsentauerit, imò, & in dictis contractibus calculi fassus fuerit cum iuramento se debitorem in dicta summa, sequitur necessario ipsum tunc temporis perquisiuisse eius scripturas, & feciſſe omnem diligentiam, cum
21 nemo præsumatur velle iactare suum, *Vulgat. l. cum de indebito. ff. de probat.*

Nec obstat, dum ex aduerso dicebatur, Dominã Comitissã non præsentasse dictos duos contractus, nec in executione illos præcalendasse, & per consequens illis ho-
22 die non posse vti, cùm executio prætextu vnius instrumenti, ex alio in ea non mentionato substineri non possit, probat *glos. 1. in l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dotal.* vbi notat *Bal.* quod experiri in alia iudicij instantia debet Actor, *Tusc. litt. E. conclus. 483. num. 12. Grauet. cons. 840. nu. 9. vol. 5. Intrigl. sing. 156. nu. 1. lib. 2. Milan. decis. 3. num. 10. & decis. 8. num. 40. lib. 2. cum alijs adductis à Giurba decis. 10. num. 1.* nam illorũ opinio procedit, quando Actor
23 vellet fundare executionem super alio instrumento, secus, quando illud instrumentum causatam confirmat executionem, nam tunc clausula [coaditis omnibus alijs actis] operatur, & refertur ad acta, quæ causatam executionem confirmant, vt dixit *Milan. d. decis. 8. nu. 42. Muta. cap. rit. 112. nu 14. Cum. Intrigl. & alij relati à Giurba d. decis. 10. num. 6.* in executione enim ista fuerunt præcalendati quatuor contractus Bullales, vigore quorum debebantur census, fuit apposita clausula [coaditis omnibus alijs contractibus] qui non erant necessarij, quod exhiberentur, cùm ex illis executio suum locum fuit sortita, dum verò nunc prætenditur nullitas decretorũ, tanquam plus debito ex scripturis de nouo præsentatis exhibentur dicti actus, tanquam confirmantes, & confortantes executionem, & distractionem, cùm ex illis ostendatur replicando bona fides Dominę Comitissæ, & alia supra adducta.

Præterea, vt possessor fructus acquirat,
24 satis est, quod mala fides non adsit, quamuis bonam fidem non habeat, *Bart. in l. sed si lege. §. scire. num. 4. ff. de petit. hæredit. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 5. nu. 5. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 8. Bero. in cap. grauis. num. 21. vers. subdo tamen de restitut. spoliat. Bec. d. cons. 95. num. 15. & post Menoch. & alios, Surd. in d. cons. 115. num. 7.* qui in *nu. 6.* inquit, ex auctoritate *Bart. & aliorum*, quod inter
25 bonam fidem, & malam fidem datur medium, quod sufficit pro acquisitione fructuum, cùm satis sit pro illorum acquisitione, non esse in mala fide, sequitur *Tusc. in litt. F. conclus. 490. num. 63. & ante eum dixit Ruin. in cons. 41. num. 30. vol. 1. Soc. iun. in cons. final. nu. 10. vol. 1. & Bec. vbi*
26 *supra.* Mala enim fides inducitur ex dolo, vt dixit *Curt. sen. in cons. 71. in fin. & Bec. in d. cons. 95. in fin.* vbi inquit, quod lata
27 culpa, quæ contingit in ignorantia iuris, non potest malam fidem inducere, vt decidit *Bart. in l. quod nerua. col. 8. vers. quinto*
28 *fallit. ff. depositi.* quælibet enim causa etiã minus colorata; immò bestialis excusat à dolo, *l. igitur ff. de liberal. caus.* & procedit
29 etiam in his, quæ sunt de genere prohibitorum *glos. 1. §. final. vbi Ias. num. 24. ff. si quis ius dicent. non obtemperau. Ias. in l. iuste possidet. nu. 31. ff. de acquir. possess. Grauet. cons. 225. num. 9. vers. sed dicit Dominus. & num. 11.* vbi firmat causam, quantumuis
30 iniustam, etiam si habeat admixtum errorem iuris excusare à dolo, maxime tractãtem de damno, latissimè *Ari. Pinnell. re-*

petit. l. 2. cap. 3. nu. 10. ad fin. C. de rescind. vendit. vbi testatur cõmunem; sequitur Eman. Soar. thesaur. recept. sentent. verb. dolus. & verb. doli pœna. Osasc. decis. 71. nu. 17. multos refert. Bec. in cons. 96. num. 17.

31 Error enim iuris æquiparatur errori facti, cap. cum dilectus. vers. cæterum. de consuetud. Apont. cons. 28. num. 15. Curt. iun. cons. 96. num. 6. & in vtroque casu cessat mala fides, idem Curt. iun. cons. 28. num. 8. & 9. Alex. Raudens. de analog. cap. 37. nu. 188. Gabr. cons. 33. nu. 8. Sac. cons. 58. nu. 31. Giurb. d. decis. num. 18. vbi etiam asse-

32 rit, quod dubietas causæ facit, quod iustè Iudex non condemnet ad fructus, nec ad interesse; alleg. Apont. d. cons. 28. nu. 16. & Pinell. in l. 2. cap. 4. nu. 39. C. de rescind. vendit.

In casu enim isto nullo pacto potest da-

33 ri dolus, cùm dolus sit omnis caliditas, fallatia, machinatio ad circumueniendũ, fallendum, & decipiendum alterum adhibita, ita Iurisconsi. in l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. Farinac. quæst. 88. num. 1. quæ omnia non possunt verificari respectu Dominæ Comitissæ: primò, quia agebatur, de iure alieno, de quo inscia erat, cui patrocinatur lex & præsumit errorem in facto alieno, vt supra ex auctoritate Bart. & aliorum comprobaui: nam solutiones fuerunt factæ quondam Stephano Cottono, & per diuersas partitas, & confessiones, quando error

34 nascitur ex ignorantia facti, ignorans non præsumitur in dolo, nec ab ignorante dolus committitur, l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. l. 3. §. his, qui. ff. de liber. hom. exhib. l. bonæ fidei. ff. de verbor. signif. l. genere. ff. de infam. l. ex maleficio. §. longe minus. ff. de action. & obligat. l. quinquaginta. ff. de excusat. tutor. Grauet. cons. 8. num.

35 10. Bart. in l. dolum. C. de dol. & ampliant

36 etiam in dubitante; & quilibet error excusat à dolo, Alb. cons. 9. num. 52. Item in

37 muliere non præsumitur dolus, dixerunt glos. & DD. in l. vbi. ff. de edend. vbi, quod

38 nec dolus, nec lata culpa præsumitur. Bal. in rubr. C. de rer. permutat. vers. Item quære donatio. & in l. final. in princ. in quæst. 3. C. de iur. deliber. & in l. præcibus. col. 5. vers. quid ergò si petis. C. de impub. & aliis substi tut. vbi dixit, quod in muliere presumitur

39 bona fides, & non dolus, quia naturalis ratio, & sexus imbecillitas hanc induxit conIecturam. Idem Bal. in l. omnia. §. itẽ solent. ff. de offic. Præfect. Vrb. in 1. lectur. Eo maximè attenta qualitate personæ. Item & considerato, quod cum aliud fecisset decretum, & distraxisset locum di lo Casino, & Domum Magnam, cum de domo cæpisset possessionem iam sunt ferè anni 16. illam reliquit possidendam Don Petro, quam hodie Actor eius hæres possidet. Item additur, quod iam Domina Comitissa poterat distrahere pro vnc. 1000. dictum Cannetum, & residuum sibi accollare; & per ac-

40 collum non fit nullitas, esto non debeatur, vt dixit Intrigl. sing. 173. nu. 67. lib. 2. Muta. cap. rit. 112. nu. 81. 82. Giurb. decis. 53. nu. 11. Vnde potuit vtique distrahere, cum fuerit pactum ad discursum, ex his enim colligitur etiam mens Dominæ Comitissæ, quæ non habuit, nisi meram realitatem in corde suo, cum prætensis ex aduerso potuis-

41 set optimè prouideri, & ad excludendum dolum sufficiunt quæuis probationes conIecturales. l. dolum. C. de dol. Alb. cons. 338. nu. 11. Item agebatur de credito mi-

42 norum, in quibus non præsumi dolum; scripsit post alios Bero. cons. 158. sub. num. 47. lib. 1. Item quælibet causa minus colorata, imò bestialis, etiam quantumuis iniusta, etiã si habeat admixtum errorẽ iuris, & facti à dolo excusat, vt fuit comprobatum, vnde cũ copiosissimè fuit ostensum de causis nõ solum iniustis, sed iustissimis: sequitur verè concludendum, nullo pacto posse considerari dolũ quo ad ipsam Dominam Comitissam, & per consequens malam fidem, & sic iustissimè fore liberandam à perceptione fructuum, ex quo

43 clarissime constat DD. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indebit. & Surd. in decis. 45. cum alijs ab eo alleg. loqui, & procedere in eo creditore, cui fuerat facta solutio, qui exinde pro debito satisfacto egit, cùm dicatur esse in dolo, nam scienter debitum sibi in parte satisfactum in totum exegit, vt dicunt DD. in l. 1. C. & extra. de plus petit. Adria. Negusant. quæst. 236. nu. 5. & sequ. ideo tenetur ad restitutionem rei distractæ cum fructibus: Hinc Doctores cõsiderant in tertio emente rẽ distractã, licet habeat causã à primo emptore in eum non transire vitia personalia, in quantum respiciunt actionẽ doli ad damna, vel malam fidẽ ad impediendã præscriptionẽ, vel lucrũ fructuũ. Dolus igitur hoc operatur, qui hic cessat, Caball. cons. 144. nu. 27. 37. & Giurb. decis. 105. nu. 15. & idem Negusant. in nu. 8. inquit quando fuit petita tota sũma per errorẽ dicatur esse in bona fide.

Et adeò verum est, Possessorem facere

44 consumptos fructus suos, esto titulus, quo possedit fuerit redactus ad non titulum, vt contra Romanum receptam esse aliorum sententiam, testatur Curt. sen. cons. 72. col. 9. Bec. d. cons. 95. nu. 24. Surd. cons. 340.

num. 12.

num. 12. *Menoch. d. cons.* 1137. *num.* 6. & etiam, quando titulus esset ipso iure nullus, cum sufficiat bona fides causata ex prima sententia, vt ex auctoritate *Alberic. Tusc. Bec. Laderch. & Menoch. dixit Giurb. d. decis.* 89. *num.* 24.

Hęc sunt, quę occurrũt pro iustitia istius causæ. Cætera suppleat Regia Curia Straticotialis, Messanæ die 23. Martij 1620.

Per Regiam Curiam Straticotialem de Mense Aprilis 1620. Fuit decisum in fauorem Clientum, quo ad fructus.

SVMMARIVM.

1 *Milites S. Iacobi de Spata gaudent foro, & nõ cognoscuntur à Iudice sęculari, affertur ratio, num.* 4. 9. & 10. *& quis sit Iudex, nu.* 16. *& stantibus literis S. C. Maiestatis, nõ disceptatur amplius, num.* 17.

2 *Clerici conuenti coram Iudice laico in quacunque parte Iudicij possunt dicere de nullitate, actorum, idem in militibus S. Iacobi, & aliorum. num.* 3.

3 *Milites S. Stephani, & S. Lazari in Regno Siciliæ non gaudent foro; idẽ in Regno Neapolis, num.* 6.

4 *Milites S. Ioannis Baptistæ sunt verè Religiosi, & gaudent foro, & eorum exemptio transiuit in vim contractus, num.* 8.

11 *Milites S. Iacobi sunt immunes à gabellis, Girond. & Guttier. opin. refellitur, num.* 12. *intellige, si sunt professi, nam tunc gaudent foro, num.* 18.

13 *Refertur decisio in Regno facta per Tribunal Regij Patrimonij, & per officium Senatus.*

14 *Iudex laicus est prorsus incapax iurisdictionis super Ecclesiastica persona, nec potest prorogari iurisdictio num.* 15.

19 *Milites S. Iacobi an in ciuilibus gaudeant foro vbi recensentur decisiones.*

ARGVMENTVM.

An Milites S. Iacobi de Spata, de Alcantara, Calatrauæ, & S. Ioannis Hierosol. gaudeãt foro Ecclesiastico, & quid in ciuilibus, & an sint immunes à gabellis.

CONSILIVM XXXXII.

IESVS MARIA.

ARticulus remissionis fori in causa criminali tentatus ad instantiam N. B. Militis S. Iacobi de Spata professi, quod remittatur ad eius forum, iudicus, & legitimus est, quandoquidem ipsi milites S. Iacobi, qui

1 fecerunt professionem iuxta eorum instituta, & regulam gaudent foro, tanquam personæ Religiosæ, & Ecclesiasticæ, & non possunt conueniri pro causis criminalibus, nec ciuilibus coram Magistratu sæculari; nam ipsi pollicentur tria vota: castitatis coniugalis, paupertatis, & obedientiæ, *Fortun. Garz. in cons. edit. pro milit. S. Iacobi* 2. *part. vers. præterea. Nauar. tract. de reddit. Ecclesiast. quæst.* 1. *monit.* 55. *& quæst.* 3. *monit.* 27. *&* 29. *& in cons.* 20. *&* 23. *de regular. Siluest. in verb. Eccles.* 1. *quæst.* 5. *Neapod. consuet. Neapol. in Proem. Carol. num.* 294. *in addit. lit. F. & G. vers. an autem, fol.*

2 27. vbi inquit, id, quod dicitur in Clericis, quod faciant acta nulla in quacunque parte iudicij compareãt, allegando fori incõpetentiam, iuxta notata in *cap. si diligenti. de for. compet.* procedere etiam in militibus S. Iacobi, S. Ioannis Hierosol. S. Lazari, & S. Stephani, ex quo connumerantur

3 inter personas Ecclesiasticas allegat iura, & authoritates, & *Nauar. vbi supra* inquit, prædictos milites, & illos Calatrauæ, &

4 Alcantaræ profiteri regulam S. Augustini; Benedicti, Bernardi, & in Regno milites S. Iacobi, & aliarum Religionum in Hispania erectarũ gaudent priuilegio fori, prout milites S. Ioannis Hierosol. qui verè sunt, & in omnibus reputantur Religiosi, inquit *Carol. de Grass. in tract. de effect. clerical. cap.* 1. *nu.* 116. qui in *num.* antecedenti asserit,

5 quod in hoc Regno Milites S. Stephani, & S. Lazari, & similes, ex quo non habent regium exequatur in eorum priuilegijs non

6 gaudent beneficio fori, prout nec illo gaudent in Regno Neapolis, *alleg Iul. Cæs. Inbrian. in tract. de iud. Regn. part. vlt. nu.* 25. Et in Militibus Hierosolymit. quod sint verè Religiosi, qui vouent tria vota, & gaudent omnibus priuilegijs Clericatus, est

7 *tex. in cap. quamuis de decim. glos. in Clem. quia contingit de relig. dom. Menoch. cons.* 54. *num.* 17. *Vasqu. libr.* 3. *controu. Illustr. cap.* 105. *num.* 50. *Burgos. de paz. cons.* 17. *vol.* 1. *& ex Bulla Sum. Pont. tom.* 1. *Bull. fol.* 257. *& Bulla Leonis* X. *fol.* 263. *Bologn. cons.* 22. *num.* 28. *Canalc. decis.* 28. *num.* 47. *part.* 1. *& in libr. stabilim. fol.* 259. *etiã ex Bulla Innocentij Octaui, & aliorum. DD. omnes in l.* 1. *C. de equestr. dignit. lib.* 12. *Paris. cons.* 44. *vol.* 1. *Decian. cons.* 51. *nu.* 9. *vol.* 1. vbi dicunt, hæc priuilegia in vim contractus esse

8 ob seruitia, & sanguinis effusionem, cùm continuè pugnant cõtra infideles. *Aragon.* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 11. *ad vltimum. Eman. Rodor. tom.* 1. *quæst.* 1. *art.* 16. *quos refert, & latissimè examinat Fernãdez. de Otero, diuers.*

quæst. iur. quæst. 10. *col.* 1. *& 2. qui in nu.* 5. *vsque ad finem, & quæst. sequ. inquit ex auctorit. Fortun. Garz. in d. cons. & Burgos. de Paz. Nauar. & aliorum:* Milites S. Iacobi,
9 Calatrauæ, Alcantaræ, & similes, qui profitentur castitatem coniugalem, esse veros Religiosos militares, & gaudere priuilegio fori, & Canonis, & *num.* 10. ex Bulla Pij V. Pontificis asserit, fuisse subiectos potestati Summi Pontificis, etiam in terris Regis, & in *d. quæst.* 11. *num.* 7. & 8. ex Bulla Alexandri III. Pontificis, quæ est in
10 libro Regulæ Diui Iacobi, asserit, gaudere priuilegio Canonis, & concludit esse verè Religiosos militares, cùm dicti Ordines sunt iustè ordinati propter defensionem fidei, & ad diuini cultus, & Reipublicæ salutis conseruationem maximè necessarij, & respondet *opin. Theol. Soti. Nacl. & Molin.* Et quod sint verè personæ Ecclesiasticæ, ap-
11 paret, quandoquidem sunt exempti, & immunes à gabellis, vt latè ostendit *Fiscal. monit.* 28. *col.* 2. *Bonad. in sua polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 264. *& Lasart. de decim. cap.*
12 19. *nu.* 92. quicquid dicant *Girond. de gabell. part.* 7. *num.* 47. *& Guttier. de gabell. quæst.* 95. *num.* 11. *& posthæc scripta Mastril. decis.* 290. *num.* 62. & hæc opinio fuit amplexa
13 per Tribunal Regij Patrim. in anno 1540. die 5. Maij tertiæ Indict. per quod fuit declaratus immunis Don Nigastor lo Porto Baro Sanmatini, vti miles dicti habitus S. Iacobi, citato Procuratore Regij Fisci, & Sindaco Felicis Vrbis Panhormi, & in anno per officium Illustrissimi Senatus Messanensis fuit declaratus immunis à gabellis Don Sipio Cottuni, vti miles habitus S. Iacobi, & ratio est manifesta; nam
14 Iudices laici sunt prorsus incapaces iurisdictionis super persona Ecclesiastica. *Victor de potest. Eccles. in fin. Bald. in l. si quis ex aliena. ff. de iudic.* vbi dicit, quod laicus non est, nec esse potest Iudex super personis Ecclesiasticis, & *Ego in cons.* 2. *num.* 1. adduxi iura, & auctoritates, immò nec est
15 possibilis prorogatio iurisdictionis, *Gram. cons.* 71. *num.* 37. *in crim. & Vot.* 18. *num.* 12. *& 13. Vot.* 27. *num.* 6. *& decis.* 71. *nu.* 5. *& 17. Carol. de Grass. in d. tract. effect.* 1. *num.* 6. *vbi latissimè.* Vnde, cùm ex *Nauar. Neapod. & alijs supra allegatis* clarissimè pateat, istos Milites connumerari inter personas Ecclesiasticas, sequitur, non posse coram Tribunali seculari conueniri, nec
16 ab illo cognosci, sed à Rege, non vti Rege; sed vti administratore constituto à Sede Apostolica, & ex magisterijs annexis Coronæ Regiæ, & ex iurisdictione Ecclesiastica, quæ olim Magistri habebant, & nunc Rex habet, & Consiliarij Consilij prędictorum non possunt esse laici, sed Religiosi, vt ex historia, & praxi notat *Nauar. d. monit.* 27. & in causis criminalibus, & mixtis non est amplius disceptandum, q
17 debent remitti, cùm sint litteræ Suæ Catholicæ Maiestatis datæ Madril die 10. Ianuarij 1609. Posthæc scripta aduentæ, quos refert *Mastrill. d. decis.* 290. qui latissimè in materia: & in *nu.* 166. inquit, il-
18 los, qui professionem non fecerunt, non gaudere priuilegio fori, ex *auctorit. Socc. Boss. Bonad. & Cenedo.* & sic practicatum in Regno, licet secus in alijs nouicijs Religionum cum quadam distinctione, vt per eum ex auctoritate *Sigismund. Scacc.* Causas verò ciuiles mandatur per S. C. M. de-
19 bere terminari iuxta stilum, & morem loci, vt per dictas literas, propter quas exinde vidi non fuisse remissos, vt in anno 1619. per Regiam Curiam Straticotialem non fuit remissus d. Don Marcellus Cirino, Miles dicti habitus S. Iacobi: licet per Iudicem Appellationis inde fuisset reuocata interlocutoria; tamen cùm fuisset ipse idem citatus per Magnam Regiam Curiã, & literæ allegatæ tendere contra priuilegia, quia Religiosus erat, & non poterat per Magnam Regiam Curiam cognosci; fuit decisum, non esse contra priuilegia, & hoc in anno 1624.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non potest in solidum contra debitorem agere alijs cohæredibus contradicentibus.*
2 *Possidens ex causa partim anteriori, & partim posteriori, tenetur pro debito medio tempore contracto.*
3 *Exceptio cedendarum obstat actori, qui possidet ex causa posteriori.*
4 *Contractus à conuentione contrahentium legem accipiunt, & secundum illam exequendi sunt.*
5 *Sententia, & prouisio intelligitur, & regulatur secundum naturam obligationis cuius vigore fuit lata.*
6 *Iudex debet considerare solam conuentionem partium, & secundum illam iudicare.*
7 *Conuentio partium plus ligat, quam lex.*
8 *Iudex dicitur iudicasse, prout de iure debet.*
9 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*
10 *Emptares ex pecunia dotali, non fit dotalis, num.* 14. *& quando, num.* 11. *& 12.*
13 *Vxori magis expedit habere dotem in pecunia, quàm censum emptum à viro.*
15 *Notarij stipulatione acquiritur ius irrenocabiter, intellige num.* 16.

A R.

ARGVMENTVM.

An pactum, quod de pecunia dotali emantur redditus, seu bona stabilia cum interuentu dotantis pro securitate, & tuitione dotis operatur, quod res empta fiat dotalis.

CONSILIVM XXXXIII.

IESVS MARIA.

HÆC sunt capita, vt interlocutoria primi iudicij, quę partim fuit in fauorem D. Vincentij la Ligname contra Placitum Fraſſica poſſeſſorem. Reuocetur per Curiam Primarum Appellationum: primum eſt defectus legitimationis perſonæ; nam D. Vincentius non eſt ſolus hæres, cùm de filia primi matrimonij, quæ fuit Donna Aurelia, remanſit Donna Paula, quæ viuit, & hodie eſt nupta cum Io. Franciſco Bettone. Item & remanſit alius filius, qui donationem fecit, & vnus ex hæredibus non
1 poteſt in ſolidum contra debitores hæreditarios agere alijs hæredibus contradicẽtibus, prout hic, quod Io. Franciſcus contradicit, *l. 2. ff. ſi. pars. hæredit. pet. Boer. conſ. 45. Theſaur. deciſ. 4. Coſta de port. rat. quæſt. 23, num. 8. fol. 65.*

Secundò obſtat ei exceptio cedendarum; nam diſtraxit locum pro vnc. 715. quoad vnc. 15. depoſitauit ad nomen hæredum: vnde pro illa ſumma dicitur tenere locum illum, non cauſa, & titulo anteriori dotium, ſed titulo emptionis, & ſic
2 cauſa poſteriori, pro qua tenetur ſoluere creditori, qui antea contraxit, *l. qui à debitore. & l. eum, qui à debitore. ff. qui pot. in pign. habean.* & per conſequens, dum poſſidet titulo anteriori, & poſteriori, & agit
3 pro cenſu medio tempore cõſtituto: obſtat ei exceptio cedendarum, latiſsimè *Maſtrill. deciſ. 37. refert. Milan. deciſ. 9. nu. 62. libr. 2. & alios.*

Tertiò, contractus pro quo hodie agit, caret pretio; nam ipſa erat Creditrix pro tota ſumma incluſo dotario in vnc. 729. dum enim egit pro vnc. 700. & de illis fuit ſatisfacta, & ſoluta, clarum eſt, quod noluit ſe prędalere illa ſubiugatione ad ſui vtilitatem, tuitionem, & defenſionem facta de vnc. 100. capitalis.

Quandoquidem conſiderato primordio contractus dotalis, in eo legitur, quod redditus emendi ex pecunia dotali non ſint dotales, ſed quod ſint pro tuitione, & defenſione dotium, dũ enim Carolus dotans noluit cõſentire illi emptioni, & fuit habitus recurſus ad S.E. & M. R. C. & facta ſupraſcripta, quiſio: tñ illa nõ poteſt importare plus, quàm importaſſet conſenſus Caroli la Rocca, ſi interueniſſet in dicto contractu ſubiugationis, qui conſenſus non conſtituiſſet cenſum illum dotalem, ſed pro ſecuritate iuxta formam contractus matrimonialis; hoc enim legitur oculis corporeis in ipſo contractu matrimoniali; cõ-
4 tractus enim à conuentione contrahentiũ legem accipiunt, & ſecundum illam exequendi ſunt, *l. contractus ff. de reg. iur. DD. in l. legem. C. de pact. l. Iurisgẽtium. §. ea lege. ff. eod. & l. 3. de contrah. empt. & vend. Magon. deciſ. Rot. Flor. 62. num. 7. & deciſ. 65. num. 4. Barez. deciſ. 70. nu. 4. & deciſ. 110. num. 3.* & licet Magna Regia Curia ordinaſſet fieri contractum illo modo; non per hoc alteratur contractus dotalis: nam eſto emiſſet Franciſcus Merulla, ab alio extraneo non poterat emere, niſi vt maritus, & ſoluere de pecunia vxoris, ſtante pacto, hoc enim in caſu, vtique neque cenſus ipſe diceretur dotalis fundus, ex quo per contractum matrimonialem aliter per cõtrahentes diſponitur: videlicet, quod ſit pro defenſione, & tuitione dotium: prouiſio enim, & ſententia Magnæ Regiæ Cu-
5 riæ regulantur, & intelliguntur ſecundum naturam obligationis, vigore cuius fuit lata, *Bald. in l. final. in fin. C. comm. diuid. Cuman. in l. Paulus. la 2. num. 2. & in. l. miles. §. Regem per illum. tex. de re iudic. & Iaſ. ibid. in princ.* dicens dictum *text.* eſſe notabilem *Maſtrill. deciſ. 89. num. 14.* & ſola
6 conuentio partium eſt conſideranda per Iudicem, & ſecundum eam pronũciandum
7 cum potentius liget, quàm lex communis *l. 1. ff. de pact. & DD. in l. legem. C. de pact. Barz. deciſ. 70. num. 4.* & dicitur iudicaſſe,
8 prout de iure debebat iudicare, *Bart. in l. ſi fundus. §. in vendic. ff. de pign. Caſtr. conſ. 136. num. 6. vol. 1. Grauet. conſ. 74. num. 9. quos refert Surd. deciſ. 70. num. 4. Monter. deciſ. Arag. 25. num. 5.*

Item illa prouiſio Magn. Reg. Cur. fuit facta fauore ipſius vxoris, & in eius maiorem ſecuritatem, at dum ipſa noluit vti tali fauore, & beneficio, ſuum quidem erat
9 hoc facere, *l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de pact.*

Alias retorqueret in eius odium & contra eius voluntatem, quod de iure non permittitur, *vulg. l. quod fauore. ff. de ll.* quan-
10 doquidem res empta ex pecunia dotali, nõ

fiat

fiat dotalis, *l. ex pecunia. C. de iur. dot.* niſi
11 maritus, & vxor conuenerint, quod efficiantur dotalia, vt ibi *Bart. & Bald. num.* 4. *Nact. conſ.* 650. *num.* 10. *lib.* 4. *Socc. ſen. conſ.* 224. *in princ. lib.* 2. *& Corn. conſ.* 170.
12 *in princ. lib.* 4. vel niſi in ſubſidium, & conſenſus vxoris, & vtilitas copulatiuè exigũtur ſaltim conſtante matrimonio, cum eo ſoluto fundus dotalis non conſtituatur, *Grat. conſ.* 149. *num.* 8. *& ſequ. & num.* 15. *lib.* 2. *Socc. iun. conſ.* 118. *num.* 11. *& ſequ.*
13 *lib.* 3. & magis expedit mulieri habere dotem conſiſtentem in pecunia, quàm habere cenſum emptum per maritum, & quod cenſus efficerentur bona propria mariti, vt periculum ad ipſum ſpectaret, & non ad mulierem, *l. plerumque. & l. ſi res extimatæ. ff. de iur. dot. Bart. in l. ſi vt certè. §. nunc videndum. num.* 4. *ff. cõmodati. Roland. à Vall. conſ.* 92. *num.* 10. *lib.* 2. nam ſi vxoris fuiſſent, eius periculo perijſſent, *gloſ. & Salic. in l. inter virum. C. de iur. dot. Honded. conſ.* 41 *vol.* 1. *col. fin. vbi allegat Bald. nouell. Couar. Cephal. & alios.*

Nec obſtat dicere, quod ſtante ſtipulatione Notarij fuerit ius acquiſitum inreuocabiliter ipſi vxori, & per conſequens reſoluto matrimonio non poterat petere pecunias in contanti, ſed dictum cenſum, Quoniam in puncto, in quo verſamur in re empta ex pecunia dotali, eſto ſit empta
14 nomine vxoris, & facta ſtipulatio per Notarium nomine ipſius vxoris abſentis, non dicitur prædium dotale, ſed ipſa mulier non obſtante dicta emptione, & ſtipulatione poteſt agere contra hæredes viri ad dotem in pecunia per eam apportata. *Corn. in conſ.* 170. *num.* 1. *lib.* 4. *Honded. d. conſ.* 41. *num.* 26. *vbi allegat Bero. Nact. Grat. & Socc.* & ratio eſt manifeſta: nam licet ſtipulatione Notarij acquiratur ius inreuo-
15 cabiliter; tamen reſpectu dantis dicitur in
16 reuocabiliter, reſpectu donatarij dicitur reuocabilis, quia ſtat in poteſtate abſentis, cui facta eſt donatio, ſi vult illam acceptare, ita in propoſito in caſu iſto, reſpectu ſubiugationis factæ per illum Franciſcum Merulla virum inreuocabilis eſt, & non poteſt amplius pœnitere, ſtante ſtipulatione Notarij, ſed reſpectu Tutiæ vxoris, cui acquiſitum fuit ius per ſtipulationem Notarij reuocabilis eſt actus, quia ſuum eſt, ſi vult illo vti, nec ne; ita in puncto in ſtipulatione Notarij facta abſenti, quod reſpectu abſentis reuocabilis eſt, & non poteſt cogi retinere, ſed reſpectu præſentis eſt inreuocabilis actus, loquuntur infraſcripti Doctores *Ruin. conſ.* 126. *nu.* 10. *verſ. nam licet, & conſ.* 172. *num.* 16. *vol.* 1. *Rol. conſ.* 19. *num.* 28. *vol.* 1. *Corn. conſ.* 50 *ſub nu.* 2. *vol.* 1. *Burſat. conſ.* 118. *ſub. num.* 6. *Bart. deciſ.* 26. *num.* 13. *verſ. nec prædictis. & poſt multos Io. Baptiſta Coſta tract. de clauſ. conuent. clauſ.* 1. *& ego in conſ.* 6. *num.* 6. Præterea in poteſtate Tutiæ erat petere vel cenſum, vel pecuniam in contanti: ipſa petijt, & ſoluta eſt, ſaltem in ſumma, pro qua cõſtat, voluiſſe recedere ab emptione cenſus ſed quicquid ſit, eſto non potuiſſet petere pecuniam, ſed ſolum cenſum: tamen petiit pecuniam, & egit in iudicio, & fuit oppoſitum, & fuerunt reiectæ oppoſitiones, & qui hodie agit eſt hæres ipſius Tutiæ, & ſic factum illius tenetur approbare, *l. cum à matre. C. de rei vendic.* Item vltra bona diſtracta ſibi cepit Caſalinum, & ſic ſoluta eſt. Inſuper Tutia fuit præſens venditioni domus, & ſe relaxauit à petitione dotis, ineptè igitur agit,

Cætera ſuppleat Spectabilis Iudex in cauſa.

Meſſanæ die 12. Octobris 1619. Per Curiam Appellationis fuit deciſum in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Metus reuerentialis quando dicatur illatus, & de veritate opin. num.* 2.
3 *Metus reuerentialis an conſideretur in filio exiſtente ſui iuris.*
4 *Metus reuerentialis conſideratur in genero cũ ſocero.*
5 *Socer obtinet locum patris.*
6 *Socero non debetur minor reuerentia, quàm patri.*
7 *Metus reuerentialis conſideratur in matre, ſi eſt nimis rigoroſa, & ſolita exequi minas, & in filia nupta, & habitante ſeorſum, nu.* 6. *&* 8.
9 *Filij ſunt ſubditi vtrique parenti, & ambobus eadem debetur reuerentia.*
10 *Metus eſt difficilis probationis, & idẽ probatur præſumptionibus, & coniecturis, & leuiores ſufficiunt, num.* 11.
12 *Minæ illatæ à patre filio, inducunt iuſtum metum.*
13 *Minæ ſi præcedant, præſumitur conſenſus ſubſequutus propter minas, & in patre minante velle exhæredare. num.* 14.

ARGVMENTVM.

Metus reuerentialis ſolus an ſufficiat ad reſciſionem actus, vel ſit neceſſaria, etiam læſio, & an inferatur filio exiſtente ſui

te sui iuris, & an per literas missiuas, quid in matre, & quid in socero, & genero.

CONSILIVM XXXXIV.

IESVS. MARIA.

PEtijt Don Scipio Grimaldo (obtenta prius absolutione à iuramento) cõtractum per eum metu paterno ratificatũ omninò, declarari nullum, & re vera, si ea omnia, quæ tam circa metum reuerentialẽ, quàm etiam concussiuum, iura, & Doctores scripserunt, rectè consideremus, iustissimam esse Clientis petitionem fateri, necesse est.

1 Quandoquidem multi teneant, metum reuerentialem sola præsentia eius, cui reuerentia debetur illatum præsumi, ac sufficientem esse ad irritandum actum absq; alijs adminiculis, quam sententiam sequuti fuere *glos. Bart. Bald. Aretin. Rom. & nonnulli alij Antiqui, quos retulit Anton. Gomez. tom. 2. variar. resolut. cap. 14. nu. 27. Socc. vterque, & Ferret. quos adduxit Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 154. nu. 29. Barbat. Salicet. & alij, quos refert Magolon. in tract. de his, quæ vi, metusuè causa fiunt. cap. 4. §. 1. num. 3. Corn. Anchar. Afflict. Nauar. & alijs, quos adduxit Sanch. de matrim. lib. 4. disput. 6. num. 4.*

2 Tamen verior opinio est, ac securior, quando cum ipso metu reuerentiali cõcurrit læsio, nam tunc contractus præsumitur metu celebratus, ex *Mascard. de probat. d. conclus. 1054. num. 17. & sequ. Menoch. lib. 3. præsumpt. 127. nu. 14. Hyppolit. Rimin. in cons. 295. nu. 74. lib. 3. & in cons. 5. num. 31. & in cons. 42. nu. 49. lib. 1. & in cons. 404. num. 58. & sequ. lib. 4. Caldas Pereira. in l. si curatorem habens. verb. læsis. num. 40. vers. hæc tamen non procedunt. Burg. de Paz. ciuil. qnæst. 7. num. 60. Azeued. in l. 1. tit. 21. num. 192. lib. 4. Nouæ collect. reg. Molin. Couar. Rolan. Capit. Matth. Guttier. Mogolon. Panzirol. Suarez. Honded. & multi alij relati à Castill. controu. iur. lib. 3. cap. 1. nu. 155.* vbi inquit ad ostendendum metum, & rescindendum contractum, satis esse cum reuerentia paterna concurrere læsionem.

Quod hic autem ambo concurrant, & paterna reuerentia, & metus ex eo satis constat, cùm filius pro debito patris, & de quo nihil ad ipsum filium spectat in persona, & in bonis obligatur.

Non obstant duo, quæ ex aduerso adducebantur. Primum, quod Cliens erat emãcipatus, ac seorsum à patre vitam ducebat, immò absens à Ciuitate, in qua pater morabatur, & per consequens, quod in filio 3 existente sui iuris non consideratur metus reuerentialis, ex *Menoch. in cons. 496. num. 91. & 92. vol. 5. vbi allegat. Grauet. in cons. 114. num. 4. & 7. & Anchar. in cons. 433.* Et secundum doctrinam *Menoch.* quando litigauit cum patre, non potest considerari metus reuerentialis cum illo: objicitur etiam, quod in casu isto nulla adest læsio, imò beneficium filii, quia Creditor relaxauit vnc. 300. patri, & pro reliquo poterat distrahere omnia bona patris.

Respondetur primò, quod *Menoch.* non firmat pedem in illa opinione, sed transit ad alias responsiones, vt in *num. 93.* videlicet, quod nulla est læsio in casu illo, & per consequens solo metu reuerentiali non posse rescindi transactionem in casu suo, nec est verum, quod Cliens tunc temporis vxorem duxerat, sed Panormi degebat pro paternis negotiis, ibique iussu patris se contulerat.

4 Respondetur secundò, quod gener non est in potestate soceri, & tamen datur me-
5 tus reuerentialis respectu soceri, nam parentis locum obtinet; *l. quia parentis. ff. solut. matrim. Grauet. in cons. 282. num. 9. vol. 2. vers. secundò principaliter. Anton. Padilla. in l. interpositas. nu. 21. in fin. C. de transact. Salced. in addict. ad regul. 532. Diaz. in fin. Mogolon. d. tract. cap. 4. in princ. nu. 15. Castill. vbi supra, num. 168. & ante eum Sancef. d. disput. 6. num. 26.* vbi ex auctoritate *Iaf.*
6 inquit, non minorem reuerentiam deberi socero; quàm patri.

Idem dicimus in matre, quæ, licet non
7 habeat filios in potestate, si tñ esset nimis rigorosa, solitaq; minas exequi, tunc sufficiens est metus reuerentialis matris, sicut & patris, & procedit in matre respectu filiæ, etiã nuptæ, & habitantis seorsũ ab ipsa ma-
8 tre; nã etsi verũ sit in sexu muliebri nõ ita de facili metum præsumendũ, non tamen potest teneri indistinctè nunquam in filia nupta, seu habitante seorsum, metum reuerentialẽ considerari posse, aliquando enim ex rerum qualitate, & circumstantiis, ac etiam conditione matris, eiusque precibus & suasionibus moueri debebit Iudex, vt contractum rescindendum pronunciet, ita in puncto *Castill. vbi supra in num. 170. vers. cum verò filia nupta est.* & ratio adducitur à *Sancef. d. disput. 6. num. 30.* nam vtrique

parenti

9 parenti subditus est iure naturæ filius, & vtrumque tenetur reuereri, ac vtrique ratione huius reuerentiæ debitæ displicere timet, idque meritò, ac iure optimo, natura hoc dictante, quam refert *idem Castill. in d. num. 170. allegat Io. Guttier. in cons. 16. num. 16. & 19.*

Si hæc omnia igitur procedunt in matre, multo magis & in patre, cùm & in casu isto sit probata, non solum illius rigoositas, verum etiam & qualiter Don Scipio patrem obseruabat, eiusque erat promptus obedire mandatis, & quod voluntati ipsius resistere non audebat, aut quouis modo contradicere, quæ probatio est iusta tradita per *Guttier. in d. cons. 16.*

Ad secundum respondetur, quod non apparet litigium inter patrem, & filium in processu isto, & si, quod fortè exhibebitur, erit de communi consensu, vt consulant bonis eorum. Item erit satis per multos annos post ipsam ratificationem: illi verò DD. loquuntur, si primo præcesserat litigium, cùm non sit par ratio.

Asserere autem, quod actus gestus per D. Scipionem non sit in eius euidentem lęsionem, partem se inuoluere affirmandum est: nam petitio Clientis est, quod ipse, eiusque bona liberentur; eius pater, & bona illius, quod vtique remaneant obligata, dum enim pars contraria asserit, quod bona patris non sunt distracta, & quod sit relaxitum in beneficium filij, iam replicatur quod relinquuntur pro creditore, & inde pars replicat contrariũ, quod filius D. Scipio distraxit dicta bona pro dote materna; igitur ex relaxito, & constitutione census lædit filius, dum ratificat, & se obligat in bonis, si enim apparet læsio, prout negari non potest, sumus in terminis Doctorum supra allegatorum, quod data reuerẽtia, & læsione contractus factus per filium dicitur metu gestus, & per consequens venit rescindendus.

Quod autem attinet ad metum concussiuum, etiam pro Don Scipione de iure pronunciandum concludo: metus enim, 10 cùm sit difficilis probationis, probatur 11 præsumptionibus, & coniecturis, & leuiores sufficiunt, *glos. & DD. in l. metum. C. quod. met. caus. & glos. in cap. cum dilectus. vers. metum. circa med. extra, quod met. causa. & in cap. consultationi. in vers. inconstante de sponsal. & ita affirmarunt Bal. in l. si quis hoc genus. C. de Episcop. & Cleric. cum aliis allegatis à Mascard. d. conclus. 106.* vbi etiam dat rationem, ex quo metus est difficilis probationis, & solet clám, & secretè inferri, *Pasqual. in tract. de patr. potest. part. 3. cap. 2. nu. 38. refert. Turret. cons. 28. lib. 1. Apont. cons. 44. num. 2. Honded. Bursat. & alios.* Hic verò plures literæ, vel epistolæ patris ostenduntur, per quas Don Scipionem filium minabatur, quæ sunt plenissi- 12 mè probatæ per multos testes; quas quidẽ minas; iustum metum inducere, verẽdum non est, cùm fuerunt illatæ à patre filio, vt sensit *Bellam. in cons. 9. quẽ est sequutus Grauet. cons. 49. num. 2.* & dixit *num. 9.* quod 13 quando præcesserunt minæ factæ à patre in personam filij, actus exinde per filium gestus, meticulosus iudicatur, quia præsumitur pręcedenti metu consensisse, ad *tex. in l. si donationis. C. quod met. caus. & docet Bart. in l. si ob turpem. col. 2. in fin. vers. exemplum de metu. ff. de condit. ob turp. caus. Innoc. in cap. perlatum. in glos. in verb. ratum quod met. caus. & in cap. causam matrimonij. de offic. delegat. & in cap accedens. de conuersat. coniugat. Ias. in cons. 3. num. 6. vol. 1. Alex. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. col. 3. ff. solut. matrim. Alba. cons. 4. nu. 36. & cons. 11. num. 9. Afflict. decis. 69. num. 4. & alij relati à Boer. decis. 100. num. 11. & Mascard. conclus. 1054. num. 17.* & quoties inrerueniunt minæ, quod actus gestus annullatur, vltra prædictos testatur *Castill. d. cap. 1. num. 153. vbi allegat Guttier. Molin. Padilla. Gomez. Couar. Burg. de paz. & multos alios.* Et in patre qui minatus fuit fi- 14 liam exhæredare, vel eam alteri vilissimo homini copulare, si renueret illum, cui eã spoponderat in virum ducere, esse sufficientem metum ad annullandum matrimoniũ sic contractũ, consuluit *Rebuff. in cons. 115. per totum. & præcipuè num. 13. & sequ. quẽ refert, & sequitur Pasqual. d. cap. 2. nu. 37.*

Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem Clientis. Cætera supleat Regia Curia Straticotialis solita prudentia, cui omnia submitto.

Messanæ, die 26. Martij, 1620.

SVMMARIVM.

1 *Census ad voluntatem debitoris redimibilis, permissus est de iure.*

2 *In taxatione census, loci consuetudo attendenda, & in Regno ad decem pro centum consueuit taxari num. 3.*

4 *Iustum prætium ius commune reputat, si census est constitutus ad decem. pro centenario.*

5 *Census ab initio sola obligatione personali optimè constituitur.*

6 *Interusuria pro dote, vxori, contra hæredes viri, competunt, si non habet vnde se alat, &*

pro

pro dote recuperanda non fuerit negligens; contrarium in num. 8. & 10. Amplia, vt num. 9.

7 *Viduam ex dote, & non ex aliunde sibi alimenta præstare, lex præsumit.*

11 *Interusuria in vita Viduæ maturata ad hæredes transeunt.*

12 *Interusuria pro dote non soluta, multis in casibus deberi, ostendit author.*

13 *Mulierem alere obligatus, eius quoque filios alere tenetur, & ibi ampliationem habes.*

14 *Alimenta de iure debita, abinitio in pactum licitè deducuntur.*

15 *Valet statutum dans Viduæ decem pro centum donec dos restituatur.*

16 *Pecunia dotalis in quemcunq; transit cum onere illi adiuncto.*

17 *Filijs resoluto matrimonio contra dotantem, eiusque hæredes vsuræ competunt; & possunt in pactum deduci num. 18. & competunt filijs vxoris contra hæredes viri, num. 19.*

20 *Hodie de facili inueniuntur redditus censuales emendi.*

21 *Census non solum titulo emptionis, & venditionis, sed alio etiam titulo constitui potest.*

22 *Præseruatio conseruat ius præseruantis.*

23 *Procurator non potest facere conditionem principalis deteriorem.*

ARGVMENTVM.

Census ad voluntatem debitoris redimibilis, an sit de iure permissus, & ad quam summam soleat taxari, & an ab initio sola obligatione personali possit constitui. Interesse dotis non solutæ, an, & quando competat viduæ contra hæredes viri; & an ipsa mortua debetur eius hæredibus, & an etiam competat viro, eiusque hæredibus contra dotantem, & eius hæredes. Interesse dotis legitimè debitum, an possit abinitio in pactum deduci, & taxari. Census an possit constitui alio titulo, quàm emptionis, & venditionis.

CONSILIVM XXXXV.

IESVS MARIA.

RIa sunt videnda. Primũ, an contractus iste subsistineatur, vt annuus census de iure cõmuni permissus redimibilis. Secundum, ad quam summam debeat inter contrahentes taxari. Tertium, an subsistat constitutus ab initio super sola obligatione personali.

Primam quæstionem distinguendo terminat *Bald. in repetit. l. iur. iuran. num. 40.*
1 *ff. de iur. iuran.* Quoties enim (inquit) census est redimibilis ad voluntatem debitoris, & sic sors demortua permissus est de iure; eiusdem sententiæ fuit *Host. Io. Andr. Cardin. Innoc. Abb. & alij in cap. in ciuitate. de vsur. sequitur Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. nu. 15. Gail. lib. 2. obseru. 7.* vbi dicit communem, & veriorem. *Thesaur. decis. Pedam. 154. num. 1. & alij, quos refert Honded. cons. 17. nu. 24. vol. 2. Card. Tusch. concluf. 193. lit. C.*

Secundam quæstionem examinat *Gasp. Roder. tract. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 6.*
2 *num. 2.* tenens, esse taxandum iuxta loci consuetudinem: in Regno constat, esse li-
3 citam summam ad decem pro quolibet centenario, prout ex Bulla, de qua faciunt mentionem *Fachin. lib. 2. controuers. iur. cap. 43. in princ. Roder. de Ann. reddit. lib. 1. quæst. 4. nu. 33. in fin. Brunor. à Sole. quæst. 4. lib. diuers. quæst. & num. 6.* dicit communem opinionem, iustumque esse valorem, *Lup. de vsur. comment. 2. §. 2. nu. 74. Milan. decis. 6. num. 11. lib. 2. Boccac. de censib. part. 1. num. 75. & part. 3. num. 50. Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. vbi latissimè Mastrill. in addict. in d. quæst. 5. nu. 226. vbi multos refert.* igitur ad summam permissam in hoc casu factam fuisse taxationem, dicendum est, cùm fuerit taxatus ad octo.

Præterea *Facchin. d. cap. 43.* refert iu-
4 stum prætium ad decem pro centum de iure communi ex *Thesaur. d. decis. Pedamon. 154. Tiraquell. & alijs. Decian. cons. 2. num. 77. vbi multos refert. vol. 1.* licet ipse teneat ad septem, & octo pro centum, & ibi in fine multos refert *Io. Petr. Surd. cons. 162. num. 34.*

Quoad tertium cauendum nobis est à *Facchin. lib. 2. cap. 44.* qui tenet non pos-
5 se constitui ab initio censum sola obligatione personali, contrarium enim de iure existimarunt quam plurimi eximię authoritatis Patres, & præsertim *Couar. lib. 3. cap. 7. var. resolut. num. 5. cuius opinionem sequitur. Roder. in d. quæst. 4. num. 27. vsq; ad fin. qui referendo Courad. Modern. Paris. Matien. Gail. Surd. Rodoan. Felician. Decian. & alios,* respondet contrarijs, idemque repetit in *d. tract. lib. 2. quæst. 7. nu. 13. vers. si autem redditus. Milan. decis. 2. num. 109. lib. 2.* qui *in num. 180.* refert, ita fuisse declsum per magnam Regiam Curiam; multos refert *Mastrill. in addic. ad Petr. de Greg. de censib.*

de censib. quæst. 5. num. 52. His adde Sot. de furt. & iur. libr. 6. quæst. 5. art. 1. col. 5. vers. multi quippe Doctores, qui multis argumentis conclusionem firmant. Nos autem sumus extra difficultatẽ, non enim Cliens obligauit solam personam, sed etiã omnia bona generaliter. Quo in casu secũdum Bullam Nicolai Quinti Summi Pontificis, vtiq; subsistinetur, vt ex verbis ipsius Bullæ, & *Milan. d. decis. 2. num. 116. Foller. Rodoan. & aliorum. quos refert Mastrill. d. quæst num. 53.* licet hodie subsistat vltima Bulla Papæ Gregorij, infra in *num. 21.*

Prætera licitus est hic contractus, & interusuria in eo promissa competunt, quia fuerunt promissa pro dote non soluta, & donec soluetur ipsa dos; nam licet *Surd. in cons. 269. num. 22.* dicat, competere
6 vxori pro restitutione suæ dotis, contra hæredes viri interusuria; quoties aliunde non haberet, vnde posset viuere, & omnem quam potuit adhibuit diligentiam, vt recuperaret dotes, quæ omnia in præsenti casu verificantur; constat siquidem fuisse litigatũ pro petitione dotis, nihil penes eam remansisse, ex quo potuisset sibi alimenta præstare: idque magis confirmatur, cùm
7 præsumat lex, viduam non habere, vnde se alat, nisi ex dote, *Thesaur. decis. 43. nu. 5. Franch. decis. 489. nu. 29. Cæsar Manent. de contract. Liuell. pact. 15. num. 43.* Tamen
8 veritas est, quod sicut viro competunt vsuræ contra promissorem dotis, ita & vxori contra hæredes viri. *Nauar. in comment. ad cap. si fenerauerit. 54. quæst. 13. num. 67. Fr. Michael. Salon. tract. de contract. quæst. 88. fol. 299. vers. sed affert se hic dubitatio. per totam. Facchin. lib. 3. controuers. iur. cap. 101.* vbi *in vers. 5.* inquit, id maximè
9 procedere in locis, in quibus, si quis paratam pecuniam habeat, facile inuenire potest censuum venditores, vel aliam honestam opportunitatem pecuniæ collocandæ; nam tunc videtur vsura solui ob lucrũ cessans, & damnum emergens, quod omni iure permissum esse constat, vbi allegat *Cyn. Bin. Nauar. Grãmat. Lup. & Thesaur.*
10 & in puncto, quod hodie non sit necesse probare, quod non habuerit vnde se alat, cum hodie pecuniæ solent dari ad censum & quod debetur mulieri, & eius hęredibus tale interesse, post *Bologn. Couar. & alios. Castill. decis. 61. num. 22. & 23.* qui *in nu.*
11 24. inquit, quod interusurium etiam maturatum in vita viduæ transit in hęredes, ex auctoritate *Vinc. de Franch. decis. 338. nu. 3. Rodor. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. num. 53. vsque ad 60.*

Imò & contra dotantem, & eius hæredes interusuria non solum debentur du-
12 rante matrimonio, verùm etiam eo resoluto per mortem vxoris, quando remanet pater cum filijs. Idem remanente matre cum filijs, Idem mortuis patre, & matre, remanentibus solis filijs. *Caualc. decis. 22. nu. 19. part. 4. & num. 34. allegat Villaguz. tract. de vsur. quæst. 22. conclus. 10. num. 12. Lup. de vsur. §. 4. num. 16. & 17. Cæsar manente de contract. liuell. pact. 15. num. 80. & 81.* vbi tradit regulam, quia propter quod, & vnum quodque tale, & illud magis, & *num. 82.* inquit, quod qui tenetur ad alimenta
13 mulieris, tenetur etiam versus eius filios, maximè si propter dotem non solutam debentur; refert alios, & in *nu. 84. vers. quod militare videtur.* & licet *Gabr. & alij* dicant hæredibus non competere interusuria, loquuntur tamen in hæredibus extraneis, nõ in filijs & descendentibus, vt *Cæsar manente d. num. 81. & alij.* Iure optimo igitur potuit fieri hic contractus, quod quousque dotem hæredes viri non restituerent, octo in singulis centum soluere teneantur, cum hæc interusuria loco alimentorum succedant, vt in *num. 8.* comprobauimus, idq;
14 summo iure, quia alimenta legitimè debita in pactum ab initio optime deducuntur, vt quid certum annuatim soluatur. *Dec. in cap. cum venerabilis. de except. num. 64. vers. puto rem tamen. Cagnol. in l. curabit. ff. de act. empt. num. 57. & 65. cum sequ. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 4. num. 5. vers. 7. Rimin. iun. cons. 177. num. 27. & cons. 400. num. 31. Bursat. cons. 11. & cons. 320. num. 54. vers. ac si postea. Surd. cons. 327. sub. nu. 53. alios referens Facchin. lib. 2. controu. iur. cap. 32. tertio quæsito. Costa de port. rat. quæst. 91. num. 2. Lup. de vsur. comm. 1. §. 6. num. 126.* & in puncto, quod valet conuentio inter viduam, & hæredes mariti, de soluẽdo quod certum, donec dos soluatur, refert *Surd. tract. de alim. tit. 1. quæst. 45. nu. 75. & sequ. Honded. cons. 44. num. 9. & sequ. vol. 1.* vbi videtur tenere vsque ad honestũ lucrum, vt mos regionis expostulat; & horum maior pars loquitur in *term. d. l. curabit.* vbi interesse, & lucrum certum est, ac indubitabile, & licet quantitas à principio ignoretur, & sic variabilis in diuersis annis, nihilominus potest ab initio quod certum taxari, cum ita variatio non sit cõsiderabilis: & *Surdus* qui loquitur in mutuo non firmat pedem, cum sit incertum, & ab initio quid possit lucrari mercator, & de obligatione certi interesse facta viduæ, donec restituatur dos, loquitur *Cæsar manent. de*

menti.d.pact.15.nu.19. vers.at circũscriptis bo nis.allegãs Imol.in l.insulã. §. vsuras.ff.solut. matr.nu.23.24.& 27.Molin. de primog.Hisp. lib.4.cap.5.nu.6.& alios.& in *nu.22.* inquit, licitã esse taxationẽ,& cõuentionẽ, quãdo de interesse plenè constat abinitio. Hinc
15 etiã infert, valere statutũ,dans viduæ decẽ ꝑ centũ,donec dos restituatur,eodẽ modo posse deduci in pactũ;& Ego dixi in *cõs.14 nu.20.* Et licet contrariũ videatur firmare *Roder. de ann.redd.lib.3. quæst.8.nu. 20.* nõ tñ est recedendũ ab opinione, *Nau. Salon. Facchin.& aliorũ supra alleg.* cõtrariã,& ve riorẽ sententiã sequentiũ. Nec aduersatur, ꝙ scripsit *Test.in allegat.14.* quia loquitur in mutuo, & ibi sors erat repetibilis.

Quæ cùm ita sint,nõ obstat motiuũ,dũ dicitur,q̃ verò dicta sũt de interusurijs dotiũ,possent ꝓcedere dũ Frãcischella viuebat, quoniã dicimus etiã ea mortua, eius
16 filijs,& descendentibus cõpetere. Etenim pecunia dotalis eius naturæ est,vt in quẽcũq; trãseat cũ onere illi adiuncto, alendi scilicet vxorẽ,& familiã,cũ sit fæminæ patrimoniũ, ac durẽt ipsius matrimonij onera,& eadẽ alimentorũ necessitas,sic recen suit *Salon.vbi supra,& in vers.minus verũ est* vbi inquit, eãdẽ rationẽ militare in vxore vidua ꝓ cõsequẽdis vsuris,quæ militat in
17 viro,indubitatiq; iuris esse, cõtra dotantẽ,eiusq; hæredes,filijs,resoluto matrimonio vsuras cõpetere,vt *nu.12.& 13.*& posse
18 in pactũ deduci,testatur *Canalc.d.decis.22.*
19 & pariter filijs vxoris cõtra hæredes viri.
20 Et fortius ratione interesse,quia indies in ueniuntur redditus censuales emẽdi,nulla existẽte necessitate ꝓbandi, adfuisse cẽsus venales, prout meminit *Castill.d.decis. 61. nu. 23.& Cæs.Manent. d.pact. 15. nu. 43. vers. nec opus est probare. refert alios.* Licet enim *Gratian. discept. 427. per totam. quem refert,& sequ.addic.ad decis.Eudouis.437.lit. E.nu.17.qui in nu. 27.& 28.impugnat Cum. super cap.rit.94.nu.22.Canalc.d.decis.& dec. 26.nu.25.p.3.& D.Card. Tusc.* tñ opinio ꝓ me supra firmata fuit amplexa in Regno, in causa Pauli,& Marij de Gregorio cõtra Paulũ Perruni ꝓ Cur.Strat. & ꝓ M.R.C.in anno 1604. & 1605. Prꝛterea prima ratio adducta à *Gratian. nu.11.* cessat,quia contrarium tenent plures numero, & magnæ authorit.*DD.*relati â *Couar.& Cæs.Manẽt. & alijs supra alleg.* Altera ratio in *nu.15.* cessat; quãdoquidẽ,licet nõ possint agere filij,remedio *l. si cõstãte,* tñ lex illis succurrit,vt eorũ dos salua sit,latissimè alios referẽs *Ror.Gen.execut.decis.56.nu.3.4.* & hãc opinionẽ,ꝙ resoluto matrimonio ꝓ mortẽ vxoris remanẽtib⁹ filijs cõpetãt interusuria, dixerũt *Bero.cons.150.nu.10.vol.2. Molf. in cõmẽt.ad cõsuet.Neap. p.6.de iur.dot.qu.2. nu.32.* nec aliquid operatur, ꝙ contractus fuit celebratus post Bullas Põtificias quoniã noluerũt cõstituere censũ priuilegiatũ iuxta formam Bullæ, sed pro restitutione dotis, contraxerunt constituto interusurio,donec solueret dotem, & demortua erat peticio dotis, quod procedit de iure, tum ratione alimentorum, quæ debentur viduæ,& descendentibus,tum etiam ratione interesse passi, ex quo census aderant, quos poterant emere, vt est comprobatũ. Et census non solum potest constitui titulo
21 emptionis, & venditionis, sed etiam alio titulo, videlicet donationis legati, transactionis, & alijs, vt *Grauet.in cons. 217.& multi relati à Mastrill.in addit. ad Petr.de Greg.de censib. quæst.5. num.184.& sequ. & decis. 103.num. 1.* stat difficultas,vt ibi per eum *num.192.* an sic constitutus habeat priuilegia Bullæ,quod possit agi cõtra tertium, & inquit competere, quando sunt requisita per eum relata, in *num. 197. & in d. decis. 103. num. 3.& 4. ex auctorit. doctissimorum Octau. Corsetto, Blaschi Lanza, & Anton. de Montalt.* in isto enim contractu deficit pro requisito obligatio prædij in specie, iuxta dispositionem Bullę Summi Pontificis Gregorij XIII. quæ fuit data Romæ die 7. Ianuarij, Indict. 11. 1574. Cum sit celebratus post ipsam,vt latissimè idẽ *Mastrill.in add.ad Petr.de Greg.de censib. quæst.5.nu.54.vers.si verò sumus.& nu.165.* vnde nõ potest dici celebratus secundũ formã Bullæ,& sic secundũ cõsuetudinẽ regionis, sed secundũ ius cõmune,& per Clientẽ rectè fuit actũ, quia non contra tertiũ, sed conrta illum, qui cum eo contraxit.

Non obstat, quod in confessione facta per Franciscũ Puliczi procuratorio nomine Mariæ, & Antonini Puliczi ille de Cuma dicit soluere pro cathameno debiti, quia non intendit,quod sit contractus Bullalis,& ipse de Puliczi è contra recipit pro censibus decursis ex quo intendit,quod sit Bullalis, & non ad cathamenum, nam ibi fit præseruatio per vtramque partem,quæ
22 de sui natura conseruat ius prꝛeseruantis, & protestantis, *cap. cum M. Ferrar. de constit. Oldrad. cons. 6. in fin.& cons. 301. nu. 5. Card. Zabarell.cons. 52. nu. 6. Alex. cons. 190. nu. 2.& sequ.lib.2. D.Card.Tusc. conclus. 938. lit. P.& Ego in cons. sequent. nu. 8.* Et tandem hæc præseruatio est apposita in actu facto cum Procuratore, qui licet habeat mandatum generale, quod

23 non est hic, tamen non potest facere conditionem dicti principalis deteriorem, *l. cõtra iuris. §. si filius. ff. de pact. Dec. cons.* 402. *col.* 5. *& cons.* 493. *col.* 2. *nu.* 11. *qui alleg. text. in l. si in emptione. §. fin. ff. de contrah. empt. Bal. in l. Creditor. §. Lucius. ff. mandat.* Ex quibus omnibus concludo fore decidẽdum in fauorem Clientis. Cætera suppleat Spectabilis Iudex.

De mense Octobris 1619.

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiseos competit tam ex consanguinitate, quam ex contiguitate.*
2 *Vicinus magis contiguus præfertur vicino, qui minus contiguus est.*
3 *Ius prothomiseos competit in re stabili per Curiam vendita.*
4 *In retractu, data paritate, primò veniens præfertur, & dicitur præuenire, qui per horam & punctum anteuenit, num.* 5.
6 *Actum faciens, ad quem poterat astringi, videtur illum ex necessitate fecisse, & coactè dicitur soluisse, qui ad soluendum cogi poterat, num.* 7.
8 *Protestatio cõseruat ius protestantis, & excludit tacitum consensum, nu.* 12. *etiam si protestans faciat actum contrarium, num.* 13. *sed declara, vt ibi.*
9 *Protestatio in omni actu est repetenda, quia non extenditur ad actus futuros.*
10 *Actus confessionis prætij qui fit per retrouendentem est idem cum ipso actu retrouenditionis.*
11 *Retrouenditio non dicitur perfecta, nisi subsequuta prætij confessione.*
14 *Actus ex interuallo dicitur celebratus si est factus post decem dies.*
15 *Dispositio extenditur etiam ad actus vlteriores quando primus actus non consumit effectum secundum dispontentis intentionem.*
16 *Dispositio non consumit effectum secundum intentionem generalem disponentis per vnicũ actum, quando protestatio est directa ad futurum tempus.*
17 *Voluntas præsumitur durare.*
18 *Contendentes in retractu, si sint pares in sanguine, sed vnus eorum est etiam vicinus, præfertur habenti tantum ius sanguinis, & declara vt num.* 21.
19 *Duo vincula magis ligant, & duo vincula vincunt vnum, data paritate, num.* 20.
22 *Dictio [quilibet] est distributiua, attribuens rem cuilibet in solidum.*
23 *Statutum nostræ Vrbis gradatim vocat vicinos ad retractum, & sic primò proximiores.*
24 *Consanguinei ad retractum infra decimum consanguinitatis gradum vocantur.*
25 *Consanguineo, vel vicino emente, alter proximior potest ab eis retrahere.*
26 *Ius retractus sequitur naturam successionum, eamque imitatur, & in omnibus fideicommissis æquiparatur, num.* 27.
28 *Intentio statuentium in retractu qualis fuerit.*
29 *Vicino, vel consanguineo vendenti, nõ amplius competit retractus super re vendita. Fallit, si vendunt ex necessitate, num.* 30.
31 *In retrouenditione non datur retractus.*
32 *Retrouenditio est resolutio primi cõtractus vẽditionis*
33 *Ex contractu venditionis cum pacto de retrouendendo debetur gabella, sed non debetur ex contractu retrouenditionis, num.* 34.
36 *Laudimium non debetur ex actu retrouenditionis.*
36 *Vinc. de Franch. decis.* 550. *declaratur.*
37 *Mastrill. decis.* 202. *declaratur.*
38 *Addentes vltimi ad Vinc. de Franch. declarantur.*
39 *Consanguineus, qui obtinuit sententiam, an possit non vti illa, & cogi minimè possit à conuento emptore: affertur ratio, num.* 40.

ARGVMENTVM.

Ius prothomiseos quibus competat, & data paritate sanguinis, vel vicinitatis quis præferendus, & quid si eorum alter sit æqualis in sanguine, sed vicinus. Protestationis virtus quæ sit, & an sit necesse, quod reperatur in omnibus actis. Statutum Vrbis Messanæ an vocet ad retractum vicinos, & consanguineos gradatim. Contra vicinum, vel consanguineum ementem, an proximiori competat retractus. Retractus an competat ex contractu retrouenditionis.

CONSILIVM XXXXVI.

IESVS MARIA.

IN anno 1604. Caterinella de Baldo per sententiam secundi decreti distraxit à posse Caterinellæ la Magistra domum, de qua agitur, quæ exinde fuit vendita Io. Baptistæ Musulino cum pacto de retrouendendo, & per dictum de Musulino fuit vendita Antonino la Magistra Clienti. Exinde mensibus præteritis Ioleph la Magistra emit à dicta Caterinella de Baldo ius luendi, qui propterea facto depositio voluit dictum

dum Antoninum eius fratrem ad eam retrouendendam cogere, qui ritè posse cogi agnoscens illam retrouendidit, facta prius supplicatione iurium præseruatiua, quod in effectu ad actũ retrouenditionis coactè deueniebat, non valens illum euadere, animo tamen retrahendi dictam domum distractam ex decreto per dictam de Baldo, super quo retractu insistebat; qua supplicatione sic præcedente fecit actum retrouenditionis, petijtque eodem instanti se admitti ad retractum tam iure sanguinis, quàm vicinitatis, fecitque depositum, illudque notificauit, ac omnia alia ad retractũ necessaria adimpleuit. Quare, licet ius prothomiseos non sit de iure cõmuni, vt post *Tiraq. Menoch. Pancir. Garz. Costa, & alios dixit Aldou. cons. 37. nu. 67. 68. & sequ. & cons. 40. nu. 38. & Giurb. decis. 78. nu. 3. multos refert.* nihilominus tamen ex dispositione nostri statuti sub cap. 31. dispo-
3 nentis, ius prothomiseos competere tam ex consanguinitate, quàm ex contiguitate, quàm etiam ex dispositione Capit. Regni Regis Alphonsi 200. dictantis, quod vici-
2 nus, qui pro maiori parte prædij contiguitatem habet, alteri, qui pro minore parte contiguus est, præferatur, & etiam qui pro maiori parte consors, *Vinc. Maxill. super consuet. Bari. tit. de iur. prothom. §. si duo. num. 8. allegat. Anton. Caput. in constit. sancimus. & Afflict.* Item etiam & ex alia dispositione statuti nostri sub cap. 54. per quam dicitur clarissimè, quod in vendi-
3 tionibus rerum stabilium per Curiam celebratis ius prothomiseos competat tam ratione sanguinis, quàm contiguitatis loci, quibus in puncto etiam addendus est *Peregr. decis. 21.* qui dicit in alienatione iudiciaria dari retractum, & inquit decisum à Collegio 25. Doctorum competere filijs, à quorum posse, vt hæredibus fuit facta distractio, & pluries per *Rot. Florent.* fuit decisum, licet aliquando contra, vt testatur *Magon. decis. Florent.* 100. omninò Clientis debet procedere adiudicatio.

Præterea licet Antoninus Cliens, & Ioseph, à quo retrahit sint fratres, & sic pares in sanguine, tamen ex quo primo comparuit Cliens ad petitionem retractus, ipse
4 debet admitti, data enim paritate, qui primo venit, præfertur, ita in puncto docuit *Castr. cons. 221. vol. 1. Alex. cons. 27. vol. 6. num. 9. Honded. cons. 7. num. 7. vol. 1. & inquit Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 32. num. 22. in fin. & num. 23.* eum dici præ-
5 uenisse, qui per horam, vel punctum ante-uenit, ideoque hodie huius Curiæ praxis est, vt notetur dies, & hora comparitionis, ne concurrentibus paribus, sit disceptatio neque huic aduersatur, quod Ioseph sit possessor, & per consequens præferendus, ex *Honded. d. cons. 7. vol. 1. num. 7.* & excipiendo possit se lętari de retractu, ex *Frãc. in decis. 550. & Mastrill. decis. 120. cum alijs ab eo relatis*, quoniam, antequam possessio fuerit translata ex Antonino in Ioseph, ipsoque Antonino adhuc possidente, fuit per eumdem declarata voluntas se velle retrahere, & retractu insistere, ad ipsumq; actum retrouenditionis in personam Ioseph deuenire coactè: apertissimi enim iu-
6 ris est, quod faciens actum, ad quem poterat astringi, videtur illum ex necessitate fecisse *Bal. per illum text. in l. nouissimè. ff. quod fals. tutor. auth. Io. Andr. in cap. præterea de iur. patron. & in reg. bona fides. de reg. iur. in 6. Dec. cons. 178. col. fin. vers. quia faciens actum. fol. 143. Rot. Gen. decis.*
7 *103. num. 10.* vbi inquit quem dici coactè soluisse, si cogi poterat, *alleg. etiam Castr. in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confess.* ideo-
8 que dicendum est, protestationem conseruasse ius protestantis, ac si Cliens possideret tempore retractus, *Glos. & Bart. in l. si debitor. §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. l. pro hærede. ff. de acquir. hæredit. DD. vbi Ias. num. 21. in l. non solum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat. Caroc. de loc. & conduct. in tit. præiudicium. Muta. consuet. Panormit. cap. 16. num. 83. fol. 246.*

9 Nec obstat dicere, protestationem esse repetendam in omni actu, & non extendi ad actus futuros, & qui postea fiunt, ex *Rot. Rom. in nouiss. decis. 599. part. 1. & Menoch. cons. 38. num. 40.* quoniam in facto appareret non fuisse factum alium actum, nisi re-
10 trouenditionis, & confessionis depositi, quæ confessio depositi est idem cum actu retrouenditionis; nunquam enim dicitur
11 perfectus actus retrouenditionis, nisi subsequatur confessio prætij. *§. prætium. instit. de empt. & vend.* Cùm igitur vnum, & idẽ reputetur actus confessionis, & retrouenditionis, dicendum est, protestationem factam in actu retrouenditionis censeri etiã factam & in actu confessionis exeleganter traditis, per *Menoch. d. cons. 38. num. 38.* & per eam sequitur conseruatum esse ius
12 protestantis, cum ex ipsa protestatione sit excluſus tacitus consensus, quod scilicet non videatur consentire translationi possessionis, ipsique retrouenditioni, *Bart. & alij in l. non solum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat.*

nunciat, *Decian. conſ. 72. nu. 38. & 39. vol. 2.* vbi loquitur in proteſtatione facta ab-
13 ſente parte. Præterea proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, etiam ſi faciat actum contrarium, dummodo faciat incontinenti, quia cenſetur non conſentire, & facere non ex animo, ſecus ſi faciat actum contrarium ex interuallo, *Abb. cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit.* & ita dicit procedere communem opinionem *Rip. d. capit. num. 102. verſ. niſi ille actus ſecundus fiat in-*
14 *continenti poſt actum. & Menoch. d. conſ. 38. num. 40.* & dicitur ex interuallo poſt decem dies, *Rom. in conſ. 179. ampliſſimè Doct. nu. 21. verſ. ſecundo moueor.* vbi *Apoſtill. in verb. non adeſſe.* dat concordantes. At hic, vt eſt oſtenſum, in facto non eſt actus in contrarium factus, immo eodem die incontinenti facta petitio, & adiudicatio retractus, & omnia alia acta neceſſaria.
15 His adde, quod quando primus actus non conſumit effectum ſecundum intentionem diſponentis, tunc diſpoſitio intelligitur non ſolum de primo actu, ſed de omnibus vlterioribus, *Bart. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis alicui decem. ff. de legat. 3. Bal. l. inuitis.*
16 *ff. de procurat.* cùm igitur proteſtatio ſit directa ad futurum tempus, non videtur, quod diſpoſitio cõſumat effectum per vnicum actum ſecundum intentionem generalem proteſtantis meritò proteſtatio poterit trahi ad actus futuros, *Berou conſ. 35.*
17 *num. 2. vol. 1.* corroboratur, quia voluntas præſumitur durare, *l. eum, qui. ff. de probat. l. ſancimus. C. de teſtam. cap. cum morte de celebr. miſſ. Rip. d. num. 102. & 103.* tanto magis hic, quod omnia fuerunt incontinenti eadem die facta. Ex quibus colligitur manifeſtiſsimè voluntas ipſius Antonij retrahentis.

Præterea Cliens in hoc cõtractu vtriſq; iurib⁹ innititur, & ſanguinis, & vicinitatis,
18 quo in caſu, quando ſunt pares in ſanguine, & alter etiam eſt vicinus, tunc præfertur habenti ſolum ius ſanguinis, *Afflict. conſtit. ſancimus. §. 1. ſub nu. 36. fol. 25. verſ. iam quæro. Dec. conſ. 619. ſub nu. 7.* qui, quæſo, legatur: nam eſt in puncto *Muta*, qui ex auctoritate *Io. Aloiſ. de Septim. & Bongiorn. in allegat. 37. lib. 1.* ſic deciſum per Mag. Reg. Cur. *conſuet. Panorm. cap. 28. nu. 31. & ſequ. fol. 236. & num. 37. alleg. Bongiorn. in ſuis apoſtill.* idque ſummo iure, quia duo
19 vincula magis ligant, *cap. 1. de treg. & pac. Auth.* itaque *C. com. de ſucceſſ. Dec. d. conſ.*
20 *619. num. 7.* & duo vincula vincunt vnum data paritate, *l. ſpadonem. §. iure. ff. de excuſat. tutor. cap. canſam quæ de probat. l. 1. ff. de priu. credit. l. rationes. & l. inſtrumenta. C. de probat. Caſtr. l. 1. C. de legit. hered. §. ſed hodie inſtit. de adopt.*

Nec obſtat, q̃ hæc procedunt, quando
21 omnes habentes ius congrui concurrunt ad recuperandum à poſſe tertij, ſecus eſt, quando ipſe ſanguis poſsidet, vel vicinus, quia tunc ab eo retrahere non poteſt, ex quo adimpleta eſt forma ſtatuti, cùm ad ſanguinem vel vicinum res peruenit, ex auctoritate *Paul. de Caſtr. in conſ. 221. vol. 1. & multi à Tiraqu. allegati. Honded. conſ. 7. lib. 1. & latiſsimè Decian. in conſ. 15. vol. 4. & conſ. 32. & 46. vol. 5.* Quoniam reſpondetur, quod *Decian. & alij ab eo relati* loquuntur in terminis ſtatuti Patauini, ſub his verbis [facta venditione in extraneo, admittatur quilibet agnatus] quæ dictio
22 (quilibet) tanquam diſtributiua attribuit rem cuilibet in ſolidum, & locus eſt præuentioni, iuxta *text. in l. 2. & in l. ex duob. ff. de duob. reis. & l. fideicomm. §. fin. ff. de leg. 3. & ita concludit. Decian. d. conſ. 32. in princ. & nu. 19. & 21.* ſecus autem eſt in ſtatuto noſtro, in quo omnes vicini, & habentes ius ſanguinis abſque aliqua dictione diſtributiua ſunt vocati; quo in caſu dicitur vocare proximiores, & eos qui ex maiori parte uicini ſunt, adeo, quod ante ſollemnizationem inſtrumenti, ille, qui eſt
23 proximior, & ex maiori parte vicinus præferri debet, cùm gradatim vocati videntur, ita, quod proximior prius admittatur, *Dec. in conſ. 205. & d. conſ. 619. Alex. d. conſ. 27. num. 8. vol. 6. per tex. in l. fin. C. de verbor. ſignif. & in l. cum ita. §. fin. ff. de leg. 2. Bal. d. tract. de iur. prothom. col. 3. verſ. duo vicini. Fabian. in tract. de empt. & vendit. 20. quæſt. 3. quæſt. principalis. nu. 44. Anchar. conſ. 370. quem ſequitur Florian. de S. Petr. conſ. ſequ. 371. Caſſand. conſuet. Burgun. tit. de retract. rubr. 10. §. 3. num. 1. Boer. deciſ. 182. nu. 52. Pariſ. conſ. 81. num. 18. & ſequ. lib. 3. Rendell. de iur. prothom. in verb. parentes. num. 19. & in §. ſcriptum eſt. in verb. domum propre caſtrum. num. 3. & 4. Marant. in tract. de multiplic. alienat. Rol. à Vall. conſ. 16. num. 40. lib. 3. Honded. conſ. 7. num. 2. vol. 1. multos refert Caualc. deciſ. 20. nu. 2. part. 2.* & vocat omnes conſanguineos infra decimum conſan-
24 guinitatis gradum, vt reſponderunt *Cepoll. conſ. ciu. 23. Lanar. conſ. 53. num. 21. Cum. cap. rit. 160. num. 21. alios refert & Tiraq. gloſ. 9. §. 1. lib. 1. num. 23. de retract. Mar. Giurb. deciſ. 76. num. 2.*

Et in

Et in puncto quando emit consanguineus,
25 vel vicinus, quod possit proximior retrahere ab eo, *Io. Fab. §. ita demum, instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. Tiraqu. de retract. §. 11. glos. 6. nu. 14. vsque ad 19. Caualc. decis. 20. part. 2.* & de Regno *Giurba d. decis. 76. nu. 14. vers. ideo natus post alienationem. Pereg. decis. 23. nu. 11. cum sequ.* & in feudis tam ex pacto, & prouidentia, quàm hæreditariis; est *tex. in cap. 1. §. si Titius si de feud. defunct. contend. sit inter dom. & agnat. Apont. decis. 11. & Rouit. in cons. impresso post d. decis.* qui in *num. 12.* inquit, astrictiorem posse retrahere ab emptore
26 agnato, & pluries fuit decisum in hac Curia Straticotiali, & ius retractus per omnia sequitur, & imitatur ius, & naturam successionum, post *Tiraq. Pereg. decis. 76.*
27 *num. 6. in fin.* & in omnibus æquiparatur fideicommissis ad perpetuam conseruationem bonorum in familia constitutis, in quibus proximior admittitur ad recuperandum bona, etiam medio tempore remotiori acquisita, *Surd. cons. 125. Peregr. de de fideicomm. artic. 22. Papp. cons. 57. Decian. cons. 37. num. 12. vol. 3. Costa. de retrotract. cas. 17. cap. 8. num. 7 & alij allegati à Giurb. num. 4.* vbi concludit retractum
28 statuentes dedisse consanguineis, vt bona sint in familia, & vniantur, & sic vna est omnium ratio fideicommissi, & retractus, *ex Menoch. cons. 709. num. 8. Tiraq. de retr. consangu. §. 20. glos. vnica. & §. 26. glos. 1. nu. 41.* meritò concludit vicinum, & sanguinem proximiorem, & viciniorem tempore sollemnizationis præferri debere remotiori, qui antea acquisiuerat, *alleg. Dec. in cons. 395. in fin. Curt. iun. cons. 83. Hier. & Aluarot. §. hoc quoque notandum sit de succ. feud. & in cap. Titius. si de feud. fuer. controu.*

Insuper statutum aliorum contrarium tenentium inspicit tempus venditionis ad retrahendum, non autem tempus sollemnizationis, prout statutum nostrum sub *cap. 31. & sub cap. 52. & 53.* per quæ capitulorum verba semper futurum tempus respexerunt, volentes, quod eo tempore proximitas à Iudice intueatur, prout in fortioribus terminis in consanguineo nato post venditionem decisum refert, per quam plures Magistratus, *Giurb. in d. decis. 76. Bologn. cons. 25. Boer. decis. 282. nu. 52. Molin. de contract. disput. 350. col. 5. tom. 2. Aldonin. cons. 30. num. 1. & 8. Caualc. d. decis. 20. part. 2.* & in donatoris prædii, qui fuit admissus ad retractum prædii collateralis venditi satis antequam fuit sibi donatum dictum prædiũ, fuit decisum anno 1609. vt Ego dixi in *cons. 37. à num. 32. vsque ad fin. Item Honded. in d. cons. 7. allegatus ex aduerso*, est in fauorem Clientis, nam ibi emptor fuit liberatus, quia ostendit se magis vicinum, & confinem, quàm ille, qui venit ad retractum, immo *in num. 2.* inquit, idẽ operari statutum, dicens, eum, qui magis confinat, præferendum, quàm simpliciter dicens, consanguineum, & vicinum admitti ad retractum, & allegat *DD. in d. l. fin. C. de verb. signif. Paris. d. cons. 81. Alex. d. cons. 27. & alios.* imò in *num. 7.* asserit, vicinum emptorem præferri vicino venienti ad retractum, quando habent æqualem adiacentiam, *alleg. Bald. & Castr.*

Non obstant duo alia ex aduerso adducta; primum, quod semel ac sanguis, seu
29 vicinus est venditor, non potest amplius habere retractum super re per eum vendita, quia vendendo fecit se extraneum ab illa re, *Tiraq. de retract. §. 5. glos. 9. nu. 30. & 37. Rip. l. cum bona. num. 20. ff. de priuil. creditor. Ang. de Gambellion. cons. 127. Cum. cap. rit. 106. num. 30. Briscian. in repert. ad decis. Caualc. in verb. ius congrui. & post alios Peregr. d. decis. 21. in princ.* vnde, ex quo Cliens retrouendidit, pars præsupponit non posse retrahere, secundum est, quod debebat Cliens excipiendo dicere, se velle retrahere, & non consentire dictæ retrouenditioni. Respondetur ad primum, quod in effectu hodie agitur ad retractum pro alienatione facta per decretum per illam Caterinellam de Baldo à posse Caterinellę la Magistra matris istius Clientis, in quo decreto Cliens, nec citatus fuit, nec in aliquo nominatus, & sic in venditione, de qua petitur retractus, nõ potest dici, quop Cliens interuenit. Præterea licet agnatus vendens non habet retractum, tamen quã
30 do eius consensus est necessarius, & potest cogi, tunc ita consentiens non amittit ius retractus, *Anchar. Regens. quæst. 17. nu. 2. Grau. de indepnit. mulier. num. 1. & sequ. Tiraqu. de retract. d. §. 1. glos. 9. num. 139. Brixian. vbi supra. vers. nisi esset consensus.* Item quatenus Cliens retrouendidit, fuit vigore contractus venditionis cum pacto de retrouendẽdo, pro qua retrouenditione
31 nõ potest dari retractus, quia retractus datur pro venditione, nam pro retrouenditione resoluitur primus actus venditionis,
32 cùm retrouenditio, quæ fit vigore pacti de retrouendendo adiecti in primo contractu prout hic est resolutio primi contractus, *Molin. de contract. disputat. 374. num. 12. & 13. & disput. 384. num. 3.* vbi resoluit

33 an debeatur gabella ex contractu venditionis cum pacto de retrouendendo, & tenet, quod sic, ex *Lasart. de decim. vendit. cap. 14. num. 36. Gomez. & alijs.* sed an debeatur
34 ex retrouenditione, & concludit, quod nō, quia retrouenditio nō est venditio, sed resolutio primæ venditionis, hinc est, quod
35 neque deberi laudimia, dixit ex *Beltran. & alijs. Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. nu. 20.* & ex multis, quos longa serie congerit *Burg. in tract. de laudim. part. 2. inspo. 50. num. 4.*

Quo ad secundum, respondetur, quod Cliens non poterat denegare retrouenditionem, ad quam erat obligatus, & per consequens poterat cogi, nec poterat excipere de retractu, quia nemo prętendebat retractum ab eo, sed pars cogebat illum ad retrouenditionem, quam non poterat Cliens diffugere, vt supra fuit comprobatum, & per retrouenditionem nihil dicitur approbasse, cum retrouenditio sit distractus, & resolutio venditionis ipsi Cliēti factæ, ex *Molin. & alijs.* Tanto magis stante protestatione, & necesse erat in iudicio principaliter facere petitionem de retractu, depositum, & omnia alia, quæ fuerunt facta.

Non obstat *Vinc. de Franch. decis. 550.*
36 dum concludit vicinum, qui emit, quando alius vicinus inde vult ab eo retrahere, posse excipere de iure retractus sibi competente, illumque excludere, nam vltra auctoritates, & id, quod supra fuit adductum pro responsione, dicimus, Decisionē prædictam esse in fauorem Clientis, quandoquidem in *nu. 4. circa fin. ex auctor. Neapod. & Afflict.* concludit vicino emptori competere ius retractus, excipiendo aduersus vicinum venientem ad retractum pro parte tamen sua, & hoc stante *consuet. Neapolit. incip. Si quis emit.* per quam terminatur, quod vicinis competit retractus pro medietate, non habita ratione magnitudinis possessionum alterius ex eis; vnde esto possideat, non competit, nisi medietas, stante dicta consuetudine, quæ generaliter loquitur, & verificatur etiam in vicino emptore, vt optimè loquitur doctissimus *Fab. de Ann. cons. 47. num. 33.* Vnde stante consuetudine nostra, per quam consanguinei, & vicini inuitantur, & intelliguntur astrictiores, & viciniores, vt supra latissimè fuit comprobatum, & etiam ītāte dicto Capitulo Regni Regis Alfonsi 200. præferente eum, qui pro maiori parte possidet, ex auctoritate prædicta *Vincent. de Franch.* dicendum est, quod verificatur etiam, quando vicinus, vel sanguis emit, & sic præfertur astrictior, & vicinior remotiori, & illi qui prius emit, & perbelle loquitur *Peregr. d. decis. 23. nu. 11. cū multis.*
37 Item casus *decis. Mastrill. 202.* intelligendus est, quod conuentus, qui possidebat erat consanguineus in pari gradu, nam ipse allegat *Vinc. de Franch. d. decis. 550.* esse in puncto, qui in *num. 12.* vsque ad finem asserit, quando sunt in pari gradu, possessorem esse præferendum, vel si primo venit. Et in consanguineis considerat parita tem gradus in prælatione, *Fab. de Ann. d. cons. 47. num. 22. ex auctorit. Ferroni in consuet. Burdegal. tit. de retract. §. 3. vers. quatuor erant fratres. pag. 31. & refert Tiraqu.* qui indecisam quæstionem relinquit, & post alios *Peregr. d. decis. 23. num. 7.* vbi adduxit iura, & auctoritates, & pluries ibi fuisse decisum.
38 Addentes vltimi ad *d. decis. Franch. 550.* post hæc impressi non obstant, nam videntur loqui in re indiuidua, in qua non versamur. Fuit (prolata exinde sententia) du
39 bitatum, an actor, qui obtinuit in retractu possit non vti illa sententia, ita vt emptor non possit eum cogere ad prætium sibi soluendum, & fuit resolutum in fauorem Actoris ex auctoritate *Tiraqu. de retract. lignag. ad finem tit. nnm. 24. Vinc. de Franch. decis. 346. Benedell. de iur. prothom. in rubr. num. 56. Ricc. collect. decis. 6. Ioan. Baptist. de Thor. compend. decis. Neapolit. in verb. vicinus. fol. 568. Gratian. discept. for. cap. 572. num. 22.* qui in *num. 24.* asserit,
40 quod sententia lata, pro aliquo in ipsius fauorem non imponat ei necessitatem illa vtendi, si noluerit, *Bald. in l. si iudex. ff. de minor. & in l. 2. quæst. 2. C. de fideiussor. minor. & in l. si constante. §. quoties. ff. solut. matrim. Tiraqu. vbi supra num. 15.*

Die 4. Martij. 1618. in Curia Straticotiali.

Die 5. Maij. 1618. fuit per Curiam Straticotialem decisum in fauorē Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dicitur probatio probata nulla indigens disceptatione.*
2 *Solutio non præsumitur, cum sit facti, & eam alleganti, incumbit onus probandi.*
3 *Solutio præsumptionibus, & coniecturis quandoque probatur.*
4 *Confessio vnius non præiudicat alteri.*
5 *Vxor non potest alienare in præiudicium mariti, etiam bona extradotalia.*
6 *Statutum Vrbis sub capitulo 27. decernit, mulierem*

lierem nullum actum in mariti præiudicium facere posse.

7 *Seruus non potest in testem admitti, & admissus nullam fidem facit.*

8 *Testis, duos patiens defectus, non facit fidem.*

9 *Testes plures numero præualent.*

10 *Iugalia reperta penes vxorem reputantur de bonis defuncti viri, & ad eius hæredes spectant.*

11 *Donata à consanguineis viri, ad virum spectant.*

12 *Soluens alteri, non excluditur posse ab eodem petere, quod ipse recipere debet.*

13 *Præsumptio non admittitur contra claram probationem.*

14 *Marito sustinenti onera matrimonij, vtroque iure Cæsareo, & Pontificio interusuria debentur pro dote non soluta, etiam si dos consistat in iugalibus, nu. 15. & pariter si consistat in pecunia, num. 21. & 22.*

16 *Iugalia inter mobilia connumerantur.*

17 *Tex. in l. final. §. præterea. C. de iur. dot. declaratur, inquibus casibus locum habeat.*

18 *Dies interpellat pro homine.*

19 *Pecunia dicitur sterilis fructus, non pariens.*

20 *Dotis causa proprijs est iudicanda legibus.*

23 *Pater tenetur filiam alere.*

24 *Maritus in alenda vxore patris vices sustinet.*

25 *Pro legitima non soluta non competunt fructus, nisi consistat in rebus fructiferis.*

26 *Vsuræ pro dote non soluta competentes, non fructuum ratione, sed alimentorum debentur.*

27 *Interusuria per lapsum decem annorum non petita, censentur remissa; sed contra nu. 28. amplia num. 29. distingue num. 30. & 31. declara uum. 32.*

33 *Doctoribus distinguentibus magis credendum, tanquam veritati proximis.*

34 *Dotis augmentum consistens in mobilibus, an procedat à pari cum ipsa dote, quoad priuilegia, & num. 37. distingue, num. 35. & quid si augmentum proueniat à patre, vel matre vxoris, vel mariti, num. 36.*

ARGVMENTVM.

Solutio an præsumptionibus probetur, quibusque præsumptionibus excludatur. Et an pro dote non soluta debeantur interusuria, Et quid si dos in iugalibus, pecunia, alijsque rebus infructuosis consistat. Et an per longum tempus non petita censeantur remissa. Et an dotis augmentum, eiusdem dotis priuilegia patiatur.

CONSILIVM XXXXVII.

IESVS MARIA.

EVit per Regiam Curiam Straticotialem condemnatus Albertus Cafaro vti hęres quondam Franciſci eius patris ad ſoluendū Paulo Pirruni vnc. 200. iogalium olim ipſi dotatas, & promiſſas per dictum quōdam Franciſcum vigore matrimonij initi cum Donna Victoria eius filia, nec non, & ad ſoluendum interuſuria ad ſeptem pro centum ob non factam dictorum iogalium ſolutionem: à qua ſententia fuit per præfatum Albertum appellatum ad Regiam Curiam Straticotialem Primarum Appellationum, quam nihil ominus omninò per eamdem Curiam confirmari debere, intrepide de iure ſentio. Apparet enim, Franciſcum ſe obligaſſe per contractum publicū ſoluere in ſtipulatione capitulorum matrimonialium dictas vnc. 200. iogalium, & ſic conſtat de credito Clientis per inſtrumentum publicum, quod eſt probatio pro
1 bata, nulla alia indigens diſceptatione, *Maſcard. de probat. concl. 1142. nu. 3. Honded. conſ. 31. num. 5. lib. 2.* vnde pars contraria, quæ ſolutionem allegat, debet il-
2 lam probare: Solutio enim non præſumitur, cùm ſit facti, *l. quingenta. ff. de probat. gloſ. in l. 2. in verb. repellere circ. med. C. de iur. emphit. Bart. & DD. in l. in illa ſtipulatione col. 2. ff. de verbor. obligat. Nact. conſ. 169. num. 1. & ſequ. Maſcard. concluſ. 38. num. 18. & concluſ. 1318. num. 1. Surd. deciſ. 105. num. 1.*

3 Non obſtat, ſolutionem poſſe probari præſumptionibus, & coniecturis, ex auctoritate *gloſ. in l. ſi chyrographum. ff. de probat. quam ſequuntur DD. ibi, & Rimin. in conſ. 315. in fin. & conſ. 407. num. 12. & alij allegati à Surd. in d. deciſ. 105. num. 10.* Quandoquidem coniecturæ, quæ adducuntur in preſenti cauſa nullius ſunt conſiderationis, licet enim primò dictum fuerit, debitorem fuiſſe diuitem, & ſtatuto tempore ſoluere conſueuiſſe, & è contra creditorem Clientem non ita diuitem; attamen reſpondetur, hanc præſumptionem tolli per id, quod ex aduerſo multis teſtibus probatum fuit, pluries ſcilicet Clientem petiiſſe, & per alios petere feciſſe dicta iogalia; ex quo conſtat, non fuiſſe ſolitum ſoluere ſtatuto tempore, ſi enim ſic conſueuiſſet, vtique ſolutionem ad longum

tempus

tempus non distulisset. Pariterque probatum fuit dictum Franciscum Cafaro debitorem post dotationē vendidisse octo prædia, multosque alios redditus maximi momenti (de quo Dominus Iudex etiam in camera se potest informare) nec ita diuitem fuisse, vt præsupponitur, Paulum verò diuitem, nec mirum si forsan non fuerit ita sollicitus in exigendo, etenim sciebat ob non factam solutionem pro eius credito currere interusuria in eius beneficiū, & sciebat ius suum saluum, & inlæsum, ex quibus responsionibus satisfactum fuisse censeo alteræ præsumptioni, dum dicebatur Clientem diu distulisse petere, quia ex aduerso semper petijsse, probatum fuit, & esto, quod non petijsset, ex quo tamen interusuria ad eius commodum currebant, si petere non curauerit, mirandum non est. Cessat etiam & altera præsumptio assertę confessionis factæ per Donnam Victoriam vxorem Clientis; quoniam respondetur primò, quod talis confessio non præiudicat marito, cuius erat damnū. Primò, quia
4 cōfessio vnius nō præiudicat alteri, *l. Seija mancipia. ff. ad Velleian. Castr. cons. 425. lib. 2. Bal. cons. 497. lib. 1.* Secundò quia vxor nō
5 potest alienare in prejudicium mariti, etiā bona extradotalia, *Molfes. cons. 11. nu. 50.* & talis confessio est species alienationis, *Calder. cons. 153. in fin. Castr. cons. 338. nu. 3. lib. 1.* Tertiò, quia ex forma statuti Vrbis nostræ sub cap. 27. mulier virum ha-
6 bens, nullum actum potest facere in præiudicium mariti; ideoque cùm asserta confessio viro præiudicet nullius momenti fuit abinitio. Præterea asserta confessio non dicitur probata, nam dum probatur per seruum, nullius est considerationis,
7 quandoquidē seruus nō admittitur in testē & si fuerit admissus, eius testimonium est ipso iure nullum, *Ang. in auth. de testib. §. 1. num. 2. Mascard. & alij relati à Farinac. quæst. 55. num. 166.* Item vltra, quod est seruus, probatum est, etiam, quod est latro criminosus, & multos alios patitur defe-
8 ctus: vnde non immeritò binos patientem defectus, nullam facere fidem, volunt *Becc. in cons. 85. post. nu. 19. Gramm. cons. crim. 45. num. 23. Farinac. quæst. 62. num. 80. & num. 381.* Nec pariter habendus est in consideratione alius testis de asserta confessione, deponens, quoniam singularis est, pluresque habet defectus, & laborat eodem morbo, & nihilominus licet cessarent prædicta; attamen ex quo ex aduerso fuere producti testes, affirmantes pluries Donnam Victoriam, & Paulum, tam per eos, quàm per alios dictorum iogaliū exactionem procurasse, per consequens redditur falsa depositio illius testis singularis deponentis præfatam Donnam Victoriam fuisse confessam, prædicta iogalia recepisse, cùm constet pluries à patre petijsse: hinc dicendum vulgatas regulas habere locum
9 quod testes plures numero in iudicijs præualere debent, *Vulg. l. vbi numerus. ff. de testib.* & contra teitem singularem *Marsil. singul. 114. num. 7. Ioan. de Amic. cons. 7. num. 27. & cons. 73. num. 9.* & testis singularis conuincitur per duos testes, *Trusc. lib. 2. decis. 39. num. 3. Nic. Perren. tract. de testib. sect. 82. in fin.*

Nec aliquid operatur illa consideratio partis aduersæ, quod testes possunt concordari, & quod veri sunt testes Clientis, & veri etiam testes partis aduersæ, illi deponentes, Clientem pluries petijsse, & isti dicentes per petitionem fuisse sequutam solutionem, & per consequens verè deponant de ipsa confessione. Nam respondetur, quod iogalia, de quibus deponunt prætensi testes, non erant ipsius Francisci dotantis, sed erant ipsius Donnæ Victoriæ filiæ, sibi donata à consanguineis Don Ioannis merulla eius primi viri, vnde ex eorum depositionibus apparet, quod Donna Victoria habebat illa penes se, & sub eius claue, idcirco non est dare tempus, quod petijt, & fuerunt sibi consignata postquam apparet semper fuisse in eius dominio.

Nec pariter obstat alia consideratio ex *d. decis. Surd. 105. num. 8.* dum consideret illos quingentos aureos eiusdem qualitatis, cuius erant illi, qui leguntur in eo libro soluti, idest, partim in auro, & partim in moneta Mediolanensi, post paucos dies fuisse positos in societate, quod præsumantur ijdem: ex quo inferebat Dominus Aduocatus, quod quædam catena, & aureum cingulum tunc temporis visa, hodie fuerint visa esse penes Donnam Victoriam, & ex hoc inferat præsumptionem *Surd.* adaptari huic præsumptioni, quoniam respondetur quod præter hæc omnia, vt legitimè procederet, *Surdi* cōsideratio debebat probari, dictam catenam, & cingulum aureum fuisse dicti quondam Francisci dotantis, verum per testes productos ex aduerso manifestè apparet, quod erant Donnæ Victorię sibi donata (vt dictum est) per consanguineos olim dicti primi eius viri: vnde dicta iogalia sibi retinuit, & noluit dotare, tanquam bona parafrenalia. Præterea debebat probari, non solum fuisse iogalia propria dicti Francisci, verum etiam fuisse di-

se dicti prętij, vnc. 209. cum *Surd. in d. decis.* consideret & quantitatem pecuniæ, & qualitatem ipsius. Item debebat probare, quod iogalia, quæ Franciscus dotauit, noluit de suo dotare, sed voluit dotare ea, quæ erant dictæ Donnæ Victoriæ, & cum hoc non fuerit probatum, frustra *Surdi* cõsideratio allegatur. Apparet amplius, quod omnes dotes se ipsam dotando apportauit præfata Donna Victoria, & tantummodo dicta iogalia in summam vnc. 200. dotauit præfatus Franciscus de bonis suis, pro quibus, & personalem, & realem obligationem promisit, ex quo absurdum esset affirmare dictum Franciscum de proprijs ipsius Donnæ Victoriæ iogalibus voluisse dotare, si hoc enim intellexisset, vtique ipsa eadem sibi in dotem illa constituisset, sicut constituit alia bona, & Franciscus pater interceſſisset fideiussor pro cautela viri. Item & ex alio clarisimè apparet, quod præfatus dotans, non intellexit dotare prædicta iogalia spectantia ad hæredes quondam Don Ioannis primi viri, sed de bonis suis proprijs ipsius Francisci, quandoquidem legitur per capitulũ subsequens post ipsam dotationẽ iogalium, quod prętatus Franciscus erat debitor in vnc. 414. taren. 24 pro complimento dotium in primo matrimonio dictæ Donnæ Victoriæ eius filiæ promissarum, quas pecunias sibi compensauit iam in alimentis per eum præstitis dictæ Donnæ Victoriæ in constãtia matrimonij cum D. Ioanne ob eius absentiam, quàm etiam, & in anno luctus, nec non & in expensis per eum factis pro funeralibus dicti quondam D. Ioannis, & pro totidem alijs solutis legatarijs dicti quondam D. Ioannis, & stante præsenti compensatione cessit omnia iura, quæ habebat; præfatis Paulo, & Donnæ Victoriæ contra hæredes, & bona dicti Don Ioannis; vnde cum hæc iogalia sit clarum de
10 iure, quod reputentur de bonis primi viri, & spectent ad eius hæredes, cùm ipsi fuerint tradita à consanguineis, eius primi
11 viri; cùm regulariter donata vxori à consanguineis viri, ad virũ spectent, & eius hæredes, vt dixerunt *Bart. in l. sed si plures. §. arrogato. ff. de vulg. & pupill. Lup. e leg. rubr. de donat. inter vir. & vxor. quæst. 44. & 45.* vbi omnes casus distinguit. *Cagnol. in l. contractus. num. 38. de reg. iur. clar. §. donatio. quæst. 10. num. 2. Castill. decis. Regn. 93. num. 5. qui alios refert dicens magis communem. & d. Apont. in tract. de potest. Proreg. tit. de diuers. prouision. §. 1. fol. 500. nu. 9. Rolan. cons. 10. num. 11. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 26. Bertaz. consciu. 59. nu. 36. multos refert. Gratian. discept. 189. num. 3. & 4. vbi refert magis communem. & num. 22.* & sic cum Donna Victoria sit creditrix d. hæreditatis, & penes se habeat dicta iogalia, clarum est, quod illa sibi retinuit infra solutionem, & satisfactionem eius crediti, & tanto fortius clarissime apparet, quod prętatus Franciscus dotauit de bonis proprijs dicta iogalia, quia in fine d. capituli apposuit pactũ, & casu, quo hæredes d. D. Ioannis essent cõdemnati in minori summa dictarum vnc. 414. taren. 24. vt supra cessarum, tunc ex quo ipse dotauit vnc. 200. iogalium voluit illa intelligi esse dotata in satisfactionem, & ad implementum totius eius; quod dicti hæredes D. Ioannis essent condemnati de prædicta summa minus vnc. 414. tar. 24. & casu quo supereſſent additis prædictis iogalibus per eum dotatis, illud plus dotauit etiam, vnde manifestissimè apparet, quod de proprio dotauit, & in causam onerosam excomputando cum credito D. Victoriæ, ad quod ipse tenebatur, igitur cùm allegatæ præsumptiones non solum sint valde leues, verum etiam & alijs præsumptionibus magis vrgentibus, immò, & manifesta veritate sint elisæ, ex eis non potest subuerti clarum creditum dicti Pauli Clientis contractu publico concludenter probatum, vt dixit *Iurisconsult. in l. si cum dos.*
12 *ff. rer. amot.* vbi qui soluit alteri, non propterea pręsumitur, & ab eo nihil debeat recipere, imò non obstante solutione frustra potest ab eo petere, quod sibi debetur, ita dixit *Bart. ibi. & idem in l. siquidem. C. de transact. vbi Bal. & Salic. sequitur Nact. in cons. 358. num. 13.* vbi inquit, quod quo-
13 ties constat plene de credito, non admittitur præsumptio contra claram probationem, & post eum *Honded. in cons. 39. num. 72. vol. 2.*

14 Quod autem marito sustinenti onera matrimonij competant vsuræ ratione retardatæ solutionis dotium promissarum, & non solutarum, tam iure ciuili, quam Canonico, *tex. est in cap. salubriter. vbi communiter Canon. de vsur. Bart. & cæteri Scribentes in l. Insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. Bal. in. l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. multos refert Oct. d. decis. Pedam. 132. nu. 1.* Et
15 quod competunt pro dictis vnc. 200. io-
16 galium, non obstante, quod sint mobilia, clarissimè dixit *Iuriscons. in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot.* vbi *tex.* primò loquitur de dote consistente in prædio fructuoso, vel in redditibus, & terminat à lapsu

biennij

biennij fructus, siue naturales, siue ciuiles spectare ad maritum, deinde loquens de bonis mobilibus subdistinguit quod si fuit dos promissa in auro, post biennium debentur vsuræ, siue aurum fuerit promissum extimatum siue inæstimatum; si verò dos fuit in argento, vel ornamentis muliebribus, vel alijs quibuscunque mobilibus, siquidem cum æstimatione promittantur, & tunc & vsuræ ex lapsu biennij debebuntur, si verò mobilia promittantur sine æstimatione, tunc vsuræ non debentur, nisi à die litis contestatæ, & credo, quod in toto corpore iuris non reperitur textus, qui ita clarè, & distinctè omnes casus compræ
17 hendat. Aduertendum tamen est, *text.* procedere in extraneo dotante, vt currant vsurę lapso biennio, secus in patre, quia statim currunt à die, quo maritus duxit in domo vxorem, & onera incepit subsistinere, *Magon. decis. Florent.* 83. *num.* 1. & 2. *multos refert Torret. cons.* 43. *num.* 8. *lib.* 3. *Cost. de port. rat. quæst.* 62. *num.* 7. Item *text.* procedere, quando non est apposita certa dies solutioni; at si certa dies sit apposita, elapsa die statim debentur, *Cum. qui alios refert cap. vit.* 94. *tit. de inter-*
18 *usur. dot. num.* 21. ratio est, quia dies interpellat pro homine. *l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipulat. cum alijs per eum allegatis.* Non est ergo admittenda responsio partis aduersæ in exceptionibus, dum dicit de pecunijs tantùm deberi interesse, nam est cõtra *d. tex.* expressam dispositionẽ Præterea est aduertendum, quod materia dotis non regulatur iuribus communibus, nec fructus, vel interesse in dote debentur ratione lucri cessantis, sicut nec regulariter ex debito in pecunia debentur fructus
29 quia pecunia dicitur sterilis, & fructus nõ
20 parit. Dotis ergo materia, & causa proprijs legibus iudicanda est, & sic *d. l. fin. §. fin. C. de iur dot. quæ est in puncto.*

Hinc in puncto *Cyn.* cuius verba formalia sequitur *Alber. d. §. fin.* dicit, pro do-
21 te consistente in pecunia deberi vsuras ad instar bonorum mobilium extimatorum, assimilatur ergò pecunia rebus mobilibus æstimatis, & sic minus dubium est in mobilibus extimatis, quàm in pecunia, & hoc summa ratione fuit per *Cyn. & Alber.* dubitatum, quia *tex.* loquitur de mobilibus extimatis, non de pecunia: tamen ex identitate rationis extendunt ad dotem in pecunia, sequitur *Ruin in cons.* 224. *num.* 12. & 13. *vol.* 1. & *in cons.* 61. *num.* 5. *vol.* 4. *Rebell. lib.* 5. *de contract. dotal. quæst.* 10. *sect.* 2. *in princ. part.* 2. *de obligat. iustic. fol.* 449.

22 vbi expressis verbis inquit pro rebus non facientibus fructus, vt est pecunia, & alia res, competere vsuras marito substinenti onera matrimonij, vbi in *num.* 13. & 14. inquit; esto maritus ex illa re in dotem promissa nullum sit percepturus lucrum, vel emolumentum fructuum, & in *nu.* 15.
23 adducit rationem, ex quo pater dotans tenetur filiam alere, & per traditionem dotis transfert in maritum eam obligationẽ, quamdiu ergo dotem promissam non tradit, si maritus implet obligationem patris in alenda filia contra rationem naturalem erit, vt pater dotans locupletetur cum iactura mariti, quare salua dote promissa se inde præcipuè seruare poterit maritus petendo in vtroque foro compensationẽ
24 talis damni, quod in alenda vxore loco patris substinuit, & latissimè ad multa alia infert, ex auctoritate *Barbos. Menoch. & aliorum:* & in puncto post hæc scripta visus *D. Mar. Giurb. in decis.* 72. *num.* 5. *vsque ad fin.* vbi inquit sic fuisse decisum per Illustrem Don Ferdinandum Matute Excellentissimi D. Proregis Consultorem peritissimum, & per Tribunal Consistorij, & etiã dicit aliàs fuisse decisum per Mag. Regiam Curiam in alijs causis, & respondet *Caualc. & alijs.*

Non obstat *Caualc. in d. decis.* 22. *part.* 4. *num.* 39. cui perabunde fuit responsum per *Giurb. in d. decis.* 72. tamẽ si rectè consideretur decidit in nostri fauorem præsentem quæstionem, nam in mobilibus æstimatis tenet deberi interesse, vt in *d. num.* 39. *vbi allegat tex. in d. §. præterea.* in *num.* verò 40. inquit, quod quando donamenta dantur in dotem inæstimata, tunc non à die moræ debentur fructus, sed á die litis contestatæ, & exinde sequitur istud procedere in illo mobili de sui natura apto producere fructus, vnde illa limitatio, & intelligentia refertur ad proxima, & sic ad mobile inæstimatum, quia aliàs male loquitur ipse *Caualc.* cum loquatur contra *text.* expressum, & contra authoritatem *Cyn. Alberic. Ruin. & aliorum supra allegat.* Item *Caualc.* se remittit ad notata in *decis.* 8. *num.* 13. *part.* 3. vbi loquitur in legitima, in qua concludit non competere fruc-
25 tus, nisi pro rebus fructiferis: ex auctoritate *Grau. Bald. Alex. Decian. & aliorum, post quos ego addo Carol. Bardellon. cons.* 25. *num.* 93. *vol.* 1. *Carocc. sing.* 484. *Guitier. alleg.* 14. *nu.* 7. *Fab. de Ann. obseru.* 5. & *cons.* 130. *num.* 41. *Peregr. tract. de fideicom. art.* 36. *num.* 69. Quoniam, vltra quod *Peregr. in d. num.* 69. *ex auctorit. Alex. in cons.*

69. *vol.*

69. vol. 1. dicat esto sit in pecunia relicta legitima competere fructus, & *Vinc. de Franch. decis.* 16. *in fin.* relatus per eum dicit sic decisum per S. C. in legitima relicta in pecunia; tamen respondetur, quod fructus, qui competunt in legitima veniunt iure dominij, vnde non alios potest consequi, nisi eos, qui fuerunt percepti,
26 at secus est in vsuris competentibus ob dotem promissam, & non solutam, quia ille dantur non solum loco fructuum perceptorum, sed loco alimentorum, ad quæ tenebatur pater dotans, quæ exinde per maritum vxori fuerunt tradita, pro quorum traditione sua propria bona consumpsit, vt dixit *Barbos. in d. l.* 2. *num.* 41. *ff. solut. matrim. Menoch cons.* 8. *num.* 20. *vol.* 1. & *Rebell. vbi supra. & ego in cons.* 10 *num.* 33. *& sequ. & latissimè in cons.* 11. *nu.* 14. 15. 16. 17. *&* 18.

Non obstat, quod Dominus Aduocatus ex aduerso asserebat, Clientem per annos decem & octo distuliſſe petere interusuria quæ de iure per lapsum tantum decem an
27 norum censeantur remissa, allegando *tex. in l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vsur. Bal. in cons.* 474. *& alios.* Quoniam respondetur
28 veriorem esse opinionem illorum, qui contrariam sustinent partem, non censeri scilicet remissa huiusmodi interusuria, nec per lapsum viginti, vel triginta annorum, sic in puncto cõtra Baldum fuisse decisum in Concilio Neapolitano in interusurijs 22. annorum, testatur *Gramm. in decis.* 70. *& ex doctrina Bart. in l. quæ dotis. num.* 4. *ff. solut. matrim. §. fuerat inſtit. de action. nu.* 7. *& ibi Ias. num.* 21. *vers. sed audite. idem Ias. in l. quæ dotis. num.* 21. *ff. solut. matrim. & in l. de diuisione. num.* 13. *ff. eod. Corn. in cons.* 145. *col. fin. & cons. fin. vol.* 2. *& cons.* 56. *nu.* 6. *vol.* 4. *alios refert Octau. decis. Pedam.* 152. *nu.* 18. *vers. hanc opinionem. Rot. Florent. Magon. decis.* 83. *nu.* 10. *dicit communem. magis comm. dicit Mandos in addict. ad Rom. in d. cons.* 517. *& communem dicit Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 2. *& sequ. Viu. opin.* 628. *lib.* 2. *vbi dicit ex Corn. cons.* 164. *vol.* 3. *mag. comm. Nacl. in cons.* 495. *num.* 1. *vsque ad num.* 12. *vol.* 3. *Rom. in d. l. quæ dotis. col.* 4. *Surd. in cons.* 290. *num.* 60. *vbi dicit communem. Viu. decis.* 45. *num.* 7. *vers. aliam verò sententiam. Canalc. d. decis.* 22. *num.* 33. *& num.* 50. *vbi dicit magis communem. & magis veram refert Velasc. in decis.* 84. *Rimin. iun. cons.* 67. *num.* 26. *vol. prim. Mascard. conclus.* 1372. *num.* 98. vbi respondent ad *d. l. cum quidam. §. diuus.* & dicunt eam procedere in vsuris, vt merum lucrum, & sic odiosis; secus in istis vsuris, quæ veniunt vt interesse, ob supportata onera matrimonij, & sic causantibus titulum oneroſum, iuxta *text. in l. pro oneribus. C. de iur. dot. & in cap. salubriter. de vsur. ita latissime dixit Barbos. in d. l. quæ dotis. num.* 46. *ff. solut. matrim.* falsam esse opinionem contrariam, & ipsum refert, & sequitur *Roderic. de Ann. reddit. lib.* 3. *quæst.* 3. *num.* 65. *&* 66. qui
29 ambo dicunt procedere etiam, si cum longinquitate temporis concurrat mors mariti, sequitur *Tusch. in lit. D. concl.* 739. *nu.* 3. *& Nostrates de Regno D. Nicol. Intrigl. in sing.* 208. *lib.* 1. *& post eum. Mar. Mut. in cap. rit.* 189. *nu.* 8. *tom.* 4. vbi dicit hanc opinionem meliorem, & veram esse, & ante ipsos *Cum. cap. rit.* 94. *tit. de interusur. dot. nu. fin. vbi allegat. Gram. Corn. & alios.*

Præterea *Octau. in d. decis.* 132. *num.* 19. *distinguit. ex auctoritate Rom. in d. cons.* 517. *num.* 16. *Bald. Boer. & Cephal.* quod aut
30 maritus tacuit per decennium, seu per longum tempus, & exinde petijt vsuras ab vxore, ob nõ solutam dotem, & tunc, quia constat de cõtraria eius voluntate, ex quo petijt, & sic exclusit omnem donationis præsumptionem, dicendum est, quod per dictam taciturnitatem nõ sibi intulit præiudicium, sed libere potest petere; aut si
31 cum longi temporis lapsu concurrit mors mariti, tunc dicitur voluisse donare, & remittere vxori, & non posse hæredes ipsius mariti repetere ab ipsa vxore, quam distinctionem sequuntur *Magon. in d. decis. Florent.* 83. *nu.* 10. *Don Nicol. d. sing.* 108. *in fin. Tusc. d. conclus. nu.* 11. *Surd. d. cons.* 290. *num.* 12. *&* 13. *& num.* 60.

Item si rectè considerentur Doctores, qui quæstionem hanc disputant, loquuntur
32 in vxore dotante, in qua tunc dicunt procedere per lapsum temporis, & per mortem mariti fuisse dicta interusuria remissa, quia in eis concurrit mutuus amor, secus enim est in alio dotante, prout in patre, fratre, & alijs: ita in puncto *D. Card. Tusch. in d. concl.* 739. *nu.* 10. *lit. D. Surd. d. cons.* 290. *num.* 51. *ex auctorit. Alex. Rolan. & Bero.* & infert ad alia exempla, Do-
33 ctoribus enim distinguentibus magis credendum, tanquam magis appropinquantibus ipsi veritati, *Salic. in l. filiæ licet. C. famil. Herciſc.* Vnde, siue sequamur opinionem eorum, qui indistinctè loquuti fuerunt, tanquam magis communem, & magis veram, & tot, tantorumq; Doctorum authoritate comprobatam, etiam & de Regno; siue opinionem fædere distinctio-

nis

nis reconciliatam amplectemur, semper pro Cliente erit Victoria, quia maritus adhuc viuit, & ipse est, qui interusuria, non contra vxorem sed contra socrum do tantem, & eius hæredes petit.

Non obstat limitatio adducta per Dominum Aduocatum ex aduerso, ex auctoritate *D. Nicol. Intrigl. in singul. 89. nu. fin.* 34 *vol. 3.* dicentis, quod dotis augmentum, consistens in rebus mobilibus non procedit à pari cum ipsa dote, nec eadem habet priuilegia, quoniam ibi *Intrigl.* loquitur respectu prælationis, & sic non potest inferri ad alia priuilegia 53. quod faciat vsuras, sicut ipsa dos, & *Bursat. in cons. 178. vol. 2. allegatus à Don Nicol. Intrigl. in d. sing.* 35 distinguit, q̃ quando dotis augmentũ cõstituitur à muliere ante matrimoniũ, vel tempore dotis constitutæ, tunc augmentum dotis semper regulatur, vt ipsa dos, & æquo iure procedit cum ea, quo ad omnia, allegat *Bart. & DD. omnes in l. si marito. §. si fundum. ff. solut. matrim. Bald. & alios.* Si verò constituitur augmentum ex interuallo durante ipso matrimonio, tunc subdistinguit habere dotis priuilegia respectu immobilium, quo verò ad mobilia respectu prælationis non habere priuilegia dotis, & isti casus non sunt nostri, se- 36 quitur exinde in *nu. 4.* quod quando augmentum venit à patre, vel matre vxoris, vel mariti, tunc habet omnia dotis priuilegia, etiam, & prælationem, vnde cum dicta limitatio non faciat ad causam, non debebat allegari, & quod dotis aug- 37 mentum nil differat ab ipsa dote, sed habeat omnia eius priuilegia, dixit *Iurisconsul. in l. etiam. C. de iur. dot. auth. res quę. C. com. de legat. Rolan. à Vall. de lucr. dot. quæst. 100. Menoch. cons. 154. n. 5. Surd. d. decis. 88. nu. 19. & decis. 214. nu. 9. Rimin. iun. cons. 253. vol. 3. Alb. cons. 199. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. resolut. 1. num. 10.*

Ex quibus omnibus dico intrepidè fore decidendũ in fauorẽ Clientis, & à reconuentione, quo ad prætensum currum fore absoluendum; cùm ex testibus clare appareat, quod non fuit datus ad custodiam dicto Clienti, sed per Clientẽ fuit data receptatio: Cętera suppleat Religio, & Doctrina Dominationis Vestræ Mult. Spect.

Messanæ, die 10. Maij. 1615. Eodem Mense fuit decisum in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Ad constitutionem cambij realis quæ requirantur.*

2 *Interesse cambiorum, & recambiorum competit ratione moræ absque interpellatione, & maximè stante iuramento, & stante pacto capiendi ad cambia. num. 6.*

3 *Debitor morosus tenetur ad totale interesse parti.*

5 *Mercatori solito dare, & capere ad cambia, competit interesse ratione lucri cessantis, & damni emergentis.*

5 *Interesse ratione lucri cessantis, & damni emergentis omni iure debetur.*

7 *Relatum est in referente, cui non creditur, nisi exhibito relato.*

8 *Liquidum dicitur, quod per euidentiam facti apparet, & quod in promptu potest liquidari, habetur pro liquido. num. 9.*

10 *Pactum, quod circa quantitatem interesse fiatur iuramento creditoris, validum de iure.*

11 *Bulla Pij Quinti super cambijs ex decreto Congregationis Cardinalium refertur.*

12 *Inferior non potest manum apponere ad ea, quæ Superior cognouit.*

13 *Lex de sui natura futuris prouidet.*

14 *Cambia realia pro prima vice debentur, & nouus requiritur consensus in continuatione, & sufficit tacitus consensus; num. 15.*

16 *Iuramentum obligat præcisè ad obseruantiam.*

17 *Verba Bullæ Pij V. disponentis de primis nundinis, quomodo intelligantur.*

18 *Omnes Nundinæ dicuntur primæ.*

19 *Interesse cambij de sui natura ab initio debet esse incertum.*

ARGVMENTVM.

Cambiorum materia accuratè disseritur, in qua Bulla felicis recordationis Pij Quinti recensetur.

CONSILIVM XXXXVIII.

IESVS MARIA.

Die 20. Martij 1614. Ioannes Iocchi habuit vncias 170. ad cambia, & recambia ab Octauio Ansalone, cui dedit potestatem capiendi, vel ab alijs capi faciendi eas ad omnia damna, expensas, & interesse ipsius de Iocchi, & hoc toties, quoties, donec, & quousque fuerit facta integra solutio dictarum vnc. 170. cum earum interesse; exinde per debitorem fuerunt factæ nonnullæ solutiones, tam cambiorum, quàm capitalis, & die 2. Octobris proximi prætériti præfatus de Ansalone, stante potesta-

te sibi

te sibi data in dicto contractu cognoscens pro complimento totius eius crediti remanere tantum creditorem in vnc. 30. & taren. 25. iurauit eas cepisse ad cãbia à die 15. Septẽbr. 1616. vsq; ad diem 1. Septembris proximi præteriti, & pro eis passum interesse vnc. 4. & taren. 15. vnde tantum modo, exercuit executionem quo ad prædictas vnc. 30. quæ fuit adimpleta per quindenam per prefatum de Iocchi, aduersus quam se opposuit, & ex eo præcisè, ꝙ non apparebant litteræ cambiorum prædictorum, quæ in effectu in Curia Straticotiali non fuerunt ostensæ, ideoque succubuit Cliens, qui ad Regiam Curiam, Primarum Appellationum causam introduxit, in qua prædictas litteras præsentauit. Quapropter oppositiones contra Clientem præsentatas fore rejiciendas, indubitanter existimo.

1 Tria enim de iure necessario concurrere debent ad cambij realis constitutionẽ. Primò, quod sit facta obligatio, & datus ordo, siue potestas, vt possit pecunia capi ad cambia, si nulla tamen præcessit obligatio, tunc est necessaria protestatio.

Requiritur secundò, quod verè pecunia sit capta ad cambia, & quod constet per litteras de nundinis, ad nundinas. Tertiò & vltimo, quod non sit tradita à personis inlegitimis, prout sunt personæ Religiosæ, ita ex auctoritate multorum dixit *Mar. Ant. var. resol. lib. 1. cap. 27. vbi etiam refert. Nau. cons. 1. lib. 5. de vsur. Rot. Rom. in nouiss. decis. 315. num. 6. part. 2. Farin. decis. Rot. Rom. 775.* vbi pluries inquit decisum. Hic autem omnes prædictæ conditiones concurrunt; constat enim de ipsa obligatione, & potestate per actum publicum, apparent etiam & litteræ missæ, & remissæ, & tandem dictæ pecuniæ non fuere traditæ à Religiosis, sed à secularibus, & Mercatoribus, vt constat ex ipso actu.

2 Istud autem interesse cambiorum, & re cambiorum etiam competit ratione moræ, in qua fuit constitutus debitor absq; alia interpellatione per lapsum temporis, in quo erat obligatus soluere certa die, quæ interpellat pro homine, *l. magnam. C. de contrahend. & commit. stip. cap. potuit. de loc. & condut. Ias. in l. si ita stipulatus essem nu. 7. ff. de verbor. oblig. Rimin. iun. cons. 89. num. 18. lib. 1. Cephal. cons. 186. nu. 17. lib. 4. Roland. à Vall. cons. 98. num. 9. lib. 2. Honded. cons. 50. nu. 5. & sequ. vol. 1. l. vinum. vbi DD. ff. si cert. pet. Bertaz. cons. 390. num. 1. vol. 2. in crimin.* Hinc moram esse delictum voluit *glos. in l. si filius. ff. de interrogat. action. Roman. cons. 247. nu. 4. in fin. Bart. cons. 29. in fin. lib. 1.* & morosus tenetur ad totale interesse parti, *l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig. Alex. cons. 176. lib. 2. l. quod te. vbi Ias. ff. si cert. pet.*

3

4 Et Mercatori solito dare, & capere pecunias ad cambia, tam de iure Ciuili, quàm Canonico interesse cambij ratione lucri cessantis, & damni emergentis competit, *Cast. in l. centum capue. & Ias. in l. fin. ff. de eo, quod cert. loc. Felin. in cap. cum venerab. num. 7. de except. & in cap. P. & G. de offic. delegat. Dec. cons. 116. Ruin. cons. 140. lib. 4. nu. 3. & 7. Rot. Gen. d. decis. 78. nu. 12. DD. cõmuniter in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Strac. tract. de mercat. tit. de contract. mercat. num. 34. & sequ.* & cum constet in effectu dictas pecunias fuisse detemptas cambijs, & recambijs damno, & interesse dicti debitoris

5 post moram in soluendo, ꝙ interesse consideratur, vt lucrum cessans, & damnum emergens omni iure debetur tam Diuino, quàm naturali, & humano. *Cin. & Bald. in l. 1. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* & ita aliàs fuisse iudicatũ; dicit *Cagnol. in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. nu. 46. Ruin. cons. 103. vol. 1. num. 4.* Item

6 competit stante iuramento, *Rot. Gen. d. decis. 78. Bertaz. cons. 390. num. 3. 7. & 8.* tãto magis in præsenti causa, ex quo Clienti debetur vt damnum emergens, nam ipse ab alio fecit capere, & illi ipse soluit, vt latissimè *Rot. Gen. in d. decis. 78.*

Agnoscens itaque Dominus Aduocatus cambia hæc esse realia, & vtroque iure deberi, & omnino non posse diffugere reiectionem oppositionum, tria in mediũ adduxit. Primò, quod apodixę cambiorũ debebant esse in faciem Octauij Clientis, & debebant ostendi litteræ aduisi. Secundò, quod sit in liquida summa, ex quo quãdo fuerunt factæ nonnullæ solutiones, debebat tanto minus capere ad cambia, & non semper currere sub eadem summa principalis capitalis vnc. 170. vnde, cum semper cucurissent sub dicta summa, non potest apparere liquidum. Tertiò allegauit Edictum Reuerendissimi Archiepiscopi sub die 11. Ianuarij 1617. per quod prætendit esse prohibita huiusmodi cambia, comprobando etiam, quod licet regulariter natura Legis sit prouidere futuris, attamen concludebat Dominus Aduocatus hoc Edictum respicere etiam præterita. Quibus breuissimè respondetur, & ad primum, aliud esse, quod in apodixis cambij

dicatur [e ponete come si aduisa] aliud verò si dicatur [e ponete à conto di Io. Iocchi] in primo casu est necessaria exhibitio litterarum aduisi, ex quo ex ipsis litteris cambij non apparet, cuius computo fiat remissio, sed habetur relatio ad litteras aduisi, quæ necessariò debent exhiberi cùm relatum sit in referente, nisi exhibeatur relatum non creditur referenti. *l. assetoto. ff. de hæred. instit. vbi Bart. & alij Roman. cons.* 30. *num.* 14. *& cons.* 305. *num.* 6. *Deci. cons.* 47. *num.* 2. *& cons.* 647. *num.* 3. *Grauet. cons.* 45. *nu.* 4. *Tusch. lit. R. concluſ.* 129. Si verò dicitur [e ponete à conto di Io. Iocchi] prout in casu nostro, & tunc nulla exhibitio literarum aduisi est necessaria, ex quo ex ipsis litteris cambij constat, cuius damno cedat solutio, & in puncto *Fr. Michael. Solon. de cambijs, fol.* 585. *controuers.* 12.

Quo ad secundum, respondetur summã esse liquidissimam, constat enim Clientẽ ab alio pecuniam cepisse ad cambia, vt ex ipsis litteris est videre, quia ille noluit recipere minutatim, & in Partim solutionẽ, vt recepit Cliens, sed semper contra Cliẽtẽ cucurrerunt cambia pro sorte vnc. 170. & cum ex computo appareat quanti importent cambia pro tota summa; ex eodẽ etiam per euidentiam facti manifestè apparet de ipsis solutionibus, illisque detractis in temporibus, in quibus fuerunt factæ quanti importent de liquido pro resi-
8 duo, & illud dicitur liquidum, quod per euidentiam facti apparet. *Decian. cons.* 94. *num.* 23. *& 24. lib.* 3. *Caualc. decis.* 44. *nu.* 67. *& in suo repertor. in verb. liquidum. quos refert, & sequitur Muta consuet. Panorm. cap.* 16. *sub. num.* 55. *& cap. rit.* 119. *nu.* 2. *vbi etiam alios refert.* Et sumus in casu magis claro, quoniam loquuntur Doctores, cum
9 in promptu id, quod potest liquidari habetur p liquido, *Bart. & Salic. in l. fin. C. de cõpensat. & Muta cap. rit.* 101. *num.* 51. *& d. cap.* 119. & pluries decidimus, & vidimus decisum reijciantur facta prius liquidatione, sed nos in alijs versamuur termi nis; nam si rectè fiet consideratio, quoad quantitatem interesse, pacti fuerunt con-
10 trahentes, quod stetur iuramento Clientis, quod nec de huius pacti validitate dubitandum esse scripserunt *DD. in l. fin. ff. de prætor. stip. & in. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Alex. in l. iusiur. nu.* 1. *vbi dicit magis commun. ff. de iureiur. Io. Bot. cons.* 57. *Nat. cons.* 450. *Plot. de inlit. iur. §.* 47. *&* 48. *Menoch. cons.* 217. *nu.* 8. *cum sequ. Rot. Gen. decis.* 78. *num.* 7. *Surd. decis.* 259. *num.* 7. *Mastrill. decis.* 60. *nu.* 1 *cum sequ. vbi alios refert.* & Cliens iurauit vnc. 30. & taren. 20. tenuisse sub cambijs vt est dictum, consequens est, reliquam summam solutam extinxisse reliquum crediti, & interesse; & hodie agitur pro vnc. 30. tantum, & sic liquidissimum est creditum, ex quo iuramento Clientis se submisit debitor, cui creditur, vt est comprobatum.

Quo ad tertium, si Edictum rectè legatur, habet relationem ad Bullam Felicis memoriæ Summi Pontificis Pij Quinti Publicatam in anno 1571. & ordinat illam obseruari sub pænis in ea cõtentis, si enim in effectu ita est prout legitur oculis corporeis, responsio potest adaptari facillimè nam *Fr. Michael Salon. in d. tract. de cambijs. d. quæst.* 12. *num.* 6. *fol.* 591. inquit in anno 1574. tempore Sũmi Pontificis Gregorij XIII. Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum Panormitanum consuluisse Sac. Congreg. Illustrissimorum Dominorum Cardinalium, an dicta Bulla Pij
11 Quinti compræhenderet huiusmodi cambia, & fuit resolutum nõ compræhendere, & impressa est ibi prouisio Illustriss. DD. Cardinalium, videlicet (Congregatio authoritate Sanctissimi Domini censuit huiusmodi cambium literis Pii Quinti felicis recordationis minimè compræhendi) vnde si Sacra Cõgregatio ita declarauit. hoc Edictum, intelligitur compræhendere obseruantiam dictæ Bullæ, cum eadem de-
12 claratione: cum inferior non possit manũ apponere ad ea, quę Superior cognouit, *cap. cũ veniſſent de iudic.* nec cognoscere an priuilegiũ Sedis Apostolicæ aliquid compræhendat. *Abb. Dec. Felin. & alij in d. cap. Tusc. litt. I. concluſ.* 120. *in princ.*

Igitur vanæ sunt considerationes, an compræhendat Edictum, non solum futu-
13 ra, prout est de sui natura, *Canon. cap. vt animarũ. de const. in 6. vbi etiã & glos. Ias. in l. si quis id, quod post Bart. & alios. ff. de Iurisd. omn. Iudic. Mut. d. cap. rit.* 101. *num.* 9. verum etiam, & præterita, quia tantummodo ordinat obseruantiam dictę Bullæ Pii Quinti, quam iam fuit declaratum, non compræhendere hæc cambia. Et præter id in facto apparet, hodie non agi pro interesse cambiorum, sed pro mero capitale, quod est in residuo vnc. 30. cùm iam cambia fuerunt satisfacta de cõsensu partium, & interesse dictarum vnc. 30. nec petitur, vt in facto est clarum.

Non obstat *Tusch. concluſ.* 11. *num.* 15.
14 *litt. C.* vbi inquit, cambia realia deberi pro

prima

prima vice, & primis nundinis, & si continuentur debent verè cambiari de consensu renouato; allegat Bullam Pij Quinti hoc expressè disponentem, & Rodulph. Respondetur enim, quod potestas est amplissima, vt apparet in contractu, item consensus est renouatus, quia Io. Iocchi soluit recambia, & infra solutionem, & sic sciebat esse cambia, & adhuc currere, qui
15 tacitus consensus sufficit, cum eadem sit virtus. *l. cum quid. ff. si cert. petat.* item ratione iuramenti dicitur præcisè obliga-
16 tus ad obseruantiam pacti, cùm iuramentum obliget præcisè, *glos. l. si pecuniam. ff. de condit. caus. dat. & ibi Bald. Gabr. de iur. iur. concl. 8. vbi multos.* Item verba Bullæ
17 de primis Nundinis intelliguntur de com-
18 modis, & omnes nundinæ dicuntur primæ: ita declarat dicta verba Bullæ Pij Quinti *Gregor. Lopez de contract. lib. 2. cap. 13. vers. ex quo apertè colligitur. refert, & sequitur Mar. Anton. d. cap. 27. num. 7. & cap. 20. lib. 1.* Item non procedit in mercatore, & multo magis in Cliente, qui ab alio cepit, & eius respectu est damnum emergens, *Rot. Gen. d. decis. 78. cum alijs supra allegatis.*

Nec obstat *Apigher. decis. 33. & multi ab eo allegati.* nam loquuntur in interesse
19 certo abinitio constituto, quod est contra naturam cambij, cùm illud sit incertum, vt *Rot. Rom. in Nouiss. d. decis. 315.* & secundum hanc opinionem ita fuit decisum in Curia Straticotiali appellatione & Magna Regia Curia in causa Benedicti Bissoli contra Ioseph de Aliberto Baronem Pintidattilo, & in causa Cosmi Delsero, & Flaminij Quarateſi contra Nicolaum Antoninum de Gregorio de Terra Sanctæ Luciæ per Curiã Straticotialẽ sub die 21. Martij 1613. & confirmatum in appellatione sub die 16. Iulii 1614. In quibus omnibus causis ego fui Aduocatus, & in multis aliis ita semper obseruatum, & ratio manibus tangitur. Etenim si potest campsor, quod multi fatentur, dare litteras ad proprium factorem, quibus ex pecunia sua, vel alterius factor ille cambium ab ipso campsore collatum persoluat: debito illo per alias literas ad eumdem campsorem rursum remisso; cur non licebit eidem campsori efficere, vt ex sua propria pecunia illud similiter persoluatur, quod enim per alios præstare possumus in contractibus ciuilibus, cur non licebit per nos ipsos similiter præstare. Ex quibus omnibus concludo decidendum in fauorem Clientis remittens me, & submittens vt fidelis Christianus, mandatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Cætera suppleat Spectabilis Iudex.

Messanæ die 16. Ianuarij 1618. per Curiam Straticotialem de mense Februarii 1618. fuit decisum in fauorem Clientis.

De mense Maii 1618. prosequuta causa oppositoria fuit decisum etiam in fauorem Clientis, quod procedat.

SVMMARIVM.

1 *Depositum debet esse integrum in tempore, & eo elapso non potest amplius reintegrari, quando tempus est determinatum. secus, quando supereſt de tempore, & tunc etiam Iudex potest in sententia terminare reintegrandum.*

2 *Integrum depositans prætium, abinitio omnes acquirit fructus.*

3 *Retractus prælatio consanguineis non competit contra directum, & quando remissiuè.*

4 *Audientiæ denegatio non potest refragari per eum qui semel consensit.*

5 *Audientia nunquam in Regno denegari cõsueuit, sed præiudicialia in fine causæ reseruantur.*

6 *Merum factum iuris probatione non indiget*

7 *Scripturam in iudicio exhibens, omnia in ea contenta dicitur approbare.*

8 *Possessionis suæ titulum rectè quis mutare potest declara num. 9.*

10 *Reuocatio corporis ob canones non solutos, ex capite simulationis inter directum, & possessorem existentis infringi potest.*

11 *Exceptio [tibi actio non competit] est dilatoria, & impedit litis ingressum, & si proponitur post litis contestationem non impedit iudicium procedi ad vlteriora, num. 12.*

13 *Per oppositionum præsentationem lis contestatur.*

ARGVMENTVM.

An & quando alicui debeat denegari audientia discutitur. Ac multa de reintegratione depositi explicantur. An & quando possit quis suæ possessionis titulum mutare declaratur, & nonnulla de exceptione [tibi actio non competit] disseruntur.

CONSILIVM XXXXIX.

IESVS MARIA.

TRes Donnæ Bernardinæ apotecas cum eius domo magna coniũctas vigore sententiæ secundi decreti sibi adiudicauit Bernardus Moleti Creditor p̃ maxima sũma. Exinde verò, cũ pro alia summa adhuc Creditor existeret alio interposito secundo decreto binas alias collaterales apotecas distraxit, & ex ipsis secundis decretis clare nimis apparet. Interea Magnum Hospitale huius Vrbis tamquam directus Dominus Creditor pro cẽsibus perpetuis decursis debitis super domo prædicta, & super vna ex dictis apotecis, tam dicto de Moleti apotecæ possessori, quam etiam & p̃fatæ Donnæ Bernardinæ domum possidenti cedulam reuocationis corporis ob dictos canones non solutos transmisit, aduersus quam cedulam ambo suas præsentauerunt in iudicio oppositiones, & ambo exinde liti cesserunt, post quam cesionem præfatus de Moleti soluit vnc. 47. dicto Magno Hospitali ob Canones prædictos non solutos, à quo obtenta iurium cesione vna cum iure instantiæ possessionem de dictis domo, & apoteca adeptus fuit.

His sic habitis, præfatus de Moleti volens sollemnare ambo decreta, iuxta Vrbis statutũ ea præsentauit in iudicio, ibiq; illis existentibus in triduo iuxta formam statuti comparuit Donna Maria Ardoino, & curatricio nomine eius filiorum ad hãc litem depositauit totam summam, pro quibus decreta ipsa interposita fuere, & insuper nonnullam pecuniarum summam pro expensis, & præstita exinde fideiusione, in forma de soluendo impensas, expensas, benefacta, & alia inliquida, petiit filios, vt habentes ius prothomiseos sanguinis admitti ad retractum, probata prius consanguinitate. Quo triduo á statuto requisito iam elapso infra quod nihil ex parte ipsius de Moleti, nec aliorum prætendentium ius prothomiseos, fuit oppositum siue reclamatum omnes apotecæ in prædictis decretis expressatæ pro dictis minoribus retrahentibus remanserunt. Inde verò post multos dies præfatus de Moleti se opposuit aduersus notificationem dicti depositi factam per dictam Curatricem de Arduino allegans inter alia vnam ex dictis apotecis se iure directi, & vti cesionarium dicti Hospitalis cum iure instantiæ possidere, & dicto Hospitali soluisse vnc. 47. obtulitque omnia prædicta se vel le probare dictam scilicet apotecam se tanquam directum possedisse. Propterea agnoscens Cliens ex oppositionibus præfatũ de Moleti soluisse alias vnc. 47. nulla expectata sententia, cupiens reintegrare depositum illos depositauit illico, tum ne incideret in difficultatem doctrinæ *Aldouin. in cons. 75. inter cons. Pereg. vol. 4. num. 42. cum multis sequentibus* docentis, 1 depositum debere esse integrum in tempore, quando tempus est terminatum, aliàs eo elapso nullum esse nec reintegrari posse, & ante ipsum *Menoch. in cons. 364. num. 23. vbi multos referunt*, quando verò supereſt tempus semper potest reintegrari, *l. si rem. §. fin. ff. de pignor. act. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glos. 18. nu. 13. Lancellot. Gal. cons. 14. num. 41.* Et etiam Iudex in sententia potest decidere admittatur retrahens reintegrato deposito, *Tiraq. d. tract. glos. 6. num. 13. Vesemb. cons. 73. num. 75. vol. 2.* & ita pluries fuit decisum vt latissimè posthæc scripta *Giurb. decis. 77. num. 3. vbi alios refert*, quod licet non fuerit infra triduum per Clientem reintegratum, non est tamen eius culpæ adscribendum, ex quo prædictam solutionem vnc. 47. ipsa penitus ignorabat, cùm ex decreto hoc non apparebat. Ideoque ex oppositionibus habita scientia statim illud 2 adimpleuit, tum etiam, vt ratione integri depositi, abinitio oẽs acquireret fructus prout meminere *Carrot. in tract. deposit. part. 2. quæst. 91. Mastrill. decis. 148. num. part. 2. & post eum Io. Aloisius Ricz. collect. 159. vers. limita, quando per retrahentem.* de quo depositio data scientia dicto de Moleti statim per eum fuit missum ad eff. cũ quod vtique illud non admittatur, & habeatur pro non facto, & non audiantur pro retractu vnius Apotecæ, ea potissimũ ratione, quia eam ipse reuocauit tanquam 3 cesionarius à directo, & contra directum non datur retractus, imò directus cuicũq; prefertur, *l. fin. vbi Bart. & alij. C. de iur. emph. Osasch. decis. 156. Thesaur. decis. 169. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 47. & 46. Cum. cap. vit. 99. num. 31. Bardell. cons. 14. num. 64. & posthæc Giurb. decis. 52. num. 1. & sequ.* an autẽ procedat quãdo concurrit cum consanguineo compræhenso in inuestitura dixi latissimè in *cons. 50. num. 35. vsque ad finem.* Et è contra per Clientem fuit missum ad contrarium

effectum

effectum, quod vtique audiatur, & procedatur in causa, idque summo quidem iure; primò quia nulli denegatur audientia: secundò, quia pars contraria consensit
4 & dato semel consensu non potest amplius refragari quæstio denegationis audientiæ, cùm sit exceptio, quæ ab initio ante omnia debebat præponi.

Et quod attinet ad primum, respondit *Afflict. in constit. si ciuil. age. in princ.* in Regno nulli denegandam esse audientiam, sed omnia præiudicialia in fine reseruanda esse.

Non obstat, quæ voluerunt *Afflict. in d. constit. num. 9. & Mastrill. in puncto ex aduerso allegatus in decis. 8. dicentes*, carenti
3 prorsus actione, audientiam esse denegandam; quoniam respondetur, quod, immo in casu Mastrilli fuit decisum in Clientis fauorem: nam licet ibi illa gabella ex literis S. M. apparebat feudalis, tamen ex parte contraria multa adducebantur probanda in facto, & licet in alia causa clare apparebat rem ipsam feudalem expriuilegijs, & inuestitura, auersus quæ nihil erat in facto, quod potuisset dici, & determinauerat Consistorium denegare audientiam, licet non fuit decisum, ex quo partes se concordarunt; attamen ibi constabat, q̃ ille, qui alienauerat, erat primus acquisitor, quo casu absq; cõtrouersia retractus nõ cõpetebat, p̃ quo *alleg. Andr. præpos. Afflict. & alios. & ego in cons. 50. nu. 43.*
6 & sic erat merũ factũ iuris, nulla alia indigens p̃batione. Si verò rectè consideretur præsens casus, totũ Consistere in facto, fatendum est, ac probatione indigere. Sumus itaque in casu Mastrilli, multa enim Cliens probare intendit, & primò, dictum de Moleti semper possediſſe vigore dicti secundi decreti, non obstante illa asserta possessione secundo loco per eum capta, quod tanto magis corroboratur, ex quo ambo decreta præsentauit sollemnanda in iudicio absque aliqua protestatione. Etenim si quo ad binas tantum apotecas sollemnare intendebat, qua mente ad præsentationem decretorum deuenisset inter media supplicatione patefacere debebat, immò & in ea apertissimis verbis declarare, se alteram ex dictis Apotecis iure directi, & non decreti possidere, ac proinde non ad eam sollemnandam, decreta in iudicio præsentare, eiusque in animo tantum esse reliquas duas apotecas sollemnare; ita in possessione sibi inferente præiudicium, & quando absque protestatione gerit actum respondit *Bursat. in cons. 9. nu. 9. vol. 1.* Quapropter cùm nulla præcesserit protestatio, sed simpliciter ab eo dicta decreta exhibita fuere, omninò cõcludẽdũ est, omnibus in decreto contentis vti voluisse, ac semper vigore dicti decreti possessionem retinuisse. Hinc non immeritò
7 ex exhibitione scripturæ in iudicio ostendit manifestè illius approbationem, voluit *text. in l. Paulus respondit. ff. rem. rat. hab. Lanar. in cons. 69. num. 12. & sequ. Becc. cons. 3. num. 38. vol. 1. Viu. opin. 1038. nu. 6. Honded. cons. 39. num. 67. & sequ. vol. 2. Amat. decis. 61. num. 52. & sequ.* & vna semel quod approbauit, non potest impugnare, ex *l. si quis testib. C. de testib. Becc. d. cons. 3. num. 39.* & ideo pars aduersa cognoscens hæc omnia ita se habere, in oppositionibus articulauit se velle probare semper possediſſe dictam apotecam, vt directus; vnde eadem pars contraria cognouit non esse articulum iuris, sed merum factum egens probatione.

Nec obstat, quod dicebatur, dictum
8 de Moleti mutauisse titulum possessionis, idque iure permittente ex auctoritate *text. in l. cum. nemo. C. de acquir. possess.* & semel ac mutauit titulum possessionis, fuisse extinctum primum titulum. Ideoque per illam præsentationem non præsumi voluisse illo titulo possidere, qui iam esset extinctus; quoniam respondetur id procedere,
9 vbicunque tituli essent contrarij, & repugnantes, ita dixerunt *Iurisconsul. in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. possess. vbi communiter DD. & Calder. in cons. 53. vers. item regula alias 7. de elect. Egid. cons. 10. num. 54. Roman. cons. 350. num. 13. vers. quo præsuppositio. & Addic. ad Rom. in cons. 433. num. 7. D. Card. Tusch. conclus. 322. num. 25. lit. T.* vbi verò ambo tituli se compaciuntur, quia vterque actus tendit pro corroboratione dominij, imò alter pinguius prouidet altero, tunc per acquisitionem vltimi non dicitur amissum dominium ex primo actu, nec extinctus primus titulus, vt D. Aduocatus asserebat, sed remanet dominium, & possessio ex dicto primo actu, *d. §. ex pluribus. & Ias. in. l. si quis ante nnm. 11. ff. de acquir. possess. post Bal. & Abb. in cons. 3. quæst. 24. & melius in cons. 94. num. 5. vers. nec acquirendo nouum titulum. vol. 2. Felin. in cap. inter dilectos. nu. 18. vers. secundo fallit. de fid. instrum. Dom. Cardin. Tusch. d. conclus. 322. num. 5. 6. & 13. in litt. T.* potissima autem huius conclusionis ratio illa est, quia mutatio tituli introducta est in fauorem possidentis; vnde si extinguetur primus titulus retorque-

ret in eius odium, quia si daremus, vtiliorem esse primum titulum, eumque stante secundo cessare procul dubio mutatio esset in manifestum damnum contra *text. in l. quod fauore. ff. de ll.* & licet posit in contrarium replicari, quod stantibus supradictis potuit dictus de Moleti possidere non solum titulo decreti, verum etiam & reuocationis, & quod hodie velit tantum vti hoc reuocationis titulo, nihil ominus facilis esset huic obiectioni responsio: sufficeret enim Clienti, ex superius enarratis ostendisse, primum titulum non fuisse extinctum, quia quod attinet ad secundū, intendit probare, illum fuisse in fraudem, dictumque de Moleti, primo duntaxat titulo, & non secundo voluisse possidere, & insuper, quod debebat infra triduum facere petitionem, se vt directum velle possidere, & mittere ad effectum, quod præferatur. Intendit etiam & secundò Cliens articulare, & probare in processu ipsius causæ, cessionem illam factam per Magnum Hospitale, ac etiam assertum actum possessionis nulliter captæ per ipsum de Moleti euidenti simulationis vitio subiacere, ad excludendos non solum Creditores, verum etiam & omnes ratione iuris prothomiseos, sanguinis, & vicinitatis interesse
10 habentes; inde reuocationem factam à directo ob canones non solutos, inter alia posse infringi, & annullari ratione simulationis, & fraudis existentis inter directum cum possessore, tenuerunt post multos *Alciat. in l. debitorum pactionibus. C. de pact. Alb. in cons. 397. in princ. & multi alij. alleg. à Mastrill. in decis. 154. num. 14. & 15.* quæ simulationis suspicio eo magis hic vrget, cùm non directus ipse; sed idem possessor directi cessionarius reuocauerit, & sic in manifestam fraudem, damnum, imò in perniciem habentium interesse: quod tanto fortius comprobatur, quia non iudiciariè, & per sententiæ prolationem, & sic per viam actorum iudiciariorum, pro vt est natura iudicij, quo tempore partes sibi potuissent & consulere, & prouidere, sed per actus clandestinos, & penitus occultos inter partes, quod solum sufficeret pro victoria meritorum.

Et tandem vult Dominus Cliens proba quod omnes habentes tam ius directi dominii quàm ius prothomiseos sanguinis, seu vicinitatis licet prædium possideāt, si tamen infra illud triduum, infra quod solemnandum stat instrumentum in iudicio non comparent, tam faciendo depositum & alia quàm petendo prælationem, dato concursu inter eos elapso triduo non possunt amplius audiri, sed remanet instrumentum sollemne pro eo, qui comparuit infra triduum, & non pro eo, qui emit, & præsentauit dictum sollemne, esto illud præsentans vicinus esset, & talis quod deberet præferri ipsi retrahenti, qui compa ruit infra triduum; nam ex quo ipse idem non petijt infra dictum terminum, esto elapso termino se opponat, dicitur renunciasse, & ita pluries practicatum vidimus & præcisè decisum per Curiam Straticotialem tempore quo Dominus Aduocatus ex aduerso erat vnus ex Iudicibus in causa Franciſci Papa contra Cosimum Buttaro, qui de Buttaro vicinior erat ipsi de Papa, & tamen ex quo nihil dixit in triduo, remansit sollemne pro dicto de Papa, & inde dicta sententia fuit confirmata per Curiam Primarum Appellationum.

Quo ad secundum est aduertendum in facto, quod depositum, & adiudicatio fuerunt facta pro tribus apotecis contentis in vnico decreto, & sic tota summa liquida contenta in dicto decreto fuit depositata, pars aduersa aduersus dictum depositum se opposuit, & articulauit se vnam ex dictis apotecis possidere, vti directum, & sic ipsa eadem ingressa est ad meritacausæ, & consentijt in iudicio: debebat enim ante oppositiones per eam præsentatas mittere ad effectum, quod non audia-
11 tur, nec procedatur respectu dictæ apotecæ, cùm exceptio [tibi actio non competit] sit dilatoria impediens litis ingressū *Alex. cons. 62. nu. 15. vol. 7. Tusch. litt. E. concluſ. 395. num. 7.* quæ exceptio debebat proponi ante litem contestatam, aliàs non potest amplius proponi, nec impedit iu-
12 dicium procedi ad vlteriora, *D. Cardinal. Tusch. l. t. E. concluſ. 390. num. 2. 10. 15. & 21. alleg. vltra alios. Alex. in cons. 37. in princ. lib. 6. vbi dicit communem. & concluſ. 391. nu. 3. allegat. Castr. cons. 277. in princ. lib. 1.* Vnde cū ex oppositionibus præsen-
13 tatis, & sic ex illo primo actu dicatur facta litis contestatio, cùm simus in causis, in quibus non fit contestatio, *l. nulli. vbi communiter DD. C. de procurator, Tusc. litt. E. concluſ. 390. ante nu. 8. Eruditiſſ. Octau. Corsetto, quæſt. for. 15. num. 5. vbi latiſſimè*, erit verisimum dicere dictam exceptionem non impedire progressum ad vlteriora.

Nec obstat, si dicatur sufficere misisse ad effectum, quando fuit factum depositū dictarum vnc. 47. Etenim respondetur, illud depositum fuisse factum pro reintegratione

gratione alterius depositi, quod apparet clarissimè, quod fit (concurrendo cum alio depositio) item dicitur, quod fit stantibus oppositionibus, per quas fatetur dictus de Moleti soluisse alias vnc. 47. Item etiam & ex eo euidentissimè constat, quã doquidem vigore istius depositi nulla est facta petitio. & sic concurrit cum prima petitione, idque maxima ratione: nam dictus de Moleti, qui per secundum decretũ distraxit tres apotecas; exinde occasione vnius apotecę fuit coactus soluere vnc. 47. quia retrahens tenetur soluere dictum debitum tanquam iustum: & ideo Cliens concurrendo cum primo depositio depositauit dictas vnc. 47. igitur erit verũ dicere quod cùm hæc exceptio debebat ante omnia præponi, tanquam impediens litis ingressum, & non fuerit præposita, non potest amplius pręponi.

Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem Domini Clientis.

Per Regiam Curiam Straticotialem de mense Iulij 1614. fuit decisum in fauorem Clientis, quod audiatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad retractum antequam quis admittatur, quæ adimplere debeat ex dispositione statuti.*

2 *Qui sunt infra decimum gradum de iure ad retractum admittuntur. Et qui sunt infra tertium per lineam descendentem omnes vicinos excludunt ex Vrbis consuetudine. nu. 3.*

4 *Gradus in statuto cõnumerantur de iure ciuili.*

5 *Dictio (vsque) in fauorabilibus includit, & in odiosis excludit, secus in connumeratione gradus, quia semper includit.*

6 *Retractus non competit contra directum. intelligę, vt num. 37.*

7 *Tituli qui non sunt inter se contrarij, & vnus pinguius prouidet altero, ambo subsistunt.*

8 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, limita vt ibi.*

9 *Retractum prætendentes infra triduum post præsentationem instrumenti in iudicio comparere debent.*

10 *Obseruantia est fida statutorum interpres.*

11 *Ex instrumenti exhibitione illius approbatio inducitur.*

12 *Ius auocandi, & reuocandi non transit, nisi insimul cesso directo dominio. & in nu. 13.*

14 *Ius declarandi caducitatem incursam in successorem vniuersalem non transit.*

15 *Canones non soluere, non est delictum reale, sed personale, & num. 20. & facta solutione cessat delictum, & commissum, nu. 21.*

16 *Directus si est Ecclesia post reuocationẽ corporis recuperat à possessore census præteritos. secus in priuato num. 17. declara vt ibi.*

18 *Dolus sibi ipsi non debet patrocinari.*

19 *Tertius etiam interessatus qui soluit liberat emphitheotam, & conseruat ius ipsius.*

22 *Reseruatio nihil inducit vbi nihil remanet reseruandum.*

23 *Alienationibus eiusdem rei pluribus factis, si prima alienatio non est sollemnis, semper competit retractus, etiam si res alienata per mille manus transierit.*

24 *Censual stæ in solidum conueniuntur.*

25 *Per acquisitionem secundi tituli, primus dicitur cessare. decl. num. 26.*

27 *Commissum est pœna legalis à Canone introducta.*

28 *Ob non solutum canonem duplex oritur ius, ordinarium, & extraordinarium.*

29 *Directus præfertur omnibus in retractu, tam extraneis, quàm consanguineis. & nu. 35. amplia, num. 30. & num. 36. intellige, vt num. 37. Quid in feudo antiquo num. 42. affertur ratio, num. 43.*

31 *Exceptio superueniens reo conuento, semper prodesse debet ipsi reo. declar. nu. 32. 33.*

34 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet.*

38 *Domini consensus non requiritur in alienatione facta in comprahensum in inuestitura, Nec soluitur laudimium, num. 39. affertur ratio, num. 40. & 41.*

44 *Argumentum de emphitheosi ad feudum validum est.*

45. *Cumia cap. rit. 99. num. 31. Intrigliol. singul. 339. lib. 1. & alij declarantur.*

ARGVMENTVM.

Nonnulla ad intellectum statuti huius Vrbis sub cap. 31. circa retractum explanantur. Ius auocandi, & reuocndi an possit cedi non cesso directo dominio, & an transeat in successorem vniuersalem. Directus post corporis reuocationem an census præteritos recuperet, & quid si Ecclesia sit directus Dominus. Et an directus omnibus in retractu præferatur. Quid in comprahensis in inuestitura. Quid in feudo antiquo, & an sit requirendus. An competat laudimium. Exceptio reo superueniens, an semper illi prodeat.

CON-

CONSILIVM L.

IESVS MARIA.

IN eadem quam proposuimus facti specie, ad merita ingrediendo, iterum dicimus, quod præsentatis à Don Bernardo Moleti ambobus decretis in iudicio pro eorum sollemnizatione comparuit Donna Maria Maroli Vidua relicta quondam Don Michaelis Aldoino, vti Curatrix electa per eius filios ad hanc litem, quos petijt admitti ad retractum, vti pro nepotes de sanguine dictæ Dõnæ Bernardinę facto prius depositio pretij, pro quo fuit processum ad dicta duo decreta vna cum expensis, & fideiussione præstita de non liquidis
1 secundum dispositionem textus Consuetudinis Nobilissimę Vrbis Messanę cap. 31. *& tradd. Tiraqu. de retract. lignager. §. 12. glos. 1. nu. 6. Mut. in consuet. Panorm. cap. 26. num. 196. Boer. decis. 112. sub num. 2. in fin. & consuetud. de retract. §. 7. Gail. lib. 2. obseru. 19. num. 7. vers. porrò. qui allegat text in l. stat. liber. ff. de stat. liberor. & Mastrill. decis. 148. num. 5.* & non solum sunt de sanguine infra decimum gradum sufficientem pro retractu, vt consuluit *Bart. Veronens. in cons. 23. causar. ciuil. quod Consilium latissime comprobat Tiraqu. de retract. lignager. §. 1. glos. 9. nu. 23. Lanar. in cons.*
3 *53. num. 12.* verum etiam sunt infra tertium gradum per lineam descendentem, excludendo quoscunque habentes ius vicinitatis iuxta consuetudinem Nobilissi-Vrbis sub dicto cap. 31. nam gradus in
4 statuto connumeratur de iure ciuili, *Viu. opin. 824. lib. 2. Nepit. in consuetud. Catin. sit. 40. nu. 4.* & de iure ciuili Clientes sunt in tertio gradu: etenim filij primum constituunt gradum; nepotes secundum; tertium verò pronepotes. *§. 1. 2. & 3. gradu instit. de gradib. cognation.* Ex Donna Bernardina autem Don Paulus natus fuit, & ex eo Don Michael nepos; ex quo Clientes pro nepotes Donnæ Bernardinæ nati fuere, & quamuis statutum vtatur dictione
5 [vsque] quæ licet in materia fauorabili includat, & in odiosa excludat, tamen quãdo agitur de gradibus, prout hic semper includit siue materia fit fauorabilis, siue pœnalis, *Tusc. litt. D. concl. 291. num. 21. & concl. 400. num. 1. vbi refert. Alex. in cons. 125. num. 7. in fin. cum sequ. vers. fortius voluit. lib. 5. & glos. in cap. statutum Felicis de hæret. in 6. cum ibi not. & Bald. cons. 218. lib. 2. in fin. & in puncto Alex. videndus in cons. 110. num. 20. lib. 3.*

Non obstat, quod ex aduerso dicitur, vnam ex dictis Apotecis præfatum Bernardum tanquam directum Dominum
6 possidere, & per consequens contra directum non dari retractus, *l. fin. vbi Bart. & alij. C. de iur. emphit. & alios adduxi in cons. 49. num. 3. & infra num. 29. cum sequent.* vbi an procedat in casu isto. Quoniam respondetur, eum vtroque titulo possidere, & iure decreti, & iure reuocationis, licet
7 verè iure creditoris realiter est, & ambo tituli subsistunt, quia non sunt contrarij, & vnus prouidet pinguius altero, *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. poss. vbi communiter DD. Calder. cons. 53. Egid. cons. 10. nu. 54. Abb. cons. 3. quæst. 24. & cons. 94. nu. 5. vol. 2. vers. nec acquirendo nouum titulum. D. Card. Tusch. litt. T. concl. 321. num. 5. 6. & 13.* & ratio est, quia illa acquisitio tituli est introducta in fauorem possidentis vnde si cessaret primus, per secundum retorqueret in eius odium contra *text. in l. quod fauore. ff. de ll.* Itaque, si ambos titulos habebat, dum tamen exinde in iudicio voluit vti titulo decreti, Illudque voluit sollemnare, dicendũ est voluisse habilitare habentes ius sanguinis prothomiseos, & sic post Clientis comparitionem debebat ipse Bernardus infra eumdem terminum, vel comparere, vel se præferendum petere, vt directum; vulgare enim est apud omnes elapso triduo omnibus prætendẽtibus ius retractus clausam esse ianuam, ac ad illius fauorem sollemne remanere, qui infra triduum retrahere curauit, sic de communi obseruantia, ac ipsius statuti interprætatione, quamplures in processu testantur, & clara sunt verba Statuti Vrbis, cap. 52.

Nec minus obstat *Mastrill. decis. 102.* ex aduerso allegatus, quod ex quo D. Bernardus possidebat, potuit quandocunque excipere, cum ea, quæ sunt temporalia,
8 ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Nam si rectè consideretur decisio, illa in *num. 12.* limitat secus esse, quando terminus est cohortatus, infra quem potuisset in iudicio ius suum deducere. nam tunc facultas excipiendi non est perpetua, sed temporalis, ita ipse idem ex distinctione adducta per *Gomez. Guttier. & post. alios per Gratian. decis. 151. nnm. 9. cum plurib. seqnent.* vbi in *num. 16.* inquit, quod quando quis non potest præponere agendo in iudicio ius suum, sed tantum excipiendo,

tunc

nunc potest perpetuo excipere, quia sibi non est imputandum: secus autem quando potest præponere in iudicio agendo infra aliquod tempus à lege limitatum, tunc enim infra illud tenetur excipere, quasi de negligentia sit imputandus, *Caroc. de excepti. cap. 22. quæst. 18. num. 12. vbi allegat. Angel. & Castr. in l. Papinianus. §. filius. ff. de inoffic. testam.* Quemadmodum, & hic statutum est, prætendentes ius retractus post instrumenti præsentationem in iudicio ad illud sollemnizandũ infra triduum
9 tantum posse comparere, suaque iura præponere, quo elapso omnibus clausam esse ianuam, obseruantia, ac dicti statuti (*sub cap. 52.*) consuetus intellectus optime comprobauit, hinc respondit post alios *Honded. cons. 6. col. 1. vol. 1.* Obseruantiã
10 fidam Statutorum interpretem esse. Igitur est verum dicere, quod cum ius suum non adduxerit infra illud triduum, vel agendo, vel excipiendo, non potest amplius illud adducere.

Nec pariter obstat replicatio aduersus prędicta, dum dicitur decretũ binas apotecas continere, Ideoque illud in iudicio exhibuisse, vt tantum respectu vnius apotecæ sollemne reddatur, non autem respectu alterius, quàm directi iure reuocauit, ad quod comprobandum allegatur ex aduerso, *Tiraqu.* dicens sufficere quamlibet præsumptionem, ad ostendendum nõ prætentasse pro iure congrui, quam hic concurrere, latis ex eo demonstratur, dum dicitur alteram ex ipsis apotecis, cum altera reuocata confinare. Nam respondetur, quod in effectu, si Cliens non comparebat pro retractu; iam sollemne fuisset decretum pro omnibus apotecis, & tunc per has subtilitates pars contra alios deriuisset. Verũ enimuero rectius egisset pars, si mediãte supplicatione declarasset, quod licet in decreto binæ fuissent distractæ apotecæ, nihil ominus ad illius præsentationem in iudicio deuenire, vt tantummodo quoad vnam apotecam sollemne fieret, ex quo alteram iure commissi possidebat iuxa doctrinam *Bursat. in cons. 8. num. 41.*
11 quàm declarationem cum non fecisset per exhibitionem instrumenti dicimus; omnia in eo contenta approbasse, & quo ad omnes apotecas sollemne petijsse, *l. Paulus respondit. ff. rem. rat. hab.*

Secundò respondetur, quod ipse Bernardus non est directus, sed cessionarius à directo, quo in casu dicimus non potuisse cedi ius commissandi, seu declarandi caducitatem iam incursam, absque cessione
12 ipsius directi Dominij, cùm ius auocandi, & reuocandi, nõ transit, nisi insimul cesso directo dominio, vt in specie tenet *Pereg. decis. 22. num. 9.* nec *Monter.* ex aduerso allegatus *in decis. 35.* videtur contrariari huic conclusioni, dum disputat, vtrum ius declarandi caducitatem incursam possit cedi, quoniam eius quæstio est, an ven
13 dito directo Dominio, dicatur etiam & venditum cõmissum iam incursum, & negatiuam sententiã amplectitur, ex illa potissimum ratione, quam communiter sequuti sunt omnes, quia in successorem vniuersalem ius declarandi caducitatem iam incursam non transit, multo minus in cessionarium, & sic in singularem. Nam pinguiora sunt vniuersalis, quam particularis successoris iura, vt in *num. 9. & 10. Benintend. decis. 37. num. 26. Magon. decis. 16. num. 49. in fin. quos refert, & sequitur Bardellon. cons. 25. num. 94. & 95.* & licet in alijs numeris videatur cõcludere, quod in specie possit cedi, tamen semper intelligitur cesso ipso directo dominio, vt in *num. 65.* & in alijs clarissimè colligitur.

Tanto magis in præsenti causa, in qua ipse D. Bernardus Moleti ratione possessionis apotecæ tenebatur Hospitali, vti directo domino soluere census decursos,
15 ex eo, quia morosus non soluit, ob quod contemnit Dominum directum, & hoc delictum non solutionis Canonis, non respicit rem, sed personam, & in pænam reuocatur apoteca, & est pæna contemptus, non pæna succedens loco rei, *Natt. in cons. 479. num. 8. Corbul. de iur. emphit. tit. de causa priuationis ob non solutum Canonem. ampliat. 5. num. 3. & 4. fol. 334. Rodoan. de reb. Ecclesiast. non alien. tit. de emphit. cessant. quæst. 20. nu. 4.* Vnde cum corpus reuocatum ob pænam non succe-
16 dat loco censum debitorum; nam Dominus directus, prout Ecclesia in qua versamur post reuocationem corporis recuperat census præteritos à possessore, iuxta *text. in auth. qui rem. C. de Sacr. sanct. Eccles. Bart. in l. 2. C. de iur. emphit. vbi Salicet. quæst. 22. Rodoan. qui alios refert. in loco prædicto quæst. 19. num. 13. & quæst. 20.*
17 *num. 16.* vbi dicit secus esse in emphiteota priuato, nisi à principio fuisset protestatus, nõ obstante corporis reuocatione, census consequi velle. Cùm igitur hanc pænam commiserit, præfatus Dominus Bernardus; absurdum erit dicere, quod sibi ipsi vendatur eius pæna, & quod eius delictum sibi ipsi prosit est contra omnia
18 Iura mundi. Nam dolus sibi ipsi non debet

bet patrocinari, *Bart. in l. fideiussor obligari. ff. de solut. Vinc. de Franc. decis. 119. nu. 18.* Concludendum est igitur, quod statim ac Dominus Bernardus soluit census decursos directo Domino, purgauit delictum, propter quod in pœnam reuocationis corporis incurrerat, eo, quia non soluerat an
19 nualitates decursas, & in conseruatione iuris realis, vt est emphiteosis, non refert quomodo soluatur, aut à quo, aut cuius nomine, dummodo solutum sit, *l. arboribus. §. qui tamen. ff. de vsufruct. l. qui fundum. ff. quemadmod. seruit. amit. l. forma. §. si tamẽ ego. ff. de censib.* vbi solutio facta pro ius non habente nomine suo proprio prodest ius habenti ad conseruationem emphiteosis, & fundi censuarij, ex *Roman. in cons. 103. num. 2. Corbul. d. tit. fol. 347. num. 7. & 8. ampliat. 8.* & per consequens non potest dici D. Bernardum iure commissi potuisse capere possessionem apotecæ, sed iure crediti, ideoque nihil operatur assertа cessio instantiæ causę, vt possit in com-
20 missum rem auocare, quia non res est, quæ committit delictum, sed Dominus Bernardus, quia non soluit, ex quo Dominum contemnit: ideirco ab eo auferetur res, vt cõprobaui ex authoritate *Corbul. fol. 334. num. 3. 4. & alijs*: igitur nihil operatur cessio; quia nihil est cessibile respectu com
21 missi: ex quo facta solutione cessat contemptũ Domini, & per consequens commissum, *d. §. si tamen ego. Surd. in cons. 547. num. 5.* vbi dat exemplum in reseruatio-
22 ne, quæ nihil inducit, vbi nihil remanet reseruandũ, ex auctoritate *Angel. & Becc. in cons. 34. num. 23. qui latissimè alia cumulat. & in proposito Vinc. de Franc. decis. 482. nu. 4. 5. & 6. ex auctor. glos. in l. 2. C. deiur. emphit. Salic. Ias. & aliorum*, & quando petitur deuolutio rei emphiteoticæ ob census non solutos, si fuit ipsorum solutio, & Dominus protestetur, quod non intendit se præiudicare, talis protestatio nihil operatur, cum dicta solutio purgat defectum, ex quo erat inducta caducitas, & protestatio ipsum non conseruat, quia non reperit, quod conseruet, cum non possit stare simul caducitas ob non solutionem census, & ipsa solutio: & dixit *in decis. 50. nu. 5.* Et sic esto esset ista secunda iudiciaria possessio, licet non naturalis sit distractio prout iura, & ritus requirunt, iure optimo dicimus competere pro ipsa prima distractione ipsi Clienti retractũ: etenim si demus plures esse distractiones, & alie-
23 natione contractus de eadem re, tamen existente adhuc aperta ianua pro contractu, quia non est sollemnis, admittuntur habentes ius prothomiseos, etiam si per mille manus res alienata transierit, *Boer. decis. 182. num. 52. Bologuet. cons. 25. Mastrill. d. decis. 102. nu. 5. Giurb. post hæc decis. 75. nu. 5. multos refert*, Et quamuis possit pars in contrarium replicare decursos census per eum solutos, sibi ipsi solui debere, cùm non fit, sicut prætia venditionum, quæ post primam fiunt; iam respondetur, quod statim habita scientia fuit per Clientem factum depositum pro censibus decursis per eum solutis; vnde apparet, q̃ ipse Dominus Bernardus remanet inlæsus & absque aliquo damno, cùm habeat omnia prætia, pro quibus ad dicta duo decreta per eum fuit deuentum, & quod sibi fuerint etiam solutæ dictæ vnc. 54. per eum solutę Magno Hospitali vero directo. Nec non, & expensæ; imò considerandum est, quod pro vnc. 4. annalibus, pro vnc. 54. de censibus solutis per multos annos sibi detinuit, & detinet tam apotecam, quàm residuum domus, de quibus consecutus est vnc. 22. singulis annis quo in casu, videtur valde locupletatus cum iactura magna, quondam D. Bernardinæ Ardouino, & suorum.

Minus obstat, quod asserebatur, Dominum Bernardum distraxisse apotecam francam, & liberam, & per consequens onus soluendi spectare ad D. Bernardinã tantum: quoniam hoc procedere respondetur, inter ipsum Dominum Bernardum Moleti cum Domina Bernardina, contra quam potest agere executiuè, quia vendidit rem francam, quæ talis non est, iuxta *cons. Surd. 13. & 36.* vel agere ex iure sibi cesso à directo ad recuperandum annualitates per eũ solutas. Quod verò ad ipsum directum attinet, similiter ambo soluere tenebantur; immò quilibet in solidum, ita *text. in l. 1. 2. C. si vnus ex plurib. hæred. glos. in l. Moschis. ff. de iur. Fisch. vbi Bart. Corn. cons. 135. vol. 1. Conar. lib. 3. variar. resol. cap. 7. num. 7. dicit magis communem. Velasc. de iur. emphit. quæst. 32. num. 15. Felician. tract. de censib. lib. 3. cap. 4. nn. 11. col. 2.* Et non immerito ob non solutionẽ factam ab vno, omnes in solidum incurrisse pœnam, respondit post alios, multosque referens *Cenal. pract. quæst. quæst. 184. nu.*
24 *18. cum sequ.* vbi inquit censualistas debere insolidum soluere, vel rem dimittere, *Felic d. lib. 3. cap. 6. num. 2. & 8. & Oter. diuers. quæst. iur. part. 2. quæst. 1. num. 16. & 17.* vbi asserunt posse cogi ad recognoscendum cum obligatione excussiua, quia

aliàs

aliàs Domino multa euenirent incommoda, propter imminutas solutiones contra, *l. quidem existimauerunt ff. de reb. credit.*

25 Nec obstat, quod statim ac acquisiuit secundum titulum assertæ reuocationis cessauit primus, ex *auctorit. Apont.* quoniam hoc procedit tantummodo in directo, qui reuocauit, ad quem statim res ipsa reuertitur, cæteri omnes tituli extin-
26 guuntur, & ratio est manifesta, quia res est reuersa ad suum primum statum, propter quod resoluta sunt omnia *l. lex vectigali. ff. de pignor. & hypotec.* & vtile cum directo fuit consolidatum, *l. 2. C. de iur. emphit. auth. qui rem. C. de sacr. sanct. Eccles. Sess. decis. 63. num. 22.* At hic non reuersa est ad directum, sed remansit penes eumdem emphiteotam, nec pariformiter militat dicere, quilibet posse mutare titulum possessionis suæ, quoniam non procedit in præsenti casu, vt mutet sibi titu-
27 lum iure commissi, nam commissum est pæna legalis, & à canone introducta, *d. cap. potuit loc. & cond. d. l. 2. C. de iur. emphit. Alex. in l. qui Insulam. ff. de verbor. oblig. Corb. d. tit. num. 18. fol. 43.* in quam ipse facto suo incurrit, & statim ac soluit cessat ratio commissi; quia illa erat ob nõ solutionem factam, & dominus, qui fuit satisfactus poterat cedere ius petendi canones solutos, ad quorum solutionem poterat agere cessionarius; Directo enim,
28 duplex oritur ius ob non solutum canonem; Ordinarium, & Extraordinarium, Primum prouenit ex contractu, quod continet damnum, & interesse domini, videlicet satisfactionem damnorum, & interesse, & istud potest cedi. Extraordinarium verò est pænale, & istud prouenit dolo, & culpa emphiteotæ, non autem ex contractu, sed *l. prouisione.* & vt personale non, potest cedi, ita ex authoritate *Imol. Bal. & aliorum. dixit Bero. in cons. 98. vol. 1. & post alios Corb. d. tit. num. 24. fol. 432.* non autem ad commissum cùm illud ex solutione cessauerit, *d. l. forma. §. si tamen ego. ff. de censib. Roman & alij supra allegati.*

Non obstat dicere, quod pro alia apoteca Dominus Bernardus emit ius directi dominij ab eius filia, quæ prius emerat à vero directo, & per consequens vt di-
29 rectus præfertur omnibus in retractu, tam extraneis prætendẽtibus ius prothomiseos, secundum *Franc. decis. 610. nu. 1.* etiam
30 si fuit requisitus, & dixit se nolle emere, & recepit laudimium, nam si vicinus postea venit ad retractum, præfertur ipse Dominus, *Capic. decis. 99. Burg. d. laudim. part. 1. inspect. 3. num. 27.* vbi sic decisum Catinæ inquit, quam etiam consanguineis petentibus admitti ad retractum, *Nepit. consuet. Catin. tit. 40. num. 16. Cum. cap. vit. 99. num. 31. Burg. d. inspect. 3. num. 24. & sequ. vbi multos refert.* Et licet emerit pendente ista lite, tamen exceptio
31 superueniens reo conuento semper debet prodesse ipsi reo, ita quod per eam potest excludere actorẽ, siue superueniat ex causa de præterito, siue de nouo, siue facto aduersarij, siue non, ex auctoritate *Bart. Cum. Alex. & Angel. ita concludit in causa retract. Paris. in cons. 52. num. 50. & 51. vol. 3.*

Respondetur enim, verum esse directũ præferri omnibus, sed cum temperamento, vt inferius comprobabitur; verum quo
32 ad exceptionem superuenientem reo non prodesse, nisi quando, vel est ex causa de præterito ante litem contestatam, vel est facto actoris causata, quia idem, quod disponitur in exceptione superueniente reo, cum distinctione tamen, quo ad reum, videlicet, quando exceptio est causata facto Actoris, ita contra *Paris. in d. cons. 82. dicit Gabr. in concl. 3. tit. de Iudit. lib. 2. nu. 6. vers. contrarium. ex author. Alberic. Io. Andr. & aliorum. & idem Gabr. in d. tit. in concl. 2. num. 6. vbi allegat prædictos, & etiam. Bart. in l. 1. vers. quæro quid sit exceptio. ff. de except.*

Secundò respondetur, quod tunc ius su-
33 perueniens operatur, vt ex nunc, non vt ex tunc, & sic tempore; quo illud ius superuenit, vnde si medio tempore esset ius quæsitum alteri non releuaret, ita dixit *Grau. in cons. 171. num. 18. & sequ. Tusch. litt. I. conclus. 631. num. 23.* Et ideo cum tempore, quo superuenit ipsi Domino Bernardo ius directi venditione mediante, iam, erat clausa porta retractui ob lapsum tridui, & per cosequens ius acquisitum Dominæ Clienti, merito tale ius nihil operatur.

Tertiò respondetur, quod si tempore, quo directus vendidit filiæ Domini Bernardi, hoc ius directi Dominij cum omnibus eius iuribus non habebat tale ius retractus, quia erant elapsi tres dies, & decretũ sollemne erat, & omnibus erat clausa porta, sequitur, quod ex dicta venditione directus primus non potuit transferre ius retractus in filiam Domini Bernardi assertam emptricem, cum ipse tunc illud
34 non habebat, quia nemo plus iuris in aliũ transferre potest, quam ipse habet, *Vulg. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. l. si filius. C. de donat. cap. quemodo.*

de con-

de consecrat. distinct. 4. Surd. decis. 330. nu. 11. cap. Diubertum 1. quæst. 7. Surd. in cons. 547. & cons. 563. num. 6. vol. 4.

35 Quartò respondetur; quod licet præferatur in retractu ipsi vicino, *l. fin. C. de iur. emphit. vbi Ias. num. 12. & multi alij. & vltra Capic. Cum. Nepit. & Vinc. de Frãc. Giurba post hæc scripta decis. 52. nu. 1. vers. siue aduersus vicinum. Rendell. de iur. proth. §. per emphiteosim. num. 2. & 3.* vbi ampli-

36 *at etiam in alienatione subasta, & nu. 16. fol. 53. Thor. in compend. decis. verb. Dominus directus loquitur in alienat. subasta fol. 170. allegat. Vrsil. ad Afflict. decis. 191. nu. 3. Aponi. decis. 3. idem Thor. verb. ius congrui. fol. 301.* & etiam sanguini, *ex auctorit. Cum. Alber. Bald. & Angel. in l. si imperator. ff. de pact. Ias. d. l. fin. num. 12. C. de iur. emphit. cum alijs adductis à Giurba d. decis. num. 1. vers. siue aduersus retrahentem consanguineum.*

Tamen, quando consanguineus est cõ-

37 *præhensus in inuestitura præfertur Domino; quia Dominus quoad compræhensos in inuestitura, dicitur renunciasse iuri suæ prælationis, sicuti diceretur illi renunciasse & consensum præstitisse, si canonem, vel decimam annualem recepisset, Carol. Bardellon. cons. 42. num. 17. vol. 1. qui refert Grat. in cons. 121. num. 10. & 11. vol. 2.* alienatio enim facta in consanguineum

38 *compræhensum in inuestitura non requirit consensum Domini, Cephal. cons. 307. quem refert, & sequitur Bardell. d. cons. nu. 3. & ante eos dixit Alex. distinguendo in l. si domus. §. fin. nu. 7. ff. de legat. 1. Gozad. cons. 20. num. 10. Ruin. cons. 11. & cons. 63. nu. 10. vol. 1. Gabr. cons. 84. vol. 1. Laderch. cons. 40. nu. 14. Alba. qui dicit magis cõm. in cons. 668.* Huiusmodi compræhensus

39 *non soluit laudemium, Ias. in d. l. fin. num. 41. C. de iur. emphit. Grauet. cons. 464. nu. 2. Bertaz. cons. 114. num. 23. vol. 1. in ciu. Rimin. iun. cons. 579 num. 3. & 15. vol. 5. Fab. de Ann. cons. 83. nu. 1. & ex authorit. multorum Io. Bati. Costa de fact. scient. cent. 1. distinct. 11. num. 21. 22. & 23. Gabr. d. cons. 6. Aponi. in d. tract. de laudim. quæst. 12. in princ. Cum. cap. si aliquem in verb. antiquis. num. 238. de succes. feud. Intrigl. singul. 95. nu. 28. vol. 3. Burg. de laudim. part. 1. inspect. 3. num. 31.* cùm talis acquisitio

40 *nõ dicitur noua, sed quædam dominij cõtinuatio, vt docuerunt Bald. & Ias. in d. l. fin. Dec. cons. 331. nu. 2. lib. 1. Rimin. iun. cons. 1. num. 54. vol. 1. & in d. cons. 579. num. 3. Brun. cons. 210. vol. 2. & ita omnes cõcludere fatetur Amed. in d. tract. & quæst. vers. & quoad reuocationem. Vinc. de Ann. alleg. 106. num. 5. & sing. 297. & alij relati à Burg. in d. num. 31. & à prædictis DD.*

Ratio enim prohibitæ alienationis ea est,

41 quia acquirens non est obligatus domino actione personali, quæ ratio cessat, quando alienatio fit in vnum ex compræhensis in inuestitura, *Cefal. d. cons. 307. num. 29. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 5. num. 1022. & Bardel. d. cons. nu. 3.* Et in feudis, quod

42 detur retractus agnato, quando venit infra annum, *ex cap. 1. §. si Ticius, si de feud. defunct. cõtent. sit inter Dom. & agnat. Aponi. decis. 11. & Rouit. post dictam decis. in cons. ibi impresso num. 13. cum. sequ.* qui in *nu. 8. & 9.* inquit, quod in concursu præfertur

43 agnatus ipsi Domino, quando feudum est antiquum, quia consideratur ratio sanguinis, ex quo bona fuerunt maiorum, vt conseruentur in familia: validum enim est in

44 iure argumentum de emphiteosi ad feudum, & è contra ex identitate rationis, *Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 7. num. 7. Matthiens. lib. 3. recopil. l. 5. tit. 7. glos. 6. nu. 3. Valenz. cons. 69. num. 167.* sicut enim præfertur agnatus Domino in feudo antiquo: ita & in emphiteosi antiqua, cùm sit eadem ratio conseruandi bona in agnatione. Constat in facto, Clientes esse de compræhensis in inuestitura, & antiqua emphiteosi.

45 Non obstat *Cum. cap. rit. 99. num. 31. Intrigl. sing. 339. lib. 1. Nepit. & Burg. in locis prædictis, & alij ab eis allegati.* quoniam loquuntur in sanguine simpliciter, nulla facta distinctione cum compræhenso in inuestitura.

Ex quibus omnibus concludo fore confirmandas sententias primi, & secundi Iudicij. Cætera suppleat Magna Curia, cui omnia submitto.

Die 15. Decembris. 1615.

De mense Aprilis 1616. per Magnam Regiam Curiam fuerunt confirmatę sententiæ in fauorem Clientis, & pars acquieuit.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de capitale recepto in contractu Bullali per apodixam ad tabulam non sufficit, sed constare debet de effectiua solutione.*

2 *Solutio ex diuturnitate temporis, & longo Creditoris silentio facta præsumitur. Et quando num. 6.*

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest ab eo opponi, qui vel vsuras, vel partem debiti soluit, declara num. 4.*

5 *Hęres*

5 *Hæres soluens vsuras, ad quas tenebatur defunctus, non dicitur approbare contractum.*
6 *Soluens vsuras non dicitur agnoscere debitum nisi per continuum decennium, & ex certa causa soluisset, nec sufficit vna solutio per decennium. amplia, num. 7.*
8 *Solutiones erroneæ possunt repeti.*
9 *Scientia certa nō potest in hærede considerari.*
10 *Compensatio inter creditores adinuicem facta, realem operatur solutionem, omnisque actionis extinctionem.*
11 *Soluere realiter dicitur, & actionem extinguit qui volente creditore nomen debitoris dat insolutum.*
12 *Exceptio minoris ætatis altiorem requirit indaginem, ideoque in causa oppositoria reseruatur. fallit num. 13.*
14 *Assertio vtriusque parentis de certa ætate filij semiplenam facit probationem.*
15 *Dictio [circa] est dictio dubitatiua.*
16 *Contrahens perfectæ, ac legitimæ ætatis præsumitur.*
17 *Interpretatio illa capienda est, quæ facit actum valere, & delictum excludit.*
18 *Notarij ex cap. Reg. Caroli 78. fabricantes contractus minorum pœnam incurrunt.*
19 *Minor per quinquennium factus maior, dicitur actum ratificasse, & compensando, & extinguendo dicitur etiam ratificare, & huiusmodi ratificatio omnes defectus tollit. num. 20.*
21 *Matrimonium ad vsum Messanæ contractum intelligitur si contrarium non appareat. fallit inter Nobiles, & Magnates, num. 25.*
22 *Pater nullum potest imponere onus super portione filiali, & materna à statuto filijs delata.*
23 *Legitima, & Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non potest.*
24 *Bona per hæredem primo alienata in legitimã imputantur.*
26 *Alienans rem, quam multiplici titulo possidet alienare dicitur titulo sibi magis profiguo.*
27 *Hæres illius, qui rem fideicommisso subiectam alienauit, alienationem infringere non valet, & nu. 31. licet sit hæres cum beneficio inuentarij si habeat tantundem in hæreditate, num. 32.*
28 *Alienationis prohibitio simpliciter facta per testatorem ad fauorem hæredis facta dicitur, & nemo potest infringere alienata*
29 *Grauamen in fideicommisso concepto sub his verbis [cum morietur] dicitur conditionale, quia collatum in tempus incertum.*
30 *Alienatio pendente fideicommissi conditione valet, & ea adueniente resoluitur.*
33 *Hæredes illius, qui rem alienari prohibitam alienauit, immiscentes se hæreditati videntur alienationi consentire, & non possunt venire contra factum illius cui successerunt.*
34 *Hæres qui secundum aliquos potest reuocare rem alienatam ab eo, cui successit, intelligitur posse, refuso prætio rei alienatæ.*
35 *Nullitas actus ordinariè tentatur, quando altiorem requirit indaginem.*
36 *Actor si non possidet censum prius debet agere iudicio ordinario rescissorio, & posteaquã obtinuerit. agere iudicio executiuo.*
37 *Possessio in censualibus sola exactione duorum annorum acquiritur, præsupposito tamen titulo aliquali.*
38 *Iudex in dubijs tenetur decidere, prout hactenus ab alijs decisum fuit.*
39 *In dubijs pro reo est decidendum.*

ARGVMENTVM.

Contractus Bullalis an requirat effectiuã capitalis solutionem. Exceptio non numeratæ pecuniæ an ab eo, qui partem debiti, vel vsuras soluit, opponi possit. Et de intellectu l. cum fidem. C. de non numer. pecun.

CONSILIVM LI.

IESVS MARIA.

ANno 1524. Franciscus Romano Baro Cattafi subiugauit Ioanni Philippo Bonfilio vnc. 25. singulis annis pro capitale vnc. 420. cum declaratione, quod capitale pendet à censu redempto per Baronẽ Martinorum, quod fuit vinculatum primogenito per quondam Nicolettam patrem Ioannis Philippi, iuxta eius testamẽti dispositionem conditi in anno 1517. Hinc hodie Franciscus Bonfilio prætendens se primogenitum vocatum à Nicoletta vti filium Ioannis Philippi, pro decursis à decẽnio infra contra Don Ioseph de Balsamo Baronem dicti feudi Cattafi, executionem exercuit, aduersus quam suas conuentus præsentauit oppositiones, quas omninò stare debere pronunciandum esse de iure sentio. Motus primò, quia in con-
1 tractu Bullali verum, & effectiuum prætium non interfuit, sed fuit facta confessio de prætio ad apodixam directam Banco, vnde erat necesse, quod constaret de expensione apodixæ, & solutione facta in

Banco, ita post multos distinguendo tenet *Addit. ad Petr. de censib. quæst. 5. num. 180.* & hæc opinio procedit absque difficultate.

Non obstant duæ considerationes, quæ pro comprobatione expensionis partitæ in Banco adducuntur. Prima ex *Afflict. decis. 13* Quod ex quo factum istud transiuit sub silentio per multos annos, & stãte amissione scripturarum dicti Banei, verisimile est, fuisse factam dictam expensionem, quoniam si rectè (quæ ibi *Afflict.* scripsit) examinentur, potiùs in Clientis fauorem concludere dicendum est, loquitur enim de liberando debitore à debito, ad quod tenebatur, hic verò agitur de probando credito: vnde cùm diuersę sint quæstiones, diuersæ etiam sunt iuris dispositiones: etenim in primo casu requiritur plena probatio, in secundo verò sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, *l. publia. §. fin. ff. deposit. Auenion. decis. 61. in fine.* Præterea *Afflict.* refert multas præsumptiones in suo casu, & præcisè disputat terminos *l. procula. ff. de probat.* ex quibus adductis ibi per *Afflict.* nihil concurrere in casu proposito cognoscetur. Secunda nec minus obstat confideratio ex *l. cum fidem. C. de non numerat. pec.* quod quando debitor soluit vel vsuras, vel partem debiti, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: ex quo inferunt, quod cum inter Ioannem Aloisium Romano cũ Io. Philippo Bonfilio fuerit in anno 1531. censuum tunc decursorum facta compensatio, frustra hodie hæc exceptio expensionis non factæ, & non numeratæ pecuniæ opponatur. Quoniam ille textus procedit in eo, qui scienter agnouit vsuras, cuius sententiæ fuit *Bald. in princ. d. l. cum fidem.* motus ex illo verbo [agnoscens] quod indicat scientiam, sic etiam sentijt *Salicet. in d. l. Summario. & ita est glos. ibi in verb. deferre.* Hic autem compensatio illa non fuit facta per subiugantem Franciscum, sed per Ioannem Aloisium eius hæredem, qui dicitur ignorare ea, quæ cum Francisco gesta fuere, & sic soluens vsuras ignoranter, non dicitur approbare contractum, in puncto respondit *Salicet. in d. l. cum fidem. ante num. 2. vers. sed expone sibi. allegat text. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Alex. cons. 113. ante num. 4. vol. 1. vbi allegat etiam tex. in l. fin. ff. pro suo.* Præterea dico, quod soluens vsuras non dicitur agnoscere debitum, quod ipse non fecit, nisi soluisset per decem annos continuos, & ex certa causa, nec sufficit vna solutio per decennium, ita *Mascard. conclus. 482. vbi allegat. Doct. in l. si certis annis. C. de pact. & in l. de in rem verso. ff. de vsur.* tunc enim, etsi non constat de contractu, attamen cogitur soluere, quando soluit per decem annos continuos pro certa causa, sin verò constat de contractu, & fuit solutum pro causa contractus, tunc esto, quod soluisset per centum annos continuos, si causa contractus non est vera, corruunt solutiones tanquam factæ per errorem, & ex falsa causa, & tales solutiones tanquam erroneæ possunt repeti, *Alb. cons. 222. num. 38. Alex. d. cons. 113. vol. 1.* vbi in *num. 3.* allegando *Bald.* inquit, dictas annuas solutiones debere fieri ex certa scientia soluentis, & inde addit, quod certa scientia non cadit in hærede. Quę cum ita sint necessariò concludendũ est, prædictas considerationes ex aduerso in nihilo obstare, & consequenter procedere oppositionem Clientis, quod prætium non fuit cum effectu expensum in Tabula per Franciscum subiugantem.

Insuper supponendum est in facto, quod in anno 1520. Franciscus Romano, Ioannes Philippus Bonfilio, & Don Ioannes Merulla subiugauerunt vnc. 40. quolibet anno pro capitale vnc. 430 Blasco de Balsamo, & eodem die Franciscus Romano, & Ioannes Philippus Bonfilio seruauerunt indemnem Don Ioannẽ Merulla, eodemq; die præfatus Ioannes Philippus, & Merulla iugales declarauerunt dictum censum ad eos spectare, & seruauerunt indemnem præfatum Franciscum Romano, qui in anno 1525. obtinuit iurium cessionem dicto capitale vnc. 430. à Blasco de Balsamo anno 1530. & exinde Ioannes Aloisius Romano filius, & hæres Francisci discalauit prædictum censum vnc. 40. singulis annis ad vnc. 25. prefato Ioanni Philippo Bonfilio: anno verò sequẽti qui fuit 1531. Io. Aloisius Romano hæres Francisci, & Ioannes Philippus Bonfilio compensauerunt inter eos census decursos, & decurrendos dictarum vnc. 25. singulis annis, videlicet illius census subiugati per Ioannem Philippum anno 1520. de quo fuit cessionarius prefatus Franciscus Romano à Blasco de Balsamo cum illo cẽsu vnc. 25. subiugatarum per Franciscum Romano anno 1524. dicto Ioanni Philippo Bonfilio, & sic ad inuicem compensauerunt census, & decurrendos dictorum capitalium vsque ad eorum reluitionem, vnde ex tali

compen-

compensatione dicendũ est vnumquemq; recepisse suum nomen insolutum in satisfactione debiti, & sic dicuntur se verè, &
10 realiter soluisse, & per talem liberationẽ tanquam realem solutionem ad inuicem fuisse extinctas eorum actiones, non est negandum. *l. pretij. C. de rescind. vendit. Surd. cons.* 145. *num.* 15. *& sequ. Thesaur. decis.* 147. *num.* 4. *Surd. decis.* 113. *nu.* 4. Quan-
11 doquidem veram, ac realem fatemur esse solutionem, si nomen debitoris volente Creditore datur insolutum, tunc enim omnis tollitur obligatio; secus autem est eo nolente, quia aliud pro alio solui non potest, *ad tex. in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypotec. soluit Doct. in l.* 2. *§. mutui datio. ff. si cert. petat. l. si sponsalibus. §. fin. ff. de iur. dot. & l. licet. §. quoties. ff. eod. Surd. Thesaur. & alij supra allegati.* Cum constet igitur de reali solutione, est verum dicere hanc exceptionem admitti in prima instantia, & ex verbis ipsius Bullæ clarè patet, consequenter oppositiones debent stare.

Non obstant, quæ ex aduerso adducuntur. Primò, q̃ contractus subiugatorius factus per Ioannem Philippum sit factus tẽpore, quo ipse erat minor, quæ minor ætas fundatur ex testamento patris asserentis in eo filium esse annorum duodecim in tredecim: & cùm contractus fuerit celebratus in anno 1520. videtur dicendum, quod tunc temporis præfatus Io. Philippus sextum decimum annum agebat. Secundò, quod quatenus ratificauit dictum contractum Bullalem per illam compensationẽ factam in anno 1531. tamen tunc satis antea fecerat donationem de bonis suis eius filijs in anno 1527. Tertiò, quod non potuit compensare, quia capitale istud erat fideicommisso subiectum primogenito.

Etenim quo ad primum respondetur, quod minor ætas non apparet ex ipso cõ-
12 tractu Bullali, consequenter est exceptio requirens altiorem indaginem, quæ reseruatur in causa oppositoria, & sic in secunda instantia, *l.* 3. *§. ibidem. ff. ad exhibend. cũ alijs allegatis à Foller. super. Bull. in verb. quæ quidem executio. num.* 23. *Intrigl. sing.* 173. *lib.* 1. nam tunc procederet in contrarium obiectum, quando ex eodem contractu appareret, quod Io. Philippus erat
13 minor, quia tunc diceretur sua exceptio apparens in ipso cõtractu, vt docet *Alex. cons.* 21. *lib.* 1. *& cons.* 92. *lib.* 5. *Dec. cons.* 86. *col.* 1. maximè inter contrahentes, & habentes causam ab eis, *Bald. l.* 2. *§. quod obseruari. C. de iuram. calumn. Salic. in l. si minorem.* 4. *col. C. de integr. restitut. minor. Soc. cons.* 50. *nu.* 8. & procedit etiam contra tertium, *Ancar. iun. quæst.* 35. vnde assertio patris nihil operatur, cùm de minori ætate debet constare ex facie ipsius contractus Bullalis, vt operetur in prima
14 instantia. Insuper assertio patris vnita cum matre facit semiplenam, si deponant de certa ætate filij, *glos. in l. etiam. ff. de probat. Castrens. cons.* 124. *vol.* 1. *Bart. in l.* 2. *ff. de excusat. tutor. Mascard. concl.* 668. *num.* 8. *vol.* 2. Minorem igitur fidem adhibendam esse dicimus huic patris assertioni, cum loquatur per dictionem [in circa]
15 quæ, vt inquit *Tusch. in lit. D. conclus.* 249. *num.* 16. *& sequ.* est dictio dubitatiua; immo Io. Philippum subiugantem perfectæ potius ætatis, habilemq; ad contrahendum tunc temporis fuisse existimare debemus, ex illa moti efficacissima iu-
16 ris præsumptione, quia contrahens præsumitur perfectæ, & legitimæ ętatis, in punctο *Bald. cons.* 66. *vol.* 3. *& in l.* 1. *C. si minor se maiorem dixerit. Mascard. conclus.*
17 665. *num.* 5. & ratio est, quia illa est capienda interpretatio, quæ facit actũ valere, *l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verbor. obligat. & l. quoties. ff. de reg. iur. cum multis alijs.* Tanto fortius hodie stante Cap. Regn. Reg. Carol. 78. statuente,
18 quod notarius huiusmodi contractus recipiens delictum committit, & pœnam in eo insertam incurrit: vnde ne delictum præsumatur, dicendum est fuisse maiorem *l. merito. ff. pro soc.*

19 Pręterea factus maior per quinquennium, dicitur ratificasse actum, *ex l. fin. C. si maior. fact. alienat. rat. habuer.* Item & ratificauit expressè, dum approbauit compensando, extinguendo, & resoluendo actum
20 anno 1531. & huismodi ratificatio tollit omnes defectus, *Corn. cons.* 207. *lib.* 3. *Menoch. de recuperan. poss. remed.* 15. *nu.* 151. *Simonc. de decret. tit.* 9. *nu.* 26. *Gabr. qui dicit. comm. cons.* 89. *num.* 3. *& cons.* 146. *num.* 11. *vol.* 1. *Alb. cons.* 11. *nu.* 19. *Grau. cons.* 158. *nu.* 1. *& cons.* 274. *nu.* 7. *Gramm. decis.* 106. *num.* 9. *Cephal. cons.* 316. *num.* 81. *lib.* 3.

Non obstat, quod anno 1527. fecerat donationem Ioannes Philippus suis filijs nam primo respondetur, quod erat lapsum quinquennium ante donationẽ, & sic erat facta ratificatio lapsu quinquennij. Secũdò respondetur, quod donatio non facta Francisco actori, sed Colettæ, & Marianæ posthumo, seu posthumæ, cum reciproca substitutione, quod mortuo vno ab inte-

ſtato ſuccedat alter, & quod Coletta vltimus moriens teſtatus eſt ad fauorem matris Mitullæ, & ſic Franciſco Bonfilio actori nulla cõpetit actio pro donatione, quia nõ eſt ſibi facta, nec in ea eſt vocatus, ſed in dictis bonis ſucceſſit Mitulla quę eſt obligata in dicto contractu ſubiugatorio.

Quo ad tertium quod non potuit compenſare ſtante fideicommiſſo; reſpondetur, quod aut matrimonium parentum Io. Philippi fuit ad vſum Meſſanæ, quemadmodum præſumitur, niſi contrarium appareat, ex *Afflict. deciſ. 226. Bart. in l. Nemo eſt, qui neſciat. num. 5. in fin. ff. de duob. reis. & ibi addit. in verb. conſuetudo. vbi multos referunt.* & tunc competunt Io. Philippo duæ portiones; filialis, & materna, quibus pater nullum onus poterat imponere, vt latiſsimè *Io. de Imol. in ſuo conſ. incipient. Munda cor meum. quod inſeruit in ſuo tract. Nepit. ſuper conſuetud. Cathin.* Aut matrimonium prędictum fuit contractum ad vſum Romanum, & competit legitima, & trebellianica, quæ importat ſemiſſem, & filijs primi gradus prohiberi non poteſt. *Torret. conſ. 77. nu. 40. vol. 1. vbi allegans. multos Doct. dicit magis comm. & Ego in conſ. 8. nu. 5. 6. 7. & 8. vbi multos adduxi.* Igitur ſiue duæ portiones ſtatutarię competunt, ſiue ſemiſſes ratione legitimæ, & trebellianicæ, vtroque in caſu compenſatio cenſuum tanquam bona primò alienata imputantur in prædicta *l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad trebell.* tanto magis, quod alienauit tantummodo cenſus in futurum decurrendos, qui valent ſatis minus, quàm capitale. Præterea Io. Philippus ſi matrimonium eius parentum fuit ad vſum Romanum, prout in effectu ſecundum ius commune præſumitur, cùm ſint nobiles deſcendentes ex nobilibus, vt latè dixi in *conſ. 5. num. 63. verſ. tandem. & conſ. 15. num. 7. & conſ. 62. num. 8.* remanſit Creditor pro reſtitutione dotis maternæ: vnde quando ſibi elegit decurrendos cenſus de dicto capitale, dicitur deduxiſſe pro dicto credito materno, nam quando quis alienat prædium, & poteſt alienare tam vt hæres, quàm pro reſtitutione dotis maternæ, quam alio vtiliori titulo, dicitur feciſſe talem alienationem illo titulo, qui eſt ſibi magis profiguus, & vtilior, & tanquã Creditor pro dote materna, vt in puncto dotis maternæ loquuntur *Bald. conſ. 304. in fin. vol. 3. & Menoch. conſ. 44. num. 23. vol. 1. allegat Bart. in l. gerit. num. 21. ff. de acquir. hæredit. Socc. iun. conſ. 131. num. 2. lib. 2. Marc. Solon. de pace. conſ. 38. nu. 13. dicit comm. idem Menoch. conſ. 102. num. 16. & conſ. 122. num. 70. addit. ad Alb. conſ. 483. in lit. A.* Ideoque ex iſtis tribus capitibus legitimè apparet potuiſſe dictum Io annem Philippum facere prædictam compenſationem.

Rurſus quando quis vult agere, vt recuperet rem anteceſſorum, tanquam fideicommiſſo ſubiectam, non poteſt agere, ſi eſt hæres eius, qui alienauit rem illam, *l. filius familias. §. cum pater. ff. de legat. 1. l. vnum ex familia. §. ſed ſi vno. ff. de legat. 2. Menoch. pleno conſ. 89.* At Franciſcus Bonfilio actor eſt hæres Io. Philippi patris, qui alienauit, vt per multos actus apparet. Immò & indiſcretus, nam adhuc non vidi inuentarium; Item etiam eſt hæres matris, quæ ſubiugauit, & compenſauit, & dedit in ſolutum cenſus prædictos, & licet ſit cum inuentario, tamen habet tantundem in bonis, & ſatis vltra, in quo tantundem habetur ratio fructuum perceptorum quo in caſu non poteſt agere, *Surd. conſ. 7. nu. 34. Dec. l. debitorem. num. 20. C. de pact. gloſ. l. fin. C. de iur. deliberan. Roman. conſ. 18. num. 4. Honded. conſ. 3. num. 54. vol. 1. Menoch. conſ. 89. num. 126. vol. 1. Intrigl. deciſ. 16. num. 20. vſque ad num. 24. Lanar. conſ. 69. & Ego in conſ. 61. nu. 21. & 22.* quod tantundem conſtat ex bonis maternis in vna partita redditus vnc. 85. ſingulis annis; vnde cum hic agatur de vnc. 25. remanent vnc. 60. ſingulis annis, vltra alia bona materna, & vltra bona paterna.

Non obſtat dicere, quod Io. Philippus ſtante fideicommiſſo non potuit alienare, & quatenus alienauit, alienatio fuit nullæ ipſo iure, quoniam Doctores loquuntur in actu ipſo iure nullo, & â iure reprobato, prout inquit *Barz.* ex aduerſo allegatus in *deciſ. 64. num. 48. & 49.* Prærerea hoc fideicommiſſum reale non eſt inductum fauore ſubſtituti in caſu alienationis: nam vbi teſtator, prout hic ſimpliciter prohibet alienationem, dicitur prohibere fauore hæredis ſui, vt res maneat penes hæredem, & hoc caſu nemo poteſt venire ad infringendum alienata, *Peregr. de fideicom. art. 14. nu. 2.* Item hic ſumus in fideicommiſſo conditionali, nempe cum moriretur, quo in caſu grauamen dicitur conditionale, tanquam in tempus incertum collatum. *l. hæres meus. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. §. dies eod. tit. cum ſimil.* Et alienatio interim pendente conditione valuit, & dominium fuit translatum, licet eueniente conditione reſoluatur, vt idem *Barz. referens multos à nu. 45. vſq; ad nu. 47.*

Præterea

Præterea quicquid sit, quando grauatus instituit hæredem eum, cui certa
31 bona restituere tenebatur, quæ tamen alienauerat, non potest contra dictas alienationes fideicõmissarius venire sub prætextu, quod priuauerit eum ijs bonis, quę omninò ei relinquere tenebatur, & qui prohibitus erat alienare cõtra *Castr. Gram. Nacl. & quosdam alios est text. expressus in l. filius familias. §. cum pater. ff. de legat. 1. Decian. cons. 55. num. 90. Cephal. cons. 393. num. 163. & sequ. Pinell. l. 1. part. 3. sub num. 82. C. de bon. matern. Fulgos. cons. 67. Rom. cons. 18. Alex. cons. 3. & cons. 32. vol. 3. Menoch. cons. 89 per tot. Cephal. cons. 392. cons. sequ. Decian. d. cons. 55. vol. 3. multos refert Barz. d. decis. 64. num. 33. Peregr. artic. 33. num. 10. Paris. cons. 48. vol. 2. Anguisciol. cons. 63. & cons. 75. lib. 6. num. 18. Franc. decis. 83.* qui dicit decisionem *Gramm.* non fuisse Sacri Consilij, cum ipse, & vt Aduocatus, & Præses contrarium practicauit, & contrarij procedunt, quando pater alienat in fraudem, & filij nihil inueniunt in hæreditate, vt idem *Barz. num. 42. circa medium, allegans Alb. cons. 73. num. 2. Decian. Pinell. Cephal. & alios vbi supra, & Lanar. cons. 69. num. 6.* qui inquit, Doctores in contrarium lo-
32 qui, quando nihil est in hæreditate, sed quando habet tantumdem, licet sit hæres cum inuentario, non potest vendicare rem prohibitam alienari ex fideicõmisso, quæ fuit alienata, allegat *Grau. cons. 225. num. 12. Boer. decis. 33. num. 20. Dec. l. debitori. C. de pact. num. 19. & 20. Afflict. decis. 240. & multos alios Doct.* & tandem, quan-
33 do est hæres patris, qui alienauit; nemo est qui neget, quod non potest petere bona alienata, & ratio est, quia illi, qui fuerunt hæredes alienantis, se immiscendo videntur alienationi consentire, & non possunt venire contra factum eius, cui successerunt, *ex l. cum à matre. C. de reuendic. Barz. num. 32. Peregr. num. 10. & 13. vbi multos refert.* Cùm igitur appareat Franciscum esse hæredem Io. Philippi, & eius matris, qui alienauerunt, & ipsum non remanere fraudatum, cum habeat tantũdem, & satis, & satis vltra in hæreditate dictorum eius parentum. Item etiam & militant prædictæ rationes, quod alienatio successit pro legitima: itẽ pro restitutione dotiũ, & dotarij matris Io. Philippi, in quo Io. Philippus erat Creditor, concludẽdum est, non posse alienationem prædictam infringere.

Rursus Doctores contrariam opinio-
34 nem defendentes, qui dicunt, quod filius hæres potest retractare rem alienatam fideicommisso prohibitam alienari: dicunt quod tunc tenetur restituere pretium cũ interesse, vt refert *Peregr. d. artic. 33. in princ. & ex Marzar. de fideicomm. quæst. 46. num. 228.* Vnde id, quod petit Actor, intus habet, quia census, quos petit, consistunt in pecunia, quam ipsi ad tantumdem tenentur restituere, & sic non sumus in casu restitutionis stabilium, in quo recuperaret stabilia, & teneretur restituere pretium: sed sumus in casu, in quo petit pecuniam, & tantumdem in pecunia tenetur refundere, & sic ex sola ista ratione pars debet acquiescere.

Præterea est considerandum, quod cum constet de solutione istius census per illũ
35 actum, frustra de validitate, aut nullitate actus disceptatur, & an rescindi poterat, hæc enim altiorem requirunt indaginem, & præsentis speculationis, & articuli minimè sunt: poterat rescindi, est factum, requirens altiorem indaginem, sed reseruatur in iudicio ordinario, *l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. cum alijs supra allegatis.*

Et tandem quicquid sit census iste, quo ad exactionem, iam est alienatus; vnde si-
36 ue bene, siue male, non potest actor obtinere, quia non est in possessione ipsius census, prius enim debet agere iudicio ordinario rescissorio, & inde si obtinuerit in illo iudicio, agere executiuo; multos refert *Mastrill. decis. 47.* licet in casu illo fuit decisum contrarium; cùm possessio in cen
37 sualibus acquiritur sola exactione duorũ annorũ, post *Felic. & alios Honded. cons. 17. nu. 18. vol. 1.* præsuppositio tamẽ aliquali titulo: recordor enim, quod quotiescunq; actor aliter se direxit, semper succubuit,
38 & quando essemus in dubijs prout sumus, in claris decidendũ est, prout hactenus ab aliis fuit decisum, *Cornacz. decis. 19.* Item
39 etiam & in fauorem rei, *l. Arrianus, ff. de act. & obligat.*

Die 4. Decembris 1609. fuit decisum in fauorem Clientis, quod stent oppositiones per Regiã Curiam Straticotialem.

SVMMARIVM.

1 *In negotijs imperfectis, actio, vel exceptio competit ad voluntatem conuenti.*
2 *Actio cui datur, multo magis & exceptio.*
3 *Exceptio aliquando conceditur, cui non conceditur actio.*
4 *Metus difficilis est probationis, & ideo præ-*

ſumptionibus, & coniecturis probatur. m
5 *Metu probato, non admittitur in contrariũ ſpontaneæ voluntatis probatio.*

ARGVMENTVM.

Exceptio metus an in cauſa oppoſitoria opponi poteſt.

CONSILIVM LII.

IESVS MARIA.

IN cauſa iſtius Iulij Catalano contra Laureã Valdibella Clientem, motiuum per Dominos excitatum, an exceptio metus poſsit opponi in cauſa oppoſitoria retractationis mandati executiui, an verò ſit neceſſe, quod principaliter proponatur actio ad reſcindendum contractum Bullalem, tamquam metu factum. Mea quidem ſententia reſolutum videtur per diſtinctionem communiter à Doctoribus traditam, quod aut ſumus in re translata penes emptorem, vel in re nõ adhuc tranſlata, pro qua eſt adimplendus, & obſeruãdus contractus, & in primo caſu, quando res eſt translata non competit, niſi actio, quia nihil remanet adimplendum, quod poſsit excipi. In ſecundo verò caſu com-
1 petit, & actio, vel exceptio ad voluntatem conuenti, & hoc procedit, tam ſi contractus ſit nullus ipſo iure, quam ſi veniat reſcindendus, *text. in puncto l. metum. la 3. §. ſed quod Prætor ait. ff. de eo quod met. cauſ. gloſ. in cap. Abb. in verb. conatus. verſ. ſed contra hoc datur de his quæ met. cauſ. Aret. conſ. 14. num. 15. Seraf. de priuileg. iuram. priuil. 110. Grat. conſ. 71. in fin. Tuſc. concl. 221. num. 12. in litt. metus. Corn. de abſol. for. iur. part. 3. qnæſt. 8. num. 6. fol. 241.* vbi loquendo de abſolutione à iuramento concedenda, inquit, tam ſi vult agere debere concedi, quàm ſi vult excipere, & loquitur etiam in metu. Et hæc concluſio non ſolum in ſpecie eſt prouiſa iuris communis particulari diſpoſitione, ſed comprobatur etiam & multis alijs legibus, videlicet *l. inuitus. §. cui damus. ff. reg. iur. l. 1. ff. de ſuperficieb. cap. inter de exception. cap. qui agendum. de reg. iur. in 6.* quibus in iuribus apertè diſponitur, quod cui datur
2 actio, multo magis & exceptio, cum ſit facilior exceptio quam actio, *Federic. de Sen. conſ. 90. num. 3. Alex. conſ. 62. num. 6. & 7. verſ. Nec obſtat. lib. 7. Rom. conſ. 474.* & cui datur actio, vt aliquid conſequatur, multo magis habet exceptionem vt liberetur *Fulgoſ. conſ. 186. col. penult. verſ. poſtremo & illud. Alex. conſ. 47. in fin. lib. 3.* immo ex auctoritate *text. in l. poſt poſt perfectam. C. de euiction. vbi Salic. & alij.*
3 probatur, in aliquibus quandoq; dari exceptionem ei, cui non conceditur actio, & hãc opinionẽ tot tantiſq; concluſionibus comprobatam non immeritò ſemper in decidendo Regia Curia Straticotialis tan quam veriorem, ac tutiorem ſequuta eſt eo maximè, quando mulier eſt pauper, & cùm per proteſtata in proceſſu appareat, per Magnam Regiam Curiam, & etiam per Tribunal Conſiſtorij vſque ad tempora *Milan.* incluſiue ita ſemper fuiſſe deciſum, licet hodiernis temporibus aliter decidatur per dicta Tribunalia Suprema. Erit igitur veriſsimum dicere, cum conſtet de metu in iſta cauſa oppoſitoria per ſex teſtes de viſu, cuius probatio ſuffi-
4 cit fieri per coniecturas, & præſumptiones, cùm ſit difficilis probationis, quia ſolet clam inferri, *Alex. conſ. 98. num. 6. lib. 3. vbi additio Maſcard. concluſ. 154. nu.*
5 *4. vbi alios refert.* & hoc probato, prout in effectu eſt, non admittitur probatio in contrarium ſpontaneæ voluntatis, licet paſſus metum læto animo faciat actum. *Alex. conſ. 49. num. 8. verſ. & Baldus. lib. 3.* fore decidendum in fauorem Clientis. Cætera, ex quo ſunt clara, ad eorum merita ingredi neceſſarium non exiſtimaui, præciſè cum capitale fuerit de vncjis 70. quod inſeruiuit pro debitis ipſius viri, vt conſtat per multos teſtes in proceſſu.

Die 17. Februarij 1610. fuit deciſum in fauorem Clientis per Curiam Regiam Straticotialem, quod retractetur mandatum executiuum.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis actus corruit, deficiente conditione, num. 27.*
2 *Mater ſuccedit filiæ morienti ab inteſtato.*
3 *Quid ſi reperitur nupta ſecundo viro.*
4 *Quid in bonis proprijs ipſius filiæ.*
5 *Quid ſi non ſint alij filij.*
6 *Voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad mortem.*
8 *Verbum [vadant] & verbum [ex cauſa de præſenti, præterito, & futuro] important vniuerſalem ſucceſsionem hæreditariam.*
9 *Eſto ſint poſita in donatione.*

10 Hære-

10 *Hæreditas in contractu non potest dari.*
11 *Etiam si sit pactum reciprocum.*
12 *Etiam si sit fauore matrimonij, num. 7. & num. 14.*
13 *Idem si sit cum iuramento.*
15 *Quid, quando est de certis bonis, quod sic, contra, num. 16.*
17 *Stipulatio Notarij pro absente, vbi non interuenit, non dicitur ius acquisitum. idem in pacto in fauorem tertij, num. 18.*
19 *Donatio sub conditione, si decesserit sine filijs succedat Petrus, pendente conditione est reuocabilis quoad Petrum.*
20 *Fallit si sit stipulatio Notarij.*
21 *Pacta fauore matrimonij sunt irreuocabilia secut matrimonium, & quando num. 22.*
23 *Pactum per quod inuitantur successores ab intestato, habet vim vltimę voluntatis, & non vim contractus, & de iure est improbatum. num. 24.*
25 *Et statim ac est factum testamentum dicitur reuocatum.*
26 *Substitutio facta in contractu de omnibus bonis, potest ad libitum reuocari.*
28 *Substitutio facta in primo testamento an dicatur repetita in secundo, si de ea nulla sit facta mentio.*
29 *Qualitas apposita in primo testamento an dicatur repetita in secundo, quod non. & in num. 33.*
30 *Amplia si ille idem sit institutus in secundo, qui fuerat in primo.*
31 *Testamentum primum dicitur reuocatum per secundum, num. 34.*
32 *Amplia in legatis, & fideicommissis. nu. 35.*
36 *Substitutio non inducitur in casu à testatore non expresso. num. 37. afferuntur rationes.*
38 *Testator si fuisset interrogatus ita respondisset verisimiliter, quando procedat hæc præsumptio. num. 39. 40. & 41.*
42 *Eligendi facultatem habens instituendo hæredem vniuersalem, dicitur illum elegisse, & disposuisse de illa facultate.*
34 *Fideicommissum quod inducatur coniecturis, & quando, num. 44.*
45 *Testatoris voluntas an declaretur à testamento reuocato, & quid à testamento nullo, & imperfecto. num. 46. differuntur rationes, num. 47. 48. & 50.*
49 *Lex correcta an possit allegari in argumentũ.*
51 *Successio secundum iuris ordinem regulatur præsumptione contrahentium.*
52 *Testator si post mortem hæredis vocat illos, ad quos de iure spectat, non dicitur vocasse proximiores suos.*
53 *Frater vterinus succedit fratri, & præfertur patruo, & consobrino.*
54 *Et procedit in omnibus bonis, tam à paterna, quàm à Materna linea.*
55 *l. quod scitis. & ibi Bart. declaratur.*
65 *Fratres vtrinque conjunti præferuntur consanguineo, & vterino, tam in paternis, quã in maternis.*
57 *Affertur ratio. & num. 58.*
59 *Fab. de Ann. in cons. 1. declaratur.*
60 *Consuetudo Neapoli [alla nuoua maniera] excludit matrem à successione filiorum, & omnes descendentes à linea materna.*
61 *Renunciatio matris non nocet filijs in successione, quando non sunt ipsius hæredes, nec subintrant in locum eius, sed veniunt iure proprio.*
62 *Intellige quando nemo illos in gradu præcedit.*
63 *Renunciatio vnius non nocet alteri ex propria persona venienti.*
64 *Pactum est stricti iuris, & restringitur ad casum prouisum.*
65 *Statutum excludens matrem existente patruo, an dicatur excluisse sororem. num. 67. & 73. quid proconseruanda agnatione. nu. 74.*
66 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
69 *Filius veniens iure proprio, dicitur de per se, & tanquam ius independens ab alio.*
70 *Infecta primitiua est infecta deriuatiua, & quando, num. 71. & 72.*
75 *Argumentum à Statuto ad pactum non valet, quando diuersa est ratio.*
76 *Verbum [Hæredes] intelligitur de filijs, nu. 82. & 83. secus in materia in differenti trãsitoria ad quoscunque, num. 79. maximè in contractibus. num. 81.*
77 *Quodlibet verbum debet aliquid operari.*
78 *Intellige secus, si tertio damnum inferant.*
83 *Hæres verbum verificatur post mortem.*

ARGVMENTVM.

Pactum inter virum, & vxorem, quod mortuo ipso, & eius filijs ab intestato bona eius vadant ad illos, quibus de iure competunt, exclusa matre, & eius hæredibus, an sit de iure validum, & casu quo validum esset, an, ex quo vir testamentum condidit, in quo tantummodo filiam instituit, nihil dicto de substitutione, mater admittatur ad successionem filiæ, ex quo per testamentum videtur reuocasse pactum, vel an saltim successio spectet fratri vterino venienti iure proprio.

CON-

CONSILIVM LIII.

IESVS MARIA.

ANno 1580. fuit contractum matrimonium ad vſum Romanorum inter quondam D. Ioſeph Saccano, & D. Dianam Dainotto, de quo prætenditur fuiſſe facta quædam capitula matrimonialia, & in eis appoſitum fuiſſe pactum, quod caſu ſeparationis matrimonij ob mortem ſponſi ſine filijs, vel cum filijs & illis mortuis, quandocunque ab inteſtato, & ſine filijs, quod omnia bona ipſius ſponſi vadant, ad quem ipſe ſponſus diſponet per teſtamentum, ſi autem teſtamen cum non condiderit, vadant ad eum, ad quem de iure ſpectant, excluſa dicta D. Diana, & eius hæredibus, renuncians ipſa D. Diana dictæ ſucceſsioni ex pacto, &c. Obijt exinde Ioſeph. condito teſtamento relicta hærede eius vnica filia, non repetita prædicta ſubſtitutione, nec facta diſpoſitione, quid faciendum de bonis ſuis poſt mortem filiæ, quæ deinde mortua fuit in infantili ætate, ſuperuiuente D. Diana matre, & fratre vterino nato ex dicta D. Diana, & quondam Spect. Vincentio Romano V. I. D. Regio Conſiliario, ob cuius mortem prefata D. Diana adiuit hæreditatem eius filiæ infantis eamque etiã adiuit Vincentius Romano tanquam pater, & legitimus adminiſtrator fratris vterini eius filij, cum clauſula ſalutari, quod dicta hæreditas intelligatur capta ad nomen illius, cui ex ipſis matre, & filio de iure competit; ambo poſſiderunt dictam hæreditatem quietè, & pacificè per annos quaſi triginta. Nunc autem mortuo Vincentio Romano inſurrexit Lauina Saccano, & Natoli prætendens omnia bona ad ipſam ſpectare tanquam conſobrinam illius infantis Franciſcæ Mariæ, vti vocatam in aſſertis capitulis matrimonialibus cuius petitio noſtra quidem ſententia nullo pacto de iure ſubſiſtere videtur: ſi enim conſideremus facti ſpeciem, prout ſupponitur, ex ea clariſsimè cognoſcetur, quanta ſit Clientum iuſtitia. Quandoquidem Ioſeph ſponſus conditionem appoſuit, voluitque tunc demum bona ad eum peruenire, ad quem de iure ſpectant quando moreretur ab inteſtato, excluſa matre, & eius hæredibus; vnde cum teſtamentum condiderit defecit conditio, & ſic ceſſauerunt omnia contenta in aſſertis capitulis, *l. & generaliter. C. de inſtit. ſub condic. facti.* & in propoſito caſu *Fab. de Mont. conſ. 149. nu. 34. lib. 1. vlt. volunt.* & per conſequens ſo lamater ſucceſsit ipſi filiæ mortuæ in infantili ætate, tanquam abſtrictior in gradu, *Aut. defunct. C. ad Tertul.* Et licet matri tranſeunti ad ſecundas nuptias competat ſucceſsio, quoad vſumfructum tantum in bonis peruentis aliena paterna, & in proprietate, ſuccedunt alij fratres vtrinq; coniuncti, non loquendo tamen in bonis proprijs ipſius filij, in quibus ſuccedit etiam in proprietate ipſa mater, *Auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. Afflict. deciſ. 75. num. 3. & 4.* tamen ſi alij filij ex primo matrimonio non exiſtant, vel exinde moriantur, ſuccedit ipſa mater, tam quoad vſumfructum quàm etiam quoad integrã proprietatem; ad *text in l. fœminæ ſi illud. C. de ſecund. nupt. Bart. & DD. communiter in d. auth. ex teſtamento. Alex. in conſ. 63. vol. 5. Apont. in conſ. 19. num. 64.* ſucceſſit igitur D. Diana in proprietate, quia alij filij ex primo matrimonio vtrinque coniuncti filiæ defunctæ non extabant.

Pactum autem, & renunciatio in aſſertis capitulis adiecta quidquam huic concluſioni non aduerſatur, ſiquidem reſpondetur primò, cùm capitula prædicta nec manu Notarij fuerint extracta, nec pariter teſtibus comprobata, haud vera exiſtimanda ſunt, neq; in conſideratione habenda, cùm ſit quædam cartula in forma non probante à Dominis Clientibus oppugnata in exceptionibus, & in toto proceſſu. Verùm poſito citra præiudicium veritatis, quod vera eſſent, illa tamen inſtitutio, & ſubſtitutio in eis facta eſt reuocabilis, tum ex quo ita voluit ſponſus, dicens, tunc demum eam locum habere, ſi ipſe nullo condito teſtamento deceſſerit, vnde clarè nimis conſtat noluiſſe ſuam voluntatem coarctare, quin in poſterum ad libitum de bonis ſuis diſponere potuiſſet cum illa ſit vſque ad extremum vitæ exitum deambulatoria vulgatis iuribus, & *Menoch. conſ. 1280 num. 5. & 6.* Immò & in hoc caſu negat *Alex*, valere huiuſmodi pactum, *in conſ. 28. lib. 3. Cancer lib. 3. reſol. cap. 7. num. 129. & 138. Peregr. conſ. 119. num. 7. lib. 5.* & eo fortius cum ſit factum ſuper tota hæreditate, quod nullum eſto appoſitum ſit in capitulis matrimonialibus, dixit *text. in l. pactum quod dotali. C. de pact.* Illa etenim verba [vadat] & alia ſequentia [ex cauſa de præſenti, præterito, & futuro] vniuerſalem hæreditariam

riam ſucceſsionem important, ad tradita. per *Bart. in l. centurio, vbi etiam omnes. ff. de vulg. & pupill. & terminat. tex. in l. 1. C. commun. de ſucceſſ. Decian. conſ. 1. num. 16.* 9 *& 17. lib. 4.* qui id etiam procedere affirmat, eſto dicta verba fuerint in donatione appoſita, ſequitur *Bergo. conſ. 60. num. 10. lib. 2. vlt. volunt. Graſſ. in tract. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio. & inquæſt. 5.* Inde eſt, 10 quod neque hæreditas in contractu dari poteſt, ſiue dictum ſit [ſit hæres, vel ſuccedat aut vadant] quoniam venirent bona tum præſentia, tum etiam futura, ex doctrina *Bart. in l. fin. num. 10. & ſequ. C. de pact. Pedamont. deciſ. 100. nu. 25. Graſſ. vbi ſupra quæſt. 9. num. 18. Fontan. de pact. dot. clauſ. 4. gloſ. 4. ſub nu. 60. & 65. Molfeſ. conſuet. Neapol. tit. de nunciat. part. 4. quæſt. 7. num. 21. cum. ſequ. Peregr. in d. conſ. 119. à num. 6. vſque ad nu. 9.* vbi am- 11 pliat etiam in pacto reciproco, multaſque adducit rationes, quæ pro deciſione præſentis eauſæ ſatis conferunt, ſequitur *Theſaur. quæſt. 78. num. 4. Molfeſ. conſ. 38. per totum. vol. 2. conſuet. Neapolit.* qui loquitur in ſimili pacto adiecto in capitulis matrimonialibus. *Cancer. lib. 3. reſol. cap. 7. num. 129. circa fin. Farin. deciſ. 125 nu. 10. Peguer. deciſ. 31. part. 3. Molin. de rit. nupt. queſt. 2. num. 1. lib. 3.* huiuſque concluſio- 12 nis ea eſt ratio, quia potior eſt liberi arbitrij, quam matrimonij fauor, ex *text. in d. l. pactum. & ibi Dec. nu. 7. verſ. 10. & vlt.* Hinc docuit *Bald. in l. Archimedoram. C. vt in poſſeſſ. legat.* falli illum, qui hoc pacto allectus contraxit matrimonium, ſi 13 obſeruari ſibi opinatur, & eum ſequuti ſunt *Tiraqu. in tract. de primogen. quæſt. 6. num. 17. & 29. Rub. conſ. 130. num. 3. Purpurat. in d. l. pactum. num. 8.* reſponditque *Cephal. in conſ. 40. num. 3. lib. 1.* id etiam procedere, quando pactum filiorum fauore factum fuiſſet, vel vxoris pro oneribus matrimonij ſubſtinendis, idemque retulit *Theſaur. deciſ. 125. num. 8. vbi latiſsimè.* 14 & etiam ſtante iutamento, ex *Theſaur. in d. quæſt. 78. num. 4. poſt Viu. Surd. & alios quos allegat Menoch. conſ. 371. num. 23. lib. 4. & conſ. 563. num. 8. lib. 6. ſequitur Molfeſ. d. conſ. 38. num. 15.* Hinc etiam, 15 quod fauore matrimonij in pactis dotalibus vniuerſalis ſucceſsio dari non poſsit, poſt *Fachin. lib. 5. controu. iur. cap. 167. ſcripſerunt Apetr. de fideicom. quæſt. 4. Fontanell. gloſ. 9. num. 12. cum duobus ſequ.* & in hoc cauendum nobis eſt à *Menoch.* ſibi contrario *in conſ. 92. à. Graſſ. Ant. Fab. & Guid. Pap.* qui contrariam conati ſunt defendere ſententiam, quoniam hæc, quam recenſuimus eſt verior, magiſque communis, prout late, validiſq; fundamentis probat *Fontan. in d. gloſ. 9. num. 18.*

16 Et licet nonnulli ab hac opinione diſſentiant, teneantque validum eſſe tale pactum in contractu dotali appoſitum, ſi de certis bonis agatur, cuius ſententiæ fuit *Menoch. in d. conſ. 92. Pedamont. deciſ. 100. Anna conſ. 52. Honded. d. conſ. 4. lib. 1. Theſaur. d. deciſ. 25. num. 8. Fontan. d gloſ. 9. Cencer. d. cap. 7. num. 150. & ſequ.* ni- 17 hilominus magis communiter contra eos tenuere relati per eumdem *Menoch. conſ. 794. num. 9. vſque ad nu. 14. lib. 8. & conſ. 1028. num. 7. & ſequ.* vbi latiſsimè contrarijs reſpondet, ac declarat, quomodo illorum opinio procedat, & in *num. 13.* hanc magis communem dicit, rationem aſsignat, iura, & authoritates allegat.

Verum enimuero quicquid ſit de hac opinione, an valeat huiuſmodi pactum, de certis bonis fauore filiorum, & matrimonij, nos in alio verſamur caſu, & in expreſſo pacto facto fauore vocatorum poſt mortem filiorum, fauor nec matrimonij militat, & ſumus in pacto inito inter viuos, per quod vniuerſalis datur ſucceſsio illis, ad quos de iure ſpectat, nullo condito teſtamento, quod à iure improbari longa Doctorum ſerie ſupra comprobauimus, quibus addimus *tex. in l. hæreditas. C. de pact. conuent. l. cum donationes. C. de tranſact.* 18 confirmantur hæc omnia, quia nulli fuit ius quæſitum per Notarii ſtipulationem, cum illa non interuenerit ex *conſ. Fab. de Ann. 62. num. 7. vol. 1.* & per conſequens reuocabilis eſt per ea, quæ docet *Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi etiam Iaſon. num. 14.* qui alios referens de communi teſtatur, & ab eo relati exempli ficant in donante fundum, vt poſt mortem vel certum tempus ſit Eccleſię, vel alte- 19 rius, & inquiunt pactum illud ad fauorem tertij ad libitum poſſe reuocari, quam opinionē ſequuti fuere *Cum. Roman. Imol. Barb. Salic. Alex. Rip. Dec. & alij à Gabr. relati. & poſt alios multis impugnatis Fab. de Ann. in d. conſ. 52. nu. 5. vol. 1. magis communem dicit.* Et licet non deſint, qui contrarium teneant, attamen teſtantur ijdem, 20 quod quando donatio eſt facta cum conditione aliqua, & ſic minus perfectę, videlicet, ſi ſine filijs deceſſerit, ſuccedant tales, prout hic, tunc pendente caſu mortis ſine filijs, & ſic ante ius quæſitum poteſt reuocari ab ipſo donante, ita ex *Menoch. auth. dixit idem Fab. de Ann. d. conſ. 52. num. 7.*

Cappell.

Cappell. Tholos. decis. 453. Surd. cons. 385. num. 40. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 51. num. 48. Gratian discept. 575. num. 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. nu. 8. tit. 43. Molin. de rit. nupt. quæst. 6. nu. 1. cum sequ. quæ opinio est magis communis, adeo, quod fuerit per Doctores deuentum ad limitationes; quarum prima est, quando
21 adest Notarij stipulatio, ita communiter omnes in d. §. Flauius. Anna in d. cons. 52. Peregr. vbi supra, num. 50. Gratian. nu. 14. Mantic. num. 13. hic autem nulla interfuit
22 stipulatio. Item dicunt, quod pacta fauore matrimonij inita sunt inreuocabilia, sicut matrimonium, ex Franch. decis. 205. & 436. Fontan. de pact. dotal. fol. 78. num. 6. Apont. de assens. reg. super dote. num. 20.
23 Verùm hoc procedit pro certa parte, & fauore filiorum, non autem aliorum vocatorum in dictis capitulis Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 6. num. 19. hic verò aderat pactum de omnibus bonis, & poterat reuocare. Præterea pactum initum inter fratres de succedendo, vt altero sine filijs decedente, frater superstes succedat, est validum in vim testamenti; adeo, vt pacto illo non obstante possint singuli fratres de bonis eorum ad libitum disponere, Bart. in cons. 212. Promitto primo. lib. 2. quem sequuti sunt Alex. in cons. 83. lib. 2. & in cons. 28. lib. 3. Dec. in. l. pactum quod dotali. num. 3. C. de collat. & in cons. 225. nu. 5. cons. 516. num. 6. & cons. 655. num. 7. Curt. iun. cons. 15. col. 2. latè Grauet. cons. 139. col. 2. Siluan. in cons. 90. & Marzar.
24 in cons. 22. nu. 56. & tale pactum, per quod inuitantur successores ab intestato, habet vim vltimæ voluntatis, & non contractus, quia respicit futuram successionem, l. fin. C. de pact. & l. fin. C. famil. Ercisc. Et est
25 improbatum à iure, & eo non obstante potest fieri dispositio bonorum, Molfes. cons. 38. num. 24. Thesaur. decis. 225. nu. 10. in fin. Lanar. post alios cons. 55. num. 9.
26 & 10. & statim hac testamentum condiderit, dicitur tale pactum reuocasse, Menoch. cons. 563. vol. 6. num. 10. multos refert. Molfes. ad consuet. Neapol. tit. de renunciat. num. 5. & sequ. & inquit in nu. 9.
27 quod substitutio de omnibus bonis facta in contractu, potest ad libitum reuocari, ex auctoritate Peregr. & aliorum, vt supra. Cùm ergo simus in fortiori casu, videlicet in scriptura non stipulata, & in forma contractus minimè reducta, tanto magis erit dicendum nos versari in casu reuocabili. Sed posito, quod essemus in pacto de iure valido, videndum esset, an illa institutio, & substitutio facta in capitulis matrimonialibus, ex quo Ioseph sponsus exinde testamentum condidit, in quo filiam hæredem instituit, prout in capitulis, & per eum non fuit repetita substitutio in testamento, an dicatur facta illius substitutionis reuocatio, & indubitãter cõcludimus, quod sic, tum ex quo testator in illis capitulis conditionem apposuit, quod si testabitur, stetur eius testamento, vnde cum fuerit testatus deficit conditio, vt supra comprobauimus, ex l. & generaliter. C. de instit. sub condit. fact. & Fab. de Mont. cons. 149. num. 34. lib. 1. vlt. volunt. tum etiam ex quo in isto testamento reuocauit expressè omnes, & quoscunque actus reuocabiles, per quę verba clarissimè apparet quod omnia voluit reuocare, prout reuocauit, glos. in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraudem patroni. Curt. iun. cons. 163. num. 16. quam etiam ex quo lex ipsa
28 prouidet, quod si quis condat duo testamenta, & in primo instituat filium, eique substituat Petrum, in secundo verò instituat eumdem filium, & nihil dicat de substitutione, dicitur reuocata substitutio tanquam non facta in secundo testamẽto, ita in puncto dixit Iurisconsul. in l. si tibi certam. ff. de adimend. legat. vbi communiter Doctor. cuius textus verba hęc sunt [si tibi certam rem legauero, & rogauero te, vt eam Titio restituas; deinde eamdem rem tibi fideicommisero, nec rogauero te, vt alij eam præstares, quæritur an in tua potestate sit ex causa fideicommissi eligere, vt fideicommissum non præstes, & magis posteriorem scripturam testamenti placuit seruari] sequitur Clar. §. testamentum. quæst. 76. vers. sed numquid. vbi inquit, si
29 testator in primo testamẽto aliquid disposuit cum vna qualitate, seu onere, & postea faciat secundum testamentum, in quo repetat eamdem dispositionem, omissa illa qualitate, intelligitur talis qualitas potius reiecta, quàm repetita in secundo testamento. Bart. in l. statius florus. ff. de iur. Fisc. post Din. inquit, pone, quod testator in primo testamẽto reliquit alicui fundum cum hoc, quod non alienetur extra familiam in secundo testamento legauit eumdem fundum simpliciter, an in secundo testamento dicatur repetitum, quod in primo fuit expressum, videlicet, ne alienetur extra familiam, & dicit quod non, & quod
30 relicta in primo testamento, non dicantur repetita in secundo, etiam si ille idem sit institutus in secundo, qui fuerat in primo, est text. in l. si iure. in fin. ff. de legat. 2. Castr. in l.

in l. licet in patre. ff. de legat. 1. num. 8. clarissimè alios referens, quod substitutio apposita in primo testamento non dicatur repetita in secundo, sed omissa, dixit *Curt. iun. in cons. 163. num. 14. cum multis*, Et
31 sicuti iuris est regula, & cõmunis Doctorum traditio, quod per secundum testamentum reuocatur primum, *l. sancius. C.*
32 *de testam.* ita censentur reuocata legata, & fideicommissa in primo testamento relicta, *glos. in verb. scriptus. in l. nisi dolo. §. si legatarius. ff. si cui plus quam. per l. falcid. iura, & author. refert Menoch. d. cons. 1280. num. 1. & sequ. vol. 13.* & qualitas, & onus appositum in primo testamento non dicatur repetitum in secundo, *Alex. in cons. 38.*
33 *vol. 6.* Inquit etiam, quod substitutio facta in primo testamẽto de filijs masculis, in secundo si sit facta de filijs simpliciter, non itelligitur esse de masculis tantũ, sed comprehendere etiam fœminas, sequitur *Gabr. in cons. 97. num. 27. & sequ. vol. 1.* vbi referendo alios dicit magis cõmunem, & veram, & ratio est, quia primum testa-
34 mentum prouisione legis, dicitur ipso iure reuocatum per secundum. *l. si iure. ff. de*
35 *legat. 3.* & eo reuocato dicuntur reuocata omnia contenta in eo, nisi expressè repetantur, *§. posteriori institut. quib. mod. testam. infirment. Alex. cons 70. col. 4. vol. 2. Dec. cap. 1. de constitut. num. 11. Barbat. cons. 59. num. 12. vol. 1. Curt. iun. d. cons. 163. num. 18. Ruin. cons. 144. num. 17. vol. 2. Gabr. d. cons. 97. nn. 27. vol. 1.* Compro-
36 bantur hæc, quoniam substitutio non est inducenda in casu à testatore non expresso, *Oldrad. cons. 21. Abb. cons. 14. vol. 1. Gozad. cons. 21. nu. 8. & cons. 59. in princ. Grauet. cons. 161. nu. 16. Cephal. cons. 269. num. 11.* nec de persona ad personam, *Neuizan. cons. 31. num. 21. Tiraqu. Dec. Soc. & alij relati à Cephal. d. cons. 299. num. 12.*
37 & si substitutionem testator voluisset facere, id facile exprimere potuisset, & substitutionem expresse fecisset, *l. vnica. §. sin autem ad deficientes. C. de caduc. toll. Grat. cons. 124. num. 13. lib. 1. Bursat. cons. 354. num. 20. lib. 4.* quam cum non expressisset, præsumitur, quod eo casu noluerit substituere. *l. cum Prætor. ff. de iudic. cap. non ne de præsumpt. Grauet. cons. 161. num. 8. Rol. cons. 97. num. 14. lib. 4.* dixit non præsumi, quod lex, aut testator id voluerit, quod facile potuit exprimere, & non expressit, & quod ex eo, quod non substituit eius parentelam, colligatur ipsius voluntas, vt eo casu illæ non succedant, probat *Simon. de Pret. de interpretat. vltimar. volunt. lib. 2. solut. 3. num. 130. fol. 14. ex sententia Soc. in cons. 116. vers. præterea. lib. 3. Honded. cons. 48. num. 16. vol. 2.* cùm testator non præsumatur in velle, quod non est loquutus, & quod non expressit, *Bald. d. §. sin. autem. l. labeo. §. idem tubero. ff. de suppell. leg. Grat. cons. 124. num. 15. lib. 1. Bologn. cons. 15. nu. 14. lib. 1. Anguis. cons. 8. nu. 7. Cephal. 525. nu. 68. lib. 4. & cons. 638. num. 22. lib. 5. Honded. d. cons. num. 17.* Nec sufficit dicere ex verisimili mente
38 testantis, quod si fuisset interrogatus, quẽ vellet substituere, verisimiliter respondisset eius consanguineos. *glos. l. tale pactum. in fin. ff. de pact. cum alijs adductis à Gabr. conclus. 10. num. 6.* Respondetur, quod sub-
39 stitutio non trahitur, nec inducitur, vbi testator non expressisset, etiam si testator ita interrogatus fuisset, & ratio est, quoniam semper militaret hæc præsumptio in omni testatore, ob quod delerentur dispositiones legales, quod mater succedit filio; & fratres veterini, & cõsanguinei, cũ semper præsumeretur, quod testator interrogatus respõdisset, quod bona ad suos transirent, quod non est verum, ita in pun
&o *Rimin. iun. cons. 80. num. 16. & cons. 37. num. 18. Bal. in l. 1. C. de his qui ante apertas tab. Ruin. cons. 177. num. 11. lib. 2. Magon. decis. Luccen. 82. nu. 28. Bero. cons. 63. num. 36. & cons. 99. num. 13. lib. 2.* Et
40 quod hæc ratio in materia successionis non sit considerabilis, post alios dixit *addit. in lit. D. ad Magon. d. decis. 82.* Nam
41 in casu omisso per testatorem non adest tacita illius voluntas, *Bal. i. cons. 167. col. 2. vol. 5.* & quod non dixit, dixit quod noluit, *d. l. 1. §. si autem. C. de caduc. tollen. Socc. iun. cons. 2. num. 18. & cons. 187. num. 31. lib. 2. Decian. cons. 89. Beltran. cons. 273. lib. 2. Cephal. cons. 419. Alb. cons. 29. nu. 7.* Et quod tacita voluntas, quæ non transiuit in dispositionem, non consideratur, *Magon. d. decis. 82. nu. 24.* & ex proposito in mente retento nõ inducitur fideicommissum, *Rimin. cons. 8. num. 23. Rolan. cons. 97. num. 12. vol. 4. Magon. d. decis. 82. in fin.* Et quod testator non dixit velle, non præsumitur, & non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disposuerit, *Menoch. cons. 85. num. 87. Rol. d. cons. 97. num. 21. vol. 4.* Et in casu omisso non præsumitur tacita voluntas. *Bal. in cons. 167. col. 2. vol. 5.* Nam præsumptio est, quod neq; lex neq; testator aliquid voluerit, cum facile illud exprimere potuit, & non expressit, *Menoch. cons. 30. num. 6. Rol. d. cons. 97. num. 14. Honded. d. cons. 48. num. 17. vol. 2.*

Vnde

Vnde faciendo hæredem vniuersalem ipsam filiam ille Ioseph Saccano, qui habebat facultatem testandi, & eligendi substitutum, dicitur electionem fecisse de ipso substituto, ideſt, vt succedat ipsa vnica filia ex testamento, & vbi erat Domina reuocabilis ex illo primo pacto, exinde stante dicta institutione dicitur effecta Domina pleno iure, ita dixit *Iurisconſ. in l. vnum ex familia. §. ſi duos. ff. de legat. 2. vbi Imol. num. 54.* & ibi *Bart. in 3. notab.* dicit, quod
42 facultatem eligendi certè instituendo hæredem, dicitur illum eligere, dato, quod non fecerit ſpecialem mentionem de electione, nam eo ipso, quod instituit hæredem, dicitur elegisse, & disposuisse de illa facultate, quam habebat eligendi, *Boer. deciſ. 240. num. 32. verſ. & ideo in caſu.* vbi loquitur in pacto; quod succedat vnus ex masculis, quem ipse eliget si facit hæredem vniuersalem, tunc illum dicitur elegisse, *Menoch. conſ. 210. num. 24. cum multis. lib. 3. Seſſe deciſ. 48. nu. 8. & 9. lib. 1. vbi ſic fuiſſe deciſum refert Pariſ. conſ. 72. num. 57. & ſequ. lib. 3. Gabr. conſ. 143. lib. 1. num. 5. & 7. Curt. iun. conſ. 4. & idem in auth. res quæ. num. 20. C. comm. delegat. Marcabr. conſ. 81. Surd. conſ. 357. num. 22. lib. 3. & conſ. 572. nu. 67. lib. 4. & deciſ. 272. num. 37.* & sic eius filiæ Ioseph dum ita hæredem vniuersalem instituit absque substitutione titulum pinguiorem tradidit, & de donatione reuocabili irreuocabilem fecit, *Paul. de Caſtr. in l. cum pater. §. pater filiæ. ſub num. 2. ff. de leg. 2. Cancer. lib. 3. reſol. cap. 7. à nu. 310. vſque ad 323.* Non obstat, quod ex aduerso dicebatur fideicommissum induci coniecturis, quo-
43 niam si loquimur de inducendo fideicommisso, tunc requiruntur verba expressa, seu saltim multum probabiles, necessariæ, & concludentes coniecturæ, *Girat. conſ. 31. nu. 24. vol. 2. Menoch. conſ. 399. nu. 5.*
44 *vol. 4.* si agitur de iam inducto, & tunc de interpretando sufficiunt coniecturę simpliciter, *Alex. denuo conſ. 17. col. fin. poſt Alberic. Bald. Dec. Rub. Cephal. & alios A. Petr. de fideicom. quæſt. 9. num. 62.* Hic enim non agitur de interpretando fideicommisso facto, sed de inducendo de nouo, & non solum non sunt verba expressa, sed nec reliquiæ coniecturarum. Nec obstat dicere, quod licet in secundo testamẽto nihil dicatur de substitutione, tamen illud declaratur ex primo testamento reuocato ex auctoritate *Grau. conſ. 113. & Simon de Pret. conſ. 30.* quoniam hæc opinio non est vera, cum reuocato primo, sunt reuocata omnia contenta in primo, & à te
45 stamento reuocato non declaratur voluntas, vt post *Alex. Dec. Barbat. & alios dixit Gabr. d. conſ. 97. num. 27. & 28.* nam
46 aliud est, quod declaretur ex testamento nullo, & imperfecto, cum in actu nullo apparet, qualis fuit voluntas, sed defectu imperfectionis, & sollemnitatis non subsistit vt iuridica, aliud quod ex testamento reuocato, nam ex eo apparet mutatio, & reuocatio voluntatis, vt inquiunt *Dec. Barbat. & alij.* & clarissimè apparet veritas ipsa, nam Doctores, qui in contrarium allegantur duabus mouentur rationibus,
47 quarum prima est, quia ex actu inutili declaretur voluntas, *l. fin. ff. de reb. eor. Iaſ. conſ. 227. col. 2. vol. 2. & conſ 127. num. 5. vol. 4.* quæ voluntas præsumitur durare, *l. eum qui de probation.* Altera, quod etiam leges correctas allegare licet, sed prima
48 ratio falsa est, quia cum reuocatum sit testamentum, apparet clare de mutatione voluntatis, *d. l. ſi iure. ff. de legat. 3.* ideoq; coniecturæ locus esse nequit, *l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat.* Item regula prædicta non procedit, quando res in eodẽ statu nõ est, & aliquid superuenit, vnde conijci possit mutatio voluntatis, *l. ſi omnium. ff. mandati. l. cum Cornelius. in fin. ff. de ſolution. Dec. & Tiraqu. relati à Gabr. d. conſ. num. 29.* Sed res tempore istius testamẽti facti per Ioseph aliter se habebat, & causa superueneratsuadens mutationẽ voluntatis, nẽpe inimicitia cum fratre istius Actricis, qui ipse erat abstrictior tempore mortis Franciscæ Mariæ, ex quo ista Domina Actrix renunciauerit omnem successionem fratri suo. Apparet etiam, quod valde diligebat D. Dianam eius vxorem, cui pluries dicebat, quod tota eius hæreditas post mortem filiæ ad eam erit peruentura, vt per vnicum testem plenissime est probatum, & licet singularis sit, tamen semiplene probat, & sufficit ad inducendum psusquam præsumptionem, & coniecturam ad declarationem voluntatis ipsius Ioseph. Secunda ratio minus facit ad rem, quia leges correctas licet allegare in argumentum, non ad probandum præsentem voluntatem legislatoris, id enim esset allegare ad decisionem, quod non licet, vt ex auctoritate *Bart. & Dec. dixit idem Gabr. d. conſ. 29.*

Respõdetur præterea, quod idem *Grau.* ex aduerso allegatus in *conſ. 113. in fin.* dicit, quod ideo in casu suo testamentum secundum declaratur à primo, quia testator solum reuocauerat in casu suo præcedens

testa-

testamentum ob natiuitatem posthumi. Præterea dicit procedere respectu declarationis voluntatis, non respectu principalis dispositionis, quod ex primo inferatur ad dispositionem principalem, sed ad declarandum super disposito in secundo, & sic non ad inferendum substitutionem principaliter, si illam nō fecerit in secundo testamento prout hic; sed si fecit ad declarandum quomodo procedat, videlicet, si in isto testamento Ioseph substituisset post mortem filiæ eos, quibus de iure competit, ad videndum, si mater esset illa, cui competeret successio, recurretur ad primum actum, in quo dictum est, quod successio spectat ad eos, ad quos exclusa matre, & eius hæredibus spectaret, ita *Bald. in l. precibus. nu. 10. & 11. C. de impub. & alijs substit.* vbi quærit, pater ante testamentum dixit, quod nolebat matrem impuberi succedere, an per hoc in vulgari, quam postea facit includatur tacita pupillaris contra matrem, & dicit, quod sic; quærit exinde, quid si hoc fuit dictum ex interuallo post testamentum, concludit etiam quod sic, quia venit ad declarationem dispositi, & actus esto perfecti, recipiunt formam declaratoriam, non dispositoriam, allegat *tex. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam.* At hic clare apparet, Ioseph tantummodo filiam instituisse, de substitutione verò nihil, & per consequens militant leges, & authoritates allegatæ, quod substitutio facta in primo testamento, si non sit expressè repetita in secundo, dicitur reuocata, vnde cum nullam fecerit substitutionem, remanet successio iuxta iuris dispositionem, & sic D. Diana mater fuit, quæ verè successit filiæ defunctæ in infantili ætate.

Verum posito, quod non condidisset testamentum, sed obijsset Ioseph cum dispositione facta in capitulis matrimonialibus cum illo pacto, seu renunciatione, quod mater, & eius hæredes non succedant in bonis suis, an filius ex secundo matrimonio, & sic frater vterinus infantis, qui venit ex persona propria, admittatur ad successionem, & tenemus indubitanter quod sic. Præsuppono verisimum in facto, quod sponso ipso non testante fuit proiisum, quod bona omnia vadant ad illum, ad quem de iure competunt, per quæ verba apparet, contrahentes voluisse fieri successionem secundum ordinem iuris, sicut fieret si non adesset conuentio, & illud pactum, *glos. in l. Gaius. vbi Imol. ff. solut. matrim. Anchar. cons. 365. col. fin. Alex. cons. 139. lib. 2. Gabr. cons. 58. num. 16. lib. 1. Nasc. cons. 14. in fin.* vbi quod huiusmodi conuentio regulatur à iure cōmuni, *Surd. cons. 196. num. 10. lib. 2.* & ideo est considerandum, quod non vocat eius proximiores, sed illos, ad quos de iure potest spectare hæreditas post mortem filiorum suorum, eò non testante, quo casu est de iure clarum, quod si non se excluderet mater, ipsa succederet, sed quia se excluſit, succedit frater vterinus ipsi sorori mortuæ sine filiis, dispositione iuris communis, & præfertur omnibus alijs consanguineis, & de iure clarum est, quod frater vterinus succedit fratri, & præfertur patruo, & consobrino, vt abstrictior in gradu, *Auth. de consanguin. & vterin. Auth. de hæred. ab intest. defer. §. si igitur. Auth. cessante. & Auth. post fratres. C. de legit. hæred. & ibi Salic. num. 1. & 2. Soc. sen. cons. 9. num. 19. & sequ. lib. 3. Honded. cons. 8. nu. 2. & nu. 22. lib. 1. & cons. 15. nu. 29. & 30. lib. 3. Ioan. Andr. de Georg. alleg. 23. num. 1. 2. & 3.* & procedit tam in bonis peruentis à materna linea, quàm à paterna, impugnato *Bart. in l. quod scitis. C. de bonis quę liber. & alijs relatis à Fab. de Ann. in cons. 1. num. 2. 3. & 4. & cons. 119. lib. 2.* esto loquantur data disparitate gradus; nam communiter tenuerunt antiqui Doctores contra *Bart.* dispositionē *d. l. quod scitis.* procedere data paritate gradus, & data imparitate abstrictiorem succedere in totum, nulla habita distinctione vnde prouenerint bona, *Cin. Din. Alber. Bal. in l. defuncto. C. ad Tertull. Salic. in Auth. itaque. C. comm. de succes. Fulgos. cons. 122. Gabr. cons. 136. nu. 1. & per tot. qui dicit Bart. magis communiter reprobari. Misinger. cent. 6. obseru. 55. Bal. nouel. de dot. 12. part. post num. 14. col. 9. Grauet. cons. 176. Capr. cons. 149. Couar. in epitom. de succes. ab intest. nu. 3. vers. quarta assertio. Apont. cons. 19. nu. 65. cum multis. Thesaur. decis. 27. num. 9. Franc. decis. 59. in fin. Crass. de succes. ab intest. quæst. 22. num. 7. in fin. vbi etiam ait hanc esse communem. Gamm. decis. 9.* ratio est, vt refert *Gabr. d. cons. 136. num. 6.* quod sicut fratres vtrinque coniuncti prę feruntur cō sanguineo, & vterino, tam in paternis, quàm in maternis, ex quo abstrictior, *d. Auth. itaque. vbi glos. & DD. C. comm. de succes.* quia dupplicitas vinculi id facit, ita etiā prioritas gradus idē efficere debet, nā ratio prioritatis est longe potentior dupplicitati vinculi. *d. Auth. post fratres. §. si igitur. C. de legit. hęred. Cin. Alex. Corn. & alij relati à Gabr. d. cons. 136. nu. 6.* Item quod

esset contra omnia iura mundi, quod remotior eo, qui succedit in tota hæreditate
58 te præferatur in bonis maternis, siue paternis, ita *Gabr. vbi supra. vbi refert in terminis loquentes Aret. Gugl. Capr. Bal. Tiraqu. & alios.*

Non obstat *Fab. de Ann. in cons.* 1. *nu.*
59 2. & 3. quoniam in fine Consilij refert Doctores (quos post suum consiliũ vidit) omnes contra ipsum tenentes. Item in casu suo obtinuit, quia non contraxerant matrimonium ad vsum Romanum, & morem Magnatum, quoad restitutionem dotium, sed secundũ nouũ vsum Capuanæ, &
60 Nidi, vulgariter dicto (alla nuoua maniera) quæ consuetudo, vt dicit *Afflict. decis.* 237. excludit matrem à successione filiorum, quandocunque morientium ab intestato, & omnes à linea materna descendentes, vt idem *Fab. in cons.* 2. & *in cons.* 92. *num.* 5. & 13. vbi in specie facit mentionem de causa in primo consilio suo, qui etiam in his terminis loquitur *in cons.* 119. & *Vinc. de Franch. decis.* 492. & *decis.* 552.

Hoc præsuppositio non obstat pactum,
61 seu matris renunciatio, quoniam illa se ipsam exclusit, & eius hæredes, igitur filij qui non sunt eius hæredes, nec subingrediuntur in locum matris, sed veniunt iure proprio, non excluduntur, sed vt abstrictio
62 res admittuntur, quando nemo illos præcedit in gradu, *Bart. in l.* 1. §. *si sit nepos. ff. de collat. dot. & in l.* 2. *C. de liber. præter. vbi etiam Bal. Salic. Alex. Aret. Corn. Ias. & alij. Castr. l. pactum quod dotali. C. de collat. vbi Alex. num.* 7. *vers. aut non veniunt. Dec. cons.* 181. *num.* 6. & 7. *Surd. cons.* 133. *per totum, & præcisè num.* 25. & *cons.* 355. *num.* 44. & *cons.* 544. *num.* 3. *Franc. decis.* 32. *in fin. Tiraqu. tract. de primogen. quæst.* 40. *num.* 17. *Anchar. repetit. canonum statuta. fol.* 95. *de const. vbi dicit ita decidisse consil. Perus. Io. Vinc. Ann. allegat.* 34. *Minad. constit. in aliquibus. in* 3. *notab. num.* 11. *vbi dicit ita decisum. Gozad. cons.* 75. *magis cõmunem dicit Marant. disput.* 10. *num.* 42. & hæc opinio seruatur in praxi, vt dicit *Grauet. cons.* 84. *num.* 5. *Morot. cons.* 22. *num.* 3. & ita conciliando opiniones fœdere distinctionis, dixit referens alios *Molfes. in cõment. ad consuetud. Neapolit. tit. de renunciat. quæst.* 5. *per tot. vbi dicit ita magis cõmuniter à DD. distingui. & Franc. decis.* 117. vbi dicit esse de mente omnium Doctorum, filios admitti ad successionem non obstante matris renunciatione, quando veniunt ex propria persona, & nemo illos præcedit, & pluries decisum per Sacr. Consil. Neapolitanum, testatur *Pisanell. quem refert, & sequitur Molfes. nu.* 7. & 35. & in *num.* 12. inquit contrarium tenentes, loqui contra veram, & communem opinionem, & rerum iudicatarum, auctoritate roboratam, & contra iura, quę
63 expressè mandant, quod renunciatio vnius non nocet alteri ex propria persona venienti *l. iubemus C. ad Velleian.* ratio, qua mouentur clarissima est, quia hoc ius, proprium est, competens filijs iure proprio.
64 Idem in pacto, quod est stricti iuris, & restringitur ad casum prouisum tantum, *Neapodan. consuet. si quis emit. num.* 7. *Io. Vinc. de Ann. alleg.* 117. *nu.* 5. *vol.* 2. *Minad. alleg. à Georg. alleg.* 23. *nu.* 33. qui inquit, siue eadem, siue maior ratio vigeret in casu non prouiso. Idem in statuto, nam sta-
65 tutum quoties excludit matrem existente patruo, si extabit in medio soror, non dicitur exclusa, quia statutum de ea non loqui
66 tur, sed respectu ipsius erit casus omissus, qui remaneret in dispositione iuris cõmunis, *Bal. in l. illam. C. de collat. & cons.* 447. *vol.* 4. & *l. si quis. C. ad Tertull. Anchar. cap.* 1. *de constit. post Dec, Bart. Bal. & alios. Decian. in cons.* 13. *lib.* 3. *nu.* 16. 17. & 18. *Georg. d. alleg.* 23. *nu.* 31. *Franc. decis.* 167. *num.* 14. post multos sic decisum per Sacr. Cons. refert *Molfes. nu.* 26. ratio est, quia statutũ exclusiuũ, est stricti iuris, & nũquã fit extensio de persona ad personam, nec de casu ad casum, vnde casus omissus habetur pro omisso, *l. commodissimè. ff. de liber. & posthum.* Secundo quia fauor agnationis, qui consideratur ex aduerso, vt cõseruentur bona in familia, non excedit primũ gradum, & in familia, prout hic hodie cessat, *Molfes. num.* 24. & 30. & *per tot. concludit impugnato Fab. de Ann. d. cons.* 92. *in eisdem etiam terminis Canale. decis.* 13. *pleno nu.* 97. *part.* 3. vbi ex pluribus per eum ibi allegatis concludit in fatis fortiori casu, in matre exclusa per statutũ à successio
67 ne filij, tamen admitti fratrem vterinũ, licet ex ea exclusa descendentẽ, eũq; excludere omnes agnatos ex parte patris, remotiores in gradu, vt hic; sic etiam consuluit *Corn. in cons.* 21. *in princ.* vbi respondit omnibus contrarijs.

Non obstat *Fab. de Ann. in d. cons.* 92. quo
68 niam contra eum est magis cõmunis opinio, & vera, & roborata tot decisionibus, & ipse erat in casu, in quo erat cõtractum matrimoniũ ad vsum Nidi, & Capuanę, ſm quẽ excluditur mater, & oẽs eius descendentes à successione filij, & ideo obtinuit,

at hic

at hic est excluſa ipſa, & eius hæredes, vnde filij qui non ſunt hæredes non ſunt exclusi, ſed veniunt iure proprio, cum eorũ
69 ius non eſt dependens á iure matris, ſed vnuſquiſque per ſe cenſetur tamquam independens ab alio, ita *Raudenſ. in conſ. 34. num. 24. vol. 1.* tanto magis, quod dicuntur vocati, quia illi ſunt, qui de iure debent ſuccedere; at ſtante dicta renunciatione fratres vterini ſunt de iure ſucceſſuri, ergo ipſi vocati ſunt.

70 Nec obſtat, quod infecta primitiua, ſit infecta deriuatiua, *l. ſi viua matre. C. de bon. matern. Fab. de Ann. d. conſ. 92. num. 19 Menoch. conſ. 400. num. 55. vol. 4. allegatus ex aduerſo*, quoniam procedit, quan-
71 do excluditur per vitium naturale, videlicet ratione ſexus, lex non vocat fæminas ad feuda, & fideicommiſſa, tunc non vocat filios fæminæ, *§. quia etiam. tit. Epiſcopum. vel Abbatem in vſibus feudorum. Georg. allegat. 23. num. 48. & ſequ. Io. Vinc. de Ann. alleg. 34. num. 9. Molfes d. quæſt. 5. nu. 38. & 39. & ita etiã ſentit claris verbis Menoch. d. conſ. 400. num. 55. & 56. ex aduerſo allegatus, & idem Molfeſ. poſthæc ſcripta impreſſus in addit. ad d. quæſt. 5. tit. de renunt. nu. 7. fol. 173. vbi alios refert.*

Nec obſtat ſuperuiuentia matris, nam
72 ipſa abſtulit ſe de medio, ſtante pacto, faciens locum ſequentibus in gradu per ſucceſſorium edictum, & habetur, ac ſi non extaret, ita dixit *Iuriſconſult. in l. 2. §. fin. ff. ad Tertull.* cuius verba textus hæc ſunt, [Videndum eſt matre prohibita ius ſuum vendicare, vtrum cæteros admittamus, atque ſi mater non eſſet an ipſam hæredem dicimus fieri, vel aliud nomen ſucceſſionis inducere, ſed negauimus ei actiones, & inuenimus ſcriptum ab Imperatore noſtro Antonino Auguſto, & diuo Patre eius manu, maximè pridie idus Aprilis Plautiano iterum Conſule matre remota eos admitti, qui venirent, ſi mater non fuiſſet, ergo & Agnati, cæterique ſuccedunt, aut ſi nemo ſit bona vacabunt] clara ſunt verba text. dixit etiam *Iuriſconſult. in l. 1. §. quibus. ff. de ſucc. editt. vbi gloſ. Neapod. conſuet. ſi moriatur. in gloſ. ſucceſſores. num. 36. & conſuet. 1. de iur. congr. in gloſ. in verb. emit. nu. 12. Caſtr. conſ. 299. in princ. vol. 1. Salic. l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & Cleric. Mateſill. de ſucceſſ. ab inteſt. art. 3. num. 11. Corn. conſ. 134. vol. 4. Franch. deciſ. 167. num. 14. Georg. d. alleg. 23. num. 3. Rub. Alex. conſ. 22. Bart. l. ſi profundo. num. 4. C. de tranſact. Loffred. cap. Imperiale de prohib. feud. alienat. per feder. fol. 57. & 58. Molfeſ. d. quæſt. 5. num. 31.*

Nec pariter obſtat, quod Domini ex aduerſo arguunt à pacto ad ſtatutum, quod ſtatutũ excludens matrem, excludit etiam nepotem, ergo ita in caſu iſto ſtante pacto ex *Surd. in conſ. 85. num. 25. & conſ. 185. num. 6. Anna in d. conſ. 92. nu. 19. & 40.*
73 nam reſpondetur, quod magis communis eſt, quod filius, quando venit ex propria perſona, non excludatur, & ſecundum hanc opinionem Neapoli fuit deciſum, vt teſtatur *Molfeſ. d. quæſt. 5. nu. 21. 22. 26.*
74 *& 40.* Item ſtatutum mouetur propter agnationem conſeruandam, quod non eſt in caſu iſto, cum fuerunt vocati illi, ad quos ſpectat ſucceſsio, vbi conſiderant *Surd. vbi ſupra, num. 21. & Anna num. 40.* item ijdem *Surd. & Anna in num. 29. &*
75 *40. & nu. 47.* negant valere argumentum â ſtatuto ad pactum, quando diuerſa eſt ratio, *Bart. in l. liberorum. num. 4. & 16. ff. de verbor. ſignif.*

Nec obſtat conſideratio facta per Dominum Aduocatum vltimo loco all gantem, ꝙ cũ fuit excluſa mater, & eius hæ-
76 redes, illud verbum [hæredes] intelligatur de filijs, ex auctoritate *Apetr. de fideicommiſſ. quæſt. 9. num. 170.* ad hoc vt ſubſtitutio ſortiatur effectum.

Quoniam reſpondetur primò, nos eſſe in teſtamento, per quod iam fuerunt reuocata diſpoſita circa ſucceſsionem in capitulis matrimonialibus, vt latiſsime de iure fuit comprobatum, & eſt de iure indubitatum.

Secundò reſpondetur, quod ille Ioſeph. prouidit caſum ſucceſsionis matris, dum viuebat, deinde caſum ſucceſsionis eius hæredum poſt mortem matris, quia ver-
77 bum [hæres] non verificatur, niſi ſequuta morte, & hoc idem Dominus Aduocatus comprobabat, aſſerens, quodlibet verbum debere aliquid importare, *vulgat. l. ſi quando. ff. de legat. 3. & cap. ſi Papa. de teſtam. in 6.* igitur dicimus nos, quod caſus ſucceſsionis fratris vterini, dum viuebat mater, non fuit prouiſus à contrahentibus, & per conſequens remaniſit in diſpoſitione iuris communis, *vulgat. l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum.* & de iure ſucceſſio ſpectat ad fratrem vterinum, eſto mater ſit in medio ſtante renunciatione, vt ſupra fuit comprobatum, erit verum dicere, dictam conſiderationem nullius eſſe momenti in caſu, in quo verſamur item potius tolerandum eſt, quod verba
78 abundent, quam quod aliquid operando damnũ tertio inferãt, *Surd. d. conſ. 126. n. 73*

Tertiò respondetur, veram, & magis
79 communem opinionem esse in contrariũ appellatione hæredum non venire filiis, sed quoscunque hæredes, etiam extraneos. *Specul. in it. de locat. §. nunc aliqua. cons. 113. Castr. cons. 45. in fin. lib. 2. & cons. 189. viso instrumento. in princ. lib. 2. vbi Apostill. cit. Socc. cons. 157. vers. aliquando & quarto. lib. 2.* maximè, quia sumus in materia indifferenti, transitoria ad quoscunque hæredes, quo in casu hæredis appellatione veniunt omnes, etiam extranei, *Alex. cons. 120. Super eo. in princ. vers. sed præmissis. lib. 1.* vbi tollit omnia contraria, & iterum plenius *cons. 87. num. 9. &*
80 *sequ. vers. nec etiam obstat. lib. 6.* secus vbi non esset materia talis, vt in feudis, *Bart. in l. Gallus. §. etiam parentes. ff. de liber. & posthum. Curt. sen. cons. 45.* maximè quod
81 ista mentio est facta in contractibus, & nõ in vltimis voluntatibus, hanc differẽtiam latè comprobat *Casanat. pleno cons. 45. nu. 173. Cefal. cons. 303. num. 77. Gasp. Thesaur. quæst. 12. num. 27. lib. 2. Decian. cons. 45. lib. 1.* eo magis hic, nam illa verba respiciunt omnes hæredes matris venientes iure repræsentationis, qui casus adhuc nõ erat, quia mater viuebatt, & D. Franciscus placitus venit iure proprio, stante pacto matris de non succedendo, absurdum igitur est dicere intelligi de filio hærede,
82 cum in vita nemo potest habere hęredem, *Surd. cons. 355. sub num. 34.* Hic autem materia est indifferens transitoria ad quoscũque hæredes, & in contractu, quo in casu nulla est difficultas, de quibuscunque hæredibus intelligi, nec restringi ad filios, & descendentes, licet secus in feudis, & quã-
83 do est dictum de eorum corpore legitimè descendentibus, *Grauet. cons. 660. num. 9.*

Ex quibus omnibus concludimus fore decidendum in fauorem Clientum.

De mense Iulij 1620. Messanæ. Fuit per Regiam Curiam Straticotialem de mense Decembris eodem anno decisum in fauorem Clientum.

Inde per Magnam Regiam Curiam via reuisionis deuoluta causa fuit reuocata.

Et anno 1621. in Tribunali Regij Consistorij S. R. C. fuit decisum in fauorem Clientum, & partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Acta cum illegitimo Curatore facta sunt nulla.*
2 *Citatio generalis per proclama non sufficit, quando certa est persona, cui competit interesse, distingue, vt num. 5. & 6.*
3 *Simulatio, & collusio ex multitudine actuum arguitur.*
4 *Scientia in creditore distrahente bona non obligata, decretorum nullitatem operatur, ignorantia verò iniustitiam inducit, declarę num. 34.*
7 *Text. in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. vocat tam consanguineos, quàm extraneos.*
8 *Ignorantia semper præsumitur.*
9 *Consuetudo contra ius decem annorum spacio inducitur.*
10 *Consuetudo illa est admittenda, quæ aliàs in contradictorio Iudicio fuit obtenta, sed contra, num. 11.*
12 *In probanda consuetudine, quæ teneantur testes exprimere.*
13 *Capturæ plures, licet nulliter factæ, reuocari non debent, ne tot actuum nullitas permittatur.*
14 *Pro validitate reigestę potius pronũciandũ est.*
15 *Sciens aliquid tractari in eius præiudicim, & tacuit sibi imputet, & nullitatem prætendere non potest, num. 16.*
17 *Scientia per publica bannimenta probatur.*
18 *Affinitas spiritualis inter compatres contrahitur.*
19 *Compater non potest esse iudex in causa compatris, nec integer testis, num. 20.*
21 *A nullitate defectu citationis debet absolui, qui in meritis iustam fouet causam.*
22 *Tenuta quæ citationis defectu est nulla non debet reuocari, si in meritis est confirmanda. Idem de captura nulla eiusdem citationis defectu. num. 23.*
24 *Non sufficit dicere, non fui citatus, nisi releuans adducatur.*
25 *Curator non tenetur defendere lites iniustas, & superuacaneas.*
26 *Tutor. siue Curator iniustè litigantes, de proprio soluunt expensas.*
27 *Ad Dominum rei spectat se opponere de Dominio, & possessione, non autem ad Curatorem illius, qui non est Dominus.*
28 *Litigiosi vitium in alienatione voluntaria contrahitur non autẽ in alienatione necęssaria.*
29 *Creditor anterior non impedit executionem posterioris creditoris, licet salua remaneant iura suæ hypotecæ.*
30 *In concursu creditorum distractio suspenditur, donec decidatur prælationis articulus.*
31 *Creditor in possessionem immissus, præfertur Creditori non immisso.*
32 *Iura vigilantibus subueniunt.*
33 *Decreta sunt nulla, si fuerint interposita super bonis non obligatis.*
35 *Identitas rei duobus confinibus probatur.*

36 Scri-

36 *Scripturæ ab extra non probant, quando nullus parti fuit datus terminus, & parte citata præsentari debent. num* 37.

38 *Ius, quod habet, vendere quis videtur, non id, quod alienum est, distingue vt num.* 40. 41. *&* 42.

39 *Text. in l. tabernas. ff. de contrahend. empt. procedit, data scientia emptoris.*

43 *In dubijs semper est facienda interpretatio pro validitate actus.*

44 *Res cum vitio retempta possideri non potest.*

45 *Factum Iudicis, est factum partis.*

ARGVMENTVM

Citatio generalis per proclama, an & quãdo sufficiat, & quid quando persona citanda est certa, ad quam spectat interesse. Decreta an dicantur nulla, si in eis fuerint distracta bona non obligata. Multa de nullitate ex defectu citationis & quid quando in meritis veniret confirmanda sententia. Curator, siue Tutor an teneantur defendere lites iniustas, vel potius illis cedere. Anterior creditor an impediat posterioris executionem. Scripturæ ab extra an & quomodo fidem faciant.

CONSILIVM LIV.

IESVS MARIA.

TRia deducuntur capita nullitatis tentatæ per Dominicum Zerbone aduersus decreta interposita ad instantiam D. Annę Rijtano Clientis. Primum est defectus citationis, quandoquidem fuit citatus Matthæus Citrino, 1 vt prætenditur illegitimus Curator, nam debebat dari consanguineus ipsius decocti, & non ipse de Citrino persona extranea, ideoque omnia acta facta sunt nulla. *ex Bald. cons. 173. l. b. 2. Auall. in cons. 18. nu. 18. l. b. 1. Angel. in cons. 193. Mortuo debitore. in fin. vers. secundò requiritur Alexan. in cons. 107. num. 3. & num. 7. vers. & per prædicta. lib. 5.* vbi asserunt, quod si sunt 2 certi consanguinei, debent nominatim citari, & non sufficit citatio generalis per proclama, iuxta terminos *l. si eo tempore. C. de remiss. pignor.*

Secundum caput est, quia dictus de Citrino Curator cessit liti infra terminum quindenæ, non se opponendo. Item, quia ipsemet comparuit, acceptando dictam curatiam, & infra eumdem terminum cõtentum in dicto Banno, eo nondum elapso 3 fuit facta cõfirmatio dicti Curatoris, vnde ex dicta cessione, & multitudine tot actuũ videtur colluſiuo modo fuisse processum inter eos allegando Consiliũ Fabritij Barresi.

Tertium caput est, quia bona distracta erant litigiosa, cùm ante interpositionem secundi decreti fuerit causata executio ad instantiam dicti de Zerbone, & interpositum primum decretũ, sciente dicta D. Anna. Addunt etiam ex scripturis in momẽto vnius horæ præsentatis in peremptione instantiæ, quod locus distractus erat com- 4 munis cum alio fratre, & sic fuit distractus locus, non obligatus, ex quo inferunt, aut sciente D. Anna, & decreta erant nulla; aut ea ignorante, & erunt iniusta, ex doctrina *Soc. sen. cons. 158. vol. 2. num. 21. quem refert, & sequitur Milan. decis. 9. num. 78. 79. & 80. lib. 2.*

Quibus non obstantibus, dico fore decidendum in fauorem Clientis. Et quoad 5 primum, nullitatis caput, facilis erit, cum distinctione tamen resolutio: quod aut sumus in Curatore dando hæreditati iacenti & tunc si certi sunt consanguinei, non sufficit citatio per proclama, iuxta terminos *d. l. si eo tempore.* sed necesse est, quod citentur nominatim, aliàs datio est nulla, & in eo casu loquuntur *Angel. & Alex. in dictis consilijs, quos refert, & sequitur Tusc. in lit. C. conclus. 256. num. 36. & 38.* nam agitur principaliter de eorum interesse cum ad eos prima causa successionis spe- 6 ctet. Si autem sumus in debitore decocto, & fugitiuo, prout in casu isto, & tunc quia non agitur de prejudicio consanguineorum principaliter, sed in consequentiam sufficit citatio generalis per proclama, iuxta terminos *d. l. si eo tempore, ita Socc. in cons. 282. num. 4. lib. 2. & Tusch. d. conclus. num. 39. & 42.* principale enim interesse est debitoris, cõsanguineorum verò, & sic successorum est in cõsequentiam, cum igitur non erat necessaria citatio specialis, nec minus & datio astrictioris consanguinei, satisfactum enim fuit dispositioni legis per publicum proclama, poterant enim consanguinei comparere, & dictam curatiam acceptare, quod cum non fecissent, quilibet potuit comparere, 7 cum Curia ipsa ex dispositione *d. l. si eo tempore.* vocauit omnes, tam consanguineos, quàm extraneos, & cum cõparuisset ille de Citrino, Curia ipsa expediuit ce-

dulam confirmationis, & dixit, q̃ omnia acta facta cum eo, erunt valida ac si facta fuissent cum principali debitore, quod verò nunc agatur de nullitate, eo, quia non fuit datus consanguineus, esset delusa Cliens sub verbo Curiæ, postquam lex permittit per proclama huiusmodi Curatoris dationem, & vocat omnes. Item Cliens ignorabat sui debitoris consanguineos, cùm ignorantia semper præsumatur, 8 ex l. *vnius. ff. de probat.* Insuper est fundatum ita obseruari in Curia Straticotiali, quod quilibet comparens, etiam extraneus admittitur ad curatiam, & confirmatur à Curia, & ita semper practicatum, & obseruatum fuit hactenus, & acta gesta cum huiusmodi Curatore decoctis dato, fuere valida reputata: hæc enim consuetudo non est contra iuris dispositionem, vt supra fuit comprobatum, & nihilominus 9 si contra ius esset, spatio decem annorum potuisse induci dubitandum non est, *Guid. Pap. cons.* 131. *num.* 5. *&* 6. *& cons.* 164. *num.* 6. *Nacc. cons.* 98. *nu.* 6. *Bertaz. cons.* 11. *num.* 48. *Menoch. cons.* 840. *num.* 25. & si tenemus opinionem, quod debet probari spatio quatraginta annorum, vt dixerunt *Alex cons.* 68. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2. *Peregr. cons.* 102. *num.* 13. *Morot. cons.* 90. *num.* 12. *& Mastrill. decis.* 121. *num.* 29. *&* 30. vbi inquit requiri scientiam Principis, *Peregr. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 14. 16. 27. *&* 29. *Costa de fact. scient. inspect.* 67. *num.* 9 *Caualc. decis.* 4. *num.* 53. *vol.* 5. *Carol. Bardell. cons.* 96. *num.* 35. *qui in num.* 34. *ex auctoritate Brocolt. de feud. tit. de regal. num.* 15. *Fichar. ad Villalob. vers. regalia. num.* 14. *Vult. de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 21. asserit, in tempore immemorabili non requiri scientiam Principis. Item hic est probatum de tempore immemorabili, & vltra de scientia in Principe cum illa præsumitur, quando sciunt eius Officiales, *Sesse decis.* 113. *nu.* 107. *& Ego alios adduxi in cons.* 1. *num.* 62.

Nec obstat, quod ex aduerso dicebatur 10 consuetudinem debere probari obtentam in contradictorio iudicio, *ex Alex. in cons.* 132. *vol.* 1. *& cons.* 183. *vol.* 6. Nam non 11 est vera dicta opinio, & contrarium tenet *Abb. in cap. final. de consuetud. num.* 16. & magis communem ex auctoritate multorum refert *Bertaz. num.* 52. Nec in pro- 12 banda consuetudine opus est, quod testes exprimant causas, & personas, in quibus fuit obseruata, *Guid. Pap. cons.* 164. *nu.* 2. *& idem Bertaz. num.* 47. vltra, quod hæc est immemorabilis, eo magis standum est huic consuetudini in fauorem clientis per ea, quæ tradit ad propositum, *Castrens. in l. iuste. in princ. ff. de vsucap.* vbi loquitur, 13 quando plures capturæ sunt factæ nulliter quod non annullentur, & reuocentur tot gesta, licet contra formam iuris, & 14 quod potius est pronunciandum ad fauorem rei gestæ, capturam esse validam, sequitur *Marsil. in sing.* 182. *Creditor. Bertaz. cons.* 22. *num.* 17. *&* 18. vbi asserit, ne fierent tot lites, & mouerentur tot negotia sopita, standum esse sententiæ in practica seruatæ.

Præterea nullitas competeret consanguineo habenti principale interesse, prout est filius, & frater, qui non fuit datus Curator hæreditati iacenti, quia succes- 15 sio ad eos spectabat, & nihil ominus, si sciuerunt causam agitari cum alio Curatore extraneo, sibi intulerunt præiudiciũ, si nihil dixerunt eo tempore, *Alex. in d. cons.* 107. *nu.* 4. nunc verò, si iste, vt tertius vult dicere de hac nullitate, non potest; quia eo tempore sciuit causam agitari cũ 16 dicto Curatore, & nihil dixit, quo in casu intulit sibi præiudicium, iuxta doctrinam 17 *Alex. d. cons.* 107. Scientia enim est probata tribus testibus; item & per Bannimẽta publica, vt latissime *Surd. in cons.* 405. *num.* 11. *&* 12. *& Mascard. conclus.* 1238. *num.* 4. *lib.* 3. nam cum per proclama vocasset omnes, vt compareant ad acceptandum curatiam, dicuntur omnes certiorati, etiam creditores. Additur etiam, quod iste de Citrino cum dicto de Scacco, cuius 18 fuit Curator erat Compater, & per consequens inter eos erat affinitas spiritualis, quæ est maior carnali, *glos. in cap. qui dormierit.* 27. *quæst.* 2. *Hier. de Laur. decis. auen.* 33. *num.* 10. *Bald. l.* 1. *C. qui accus. Graß. de except. cap.* 24. *num.* 53. qui in *num.* 52. 19 dicit, quod non potest esse Iudex in causa Compatris, ex *Innoc. Abb. & Dec. in cap. cum speciali. de appellat.* & quod non sit in- 20 teger testis, voluit *Farin. de testib. quæst.* 54. *num.* 200. *cum sequ.*

Hæc enim sufficiunt ad ostendendum, dationem fuisse validam, & per consequẽs legitimè fuisse factam citationem; attamen, si demus citationem aliquo respectu 21 fuisse nullam, & sic, quod aliquis fumus esset, quod tamen dici non potest in casu isto, nihilominus, quia in meritis Domina Cliens iustam fouet causam, cum eius creditum verum, & certum sit, debet absolui à dicta nullitate. *Angel. in l. si finita. in princ. ff. de damn. infect. Ludou. decis. Perus.* 40. *num.* 4. vbi dicunt pluries practi-

casse-

22 cassa, quod quando petitur tenutam reuocari propter aliquam nullitatem, non est reuocanda quando in meritis veniret confirmanda, adeo, vt si non esset data, denuo concedi deberet, & in specie, quando incitatione fuit defectus, tenet *Paul. de Castr. cons. 39. In causa capturæ in antiquis. quod est. cons. 472. num. 12. lib. 1. in nouis.* vbi
23 inquit, quod quando captura fuerit nulla ex defectu citationis, si tamen constat de debito, non debet reuocari, sed confirmari, & concordantes adducit, *Dec. cons. 449. num. 17. cum sequ. & est communis opinio, vt latè Bursat. in cons. 74. nu. 166. & 167. vbi refert etiam Vant. & Grauet.* cum in
24 eff. &u non sufficit dicere, non fui citatus, nisi aliquid releuans adducatur, *Alex. l. non solum. §. morte. ff. de oper. nou. nunciat. num. 47. Surd. qui ad multa infert in cons. 227. num. 17.*

Remouetur pariter secundum nullitatis caput ex eo, quod licet Tutor, & Curator teneatur defendere, & vtilia agere,
25 tamen quando lites sunt iniustæ, calumniosæ, & superuacaneæ, nō tenetur defendere, nec litigare, ita *Montan. de iur. tutel. & cu*
26 *rat. reg. 9. num. 93.* nam iniustè litigans Tutor, & Curator, tenetur soluere expensas de suo, ita dixit *Iurisconsult. in l. non est ignot. C. de administrat. Tutor. Canalc. de tutor. & Curator. num. 49. Tusc. concl. 438. lit. T. num. 37.* quod autem lis cum D. Anna Cliente erat iniusta, calumniosa, & superuacanea, & iustissimè cessit liti Curator, apparet manifestè, cum constet de eius credito per scripturam publicam habentem executionem promptam, & paratam, & cum fuisset litigatum per istum de Zerbone cum Cliente per menses quatuor decim super prætensa nullitate, nihil fuit probatum aduersus creditum dictæ Donnæ Annæ, igitur iustissimè, & iuridicè cessit liti. Nec aliquid operatur, si confirmatio Curatoris fuit facta adhuc durante termino, quia hæc sunt apices iuris, nam si adhuc durante termino consanguinei velint comparere, vtique poterunt, & iam nemo comparuit, nec per talem confirmationē est clausa porta, eo magis, quod nihil poterat adduci pro defensione causæ. Et inquit *Vinc. de Franc.* quod vellet videre decisiones factas super consilijs non autem ipsa Consilia. Nec momenti est dicere, quod poterat se opponere, locum esse alterius fratris; quia hoc ad Curatorem
27 non spectabat, sed frater qui prætendebat se Dominum, debebat se opponere, vel se protestari ante capturam de Dominio, & possessione, iuxta *notat. per Bart. & alios in l. a Diuo Pio §. si super rebus. ff. de re iudic.*

Et tandem facili responsione tertium, & vltimum nullitatis caput submouetur,
28 quandoquidem vitium litigiosi contrahitur in alienatione voluntaria, secus in necessaria, & sic in ea, quæ fit per decretum *Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. limitat. 8. nu. 9. vers. aut alienatio est facta iudicialiter.* At hic est facta per decretum, ergo & in alienatione ex causa necessaria, quod non contrahatur vitium litigiosi, dixerunt *glos. in l. 2. in vers. actore. C. de litig. Afflict. in constit. eorum fraudibus. nu. 28. vers. tertius decimus casus est. Apont. cons. 55. num. 40. Intrigl. decis. 56. num. 61.* Insuper inter
29 duos concreditores non est dare vitium litigiosi, nam esto anterior se opposuisset non ex eo impedisset executionē posterioris Creditoris, sed reijcerentur eius oppotiones saluo iure hypotecæ ipsius tertij, *Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. nu. 8. ff. de re iudic. & ibi Ias. num. 17. & Alex. num. 24. Bal. super pragm. lib. 5. quæst. 2. num. 5. alios refert Giurb. in decis. 61. nu. 2.* Id enim, quod in similibus fieri consuevit
30 illud est, quod in concursu concreditorum ad alterius instantiam etiam causatur executio super eadem re, & interponitur primum decretum, & mittitur ad effectum, quod præferatur, et fit mandatum, quod supersedeatur in distractione, donec articulus prælationis decidatur, ex *Bald. in l. cum rempublicam. C. qui potior in pignor. habea. Bal. d. quæst. 2. nu. 7. & Giurb. d. decis. num. 19.* quæ cum non curauerit pars contraria, sibi imputet, quia prius non egit, aut se non immitti curauit; nam mis-
31 sus alijs creditoribus non missis præfer-
32 tur, Iura enim vigilantibus scripta sunt, *l. pupillus. §. final. ff. quæ in fraudem Creditor. cum similibus, & idem Giurb. in d. decis. num. 3. vbi latissimè.* Aliquando enim in hoc articulo prelationis fuit factus dissensus in modo procedendi per viam effectus asserendo quod vult probare creditorem esse solutum, vel non creditorem in tota summa, & tunc solet decidi, quod procedatur, dato termino extraordinario arbitrio Curiæ, ita *Eruditiss. Octau. Corset. quæst. for. 9. lib. 2. num. 1. fol. 159.* & pluries terminaui, & vidi etiam decisum. Licet, quando apparet cauillosè dissensus, non fuit concessus terminus.

Nec pariter obstat, quod locus distractus sit in communi, & pro indiuiso cum altero fratre, qui non est debitor Clientis, vnde decretum fuit interpositum super bo-

nis

33 nis non obligatis, & consequenter est nullum in totum, ex quo est indiuiduum, *Afflict. decis. 218. & ibi addic. vltima, & Vrsill. Franch. decis. 86. nu. 6. & decis. 147. num. 4. Io. Andr. de Georg. alleg. 36. nu. 11. Caualc. de vsufruct. mulier. relict. num. 208. Viu. comm. opin. opin. 175. Bertaz. de clauſ. clauſ. 10. gloſ. 2. num. 9. Milan. deciſ. 15. lib. 1. num. 39. & deciſ. 9. lib. 2. num. 77. Auenion deciſ. 27. nu. 3. Thoro. in compend. deciſ. Neapol. in verb. decretum latum. fol. 152.* Item dicitur etiam ex aduerſo quod per nos non poteſt dici, quod ſit iniuſtum, quia ignorabat rem eſſe communem, nam illud procedit, quando res eſt obligata, &
34 non citatus fuit verus Dominus, vt *Socc. ſen. in conſ. 158. vol. 2. num. 21. & alij allegati à Milan. dict. deciſ. 9. lib. 2. num. 78. & 79.* At hic res non eſt oligata: nam reſpondetur primò, quod non conſtat, quod locus diſtractus ſit ille, qui eſt in communi cum altero fratre, cum iden-
35 titas rei duobus confinibus probetur, ex *l. formam. ff. de cenſib. Bart. in l. demonſtratio falſa. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 108. lib. 7. Corn. conſ. 61. nu. 19. lib. 3. Dec. conſ. 36. & conſ. 101. nu. 28. Caſtr. conſ. 298. num. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 175. num. 15. lib. 5. & pleniſsimè ad materiam Farinat. part. 2. fragment. crimin. in verb. identitas. num. 52.* & cum fuerit litigatum per quatuordecim menſes continuos, vtiq; pars ſi verum fuiſſet, hoc probaſſet; per actus enim publicos, quos præſentauit in iudicio, non probatur identitas, cum nulli confines nominentur, & illi ſunt miſſi vt ſcripturæ ab extra, & nullus fuit datus terminus aduerſus illos Clienti, vnde
36 non probāt, & certè ſi hoc apud Tribunalia audiatur, eſt res & noua, & magni momenti, nam quilibet litigaret per totum tempus inſtantiæ, & in fine per ſcripturas ab extra preſentaret fundamentum intentionis ſuæ, quod vigore illarum deberet obtinere, eſſet & deludere conuentos, & quod perirent indefenſi, quod omnia iura abhorrent. Quod autem debebant præ-
37 ſentari parte citata, & dato termino, dixit *Caſtill. deciſ. 57. num. 10. & 11. & deciſ. 71. num. 11. ex pragmat. præciſe Excellentiſsimi Comitis Aluæ olim Proregis, & Ego alios adduxi in conſ. 5. num. 63. verſ. Reſpondetur enim.* Et hoc ſufficit pro totali excluſione, nam ſi terminus fuiſſet datus, fuiſſet probatum oppoſitum.

Reſpondetur ſecundò, quod Cliens, vt ex aduerſo prætenditur, ſciebat locum eſſe communem, & per conſequens, licet diſtraxerit totum locum confinatum, tamen dicitur diſtraxiſſe portionem ſui debitoris, *tex. eſt in l. qui tabernas. ff. de con-*
38 *trahend. empt.* vbi vendere quis videtur ius, quod habet, non autem id, quod alienum eſt, ad idem eſt *tex. in l. cum venderes. ff. eodem titulo.* & diſpoſitio dictæ *l. qui ta-*
39 *bernas.* procedit data ſcientia emptoris, ita *Bald. in rubr. C. de contrahen. empt.* di-
40 cens, quod aut alienatio fit titulo lucratiuo, vt donationis, vel legati, & tunc ſolum ius, quod quis habet, alienatum videtur,
41 aut verò fit titulo oneroſo, & tunc diſtinguitur, an emptor ſit certificatus vel non, & primo caſu venit ſolum ius, quod habet venditor, in ſecundo verò caſu venit totū id, quod eſt intra confines, & dicit idem *Bald. in l. in teſtamento. in princ. C. ad l. Falcid.* quod quis non præſumitur contrahe-
42 re de re aliena, ſed de ſuo iure tantum, ſi tamen emptor ſciebat, vel ſcire debebat, *Surd. conſ. 13. num. 29.* vbi latiſsimè referens iura, & authoritates, hanc dicit eſſe communem opinionem, & poſt multos *Coſt. de fact. ſcient. cent. 1. diſtinct. 68. nu. 1. & 2.* Si igitur ſciebat, (prout ego idem affirmo concurrendo cum parte contraria, & in effectu ſcientia eſt clara, nam concreditor eo tempore exercuit executionem contra fratrem, & in cedula primi decreti poſuit locum communem, fecit ſubſtitutiones, & bannimenta, ex quibus probatur ſcientia, vt ſupra eſt fundatum *nu.* 17.) diſtractio eſt de re communi pro parte tangente debitori ipſius Clientis, & *Surd.* alijque Doctores loquūtur, quando ſunt deſignati confines, & eo magis credendum eſt, quod D. Anna voluit portionem ſui debitoris tantum diſtrahere, quia non præſumendum eſt, voluiſſe facere ſua decreta nulla, & per conſequens teneri ad reſtitutionem bonorum
43 diſtractorum, cum ſemper ſit capienda illa præſumptio, quæ facit acta valere, *l. quoties. de reb. dub. cum concordantibus.* nec præſumatur voluiſſe bona cū vitio, & ma-
44 la fide, cum poſſideri non poſsit res cum vitio retempta, *cap. fin. de ord. cognit.*

Nec obſtat, quod fuit capta poſſeſſio de toto loco, quia poſſeſsio regulatur iuxta formam decreti, nam Actuarius non poterat dare poſſeſsionem de eo, quod erat vltra decretum, ſed poſſeſsionē, quam tradidit, illam dedit pro executione ſententiæ ſecundi decreti, vnde dum ſententia intelligitur de parte, ita & poſſeſsio, quæ eſt actus conſecutiuus ad ſententiam.

Nec obſtat, quod replicabatur diſpoſi-

tionem

tionem *l. qui tabernas.* procedere, quando est facta venditio, non autem quando est facta distractio, nam facilis est responsio, cum prima sit facta à parte, altera à Iudice, & factum Iudicis, & partis à pari procedit. *l. si ob causam. ff. de euiction. cum alijs.*

Si igitur est verum, prout est verissimũ, Clientem distraxisse portionem debitoris sui, non sumus in casu difficultatum ex aduerso propositarum.

Hæc sufficiunt pro iustitia causæ.

Mesłanæ, die 15. Octob. 1624.

Die 28. Nouembr. 1624. fuit decisum in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore potior est in iure.*
2 *Creditore extraneo, & socio concurrentibus contra socium, præfertur socius pro suo capitale.*
3 *Creditor partim ex causa anteriori, & partim, ex causa posteriori, in eo, in quo est posterior succumbere debet.*
4 *Socius nomine proprio contrahens, solus ipse obligatur, & non cæteri socij. ampl. nu. 5.*
6 *Societatis forma inspicienda est, & quam contrahendi authoritatem habeat socius.*
7 *Socius licet non habeat in mandatis, tamen si constet debitum conuersum in societatis beneficium, societatẽ obligat, intellige vsq; ad summam sortis positæ in societate, num. 8.*
9 *Debitum fuisse conuersum in beneficium societatis, probari debet, distingue, num. 10.*
11 *Executiuè agi potest contra socium pro capitale nondum reddita ratione, si facta intimatione ad exhibendum computa, illa non exhibuit.*
12 *In societate lucrum præsumitur, & capitale semper saluum.*
13 *Solutio in duriorem causam cedit, & in debitum, quod peti potest, non autem in eo, quod peti non potest. num. 16.*
14 *Causa debiti capitalis durior est, quàm lucri.*
15 *Capitale demortuum non potest peti.*
16 *Manus iniectio competit Domino in propria re, per cap. Regni 192.*
17 *Pactum ad discursum non potest concedi in præiudicium alterius creditoris, qui medio tempore contraxit, & num. 18.*
19 *Debitor obligatus soluere certam quantitatem in mercibus, potest (si vult) soluere in pecunia, & potest compellere creditorem, num. 20.*
12 *Creditor non cogitur recipere solutionem partim in re, & partim in pecunia.*
22 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.*

ARGVMENTVM.

Socius si contrahat nomine proprio, an alios socios obliget, & quid si societatis nomine contrahat, cum non habeat in mandatis, & quid si constet eum ad vtilitatem societatis contraxisse, & an hæc vtilitas probari debeat. An contra socium, nondum facta dispuntione computorum executiuè possit agi pro capitale, & quid si præcesserit intimatio ad exhibendum computa, quæ tamen non fuerunt exhibita. Debitor ex pluribus causis, in quam soluisse dicatur. Obligatus soluere certam quantitatem in rebus, an possit soluere in pecunia, & Creditorem compellere ad recipiendum.

CONSILIVM LV.

IESVS MARIA.

IN hoc articulo prælationis iustitia est pro Cliẽte, quandoquidem per Calendaria temporum apparet prior in tempore, eo quod obligatio Franciſci Cuscuna in personam Luciani Timpanella Clientis est facta in anno 1619. & illa in personam Marij Rijtano est facta in anno 1623. & sic, quod sit prior in tempore, & per consequens potior in iure. 1 *cap. qui prior. de reg. iur. in 6. l. qui Balneum. & l. potior. ff. qui potest. in pign. hab. cum alijs adductis per Surd. decis. 255. num. 1. & sequ. Mastrill. decis. 10. num. 1.* & in puncto, quando extraneus creditor, prout hic, agit contra 2 socium sibi obligatum, & alter socius prætendat socium sibi obligatum pro suo capitale, quod præferatur socius, dixit *Castr. cons. 345. lib. 2. quem refert, & sequitur Felic. de Societ. cap. 31. num. 24.*

Duo proponuntur ex aduerso; primò, quod ille de Cuscuna detinebat Apotecam Speciariæ, & debitum, quod cum Mario Rijtano contraxit, fuit pro seruitio ipsius Apotecæ, & per consequens sit præferendus saltim in summa capitalis, & fructuum, quæ sunt in societate.

Secundò, quod contractus societatis factus anno 1619. est illiquidus, & calculus, & liquidatio exinde facta est de mense Decembris 1623. post obligationem factam Mario Rijtano, in quo calculo non solum discutiuntur partitæ societatis, sed per libros apodixas, & alias causas, quę nec hy-

potecam,

potecam, & per consequens nec anterioritatem habent, vnde redditur obligatio Clientis, partim ex causa anteriori, partim verò ex causa posteriori. Igitur videtur ineptè agere in hoc articulo prælationis, cum pro eo, in quo est posterior, 3 debet succumbere, *l. qui à debitore, & l. eum qui a debitore. & l. quærebatur. ff. qui pot. in pign. habeant. Milan. decis. 9. nu. 62. lib. 2. Vinc. de Franc. decis. 272. in fin. Mastrill. decis. 37. num. 8.* nec apparet in qua summa sit anterior, vnde totum creditum circa anterioritatem redditur illiquidum, *l. seruus quem. §. boue surepto. ff. de condict. furt. Milan. decis. 1. num. 28. lib. 2.*

Quę tamẽ nullius sunt considerationis, quãdoquidẽ nõ obstat primũ, etenim obligatio illius de Cuscuna in personã dicti de Rijcano, fuit facta nomine proprio, vt ex ipso contractu est videre, ex quo infertur, 4 & quãdo vnus ex socijs solus cõtrahit pro proprio nomine, ipse solus obligatur, & cæteri socii non obligantur, *l. si socij simus. & l. iure societatis, & ibi Bald. ff. pro Soc. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. par. 9. num. 1. Alex. cons. 139. num. 1. lib. 5. Dec. cons. 98. num. 2. lib. 1. & in l. si socius. num. 3. ff. si cert. petat. Paris. cons. 94. num. 22. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 331. num. 5. lib. 3. Cephal. cons. 635. num. 3. lib. 5. Thesaur. decis. 136. Carocc. decis. 118. nu. 11. Costa in tract. de iur. & fact. ignorant. cent. 1. distinct. 52. Rot. Gen. decis. 14. Milan. decis. 12. num. 19. lib. 1. & conferunt quæ notat Valenz. cons. 2. nu. 23.* Item esto 5 se obligasset nomine societatis, tamen nec minus obligaret socium, cum nõ habebat hoc in mandatis, & inspici debet ante omnia authoritas, & potestas, quam habet socius in obligando, & negotiando vltra capitale assignatum à consocio, cum 6 societatis forma inspicienda sit, vt per *Bald. in cons. 118. lib. 5. quem refert, & sequitur Petr. de Vbald. in tract. de societ. part. 9. sub num. 5.* dicens, quod quando societas respicit certam causam, ad hoc, vt extraneus possit agere contra alios socios, quorum nomine etiam contractus fuit initus, non sufficit si probat societatem, sed etiam debet probare formam ipsius societatis, cuius causa contractus initus fuit, & esse inspiciendũ, quam contrahendi authoritatem habeat socius, & quod sibi imputare debeat, si eam non inspiciat extraneus secum contrahens, tradit *Castr. in l. 1. §. non autem. ff. de exercit. act. & in l. 1. §. conditio. ff. de instit. & in cons. 335.* visis, & ponderatis omnibus Antiqu. in quis est *cons. 104. lib. 1. Dec. in. l. si socius. num. 4. ff. si cert. pet. & in l. cum alio. & ibi etiam Cagnol. ff. de regul. iur. Paris. cons. 94. nu. 25. lib. 1. Strac. in tract. de mercatur. tit. de contract. mercat. sub nu. 13. Rot. Gen. d. decis. 14. num. 87. & decis. 172. num. 7.* At hic fuit contracta societas cum capitali assignato per Clientem vnc. 400. in quo debuisset negotiare. Item & abstulit potestatem vendendi ad creditum, nisi pro certa summa, & licet dicatur hoc debitum fuisse 7 factum, & conuersum, in beneficium societatis, quo in casu institor, & præpositus negotiationi obligat consocũ, tamen 8 intelligitur, & procedit vsque ad summam sortis positæ in societate, & sic socius nõ tenetur vltra eo pus societatis, videlicet vnusquisque tenetur pro quantitate, quam habet in societate, & non in alijs bonis, *Anchar. cons 332. col. 1. & fin. vers. postremo præsuppositio. quem refert, & sequitur. Dec. in l. si socius. num. 4. ff. si cert. pet. & in l. qui cum alio. ff. de reg. iur. multos refert Octau. decis. Pedam. 150. nu. 8. Rot. Gen. d. decis. 14. nu. 111. Felic. de societ. cap. 30. nu. 32. & 33.* & quod hoc sufficit parti aduersæ præferri in dicto capitale societatis. Respondetur etenim, quod ex contractu non apparet pro seruitio societatis con- 9 tractum debitum, vnde probari debet, cõuersum fuisse in vtilitatẽ societatis, quod non constat, ita dixit referẽdo *Petr. de Vbald. Fulgos. Cuman. Paris. Grauet. Rimin. Menoch. Nact. & alios. Felic. d. cap. 30 nu. 11. 12. & 13.* vbi quoad socium vt agat 10 contra consocium, est necesse, & probet versum in vtilitatem, quo verò ad creditorem, si socius habebat potestatem obligandi non tenetur probare, secus, si potestatem non habebat, & licet prædictum debitum contractum cum dicto de Rijcano sit pro droghis, tamen dicit etiam & pro mercantijs diuersorum generum, & qualitatum; vnde ex ipso contractu non apparent omnia ex causa societatis, sed in partim, & potest esse in minimo, & sic sumus in illiquido circa debitum priuilegiatum, & per consequens non habet anterioritatem: imò apparet clarissimè, & manibus tangitur, quod merces captæ non fuerunt conuersæ in beneficium societatis, cum ipsi cõmuni debitori vix sufficit substantia pro solutione medietatis debiti, ad quod tenetur ipsi Clienti.

Non obstat secundum, nam facto computo Cliens remansit creditor in scutis duobus mille, tam pro capitale, quod erat scutorum mille, quam pro lucris ex ipso

capitale

capitale, quàm etiam pro debitis ex causa cambij, apodixarum, & aliorum, vnde, cum fuit discussum computum, & inclusa lucra in hoc debito, consequens est, vt fateamur saluum esse capitale in summa scutorum mille, tum ex eo, quod claris verbis asserunt in contractu calculi ipsi contrahentes, cum etiam ex dispositione
11 iuris communis, cum de iure (vt possit agi pro capitale societatis) sufficit, quod præcedat iniunctio ad exhibendum computa, quibus non præsentatis, ad odium socij, tanquam vsurpatoris bonorum, exequitur contractus pro capitale, vt liquidus, & executiuè compellitur ad eorum restitutionem, quæ ad illum peruenisse constiterit, *Bald. cons. 493. num. 3. lib. 4. Turret. cons. 3. num. 5. vol. 3. Felic. de societ. cap. 31. num. 69. & 73. Cenal. quæst. 297. num. 3. Roland. cons. 31. vol. 2. Cartar. decis. 74. num. 25. vers. contrarium tamen. Escobar. de ratiocin. cap. 21. num. 25. Caualc. de Tut. num. 214. Mathes. sing. 50. Molinat. de retent. nu. 323. & Giurb. nouiter impressus in decis. 15.* qui ad saturitatem hinc inde recenset opiniones, & tandem in hanc venit sententiam in *nu. 10.* eo maxi-
12 mè, cum lucrosam semper præsumat lex societatem, illiusque capitale semper saluum, nisi damnum probetur, & amissio, *Felic. d. cap. 31. num. 66. Turret. d. cons. 3. num. 20. Tusc. tom. 7. lit. S. conclus. 310. num. 1. Tepat. lib. 2. var. tit. de societ. col. 12. vers. in dubio. Magon. decis. Lucens. 1. num 36. Alex. cons. 170. nu. 3. vol. 2. Bald. cons. 385. in fin. & d. cons. 493. num 3. vol. 4. Tusch. vbi supra conclus. 303. num. 11. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 5. nu. 7. & 8. Ruin. cons. 140. col. penult. vol. 1. Costa de scient. & ignorant. cent. 2. distinct. 8. num. 22.* At cum hodie agatur in iudicio prælationis pro summa vnc. 300. & sic infra capitale, corruit opinio contraria.

Non obstat, dum ex aduerso dicitur, ℣ fuerunt factæ multæ solutiones Clienti,
13 quæ debent cedere in causam duriorem, & grauiorem, ex *text. l. 1. 2. & 3. de solut. Laderch. cons. 140. num. 5. & in cons. 162. Menoch. de arbitr. cas. 493. Surd. decis. 117. Io. Vinc. de Ann. alleg. 54. Surd. cons. 290. num. 61. Bim. cons. 50. nu. 115. vol. 1. Magon. decis. Florent. 39. nu. 7. & decis. Lucen. 35. sub num. 13. latissimè Menoch. de præsumpt. 136. lib. 3. Berou. cons. 196. nu. 24. vol. 1. Viu. decis. 379. num. 9. Gabr. cons. 48. vol. 2. Valenz. cons. 21. num. 59. Felic. de societ. cap. 15. num. 29. Muta. decis. 11. nu. 1. & decis. 93. nu. 5. cum alijs,* & quod
14 antiquius, & graue debitum dicatur illud societatis, quoad capitale, quam lucrum, & per consequens dictæ solutiones cedant ad extinctionem dicti crediti, & in specie de solutione facta per socium loquitur *Paris. cons. 122. num. 6. & sequ. vol. 4. quem refert, & sequitur Decian. cons. 60. vol. 2. num. 19. vers. Deuenio ad secundum articulum. cum num. sequ. vsque ad nu. 25.*

15 Respondetur enim, quod creditum societatis erat demortuum, & non poterat peti. *Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 5. quæst. 35. num. 38. Corn. cons. 54.*
16 *col. fin. vol. 1.* & solutio cadit in debitum, quod peti poterat, & non in eo, quod non poterat peti, *Bart. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solut.*

Nec obstat *Decian. d. cons. 60. num. 20. ex author. d. Petri de Vbald. & Corn. in dictis locis.* quod etiam lucra nec possunt peti, ergo non potest assignari ratio, cur magis de lucro, quàm de capitale extraxerit, nam in facto apparet, quod de lucro tenebatur soluere certam summam quolibet anno, & reliquum inter eos diuidendum erat, vnde semper de fructibus loquuti sunt cõtrahentes. Item (& hoc tollit omne scrupulum) considerandum est id, de quo in eo calculo fit mentio, quod scilicet remanet debitor, tam pro sorte, & capitale societatis, quàm pro lucris, & fructibus ex ipso capitale, quam pro alijs causis in summa scutorum 2000. si igitur fit mentio, quod remanet debitor, pro lucris, ergo saluum est capitale. Cum igitur hodie prælatio petatur pro summa vnc. 300. & sic infra summam capitalis, res est clarissima, eo magis, quod agitur super bonis ipsius societatis, super quibus ipse Cliens sibi reseruauit manus iniectionem iuxta *text. vit. Regn. in cap. 192. vbi Cum. Muta, & cæteri scrib.*

Non obstat, quod Cliens non possit vti
17 pacto ad discursum, ex quo vigore prioris contractus societatis, ex pacto sibi debebat capere pro dicto capitale, & lucris tot merces, per consequens exinde non poterat illud reducere in debito pecuniario, & cum pacto ad discursum, ex *Mastrill. decis. 26.* Quoniam respondetur, *Mastrill.* loqui, quando in primo actu non adest pactum ad discursum; at hic in primo contractu adest pactum ad discursum in casu contrauentionis; aduento enim tempore, & facto computo debitor potuit liberè se obligare illi creditori pro eo, quod debebat in mercibus, soluere in pecunia data dilatione.

19 dilatione: nam hæc obligatio de soluendo scutos mille in mercibus, est ad voluntatem debitoris, vel si velit soluere in pecunia, *Bart. & alij in l. si quis stipulatus fuerit. ff. de solut. Corn. cons. 132. & cons. 215. lib. 4. quem refert. Gramm. cons. 187. num. 4.* prout in simili respondit *Ruin. cons. 65. num. 1. vol. 2.* qui non poterat compelli
20 addandum id, quod erat in eius facultate, bene tamen poterat compelli creditor ad recipiendum, *Bald. cons. 194. lib. 5.*

21 Itẽ creditor non tenetur recipere solutionem partim in re, & partim in pecunia, *l. 2. §. 1. ff. si cert. petat.* & credendum est, quod tunc non habebat tot merces, quæ ascendebant ad summam capitalis, prout hodie non habet, igitur non tenetur Cliens partim sibi soluere de mercibus, partim verò de alijs, quia aliud pro alio inuito creditore solui minimè potest, *d. l. 2. vbi Ias. & alij Doctores.*

Cætera suppleat Tribunal, cui omnia submitto.

De mense Nouembris fuit decisum in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio non oritur ex contractu redditionis computorum, etiam si aliqua partita esset liquida, nisi prius reddita ratione.*

2 *Tutor ante redditam rationem non potest granari ad restituendum bona mobilia in inuentario descripta.*

3 *Socius potest conueniri pro capitale nondum calculatis computis, quia liquidum, & certum est capitale. reprobatur num. 4. declara, num. 5. & 6.*

7 *Offerens rationem reddere, viam executiuam excludit, & num. 16.*

8 *Plura specialia circa idem concurrere, lex non præsumit.*

9 *Diuisio iurium incorporalium fit ipso iure.*

10 *Debitor non tenetur ire ad domum creditoris ad soluendum, sed creditor debet docere debitorem de die præfixa, & debet inueniri promptus in loco ad recipiendum, vt constituat debitorem in mora.*

11 *Oblatio generalis per debitorem facta, sufficit si eam creditor non impugnat.*

12 *Creditoris silentium, aduersus ea, quæ contra eum gerit debitor, sibi præiudicat.*

13 *Socius, in dissolutione societatis tenetur cauere consocium de soluendo ære alieno.*

14 *Mora non habet locum in reo, quando actor pariter est in mora.*

15 *Debitor potest debitum sibi retinere, propter non adimplementum creditoris.*

17 *Ex subsequẽtibus cognoscitur qualis fuerit animus in præcedentibus.*

18 *In casu adimplementi non facti, succedit obligatio ad interesse data mora.*

19 *Interesse non competit creditori pro debito inliquido.*

20 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*

21 *Contractus societatis, est contractus bonæ fidei.*

22 *In cõtractibus bonæ fidei mora purgari potest, non obstantibus die, pœna, & iuramento. assignatur ratio, num. 23.*

24 *Moræ purgatio super æquitate fundatur.*

25 *Bona fides non patitur, quod quis cum aliena iactura locupletetur.*

26 *Societate finita, si adsunt effectus, & nomina debitorum, inter socios diuidenda sunt.*

27 *Tempus quatuor mensium dicitur modicum tempus, vt possit mora purgari, nonnulli autem bimestre tempus appellant modicum. num. 28. sed hoc est arbitrarium Iudici, num. 29.*

30 *Excusatio quælibet probabilis moram excludit.*

31 *In dubijs pronunciandum est moram esse licitam.*

ARGVMENTVM

An socius possit contra socium causare executionem pro capitale nondum calculatis computis; & quid si socius offerat computorum rationem, & alter socius oblationem non impugnat. Debitor an cogatur ire ad domum creditoris ad soluendum. Societate finita, an socius cogatur cauere consocium de soluendo ære alieno. Multa de moræ purgatione discutiuntur.

CONSILIVM LVI.

IESVS MARIA.

FVit causata executio ad instantiam Io. Thomasij Conforto contra Carolum Visalli in vnciis 2100. & vltra, quæ fundatur in duobus contractibus, altero sub die 15 Nouembris 1610. altero verò sub die 21. mensis Decembris, coadita quadam cedula sub die 18. Augusti 1611. In primo autem contractu continetur, quod dismittitur, & resoluitur societas olim inita inter dictos Carolum, & Ioannem Thomasium, & penes Carolum remanent omnes effectus, tam in nominibus debitorum, quàm

in

in pannis, & alijs mercibus, quæ omnia Carolus promittit vendere, & exigere pro sui posse, & satisfacere communibus creditoribus societatis, & hoc per totum decimum septimum diem mensis Augusti, quo elapso reddere reale cõputum ipsi de Conforto, & assignare eius partem, videlicet, si non remanent debita exigenda, assignare eius portionem tam in pannis, & alijs mercibus, quàm in pecunijs, si extant; quo elapso, & etiam post triduum elapsi termini, & Carolo prædicta non adimplente, liceat ipsi de Conforto eius partem capere ad cambia ad damna dicti Caroli. In quo contractu est aduertendũ, quod panna assignantur Carolo, limitato prætio vendenda. In secundo verò contractu per illos tres Calculatores electos ab ipsis partibus, fit bilancium, seu vniuersale computum, & constat de liquido remanere in effectibus pro Cõforto vnc. 3256. taren. 25. gran. 4. de qua tamen summa debent detrahi effectus, & pecuniæ receptæ per dictum de Conforto, quę apparent per duos contractus importare summam vnc. 1245. taren. 3. gran. 11. quibus subtractis, remanet creditum dicti de Conforto in nominibus debitorum exigendis, pãnis, & alijs vendendis in vnc. 2011. tar. 22.

Et tandem per cedulam missam die 18. Augusti, petitur redditio computi, & assignatio portionis, aliàs sit licitum capare ad cambia iuxta formam contractus, cui cedulæ fuit sequenti die, qui fuit 19. dicti mensis Augusti, responsum per Carolum, q̃ de nominibus debitorum assignatis in confuso, remanebant exigendæ vnc. 6000. & vltra, de quibus assignat eius medietatem, de pannis verò remanebant nõ, nulla in vendita ad summam vnc. 464. taren. 28. de quibus assignat eius portionẽ, quæ importat vnc. 232. taren. 14. & quod de pecunijs penes eum peruentis soluerat communibus creditoribus, quos distinctè nominauit. His sic habitis, & missa alia cedula per Carolum, in qua nominatim descripsit debita exigenda, fuit causata executio per dictum de Conforto, quæ ex ipso facto sic enarrato, prout est, nullum habet fundamentum, & ideo indubitanter dico oppositiones Caroli debere stare.

Primò enim sumus in contractu reddi-
1 tionis computi, de quo nulla nascitur exe quutio, neque fit condemnatio, nisi prius calculata ratione, hinc inde, etiam si aliqua partita esset liquida, *l. de illo. ff. pro soc. Bart. in l. cum fundus. §. 1. col. 3. ad fin. ff. si cert. petat. Castr. cons. 71. ad fin. lib. 1. Anchar. cons. 235. Alex. cons. 192. lib. 7. Grauet. cons. 231. sub num. 16. Alb. cons. 351. num. 8.* vbi respondit, quod in similibus negotijs non potest dici quempiam esse debitorem, nisi factis calculis, & ratione reddita. *Fan. de pignor. in 1. membr. quint. par. princip. num. 37. Caualc. tract. de tutor. num. 214. Felic. de societ. cap. 31. num. 69. Cancer. in 3. resolut. cap. 7. de pact. num. 328. Auend. de exequend. mand. reg. part. 2. cap. 10. num. 31. Cephal. cons. 768. num. 9. & 37. & cons. sequ. num. 11. Cartar. decis. 74. num. 21. Escob. de ratiocin. cap. 21. num. 12. Tusch. lit. E. conclus. 408. num. 9. Sances de diuis. bonor. cap. 9. num. 20. Gratian. discept. 183. num. 21. Franch. decis. 292. num. 3. Milan. decis. 1. num. 29. decis. 3. num. 35. & 37. lib. 2. & decis. 10. num 67. lib. 1. Graff. de except. cap. 36. nu. 1. Intrigl. decis. 13. nn. 14. & decis. 10. nu. 12. Rit. cap. 119. vbi Muta. num. 1. & 6. & Rit. 101. num. 50. Caball. cons. 82. nu. 2. & 4.* Et in proprijs terminis concludit *Valenz. cons. 86. num. 41.* viam executiuam locum non habere ante calculatas rationes, & deducto ex eis finali computo,
2 Et in Tutore, quod non possit grauari ad restituendũ mobilia descripta in Inuẽtario animaduertit *Felic. d. cap. n. 31. 69. Cancer. d. cap. 7. nu. 330. & cap. 15. tit. de renunc. nu. 317. & lib. 1. cap. 7. de Tut. nu. 81. & sequ. Fachin. lib. 8. controuers. cap. 58. & hanc verissimam testatur Caualc. vbi supra.*

Non obstat *Soccin. cons. 24. lib. 1. quod est repetitum in cons. 265. vol. 2. Benintend. decis. 90. in fine, & Bald. cons. 493. lib. 4. num. 3. & alij allegati ex aduerso,* dum di-
3 cunt, quod pro capitale, quia est liquidũ, & certum potest causari executio, cum societas præsumatur lucrosa, & non damnosa, *Turret. cons. 3. num. 20. vol. 3. Bero. cons. 191. num. 48. vol. 1. Felic. de societ. d. cap. 31. num. 66. Magon. decis. Luccen. 1.*
4 *nu. 39.* quoniã falsam dicit eorum opinionem, *Ceual. commun. contra cõmun. quæst. 297. nu. 3. ex traditis per Auend. in cc. pp. 2. p. c. 29. nu. 4. & 5. & Parlador. rer. quot. cap. fin. 1. part. §. 12. num. 5.* Et si rectè legatur *Bald.* dicit expressis verbis, quod
5 dato termino socio, & nihil edocto, tunc potest causari executio, quia præsumitur capitale non amissum, & ita clarissime dicit *Caualc. vbi supra Rot. cons. 31. vol. 2. Cart. d. decis. 74. num. 25. & alios, quos nouissime refert Giurb. decis. 15. nu. 10. cum alijs per me relatis in cons. præced. num. 11. & cons. 30. nu. 2. & cons. 59. nu. 18.* & quod non
6 exhibitis libris possit causari executio

pro capitale dixit etiã *Escobar. d. cap. n.* 25. Nunc verò applicando ad illos terminos casum nostrũ, respondemus, quod licet sit facta iniunctio Carolo, vt reddat cõputa, tamen, ex quo præsentauit cõputa respon-
7 dendo, excluſit viam executiuam, qui enim se promptum exhibet, & offert rationem reddere, viam executiuam excludit, ex *Barz. de decim. tut. cap.* 2. *nu.* 168. *Guttier. de tut. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 53. Item constat ex antedictis, capitale nequaquam in pecunia consistere, sed in nominibus debitorum exigendis. Nec esset præsumendũ, exactionem fuisse factam, merces venditas, & de debitoribus neminem mutasse
8 conditionem, quia esset concurrere plura specialia circa idem, quod de iure non permittitur, *l.* 1. *C. de dot. promiss.* Præterea hic Carolus respondit, & ostendit veritatem, & realitatem facti. Nam de nominibus debitorum in consuso assignatis, dixit remansisse vnc. 6000. exigendas: de pannis verò vnc. 400. & vltra; ideoque ex aduerso citati Doctores non faciunt ad causam, vltra quod contra eos sunt multa iura, & authoritates supra adductæ, quæ responsio facta per Carolum fuit iuridica, nam quo ad debita, sufficit nominasse distinctim debitores, non enim aliter assi-
9 gnantur, cũ sint incorporalia, quæ lex habet ipso iure pro diuisis, *l. ea quæ. ff. famil. erciscund. & ibi Doct. l.* 2. *§. fin. qui text. loquitur in socijs & l.* 3. *&* 4. *& ibi glos ff. eod. Ann. Alleg.* 4. *num.* 2.

Sic etiam dicendum, & de pannis, quia non tenebatur Cliens illa apportare ad domum de Conforto, & talis declaratio, & assignatio fuit sufficientissima ad excusan
10 dum ipsum Carolum, de quacunque negligentia, & mora, ex quo erat necesse, quod ipse de Conforto doceret de die præfixa, & quod probaret, eadem die fuisse in loco promptus ad recipiendũ, *Bart. in l. cũ filius. §. fin. ff. de verbor. oblig. Alex. cons.* 33. *lib.* 6. *& cons.* 206. *col. fin. lib.* 7. *Corn. cons.* 79. *ad fin. lib.* 3. *idem Alex. cons.* 120. *lib.* 5. *in fin.* & in his terminis loquitur *Ruin. cons.* 32. *nu.* 5. *vol.* 5. *Tusch. lit. M. concluſ.* 375. *num.* 36. quod si docuisset, habuisset vtique eius panna. ac etiam specialem designationem nominum debitorum, & quęcunque alia sibi competentia, licet ipse omnia semper sciuit.

11 Præterea illa generalis assignatio, & nominatio nominum debitorum exigendorum, fuit sufficiens, ex quo fuit habilitata silentio ipsius de Conforto, nam ipse tenebatur replicare, & contradicere, & petere, quod in specie assignentur, vnde cùm
12 non replicasset, sibi intulit præiudicium, *Bald. cons.* 318. *lib.* 1. *quem refert, & sequitur Tusch. in verbi oblatio num.* 3. *concluſ.* 21. dum enim Carolus sic generaliter assignauit, non contrauenit ipsi contractui, sed processit ad implendo contractum.

Rursus Carolus non assignauit specialiter, nec tenebatur, quia dictus de Conforto erat obligatus eum seruare indemnem à creditoribus communibus non so-
13 lutis; nam in dissolutione societatis socius tenetur cauere consocium de soluendo ære alieno, quando non est maturatum, *l. omne. & l. sequ. ff. pro Soc. Surd. decis.* 279. *num.* 2. qui allegat iura, & authoritates, quod iam ipse Carolus petijt dum assignauit bilanciũ: vnde dum ipse de Cõforto nõ seruauit indemnem consocium, & sic non impleuit pro parte sua, Carolus non tenebatur assignare, ex regula, quod non adim-
14 plenti, non est adimplendum, quia mora non habet locum in reo, quando ipse actor pariter est in mora, & creditoris mora extinguit effectum resultantem ex mora rei, *Rom. cons.* 204. *num.* 9. *& sequ. Alex. cons.* 49. *num.* 4. *vers. quarto quia dato. & cons.* 222. *nu.* 18. *lib.* 2. *sic respondit Grauet. cons.* 151. *num.* 10. *& alios, quos allegat Tusc. lit. M. d. concluſ.* 375. *nu.* 33. *&* 62. *& concluſ. sequ. num.* 10. 11. 12. *&* 49. Immo etiam, si fuisset debitor in pecunia,
15 prout non est, poterat ipsam pecuniam retinere, *text. in l. si necessarias. §. si pignori. ff. de pignorat. act. Roman. cons.* 244.

Præterea iam per vltimam cedulam ante executionem causatam, seu in die ipsius executionis causatæ ostendit minutatim, & distinctè nomina debitorum, quæ remanebant exigenda; vnde cum simus in contractu moræ purgabilis, vt inferius ostendetur, non est dubitandum, quod per Carolum fuisset legitimè adimpletum, eo for-
16 tius, cum offerendo rationem administrator excludat viam executiuam, *Guttier. de tutel. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 53. *vt supra est dictum.*

Verum posito, quod Carolus non respõdisset aduersus cedulam ipsam, adhuc dico, quod executio non poterat causari; nam si rectè tenorem contractus inspiciamus, non fuit aliud promissum, nisi quod non facta assignatione caperet ad cambia toties, &c. & iam per cedulam per eum missam nihil aliud minatur, nisi capturam cambiorum iuxta formam contractus; est
17 enim clarum, quod ex subsequentibus, & ex his quæ postea fiunt per contrahentes,

decla-

declaratur qualis fuerit eorum intentio in præcedenti contractu, latissimè *Surd. in cons.* 140. *num.* 40. & licet replicabatur, quod in fine cõtractus dicatur, quod generaliter potest causari executio, tñ replicatur, quod referendo singula singulis illud procedit, si penes Carolum omnes effectus & nomina debitorum peruenissent in pecunia, quando verò remansissent (prout in hoc casu fuit) debita exigenda, & effectus inuenditi, tunc ob non factam assignationem infra triduum, ita est pactitatum, quod caperet ad cambia, & interesse Caroli: nam si in primo cambio Carolus assignat nomina debitorum, & panna, & effectus inuenditi, vtique soluto illo interesse liberatur, *Corn. cons.* 37. *in fin. lib.* 2. cum in casu adimplementi non facti, succedat obligatio ad interesse data mora, *Doct. l. si quis maior. C. de transact. Gabr. cons.* 5. *nu.* 36. *lib.* 1. *Honded. cons.* 36. *nu.* 31. *vol.* 2. vltra, quod in hoc casu erat necesse ostendere liquidum eius creditum, quanti importabat, ex quo pro inliquido non competit interesse, & sic ad cambia non poterat capere, cum nunquam fit mora, etiam, quod sit dies, & pœna facta litis cõtestatio, & interpellatio. *Bal. in l. acceptã in sexta oppositione. C. de vsur. Alex. cons.* 49. *nu.* 3. *vol.* 2. *Anchar. cons.* 236. *col.* 2. *Grauet. cons.* 89. *num.* 5. *Bursat. cons.* 139. *num.* 65. *lib.* 2. *Valenz. d. cons.* 86. *num.* 38. *& sequ.* vbi non facta liquidatione non potest tractari de mora, quia moram non contrahit, qui nescit, quid soluere debeat, *Castill. decis.* 148. *num.* 17. *Tusch. concluſ.* 376. *nu.* 51. *lit. M.* vbi in *nu.* 55. ampliat, etiam si pars debiti esset liquida, & pars non.

Et licet ex bilancio facto per tres calculatores appareant debita, & effectus liquidi, erat tamen necesse, quod de debitoribus nemo mutauerit conditionem, quia dicta debita non cedebant periculo Caroli, sed cõmuni periculo, contractus enim ipsi, ex conuentione cõtrahentium legem accipiunt, *l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. *§. si conueniat. ff. depositi.* Præterea posito, quod contractus expresse diceret, quod non facta assignatione infra triduum, debita remaneant exigenda pro Carolo, & similiter effectus, quæ Carolus teneatur soluere ipsi de Conforto in pecunia, adhuc dico, quod semper quod Carolus assignat nomina debitorũ, & panna inuendita, dum non est imbursata summa dicto Conforto, tenetur accipere, sumus enim in contractu bonæ fidei, prout est contractus societatis, *§. actionum. Inſtit. de action. & ibi Ias.* in quibus contractibus, licet sit apposita dies, pœna, & iuramentum, potest mora purgari, *l. Lucius. ff. de act. empt. & vend. Bald. in l. cum alleg. num.* 12. *C. de vsur. Barz. decis.* 50. *nu.* 55. vbi multos refert, & respondet contrarijs, & *num.* 55. *allegando Bald. vbi supra in sexta oppositione* inquit, quod in contractibus bonæ fidei non ita de facili mora committitur, & commissa potest purgari, & ratio est, quia exuberat æquitas, & super æquitate fundatur purgatio moræ, *Tusch. concluſ.* 377. *lit. M. num.* 83. & licet contrarium tenentes se fundant, quod magis debeat obseruari fides in contractu bonæ fidei, quàm stricti iuris, tamen dictum fundamentum retorqueretur, quia bona fides non patitur, quod quis aliena iactura locupletetur, *l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb.* sed si ob lapsum temporis Carolus teneretur soluere debita non exacta de proprio, ipse de Conforto locupletaretur cum iactura, & maximo damno ipsius Caroli, & hic est credendum, quod postquam non fuerunt exacta, sunt difficilis exactionis. Item possent multi debitores mutare conditionem, & foro cedere; vnde non est iustum tantúmodo cedere in damnum ipsius Caroli, cum finita societate, si remanent effectus & nomina debitorum illa sunt diuidenda inter socios, prout latissimè *Alex. cons.* 77. *& cons.* 131. *lib.* 2. Præterea ipse Carolus infra paucos dies distinxit omnia exigenda, nam fuit infra decem dies, & in die causatæ executionis, & modicum dicitur tempus secundum aliquos quatuor mensium, & secundum aliquos bimestre, vt possit mora purgari, *Bald. cons.* 157. *lib.* 2. *Rip. l. si insulam. ff. de verbor. oblig.* vel etiam mensis, vt tenuit *Ruin. cons.* 74. *num.* 4. *vol.* 5. quæ tamen opiniones sunt arbitrio iudicis, *Bart. d. l. si insulam. num.* 3. *& latè Ripa num.* 35. *Paris. cons.* 108. *num.* 44. *vol.* 1. *Cephal. cons.* 25. *num.* 9. *Ruin. cons.* 198. *num.* 9. *lib.* 1. *& d. cons.* 74. *num.* 4. *lib.* 5. *Thesaur. decis.* 77. *num.* 3. *Tusch. concluſ.* 377. *lit. M. nu.* 3. Rursus ex probabili causa excusationis omnis mora excluditur, *l. quod te. ff. si cert. pet. Ias. cons.* 34. *num.* 5. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 381. *num.* 46. *lib.* 4. *Honded. cons.* 4. *num.* 69. *& cons.* 36. *num.* 23. *vol.* 2. *vbi multos refert, Card. Tusch. concluſ.* 376. *lit. M. num.* 53. Et quæ maior probabilis causa in non dicendo minutatim, quam agere cum socio, qui habebat copiam debitorum, & sciebat exacta, & non exacta, & tandem non est dubium, quod quandores

31 do res dubia esset, prout est clara, est pronunciandum purgationem moræ esse licitam, Imol. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbor. oblig. Cephal. cons. 25. in fin. Pedamon. decis. 71. Tusch. d. conclus. 377. num. 96.

Vnde cum clarissimè appareat, Actori non competijsse actionem ad causandam executionem, est necessario concludendum, oppositiones Clientis, vt releuantissimas debere subsistere. Addito etiam, quod pacta in pœnam ex statuto Messanæ non subsistunt. Reliqua supplebunt Spect. Domini Iudicantes.

Anno 1612. fuit decisum per Regiam Curiam Straticotialem in fauorem Clientis, quod oppositiones stent.

SVMMARIVM.

1 Societas introducta ex statuto Messanæ inter virum, & vxorem, ob natiuitatem filiorum per mortem vnius, scilicet viri, vel vxoris, statim resoluitur.

2 Maritus, mortua vxore, potest libere cum tertia sua transire ad secunda vota, & è contra vxor, mortuo viro.

3 Societas non potest resolui voluntate vnius ex socijs, sed amborum.

4 Mutuo consensu, quæ inter partes contrahuntur, contrario dissensu dissoluuntur.

5 Pater, stante statuto Vrbis Messanæ cap. 49. remanet vsufructuarius bonorum communium, quæ remanserunt post mortem vxoris.

6 Statutum Messanæ vocat communia bona remansa post mortem vxoris, vnde acquisita per patrem, exinde non dicuntur communia.

7 Statutum Messanæ mandans, quod natis filijs sit inducta societas, & bona sint communia, est exorbitans, & ideo strictè intelligendum, vt minus lædant ius commune, & interpretationem accipiat à iure communi, num. 11.

8 Pater de iure quicquid acquirit suum est, & dempta pro filijs legitima, potest reliquum etiam in mare proijcere.

9 Vxor si aliquid ex sui industria acquirit, sibi, & non viro acquirit.

10 Filiusfamilias quicquid acquirit pecunia patris, ipsi patri acquirit pleno iure, in alijs verò casibus, quoad vsumfructum.

11 Societas, dispositione iuris communis, inter plures contracta, morte vnius resoluitur, quoad omnes.

13 Societas ex statuto Messanæ resoluta per mortem matris, non dicitur continuata inter patrem, & filium, si filius erat minor, quod in nihilo inseruiebat, & eius portio competens vix sufficiebat pro alimentis.

14 Societas coniugalis dissoluta per mortem vxoris, non continuatur inter patrem, & filios superstites, quia in bonis filiorum pater habet vsumfructum propter administrationem; licet secus, quando fuerit dissoluta ob mortem viri.

15 Pater habet vsumfructum in bonis filiorum stante administratione.

16 Vita non sustentatur de vento, sed cum fructibus.

17 Commodum de societate non potest sentire, qui non sentit damnum conferendo industriam, vel pecuniam.

18 Societatis natura est, vel quod ambo industriâ cum pecunia conferant, vel saltim, quod vnus pecuniam, & alter industriam.

19 In societate qui ponit operam, dicitur ponere circa pretium operæ.

20 So as non dicitur neque contracta, neque continuata inter fratres, qui remanserunt in eadem domo, & apoteca, & indiuisum tenuerunt patrimonium, nisi lucra adinuicem communicauerint.

21 Societas non est contracta inter fratres simul habitantes, si vnus non potest incumbere negotijs, ex quo sit minor, vel sit in studijs.

22 Societas non transit ad hæredes, ratio, nu. 23.

24 Societas omnium bonorum vt contrahatur, requiritur expressa conuentio.

25 Infans non habet velle, nec nolle, & ideo cum eo non potest dici contracta societas.

26 Societas contrahitur consensu.

27 Societatem non potest contrahere pupillus, neque tacitè, neque expressè.

28 In societate ponitur res, aut opera, aut industria.

29 Societas non præsumitur continuata, quando actus sunt difformes.

30 Actus subsequentes declarant animum contrahentium de præterito.

31 Societas morte socij quod sit continuata, requiruntur multa requisita, & declaratur Nepit. consuet. Catin. vnica. tit. 12. num. 28. & num. fin.

32 Doctor est intelligendus secundum iura, & authoritates quas allegat.

33 Societas ex lege inter coniuges contracta, continuatur inter superstitem, & filios, vsque ad diuisionem, si sunt maiores.

34 Probationem concludentem quando habemus cessat præsumptiua, cum præsumptio cedat veritati.

35 Tertium, quod à statuto Messanæ datur filijs est loco legitimæ, & non debet esse deterioris conditionis, quam sit ipsa legitima filijs iure institutionis debita.

36 Pater qui dedit filio mille pro tertio filiali, &

omni

omni alio meliori modo, stante dicta clausula, si mille sunt, vltra tertium prædictum illud vltra cadit in extinctionem tertij materni, vel ad extinguendum id, ad quod pater tenetur filio.

37 Clausula [omni meliori modo] facit valere actum, si non nomine expresso, eo nomine quo potest, ex quo est clausula salutaris, & operatur, vt non fiat restrictio adspecificata, sub num. 38.

38 Prælegatum si non valet, vt prælegatum, valet tanquam donatio causa mortis, stante clausula omni meliori modo.

39 Recognitio, quæ debet fieri per patrem, stante statuto Messanæ sub cap. 5. sufficit, quod sit in vno tareno, & debet fieri iure institutionis, num. 40. ratio, num. 41.

42 Testator si nupsit iuxta formam statuti Messanæ, in testamento sufficit, quod vtatur verbo recognosco, absque eo, quod dicat titulo institutionis, nam vtitur eo verbo, quo loquitur statutum, & vbi conueniunt verba, conuenit dispositio.

43 Filij, vbi sunt instituti vniuersales hæredes, si alteri filio aliquid relinquitur, absque, quod dicatur titulo honorabili, institutionis, tamē dicitur eodem titulo honoratus, sicut hæredes instituti.

44 Legitima vni filiorum relicta in testamento, in quo alij filij hæredes instituti sunt, institutionis titulum non requirit.

45 Legitima tunc filio institutionis titulo relinquenda est, quando in testamento hæres extraneus est institutus.

46 Pater quando testatur inter filios, licet alteri filio relinquat absque titulo institutionis, valet, quia defectus sollemnitatis iuris positiui non vitiat.

47 Clausula [omni meliori modo] operatur titulum institutionis, ac si dixisset instituo.

48 Actus semper intelligitur factus eo modo, prout debebat fieri, eo magis, quando constat de voluntate gerentis actum.

49 Pater de suo tertio potest in eius vita facere quicquid vult.

50 Donatio est actus inter viuos quoties inreuocabilis est.

51 Statutum Messanæ, quod permittit affirmatiuè patrem posse testari, nō negat alios actus dispositionum permissos à iure, cum ex affirmatiua in aliquibus non sequatur negatio aliorum à iure permissorum.

52 Statutum Messanæ non est, quod permittat patrem testari, cum sit de iure publico talis facultas, licet per statutum possit tolli talis facultas, ratione certæ personæ, & bonorum, & in matre est ita per statutum sub cap. 5.

53 Socius de iure potest alienare, & alienata computat in eius parte.

54 Statutum dum dicit, si pater moriatur testatus eius stabitur testamento, non ex hoc tollit, neque dat potestatem, sed vsus est verbo communi cum testamentum competat morientibus.

55 Statutum loquens de testamento, non excludit alios actus inter viuos, quia videtur loquutum fuisse ratione frequentioris vsus.

56 In re sua quilibet est moderator, & arbiter.

57 Testari cui est permissum, potest vendere, & & facere omnes actus inter viuos.

58 Socius qui plus ponit in societate, plus debet de lucro participare, & data æqualitate, æquale debet esse lucrum, aliàs pactum inducens disparitatem, non valet, num. 59. fallit, num. 60.

ARGVMENTVM.

Contracto matrimonio ad vsum Messanæ, per quem natis filijs bona confunduntur, an dissoluta societate per mortem vxoris, illa dicatur continuata inter patrem, & filium, per simultaneam cohabitationem in eadem domo, & apoteca, & quid filio existente minore, & nihil remanente in illa societate, & quid si pater transiuit ad secunda vota. An assignatio facta per patrem pro tertio filiali, quod est loco legitimæ, si importat plus quam tertium, an illud plus cedat in extinctionem tertij materni, stante clausula [omni meliori modo] & de virtute dictæ clausulæ. An socius, qui plus posuit in societate, posit minus de lucro participare, & an tale pactum de minus lucrando, quando plus posuit tam de industria, quàm de capitale, sit de iure improbatum.

CONSILIVM LVII.

IESVS MARIA.

RE soluto matrimonio ad vsum Messanę contracto in anno 1572. inter Ioannem Franciscum Soprani, & Ioannam Marra, ob præfatæ Ioannæ vxoris mortem, superstite ex eis Ioseph filio, secundas contraxit nuptias cum Portia Barrili, prædictus Io. Franciscus in anno 1578. ad vsum tamen Romanorum, & eo exinde mortuo, remanentibus alijs duobus filijs, prædictus Ioseph actor petijt tertiam partem omnium

bonorum, quæ post mortem prædicti Io. Franciſci cõmunis patris remanſerũt, duo præſupponens, illum primò mortuũ fuiſſe ab inteſtato, & ſecundò, fuiſſe continuatum in ſocietate, non obſtante morte eius matris. Quæ ſanè petitio (iudicio meo) nullo modo poteſt ſubſiſtere, tum attenta diſpoſitione iuris municipalis, tum etiam
1 & iuris communis; quandoquidem municipali iure ſtatutum eſt, ſocietatem introductam ob natiuitatem filiorum, ſtatim eſſe reſolutam ob mortem vxoris, vel viri, quæ reſolutio clarè ſatis colligitur, ex verbis ſtatuti ſub cap. 7. diſponentis, mor-
2 tua vxore, patrem cum tertia ſua liberè poſſe tranſire ad ſecundas nuptias, & è cõtra, quod denotat ſtatim fuiſſe reſolutam ſocietatem: nam ſi aliter diceremus, penderet ab eo ſolo reſolutio, quod mirum in modũ naturę ſocietatis repugnat, quã non
3 niſi vtriuſq; ſocij voluntate reſolui poſſe, voluit *text. in l. ita quoque. cum l. ſequent. ff. pro ſoc.* ſcriptum enim habemus, ea, quæ
4 mutuo conſenſu inter partes contrahuntur, contrario diſſenſu diſſolui, §. *fin. inſtit. quib. mod. toll. oblig. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Rim. ſen. conſ. 79. num. 9. lib. 1. Bald. conſ. 169. lib. 3.*

Quod etiam intellexit ſtatutũ ſub cap.
5 49. decernens patrem remanere vſufructuarium bonorum communium remanentium poſt mortem vxoris; cùm enim ſta-
6 tutum ea tantum vocauit bona communia, quę remanſerunt poſt vxoris mortem, quæ ergo exinde per patrem acquiruntur, haud communia eſſe voluit, cum de his loquutum non fuit, ſi enim & de nouiter acquirendis cõmunionem intellexiſſet, vtique expreſſiſſet, ad *text. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de verbor. oblig.* & eo maxi-
7 me cum diſpoſitio ſtatuti, quod natis filijs ſit inducta ſocietas, & bona vndecunq; quæſita, ſint communia, eſt exorbitans à
8 iure; ſtatuit namque ius, patrem quicquid acquirit, ſibi acquirere, eique liberam tradidit poteſtatem (dempta pro filijs legitima) projiciendi reliquum in mari, *Rolan. conſ. 62. num. 25. vol. 1. Surd. conſ. 237. num. 10. & deciſ. 21. num. 14. Decian. conſ. 1. num. 25. lib. 3. & conſ. 35. num. 24. vol. 1. Caualc. deciſ. 8. nu. 8. part. 3.* Idem
9 dicimus in vxore, quæ ſi aliquid ex ſua induſtria, & artificio acquirit, ſibi, & non viro acquirit, *ex text. l. ſi mulier. §. ſi vir vxori. ff. de don. int. vir. & vx. Petr. Cin. & Bald. in l. ſi vxorem. C. de condic. inſer. Lup. in repet. rubr. de don. int. vir. & vxor. §. 62. num. 5. verſ. vnde ſi vxor.* Quemadmodum
10 & filius quicquid acquirit pecunia patris, ipſi patri acquirit, pleno iure, licet in alijs caſibus, quoad vſumfructum tantum, ex §. *igitur inſtit. per quas perſon. no. acquir.* Ideo
11 que ſtatutum prędictum tanquam exorbitans ſtrictè eſt intelligendum, vt quo minus lædat commune ius, immo, vt interpretationem accipiat à iure communi, *l. quod verò, & l. quod contra. ff. de ll. auth. quas actiones. vbi Iaſ. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Cephal. conſ. 178. num. 9. & conſ. 246. num. 12. & conſ. 247. nu. 38. Franc. de Aret. conſ. 130. num. 3. Valenz. poſthec impreſſus conſ. 4. num. 6. & 7. Theſaur. deciſ. 238. num. 3. alios refert Giurba nouiter impreſſus in deciſ. 67. nu. 12. & ad Vrbis Meſſanæ ſtatut. cap. 11. gloſ. 5. num. 5. Milan. deciſ. 12. nu. 73. lib. 2.* Cumque etiam cau-
12 tũ ſit iure cõmuni, ſocietatẽ inter plures contractam, morte vnius, reſolui quoad omnes, §. *ſoluitur. inſtit. de ſociet. l. actione. §. morte. ff. pro ſoc. Bald. conſ. 448. nu. 1. lib. 4. Alex. conſ. 110. lib. 3. num. 9. Felic. de ſocict. cap. 4. nu. 7. & 8. & cap. 32. num. 2. Valaſc. conſultat. 63. nu. 3. cum traditis per Anton. Gomez. tom. 2. variar. cap. 5. num. 6. Maſtrill. deciſ. 135. nu. 74. Magon. deciſ. Lucenſ. 5. in princ. & deciſ. Florent. 106. nu. 5. Bellon. deciſ. 17. nu. 1.* per neceſſe concludendum eſt, reſolutam fuiſſe ſocietatem à ſtatuto introductam natiuitate filiorum, ſtatim hac mortua fuit Iaonna mater ipſius actoris.

13 Quod autem fuerit inter patrem, & filium continuata ſocietas, ex quo filius remanſit cum patre in eadem domo, & apoteca, & indiuiſum tenuerunt cumulum ſocietatis: vanum eſt hoc affirmare, nam eſt conſiderandum, quod hic filius erat ætatis annorum quinque, qui in nihilo ſeruiebat, vt per Calendaria temporum apparet ab anno 1572. primi matrimonij, & 1578. ſecundi matrimonii. Item ipſi tunc non competebat tertium filiale, cum in eo pater erat vſufructuarius, & ſtante
41 hac ſpeciali cauſa, vſusfructus, quem pater habet in bonis filij, non cenſeri continuatam ſocietatem, voluit *Palat. Rubios. in repetit. rubr. C. de donat. inter. §. 62. nu. 25. relatus per Valenz. in conſ. 89. num. 17.* vbi diſtinguendo cõcludit, quod quicquid ſit in ſocietate diſſoluta ob mortem viri, ſuperſtite vxore, & filijs, an inter filios, & matrem multis concurrentibus cenſeatur continuata ſocietas; attamen ea diſſoluta ob mortem vxoris, ſuperſtite patre, & fi-
15 lijs, ratione vſusfructus, quem habet pater in bonis filiorum, vulgatis iuribus *in tot tit.*

C. de

C. de bonis matern. & l. fin. C. de bon. quæ lib. §. 1. instit. per quas personas nobis acquir. cum alijs adductis per Surd. in cons. 259. nu. 1. non censetur continuata societas. Item ex quo tertium maternum filio competẽs ad nihil ascendebat, si consideramus testes pro Cliente productos (prout in effectu considerandi sunt) cũ ex eorum depositionibus veritas manibus tangatur, sed si demus (prout in effectu non est) illud importare aliquam summam, illa tamen
16 vix sufficiebat pro alimentis ipsius, ne dicamus vixisse de vento, iuxta l. vltimam. C. de aliment. pup. præst. Bald. in auth. hoc ius porrect. col. vltima. vers. quæro vltimo. C. de sacr. sanct. Eccles. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 50. dicendum est ergo, redditus esse in alimentis, & non in negotiationibus consumptos, & per consequens non fuisse continuatã societatem; ita ergo non
17 debet sentire commodum lucri, ex ea negotiatione, quia nec sensit damnum conferendi industriam, vel pecuniam, ex reg. text. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. quod etiam sensit Bart. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. num. 5. vers. secundò casu. ff. de administr. tutor. Menoch. cons. 12. nu. 14. & 15. Cum natura societatis sit, vel
18 quod ambo industriam cum pecunia conferant, vel saltim, quod vnus pecuniam, & alter industriam. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro soc. scribunt omnes in l. si pascenda. C. de pact. Molin. de rit. nupt. quæst. 69. num. 5. & de contract. lib. disp. 411. num. 5.
19 & ratio est, quia qui ponit industriã, siue operam, intelligitur posuisse prętium operæ, quod lex assimilat, & æquiparat pecuniæ, positæ ex altera parte, ad tex. in l. si non fuerint. §. 1. ff. pro soc. Bellon. decis. Gen. 159. nu. 1. Et in fortiori casu, quãdo fratres
20 remanserunt in eadem domo, & Apoteca, & indiuisum tenuerunt patrimoniũ, quod non dicatur ex hoc inter eos continuata, neque contracta societas, cum requiratur lucrorum communicatio, respondit Menoch. d. cons. 12. num. 1. & cons. 121. num. 103. vbi refert Bart. Bald. Anchar. Roman.
21 & alios. Immo quando duo fratres simul habitant, si vnus non potest tractare negotia, ob id, quod studijs operam dat, & in Gymnasio est, vel quod sit minor, quod non sit contracta inter eos societas, tenet Natt. cons. 254. num. 2. lib. 2. vbi citat Bald. & alios. Quatenus verò actor sit hæres matris, ex hoc minimè argui potest, hoc nomine continuatum fuisse in so-
22 cietate, iuris namque est, societatem non transire ad hæredem. l. verum. §. in hæredem. & l. adeo in principio. vbi Bart. ff. pro soc. multos refert. Menoch. d. cons. 12. nu. 9. l. nemo. ff. pro soc. Roman. cons. 106. num. 3. & cons. 171. nu. 5. Rimin. sen. cons. 300. nu. 19. Tusc. in verb societas. conclus. 306. num.
23 10. vbi multos refert, additque rationem Velasc. consult. 63. nu. 4. quia videtur electa industria personæ, quæ facit rem non esse transitoriam ad hæredes, l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. toll.

Præterea societas de nouo non potest dici contracta, tum obstantibus prędictis,
24 tum etiam, ex quo in coeunda societate omnium bonorum, expressa requiritur cõuentio, & sic consensus expressus, vel tacitus, l. 4. ff. pro soc. & l. consensu. ff. de act. & oblig. Simon de Pret. cons. 24 num. 26. Rimin. iun. cons. 636. nu. 520. lib. 6. Cuiac. tit. ff. pro soc. Alex. cons. 76. num. 8. & 18. lib. 4. Castr. cons. 349. col. vltima. lib. 1. Ruin. cons. 101. col. 1. vol. 1. Grauet. cons. 26. num. 5. Menoch. d. cons. 12. num. 10. & hanc sententiam omnes dicunt probari ex l. 3. §. 1. ff. pro soc. at hic nulla pote-
25 rat esse conuentio, cum actor tunc temporis erat infans, qui non habebat neque nolle, neque velle, sequitur Tusch. lit. S.
26 conclus. 280. nu. 8. & societas contrahitur (vt est dictum) consensu, d. l. 4. ff. pro soc. Anchar. cons. 103. num. 2. circa medium. vnde non potest considerari per pupillum,
27 & multo minus per infantem fuisse contractam, qui ad eam contrahendam consensum non habet; vt sic nec etiam videatur tacitè agere, quod expressè non posset l. qui ad certũ. ff. locati. Anchar. d. cons. 103. Alex. cons. 30. sub nu. 6. lib. 2. Itẽ nec posset
28 etiam dici tacitè continuatum, cum requiratur vel res, vel opera, siue industria, pro parte cuiuslibet sociorum, l. societas. & d. l. cum duobus. §. si in coeunda. & d. l. si non fuerint cum alijs. ff. pro soc. §. nam ita instit. de societ. alios refert Felic. de societ. cap. 1. nu. 6. 7. & 8. Gãm. decis. 110. nu. 28. at hic res nullę remanserunt, & industria non potest dari, quia infans. Rursus clarissimè colligitur, antiquam societatem nec fuisse continuatam, nec de nouo inceptam, immo expressè reuocatam, cum ille quondam Franciscus cõmunis pater in secundo matrimonio recessit à primo cõtrahendi more, secundum consuetudinem Messanæ, & nuptias contraxit iuxta morem Romanorum, & in hoc omnes Doctores conueni-
29 unt, quod quando actus sunt difformes ab antiqua societate non præsumitur continuata, multos allegat Menoch. d. cons. 12. num. 16. & quæ melior declaratio, num-

quam

quam fuisse inter patrem, & filium societatem contractam, quàm ea, quæ fit in anno 1599. dum inter eos, posito quodam capitale, constituunt societatem duraturam per annos quatuor: nam si inter eos de præterito societas inita fuisset, tunc computa reuidissent, & calculassent, & actum, quem fecerunt de constituenda societate, fecissent de continuanda.

Propterea cum inter eos numquã fuisset societas constituta, quando voluerunt illam constituere, vtique constituerunt, vt per dictum actum, & alios inde actus
30 societatis: & de iure per subsequẽtes actus factos per contrahentes, declaratur, qualis fuerit animus eorum de præterito, *l. & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. si servus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. Surd. cons. 140. num. 44. Rimin. iun. cons. 404. nu. 61. & cons. 417. num. 12.*

Non obstat *Nep. consuet. vnica. tit. 12. nu.*
31 *fin.* dum dicit, quod mortuo socio durat societas, donec non est facta diuisio, nam
32 requiruntur alia requisita, vt communiter Doctores loquuntur, secundum quos ipse est intelligendus, *Rom. cons. 76. nu. 8. Dec. cons. 188. Tusc. lit. D. conclus. 554. Alex. cons. 208. vol. 2.* præterea allegat *Lup. in d. rub. de don. num. 130. sed est in § 62. nu. 25 fol. 142.* qui tamen loquitur secundum leges Regni Franciæ, vt potest videri.

Nec etiam obstat *Molin. de contract. disp. 414. num. 9.* non visus per Doctores ex ad-
33 uerso, qui loquitur in societate inter coniuges, quæ dicitur renouata (esto alter moriatur) inter superstitem, & hæredes defuncti, donec fiat diuisio bonorum, qui allegat *Lup. vbi supra. Velasc. d. consult. 63. nu. 11. & Guttier. de iur. confirm. cap. 48. num. 4.* nam *Velasc.* tenet contrarium *nu. 11. vers. cæterum. ex auctorit. Bart.* & præcisè, quando hæres est minor, allegat *Rom. cons. 182. Socc. & alios.* & tunc nulla eadit difficultas, quicquid sit, quando hæredes sunt maiores, & in hoc casu intelligendus est, quando hæredes sunt maiores, *Valenz. cons. 13. num. 10.* post hæc scripta impressus, qui loquitur in societate inter coniuges contracta legum ministerio, & concludit præsumi continuatam, & durare, donec fiat diuisio bonorum, refert eumdem *Lup. Molin. & alios. & Ego dixi in cons. 15. num. 36.*

Reliquum est videre, an iste actor fuerit satisfactus de portione materna, & filiali sibi competenti ex statuto Messanę de bonis remansis tempore mortis eius matris, in quo omnino ea consideranda sunt, quæ testes pro parte Clientis deponunt, cum per eos veritas mirum in modum eluceſcat, testantur enim nulla bona tunc temporis remansisse, tum ob sterilitatem, & calamitatem temporis, ex quo maior Regni pars peste opprimebatur, tum etiam, ex quo *in* effectu ipse nihil habebat, & matrimonium durauit per quatuor annos, quo breui spatio nihil potuisse superlucrari fatendum est, cum ex nihilo nihil fiat. Hinc est, vt nulla sit adhibenda fides testibus ex aduerso deponentibus per præsum
34 ptiones, & ambages, quando enim habemus probationem concludentem, cessat præsumptiua, si verum est, præsumptionẽ cedere veritati, ex *Rol. à Vall. cons. 99. nu. 11. lib. 1. Tusc. conclus. 166. num. 29. in verb. veritas.*

Et nihilominus apparet, patrem assignasse vnc. 100. pro computo tertij sibi competentis pro eius legitima, & omni alio meliori modo, quæ vnc. 100. sunt in satisfactionem tam tertij filialis, quàm materni, dixi, tertij filialis, quia dum assignauit pro tertio, sibi iure legitimæ cõpetenti, pro filiali tertio intellexit, sen-
35 tiunt enim omnes, tertium, quod à statuto filijs defertur, loco legitimæ succedere, ita *Bald. in l. maximum vitium. num. 13. C. de liber. præter Nepit. consuetud. vnica. tit. 3. num. 123. & sequ. refert Abb. cons. 63. vol. 1. Imol.* sic tertium prædictum appellat *in cons. Melitæ edito. nu. 28. Brun. in statut. fam. exclud. art. 1. quæst. 1. nu. 1. Menoch. cons. 168. num. 4. Carpan Mediolan. statut. 485. num. 11. part. 2.* & proinde voluit *Paris. cons. 45. nu. 34. vol. 2.* hoc statutarium tertium filijs competens, deterioris conditionis minimè esse debere, quàm sit ipsa legitima, quæ filijs iure institutionis debita est. Inde est, vt voluerit *Bald. in cons. 121. nu. 3. vol. 4.* in legitimæ locum subrogari quicquid sub nomine quotæ à statutis filijs defertur, vt idem iuris sit in vtroque, sequitur *Surd. de alim. tit. 3. quæst. 1. num. 63. Brun. vbi supra num. 19. art. 11.* Dixi etiam tertii materni, quia, cum quod assignatum fuit, tertium filiale satis vltra
36 excedat, dicendum est, in satisfactionem tertij materni cedere, quod supereſt, ex vi illius clausulæ [omni meliori modo] in ipsa assignatione appositæ, quæ cum sit
37 salutaris, operatur, vt si non valeat assignatio, & solutio, nomine expresso, valeat nihilominus eo, quo valere potest nomine. *Thob. Nonius cons. 19. nu. 11.* qui inquit,
38 quod si sit factum prælegatum, quod virtute prælegati valere non potest, vale-

bit

bit tanquam donatio causa mortis, & sic actu quo potest subsistineri, *allegg. sign. cons. 30. Paris. cons. 79. num. 32. lib. 2.* immo dicta clausula operatur, vt non fiat restrictio ad specificata tantum, *Bal. in l. virum. col. 7. ff. si cert. pet. Gran. cons. vltim. num. 15. & Thob. Non. cons. 5. num. 6. & cons. 19. num. 12.*

Vnde cum illa centum assignata sint superflua pro tertio filiali, & pater ea soluit, mediante clausula [& omni alio meliori modo, & nomine] dicendum est, soluisse pro extinctione, etiam portionis maternæ, & sic recepit duas portiones iuxta formam dicti statuti huius Vrbis, alteram filialem, alteram verò maternam, cum super portione paterna sufficiat, si per patrē
39 recognoscatur in vnico tareno, scribentes super statuto nostro *sub cap. 5. in uerb. recognosco. allegant. Alex. cons. 87. nu. 7. uers. in contrarium, uol. 3. Intrigl singul. 266. lib. 1. & Nepit. in consuet. Catin. tit. 3. nu. 247. & tit. 23. num. 29. & 30.* qui testatur ita seruari in ciuitate Catinæ, & hoc iure vtimur quotidie, etiam in hac Vrbe, sic concludit *Giurba* alios referens post hæc impressus ad statut. Vrbis Messanæ *cap. 6. glos. 4. part. 1. nu. 17.* prout hic in specie fuit nominatus, & recognitus.

Hic autem duo sunt consideranda: primum, non fuisse factam recognitionem
40 iure institutionis, prout fieri debebat, ex *Rom. l. si quis priore. ff. ad Trebell. Calder. cons. 32. tit. de testam. cū dixerit. Abb. cons. 63.*
41 *à nu. 4. part. 1.* recognitionem à patre faciendam, in tertiæ filiorum augmentum esse, clarum est enim, quicquid in locum legitimæ subrogatum est, eius naturam sapere. *argum. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.* Secundum, non fuisse testamentum, sed donationem, ex dispositione autē statuti datur potestas patri testandi, quæ non trahitur ad actus inter viuos, sed ad testamentum, quod est actus vltimæ voluntatis.

Quoad primum, si consideremus verba
42 statuti, ibi [dūmodo, quod recognoscat] & quod testator vsus fit eodem statuti verbo [recognosco] fatendum est, quod vbi conueniunt verba statuti, conuenit eius dispositio, *l. si uerò. §. de uiro. ff. solut. matrim.* Præterea, quoties filij sunt instituti
43 hæredes seu donatarij vniuersales, prout hic, & inde relinquitur alteri filio aliquid, dicitur eodem titulo honoratus hic filius, sicut ille cui fuit relicta tota hæreditas,
44 *Boer. decis. 267.* Hinc est, vt dixerint alij, quod quando in testamento sunt instituti filij, tunc legitima vni filiorum relicta, institutionis titulum minimè requirit ex doctrina *Iason. in auth. nouiss. nu. 16. C. de inoff. testam. Ricc. collect. 230. Valasc. de cis. 23. Spin. de testam. glos. 20. nu. 52. &*
45 54. quod enim scriptum est, filio legitimam institutionis titulo relinquendam esse, hærede instituto extraneo locum sibi vendicat, *Paz. ad l. tauri 3. nu. 888. Spin. de testam. glos. 17. num. 63. Vasq. de success. creat. §. 2. nu. 245.* Rursus, quando dispo-
46 sitio minus sollemnis est inter filios, valet, & tenet, quia defectus sollemnitatis iuris positiui ea non vitiat, *l. hac consult. §. ex imperfecto. C. de testam. Matesil. sing. 104. quem allegant scribentes super statuto d. cap. 5. in uerb. recognosco. Marsil. sing. 36. allegat glos. notab. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. in uerb. non ualuit. & multos Doctores.* Et eo fortius, cum hic recogno-
47 uerit pater pro omni, & quocūq; iure, etiā iure recognitionis, & omni alio meliori modo, & nomine, quo melius, & validius de iure dici, fieri, &c. in ampla forma, per quę verba nō est ambigendū, intelligi recognitionem iure institutionis factam, cum hoc operetur clausula illa salutaris [omni alio meliori modo] quæ paterno in testamento apposita, tantæ vis est, vt institutionis titulum suppleat, prout meminere *Alex. cons. 112. uol. 3. & cons. 50. uol. 7. Becc. cons. 103. num. 16. Ludou. Perus. decis. 117. nu. 9. part. 2. Bertaz. cons. ciu. 64. num. 1. Gugliel. benedic. in cap. Rainutius. glos. in eodem testamento. num. 51. part. 1. de testam. Maluas. cons. 105. num. 16. Turret. cons. 34. num. 17. uol. 3. Peregr. de fidei comm. art. 36. num. 56. & cons. 60. nu. 30. uol. 1. Mantic. de coniect. vlt. uol. lib. 3. tit. 14. nu. 31. Simon Pret. de interpret. vlt. uol. lib. 2. fol. 4. nu. 18.* & in puncto, quando pater aliquid relinquit filio, & cū clausula [omni meliori modo, perinde esse, ac si dixisset iure institutionis, testatur *Bald. in l. quoties. C. de hæred. instit. multos refert Marsil. d. sing. 36. quem referunt Scribentes d. cap. 5.* tanto magis hic cum fuerint apposita tot verba vniuersalia, & prægnantia, & inter alia dictum fuit iure recogni-
48 tionis, & actus semper intelligitur eo modo factus, prout debebat fieri, *cap. ex literis. de const. cap. sedes de rescriptis. Surd. cons. 198. num. 13. & sequ. Rimin. iun. cons. 607. num. 43.* Additur etiam, quod constat de voluntate ipsius donantis voluisse facere actum validum, & iuxta iuris dispositionem.

Quoad secundum, quod non sit testamē-

tum,

tum, sed donatio inter viuos, cum statutum permittat tantum testamentum; dico primò, quod est considerandum, patrem
49 de suo tertio in eius vita posse ad sui voluntatem disponere, & facere quicquid voluerit, vendendo, alienando, & de eo quosuis actus inter viuos facere, ex allegatis supra *num.* 8. Ita quod si mortuus fuit ab intestato, fuit respectu illarũ vnc. 100. de quibus sibi reseruauit posse testari, nam alia bona alienauit per donationem inre-
50 uocabilem, quæ est actus inter viuos, *Rolan. cons.* 2. *num.* 104. *vol.* 1. *Anchar. cons.* 102. per quem est permissum libere alienare posse. *Imol. in cons. incip. Munda cor meum. quod est impressum in consuet. Cat. per Nep. fol.* 92. *nu.* 35. *& 36. & idem Nep. d. tract. consuet. vnic. tit.* 5. *nu.* 98. *alleg. Ant. Lanz. cons.* 68. Secundò statutum dicit, si pater testatur, eius stabitur testamento
51 si dicimus ex hoc, quod statutum affirmatiuè permittat testamentum, non ideo sequitur, quod neget alios actus dispositionum à iure permissos, cum ex affirmatiua in aliquibus, non sequatur negatio aliorũ, quæ à iure conceduntur, *text. in cap. vt cõmissi. de hæret. lib.* 6. *iuncta glos. in Clemen.* 2. *eodem tit. & ibi bona glos. in verb. ipsorum commissarijs.* de iure autem communi, vt dictum est, pater potest quicquid vult facere de bonis suis, & in terminis statuti nostri numquam fuit prohibitus alienare de eius tertio, vt supra ostendi: Vel dici-
52 mus, & forte melius, quod statutum, dum dicit, si verò pater moriatur testatus, eius stabitur testamento, non sequitur ex hoc, quod statutum tribuat patri testandi facultatem, quam habet ex iuris publici authoritate, *Roman. cons.* 171. *num.* 1. *Signorol. cons.* 87. *in princ. & Dec. cons.* 488. *nu.* 18. & licet per statutum eam possit tolli ratione certæ personæ & bonorũ, *Bart. cons.* 72. *lib.* 1. *& Abb.* in terminis nostri statuti prohibentis matrem, *in cons.* 63. *lib.* 1. *quem refert Tusch. concluſ.* 94. *nu.* 2. *lit. T. & concluſ* 680. *num.* 20. *in lit. S.* tamen in statutis nostris non legetur patri prohibitum alienare de eius tertio, & cum de iure
53 socius possit alienare, & donare, & ea computat in eius portione, *Castr. cons.* 304. *num.* 5. *vers. quantum verò. lib.* 2. *& in cons.* 358. *in fin. eod. vol.* faciunt quæ adnotauit *Felic. de societ. cap.* 28. *nu.* 8. *& 9.* & ita videmus in patre quotidie absque controuer-
54 sia aliqua, erit dicendum, quod, dum statutum dixit, si moriatur testatus, sit vsus verbo communi, cum testamentum competat morientibus, non quod ex illis verbis inferat solum potestatem testandi, & excludat oẽs alias facultates, cum iam eã potestatem habeat pater iure publico, vt
55 est dictum. Vel dicamus statutum de testamento loquutum fuisse, ratione frequẽtioris vsus, ex *Caualc. decis.* 19. *num.* 29. *lib.* 2. cum communiter homines, & frequentius de bonis suis in testamẽto disponere soleant, nec ideo cæteri disponendi modi minus frequentes, excluſi censentur, *glos. Clemen.* 1. *verb. præsidentes de rescript. quam notant Imol. & Butr. Ias. in l.* 1. *nu.* 31. *C. de sacr. sanct. Eccles.* nam tunc esset dare potestatẽ, quãdo prius abstuliſſet à patre, prout fecit in matre, dum respectu matris dixit, stabilia cedunt filijs, & possit de mobilibus testari, vnde abinitio abstulit potestatem alienandi ipsi matri. Considerant Doctores, prout in statuto Vercellensi *Cacher. decis. Pedam.* 20. quod nunquam legetur in patre, consequenter respectu patris remansit iuxta iuris dispositionẽ, *l. cõmodissimè. ff. de lib. & posth.* & rationes consideratæ a statuentibus sunt notæ, cum in muliere fuit considerata fragilitas sexus, quod secus in viro, qui est caput societatis.

Præterea per statutum sub cap. 7. pater liberè potest transire cum suo tertio ad secundas nuptias, vnde cum transiuisset ad eius libitum voluntatis, & mutauisset vsum contrahendi, secundum ius commune contrahendo, eodem iure communi liberè potuit donare bona sua, nam sicut ad eius libitum poterat vti, & abuti de eius bonis, ea etiã in mari proijciendo, vt dixi, dummodo filios saltẽ in vno tareno recognosceret, est necessariò concludendum, ita etiam potuisse liberè donare, & facere
56 quicquid voluit, cum de iure cõmuni quisque in re sua sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mand.* & per consequens, cum hic filius sit plenissimè satisfactus. Clientes veniunt à petitis absoluendi. Et
57 tandem dico, quod quando est permissum testari, dicitur etiam permissum posse donare, vendere, & facere quoscunque actus inter viuos, ita latissimè *Bin. cons.* 7. *lib.* 1. *præcisè num.* 13. & in terminis statuti loquentis de testamento, quod nihilominus comprehendat omnes actus inter viuos, innumeros refert *Giurba posthac impressus ad statut. Messan. cap.* 6. *glos.* 1. *nu.* 11. *part.* 1. & quoscunque actus vltimæ voluntatis, *Molin. de iustit. & iur. disput.* 141. *in fin. Couar. cap. cum in officijs. de testam. nu.* 8. *Nauar. in apol. quæst.* 3. *monit.* 7. 8. 9. & 10.

Quo verò ad reconuentionem est consi-

derandum,

derandum, quod in prima societate est læsus, nam pater posuit plus capitalis, quam filius, & nihilominus lucra æqualiter diuidebant, & qui plus ponit in societate,
58 plus de lucro debet participare, *Grauet. cons. 145. num. 17. in fin. vers. videndum tamen. Molin. de contract. disput. 415. num. 1. 4. & 5. Felic. de societ. cap. 15. nu. 3. & 4. Gamm. decis. 110. num. 28. vers. potest tamen. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 4. quæst. 2.* & idem in *quæst. 3. in fin.* dixit summam rationem in societate illã esse, vt is qui plus contulit, plus lucri habeat, prout respondit etiam *Soc. iun. cons. 64. num. 12. lib. 2. Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 2. num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 125. num. 3. lib. 2. & cons. 222. nu. 5. & 6.* Item in secunda societate est læsus, quia, & industria fuit ab omnibus posita, & capitale fuit æquale, & nihilominus filius duas partes de lucro consequebatur, quod est contra dispositionem iuris, nam data
59 æqualitate, æquale debet esse lucrum, *l. si non fuerint. ff. pro soc. Menoch. de arbitr. d. cas. 125. num. 2. & cas. 126. num. 4. & cas. 420. nu. 53. lib. 2. Tusc. lit. S. concluf. 279. nu. 23.* & quando vnus socius confert magis in societate, quã alter, pactum inducens inter eos disparitatem, non valet, *Tusch. d. concluf. 279. nu. 17. tenet Azon. Accur. & Glos. in d. l. si non fuerint. ff. pro soc. Io. Andr. in cap. nauiganti de vsur.* licet è
60 contra potest contrahi societas, vt qui bona inæqualia posuerunt, dissoluta societate, in partes diuidant æquales, ex aliqua tamen rationabili causa, *Molin. de contract. disput. 412. nu. 4. Menoch. d. cas. 125. nu. 6.* Vnde cum hoc pactum sit contra substantiam societatis, & nulla subsit legitima causa, quare in primo actu nõ plus debeat consequi pater, quam filius, cum plus capitalis posuerit: & in secundo, cum æqualiter omnes posuissent & industriam, & capitale, vt per testes, & eadem acta est comprobatum, quod inde filius duas tertias consequi debeat, pater verò vnam de lucro, non est dubium esse infringendum, & per consequens Clientes in reconuentione debere obtinere. Reliqua suppleant Sp. Domini Iudicantes.

De mense Nouembris 1611. Per Spect. Augustinum Giunta, & D. Sanctorum Crisafulli V. I. D. Arbitros fuit decisum in fauorem Clientum.

SVMMARIVM.

1 *Societas species est amicitiæ, & fraternitatis.*
2 *Socius debet librum conficere, & illum socio exhibere, num. 3. ad quod, nedum officio Iudicis, sed actione pro socio cogitur, nu. 4.*
5 *Liber ab vno ex socijs scribi non potest, nisi aliorum expresso præcedente mandato.*
6 *Socio asserenti librum ex sociorum mandato scripsisse non creditur, licet præsumptionibus possit probari, num. 7.*
8 *Socij præponentes aliquem ad libri confectionem, proinde est, ac si ipsi confecerint.*
9 *Mandatarij factũ, mandantis factũ reputatur.*
10 *Mãdatũ ex scientia, & pacientia præsumitur.*
11 *Mandans alicui, vt conficiat librum, dicitur mandasse, vt librum conficiat iuxta consuetudinem illius artis.*
12 *Tutor tenetur facere librum.*
13 *Librum non conficiens est in dolo præsumpto, & ideo liberatus à computorum reddizione, & à dolo, dicitur liberatus à libri confectione.*
14 *Continuatio negotij præsumitur facta cum ijsdem qualitatibus, & sub eadem forma.*
15 *Tutor qui non confecit inuentarium ex aliqua iusta credulitatis causa, excusatur, & sufficit, quod aliter rationes reddat.*
16 *Propter rusticitatem excusatur quis à dolo præsumpto.*
17 *Præsumptio iuris tantum excluditur per alias præsumptiones.*
18 *In societatis contractu non requiritur scriptura, nec est de substantia.*
19 *Societas non solum per testes singulares, sed etiam per coniecturas probatur.*
20 *Societas est contractus bonæ fidei, & consensu perficitur num. 21. & non solum consensu verbis expresso, sed tacito num. 22.*
23 *Culpam non allegat, qui culpę causam dat.*
24 *De culpa non reprehenditur, qui præuidere, & diuinare non valet, nec is, qui fecit quod potuit, num. 25.*
26 *Impossibilitas excusat à culpa.*
27 *Culpa vnius cum alterius culpa compensatur.*
28 *Petens rationem reddi ab alio, cum ambo administrauerint, exceptione non adimplementi repellitur, esto, quod vnus modica negotia gessisset, num. 29.*
30 *Amicis electis ad reuisionem computorum omnino standum est.*
31 *Qui plus posuit capitalis, plus lucri consequi debet in societate particulari.*
32 *Nomina debitorum ministerio legis ipso iure inter socios diuiduntur.*
33 *Rationes semel redditæ, non debent iterum reddi. fallit, si adsit error calculi, num. 34. qui tamen debet incontinenti ab allegante probari, num. 35.*
36 *Ratio non de iure, sed imperfectè reddita, iterum reddi debet. idem est, si dolosè fuerit reddita, num. 37.*

38 Ra-

38 *Rationum redditio nimis scrupulosa esse non debet.*

39 *Rationes perfectè reddere difficile est, ideoque arbitrio Iudicis remittitur.*

40 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, quę amplius non reuiuiscit, n.41.*

ARGVMENTVM

Socius an teneatur librum conficere, & socijs exhibere. Et an si alter ex socijs librum confecerit, censeatur aliorum sociorum mandato confeciſſe, & quando mandatū præsumatur. Liberatus à computorum redditione, & à dolo, an dicatur liberatus à libri confectione. Exceptio non adimplementi, an possit opponi à socio contra socium petentem redditionem computorum, cum ambo administrauerint. Et quando socius iterum teneatur reddere computa.

CONSILIVM LVIII.

IESVS MARIA.

Vit olim, multis iam elapsis annis contracta societas lignaminum inter Bernardum la Caua, Paulum Sinopuli, & Bartolum Foti absq; aliquo contractu, & scriptura, quæ durauit per aliquot annos, & fuit gesta, & administrata cum detemptione libri, in quo tantum describebantur bona, quæ ad creditum vendebantur, & sic nomina debitorum, non autem introitus, & exitus effectuum societatis. Exinde in anno 1600. facta diuisione cum Sinopuli, fuit in societate aggregatus Ioseph Buglio, qui tantummodo posuit scutos bis mille, cum in ea prædicti de Foti, & de la Caua haberent scutos mille supra viginti. Cum quo de Buglio fuit continuata societas, sequendo eumdem stylum absque scriptura aliqua, detinendo librum eodem modo, prout antea illi detinebant, & vsq; ad annum 1609. cum eodem libro, sic detempto, semper diuiserunt quolibet anno eorum lucra, ex quo pecunias in contanti cōseruabāt in arca, quam exinde tēpore computorum aperiebant, & cuique (facto computo, & visis effectibus, quos quisque in sua apoteca tenebat) assignabatur eius portio, & sic quiete, & fraterno more vixerunt, obseruantes iura, & condi
1 tiones societatis, cum societas sit vera species amicitiæ, ex *Felician. in tract. de societ. in probem. num. 20.* & fraternitatis, est textus expressus in *l. verum. ff. pro soc. Castr. in cons. 269. in princ. lib. 2.* vnde non immerito scripsit *Cicero in Orat. pro Q. Roscio.* Tria summæ existimationis esse, Fidu-ciæ, Tutelæ, & Societates: æquè enim nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam; & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit; & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Et idem pro *Sexto Roscio in Oratione* tradidit: in rebus etiam minimis socium fallere turpissimum esse, eo quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicarit, *Et alij* existimarunt post fraternam coniunctionem, nullam esse maiorem illa, quæ est inter socios, ita vt si alter alteri aliquid cōmunicare metuat, ius officij lædat. Exinde in anno 1614. orta dissensione inter eos, non ex computis, sed ex quo ipse de Buglio volebat, quod in diuisione fierent septem partes lucri, & illi de la Caua, & Foti, o&o; ideoq; præfatus de Buglio cōparuit in Curia Straticotiali, & petijt, quod isti de Foti, & la Caua cogantur edere libros, & reddere computa, & factis nonnullis probationibus ex vtraque parte; In primo iudicio fuit decisum, absoluantur, & liberentur saluis iuribus. In secundo Iudicio condemnentur, & cogantur: & in in Magna Curia, absoluantur, & liberentur. Et tandem in Tribunali Regij Consistorij, condemnentur, & cogantur: & iudicio meo, venit confirmanda sententia illa M. R. C. reuocata illa Tribunalis Regij Consistorij, nam licet de iure regula-
2 riter socius debeat conficere librum, *Bellon. Rot. Gen. decis 116. num. 2. Rim. iun. cons. 757. num. 2. vol. 7. Bald. cons. 137. nu. 5. vers. item quæritur. lib. 5. Roman. cons. 118. nu. 2. vers. quoad secundum. Ruin. cons. 29. num. 11. lib. 5. Tusch. concluſ. 202. lit. A. num. 2. & concluſ. 347. lit. I. num. 5. Corn. cons. 196. num. 4. vol. 3.* & exinde
3 illum teneatur exhibere socio, & in eo habeat locum iuris dispositio, *l. cum seruus. ff. de condit. & demonstrat. ex Bal. in cons. 152. lib. 3. Soc. cons. 190. col. 4. sub. nu. 5. vers. sed præmissis. vol. 2. Thob. Non. cons. 63. num. 1. Beron. cons. 128. num. 12. vol. 3. & cons. 191. nu. 21. vol. 1. Roman. d. cons. 118. Tusch. d. concluſ. 202. lit. A. nu. 2. & Corn. in d. cons. 196. num. 4. Menoch. cons. 375. num. 17. Felic. de societ. cap. 38. num. 41.* vbi nedum Iudicis officio, sed actione
4 pro socio, *Bim. cons. 182. vol. 1. num. 44.* & alij, quos longa serie cumulat post hæc impressus *Giurb. in decis. 15. nu. 11. & 13.*

& decis.

decis. 94. nu. 2. tamen est hic videndum, quis ex istis socijs erat obligatus ad detemptionem libri, cum de iure sit verisimum, quod liber ab vno ex socijs scribi non potest, nisi hoc ei à cæteris expressè sit mandatum, *Alex. cons. 186. nu. 2. vol. 2. Ruin. cons. 101. nu. 13. vol. 1. Rmin. sen. cons. 300. num. 58. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 62. num. 1.* & si asserat, scribere de mandato sociorum, ei non creditur, *Bart. in l. ex sententia. C. de testam. tutel. Ioan. Andr. cap. quoniam contra de probat. Bald. in l. Iudices. C. de fid. instrum. & in l. iusiurandum. C. de test. Alex. d. cons. 186. nu. 4. in fin.* & licet possit dici, quod ex præsumptionibus probatur, quãdo quis ex socijs sit constitutus ad detemptionem libri, ex *Ruin. in loco præallegato. & Felic. in d. cap. 38. in fin. & Menoch. de præsumpt. vbi supra nu. 2.* & q̃ iste de la Caua fuit præpositus à socijs ad detemptionem libri, ex quo scripserunt, per illum cõfectum fuisse, & permiserunt; attamen respondetur, q̃ iam ipse de Buglio sciuit, q̃ dictus de la Caua detinebat librũ sub illa forma, tempore, quo societas durabat cũ Sinopuli, & inde etiam, postquam ipse fuit ingressus in locum Sinopuli, per nouem annos, eorum tempore semper super illo libro sic confecto, & effectibus in apotecis concordabant eorum computa, & quisq; suam partem consequebatur, vnde cũ oẽs præposuerunt ad detemptionem libri sub illa forma, & ita vixerunt per multos annos, omnes dicuntur hunc librum prædicto modo confecisse, *Ruin. in d. cons. 101. vers. non obstant allegata in contrarium. ibi in vers. quia cum omnes. fol. 162.* ea est ratio, quia præsumitur sic mandatum ab alijs socijs, qui scienter passi sunt, illum ita scribere, cum mandatarij factum, fit factum mandantis, *Bald. in l. vnic. §. ne autem. nu. 9. C. de caduc. tollend. confert quod scribit Dec. cons. 77. in fin. Bellon. decis. Gen. 178. num. 3.* mandatum enim præsumitur ex scientia, & pacientia, *Innoc. in cap. ex parte decani. de re iudic. Menoch. lib. 3. præsumpt. 62. num. 1. & 2. Cassador. decis. 3. num. 8. Ricc. collect. 1890.* vbi idoneam, ac sufficientem appellat coniecturam, ad præsumendum mandatum, quando concurrit scientia, & pacientia, multos refert *Bellon. decis. Gen. 14. num. 4. Magon. decis. Florent. 65. num. 6.*

Præterea, quando dictus de Buglio fuit admissus in locũ Sinopuli, sciebat detemptionẽ libri modo prædicto, & q̃ pecunia cõmunis cõseruabatur in arca magna, & lignamina diuidebãtur in horreis, & quisque eorum ea detinebat, vnde ipse de Buglio dicitur ordinasse dicto de la Caua, vt faceret inde librum, & scripturam secundum consuetudinem illius artis, ita in puncto *Abb. in cons. 36. in fin. vers. in casu tamen nostro. vol. 2.* vbi inquit, quod si pater dedit pecuniam filio aromatario, vt illam exerceat in apoteca, dicitur illam tradidisse vt faciat librum, & scripturam, secũdum consuetudinem illius artis, & satis est, quod in reddenda ratione de capitali, & lucro, probet, secundum consuetudinẽ aliorum sociorum, & aromatariorum, allegat in argumentum *text. in l. quod si nolit. §. quia assidue. ff. de ædilit. edic. & in simil. notat Bart. in l. nemo est, qui nesciat. ff. de duobus reis,* & notat *in l. quædam. ff. de edend.* quod comprobatur viua ratione, nam licet tutor teneatur facere librum, *l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. Addit. ad Bertaz. lit. A. cons. 441. in crimin. cum multis à me relatis in d. cons. 30. num. 2. & à Tusch. lit. A. conclus. 429. num. 21.* tamen si testator liberet à redditione computorum, & à dolo, dicitur liberasse à confectione libri, cum non conficere librum, sit dolus præsumptus, qui consistit in omittendo, *Dec. cons. 178. col. 3. Paris. cons. 84. num. 32. vbi decisiuè consuluit lib. 1. Fulgos. cons. 25. & addit. ad Bertaz. in d. cons. lit. B.* & quæ maior liberatio à dolo, & à confectione libri, quàm ea, quæ apparet, & manifestè tangitur in casu isto, cum de præterito ita detemptus liber fuerit cũ Sinopuli, & ipse ingressus in locum eius sciebat. Inde ab anno 1600. vsq; ad 1609. diuisit lucra cũ libro illo modo detempto, inde cõtinuauit, & sic dicitur eodẽ modo, & cum eisdem qualitatibus, *Bal. in l. mandatum. 3. opposit. C. mandat. Cephal. cons. 69. nu. 6. & fin.* & in tutore, qui non confecit inuentarium, motus aliqua iusta excusatione credulitatis, quod vtique sit excusatus, & sufficit, quod aliter ostendat rationem, loquuntur *Io. de Prat. in cons. 92. inter cons. Calcan.* cui subscripserunt alij quamplures Doctores, & ibi etiam dicunt, rusticitatem excusare à dolo præsumpto, est enim præsumptio iuris tantum, quę admittit probationes in contrarium per alias præsumptiones, sequitur *Rot. Gen. decis. 35. nu. 9.* & quæ maior credulitas posset in causa ista desiderari, quàm prænarratæ causæ, quæ dicuntur plenissimæ probatæ, ex quo de substantia societatis, & eius requisitis, non est necessaria scriptura, ex *Felic. de societ. cap. 32. num. 25.* sed

19 potest probari non solum per testes singulares, quia habet tractum successiuum, sed etiam per præsumptiones, & coniecturas, ita *Corn. in cons.* 134. *nu.* 7. *& sequ. lib.* 1. *Gratian. disceptat.* 336. *nu.* 37. At hic adest depositio Sinopuli, dedonentis, societatem fuisse absq; scriptura contractam, & bona fide, ac librum fuisse semper detemptũ sub illa forma, sciente ipso de Buglio, quando fuit aggregatus, qui per continuum nouennium, librum, pecunias, omnesq; alios effectus, sic detineri permisit, & ita similiter lucra quolibet anno diuidebant. Sic pariter continuatum fuit ab anno 1609. vsque ad 1614. quæ non solũ sunt præsumptiones, sed manifestissimæ, & palpabiles probationes, & quod ex istis discernatur, qualis sit, ita *Bart. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. ff. de administr. tutor. Rot. Gen. decis.* 31. *nu.* 1.
20 & 2. & ratio est, quia societas est contractus bonæ fidei, *glos. in §. actionum instit. de*
21 *action.* & consensu perficitur, *l. consensu. & ibi glos. & l. obligamur. ff. de action. & oblig. Mascard. conclus* 1309. *nu.* 3. *Rimin. iun. cons.*
22 400. *nu.* 75. nec solum consensu verbis expresso, sed etiam tacito qui ex actibus elicitur, & discernitur, qualis sit, *l. qui admittitur. & l. plura ff. pro soc.*

Rursus dictus de Buglio sciebat, librum sic fuisse detemptũ tẽpore illius de Sinopuli, & exinde cũ eo cõtinuatum per multos annos absq; contradictione, & si noluisset, debebat abinitio contradicere, quia quod semel placuit, non debuit exinde displicere, & cũ ipse de Buglio culpæ causam dede-
23 rit, per cõsequens culpam allegare nõ potest, *l. cũ mãdato. ff. de negot. gest. l. cũ mulier. in fin. ff. solut. matr. l.* 1. *§. si omnes. in fin. ff. de ventre inspic. Cuman. cons.* 175. *col.* 2. *Castr. cons.* 307. *lib.* 2. *col.* 2. *Grauet. cons.* 362. *nu.* 8. *lib.* 3. *& cons.* 919. *nu.* 10. *lib.* 5. quod factũ illi de Foti, & de la Caua non potuerunt prẽuidere, nec etiã diuinare, & dictus de Buglio, qui sciens librum sic detineri, acquieuit, voluisset exinde reclamare, &
24 de culpa non potest argui, qui prævidere, & diuinare non potuit, *Dec. cons.* 115. *col.* 3. *vers.* 3. Tertiò, non obstat *lib.* 1. *Grauet. cons.* 685. *in fin. lib.* 4. & maximè cum ipsi
25 fecerunt, quod potuerunt, vnde, qui fecit, quod potuit, non est in culpa, *l. vtique. §. culpa. ff. de rei vendic. l. quemadmodum §. si nauis. ff. ad l. aquil. l. si vt certo. §. planè. ff. commod. l. arboribus. §. nauis. ff. de vsufruct. Rom. cons.* 395. *col.* 2. *Dec. cons.* 64. *col.* 3. *lib.* 1. *Grauet. cons.* 319. *nu.* 16. *vers. quinto.* & impossibile est hodie librum alio modo habere, quæ impossibilitas est causata fa-

&o ipsius de Buglio, qui ita permisit, quæ
26 impossibilitas, excusat à culpa, *l. impossibiliũ. ff. de reg. iur. l. cũ quidã. §. si pupillo. ff. de vsur. Oldrad. cons.* 242 *& cons.* 307. *col.* 2. *Grau. cons.* 319. *nu.* 15. *& cons.* 362. *Menoch. cons.* 645. *nu.* 2. *Felic. de societ. cap.* 22. *nu.* 10.

Insuper est verissimum, & in facto probatum, hosce socios ad emẽda lignamina vicissim Calabriæ se contulisse, & eorum quemque ad cõseruandos effectus, diuisim horreum detinuisse, & merces vendidisse, itaq; ex eis, vnusquisq; depositarius erat, vnusquisque administrator. Inde sequitur, ipsorum cuique opus fuisse detinere libũ; quare nunc alter alteri rationem reddere tenetur. Porro mutua hæc reddendæ rationis obligatio, quasi quadam compensatione ius admininistrationis petendæ pro
27 hibet, certi namq; iuris est, pari culpa existente inter socios cõpensationem admitti, ad *text. in l. plane si ambo. ff. pro soc. l. si ambo. ff. de cõpensat. glos. in §. fin. instit. de societ. Alex. cons.* 47. *nu.* 11. *vol.* 1. *& Rim. sen. cons.*
28 300. *nu* 52. inquit, & si duo fratres administrarunt, & altero mortuo, filius à patruo petat sibi reddi rationẽ administrationis, obstat ei exceptio implementi non facti ex parte sua, quia oritur ex eodem fonte societatis, merito eodem tempore debet inesse produci, idque procedit, dato, quod
29 alter modica negotia gessisset in societate, non enim potest audiri, nisi perfectè pro parte sua impleat, quẽ sequitur ibi in *addit. Rimin. iun. & in cons.* 280. *nu.* 15. *&* 16. *vol.* 3. *Cardin. Tusch. lit. S. conclus* 303. *vbi alleg. Castr. & post. alios Felician. de societ. d. cap.* 22. *num.* 17.

Clarissimè igitur constat, ita se habere, negotiũ, cũ sic vidit antecessorẽ seruasse, in societate, cuius loco ipse fuit ingressus, sic etiã ipse per nouennium in eadem perseuerauit, & in vltimis quinq; annis discordia fuit orta, nõ in cõputis, si sint bene, vel male reddita, sed circa lucrum, si in septẽ, vel octo partes debeat diuidi, circa quam diuisionem constituerunt communes amicos, qui differentiam sedarunt iuxta iuris
30 dispositionem, vt communes amici arbitrentur, pro qua parte quisq; debeat participare, *l. si. coita. ff. pro soc. Menoch. de arbitr. quæst.* 68. *nu.* 32. *in fin. & cons.* 93. *num.* 7. *vol.* 1. *Ludou. conclus.* 53. *vers. & ad vnũ est aduertendum. fol.* 121. *col.* 4. & iustissimè fuerunt arbitrati sic inæqualiter, quia d. de Buglio scut. 2000. posuit, & d. de la Caua, & Fori scut. 20000. & qui posuit
31 plus capitalis, & industriæ, plus lucri consequi debet, cum lucrum diuidatur pro ra-

ta,

ta capitalis, *l. si non fuerint. verſ. ſi modo aliquid plus. l. ſi ſocietatem mecum. in fin. l. quid enim. ff. pro ſoc. gloſ. in verb. æquales. §. 1. inſtit. de ſociet. Corn. conſ. 24. lib. 1. conſ. 27. & conſ. 122. lib. 2. conſ. 58. col. 3. lib. 4. Io. de Amic. conſ. 62. num. 4. & 5. Pariſ. conſ. 85. num. 12. lib. 1. Ludou. d. concluſ. 53. verſ. & ideo, qui plus capitalis.* loquendo in ſocietate particulari *Bal. l. ſi patruus. num. 17. C. comm. vtriuſque iudic. & l. 1. num. 13. C. pro ſoc. & l. rei iudicatæ. §. fin. ff. ſolut. matrim. & tract. de duob. fratr. in fin. Ludou. d. concluſ. verſ. & infertur tertiò, quod ſi vnus ex ſocijs. in fin.* niſi aliter fuerit conuentum, *Corn. conſ. 196. num. 3. vol. 3.* quo ſtante, quiſque ſuam portionem fuit conſequutus, tam in
32 contanti, quàm in effectibus, remanentibus ſolum nominibus debitorum, quæ, miniſterio legis, ipſo iure ſunt diuiſa, *l. ea quæ. C. famil. Erciſc. Io. Vinc. de Ann. allegat. 4. num. 2.*

Quapropter dicendum eſt, nos verſari
33 in rationibus redditis, quæ iterũ non ſunt reddendæ, *l. ſemel. C. de apoch. public. lib. 10. & ibi Bart. Montan. de tutel. cap. 38. nu. 118. Bellon. deciſ. Gen. 24. num. 1. & deciſ. 165. num. 9.* & ita in quam plurimis Rotis fuiſſe deciſum, teſtatur *Ricc. in collect. 1915. Socc. conſ. 92. lib. 4. nu. 1. Dec. conſ. 94. num. 4. Berou. conſ. 163. in fin. lib. 2. cum multis relatis à Felic. d. cap. 38. nu. 62. & per me in d. conſ. 30. num. 1.* licet ſecus
34 dicendũ eſſet, quando pars contraria allegaret errorem in calculo, *l. vnica. C. de err. calcul. & ibi Bart. Bal. Salic. & alij. Nacl. conſ. 489. lib 3. Rimin. iun. conſ. 338. lib. 3. nn. 47. Socc. conſ. 159. col. 3. in princ. conſ. 190 col. 2. & conſ. 92. col. 2. vol. 4. Pariſ. conſ. 89. col. 3. vol. 1. quos ad hæc refert, & ſequitur Rol. à Vall. conſ. 49. nu. 49. vol. 1. Guttier. de tutel. part. 3. cap. 1. nu. 117.* dũmodo talis
35 lis error ab allegante incontinenti probetur, *Caſtr. conſ. 10. lib. 2.*

36 Itẽ, ſecus etiã, quando diceret nõ redditã rationẽ, prout de iure debebat reddi, & ſic imperfectè redditam, cũ non eo modo, prout debebat, *Soccin. d. conſ. 159. nu. 11. & d. conſ. 190. nu. 3. lib. 2. & d. conſ. 92. nu. 8. lib. 4. Felic. d. cap. 38. num. 81. Bellon. deciſ. Gen. 176. num. 17.*

37 Et tandem ſecus, ſi ratio dolosè fuerit reddita, qui dolus debet verè oſtendi, *Dec. conſ. 94. num. 4. & d. l. vnica. num. 8. in fin. C. de err. calcul. Rol. d. conſ. 49. nu. 22. & 23. lib. 1. Maſcard. concluſ. 253. in fin. Felic. d. cap. num. 82. refert Menoch. Neuiz. Burſat. Berou. Pariſ. & alios.*

Quoad primum, de errore in calculo, & tertium, de dolo, nec docet, nec illum allegat, vt in facto apparet.

Secundum eſt, ℣ allegat, videlicet, non redditã rationẽ, vt de iure debebat, & iam ex præcedentibus eſt pleniſsimè reſponſum, cum in effectu liber illo modo detẽptus, de cõmuni oĩum conſenſu ſic factus fuit, in arca magna oẽs pecunias cõſeruabãtur, & effectus quiſq; in ſuo horreo detinebat, quiſq; erat adminiſtrator, & quiſq; debebat tenere librum, & reddere computum, & in hoc culpa vnius fuit compenſata cum culpa alterius, & cum ſimus in viris tam optimis, & integris, qui omnia confidenter inter eos geſſerunt, vt ad ſocios ſpectabat, durè quidem agendum
38 non eſt, & ſcrupuloſa rationum redditio eſſe non debet. *l. ſi ſeruus. ff. de legat. 1.* & aliquando eis creditur, etiam in non modicis, *Socc. conſ. 46. ſub. num. 2. lib. 1. & conſ. 92. num. 6. lib. 4. Plot. in l. ſi quando. num. 496. in fin. C. vnde vi. Stracc. de mercat. part. 2. num. 57. in fin. Maſcard. concl. 1256. num. 20.* & cum ſit admodum difficile
39 rationes perfectè reddere, arbitrio Iudicis eſt relictum, quando dicantur ſufficienter redditæ rationes, *Bal. in l. voluntati. num. 2. C. de fideicomm. Anchar. conſ. 331. Menoch. de arbitr. caſ. 209. num. 10. & ſequ. Corn. conſ. 196. ſub num. 4. vol. 3. Pariſ. conſ. 84. num. 16. & 17. vol. 1. Montan. de tutel. d. cap. 38. nu. 12.* vnde in caſu iſto attenta qualitate horum de la Caua, & Foti, qui præciſè, dũ litigabatur, obijt, ex quo nõ præſumitur immemor ſalutis æternæ, & ℣ ſocium voluiſſet in minimo fraudare, & attentis tot rationibus prædictis, indubitanter teneo, Spectabiles Iudices
41 debere arbitrari computa ſufficienter redditа, præciſè, quia facta calculatione, fuit
40 facta reſtitutio reliquorũ, qua ſtante, dicitur ſublata obligatio, qua tenebantur reddere rationes, *§. 1. inſtit. quib. mod. toll. oblig.* vbi dicit *gloſ.* quod ſi obligatio tollitur, nunquam de cætero reuiuiſcit, *l. qui res. §. arcam. ff. de ſolut. l. ſi alienis. ff. de noxal. l. cum. ex cauſa. C. de luit. pignor.*

Cætera ſuppleat Religio, & Doctrina DD. VV. Mult. Spect.

Meſſanæ die 2. Martij, 1618.

SVMMARIVM.

1 *Dos, conſtante matrimonio, ab vxore peti poteſt, propter viri maximum æs alienum. Immo ſufficit, ſi vir incipiat male vti ſubſtantia ſua, & quod dilapidationis ſit ſuſpe-*

stus, num. 2. esto bona sint suffectura pro dote, & creditoribus. ibidem. Et si dos adhuc non fuerit soluta, potest vxor eam sibi retinere, num. 5.

3 *Vxor constante matrimonio executiuè agit ad dotis restitutionem, constito prius de vergentia viri ad inopiam per testes in vim extremorum. amplia, etiam si vir offerat fideiussores. num. 4.*

4 *Dos constante matrimonio vxori, ex causa restituta, si fuerit consumpta absq; culpa vxoris, non obstante restitutione, vir, eiusque hæredes tenentur iterum restituere.*

7 *Ex datione in solutum, transfertur dominium.*

8 *Verbum [Dat, Assignat, Concedit, & Clausula ad habendum] dominij translationem significat, & idem importat Clausula euictionis. num. 9.*

10 *Clauium traditio, possessionem tribuit.*

11 *Constitutum veram, naturalem, & realè transfert possessionem, quamuis per modum fictũ.*

12 *Datio in solutum, veram operatur solutionem, & actus cancellationem.*

13 *Creditor, cui fuit facta datio in solutum, non potest ab illa discedere, propter non sequutam traditionem, sed habet actionem ad rem tradendam.*

14 *Dotis restitutio, quæ fit obærato viro, non est propriè restitutio, sed potius assecuratio. Fallit stantibus amplissimis verbis, importantibus, dominij, & possessionis translationem, tunc enim dicitur vera restitutio, nu. 15. & fortius resoluto matrimonio. nu. 16.*

17 *Vxor ex eisdem actis potest agere ad dotis restitutionẽ, soluto matrimonio, ex quibus egerat constante matrimonio, ob inopiam viri, si mors superuenerit, nec cogitur de nouo iura experiri.*

18 *Prælationis iudicium non competit, nisi concreditoribus, contra communem debitorem contendentibus.*

19 *Creditor anterior, contra creditorem, cui siue iudicialiter, siue extraiudicialiter fuerũt assignata bona communis debitoris, via tantum hypotecaria potest agere; quod intellige, facta excussione, num. 21.*

20 *Asinius cap. 7. num. 2. declaratur.*

22 *Societatis contractus nullam tribuit obligationem ad quantitatem, sed ad factum, idest, ad computorũ redditionẽ, & quomodo fiat.*

23 *Executio denegatur cum Prætori non liqueat de debito.*

24 *Iurisdictio impeditur, cum ignoratur id, vnde forma iurisdictionis causatur.*

25 *Executio non datur contra socium, nisi tota ratio sit calculata, esto aliqua partita sit liquida; nec contra socij fideiussores, licet amplissimis verbis obligatos, nisi prius cum principali fuerit facta liquidatio, num. 26.*

27 *Rationem reddere de facto per alios gesto, est impossibile.*

28 *Audientia est deneganda actionẽ non habenti.*

29 *Constitutio (si ciuiliter agens) reseruans præiudicialia in fine causæ, non habet locum in eo, qui caret actione.*

30 *Societatis contractus executionem habent paratam, ex ritu 114. & declaratur ritus, num. 31.*

32 *Agens ad computorum redditionem, ordinarie se dirigere debet iure cõmuni inspecto, aliàs si per iniunctionem se dirigat, nullum est iudicium, etiam si pars consenserit. num. 33.*

34 *Vxor absque sui viri authoritate contrahere non valet ex vrbis statuto. cap. 27.*

35 *Voluntas qualis fuerit in præcedentibus, ex subsequentibus actis declaratur.*

36 *Donatio facta absenti cum stipulatione Notarij, licet sit irreuocabilis ex parte donantis, est tamen reuocabilis ex parte donatarij, quia non cogitur inuitus eam aceptare.*

37 *Quod alicuius fauore est inductum, non debet in eius odium retorqueri.*

ARGVMENTVM.

Dos constante matrimonio, quando peti poteſt, & quando ex ea transferatur dominium, & quæ verba importent dominij translationem, & de vi constituti, & an sit vera restitutio. Prælationis iudicium, quando, & quibus competat. Ex societatis contractu, quæ actio oriri solet, & ad quid socius teneatur, & quid contra fideiussores tamquam principales obligatos. Donatio facta absenti cũ stipulatione Notarij an sit reuocabilis ex parte vtriusque.

CONSILIVM LIX.

IESVS MARIA.

RE nouata societate sub anno 1593 inter Ludouicum Agnello, & Hieronymum Cocchiglia, quæ prius inter eos sub anno 1588. inita fuerat, nuptias cum D. Mariana de Arena contraxit Ludouicus in anno 1596. Inde verò post dictum matrimonium, fuit iterum per eosdem renouata societas, ad alios annos quatuor duratura, in qua dictus de Cocchiglia posuit pro capitali vncias 2700. quamuis antiquum eius capitale ascenderet ad summam tantum

tum vncearum 1338. taren. 3. gran. 17. Ex quo ex effectibus illud fuit auctum, Ludouicus vero posuit vnc. 1200. & industriam eius personæ, & in hoc vltimo societatis contractu anterioritatem temporis sibi reseruauit dictus de Cocchiglia, licet in alijs contractibus numquam illam sibi reseruauerit. Post hæc præfatus Cocchiglia donauit Mario, & cæteris filijs capitale prædictum cum lucris, diemque suum paucis illinc ab annis clausit extremum; vnde duplici iure fuit resoluta societas, hominis nempe ministerio, ac legis, tum quia sic partes in socialibus tabulis conuenerunt, tum etiam quia lex statuit, vnius ex socijs morte, quoad alios, societatem finiri vulgatis iuribus, alijsq; quos in præcedentibus consilijs retuli, licet exinde fuerit in societate continuatũ, & consequenter fuit extincta anterioritas, prout in facto, quando actores venient via sua, ostendetur clarissimè, licet hodie colligatur ex rubrica asserti Inuentarij per actores facti. Anno verò proximè elapso 1608. sub die 10. Septembris, dictus de Agnello restituit dotes Marianæ vxori, eique dedit in solutum omnia, quæ erant in apoteca, siue in eius horreo, nec non & mobilia in domo existentia, & possidente ipsa Mariana vxore prædicta bona data in solutum, fuit ad eorumdem actorum instantiam pro asserto credito ex causa dictæ societatis, de mandato Iudicis factum repertorium de dictis bonis in solutum datis, prætendentes esse bona dicti de Agnello, in quo Inuentario fuit apposita præseruatio ad instantiam Clientis, per quam protestata fuit illa esse bona ipsius Marianæ, & per consequens non potuisse, nec posse fieri tale repertorium. Et deniq; Ludouico Agnello vita functo, inde ad aliquot menses fuit missum ad effectum, ad instantiam dicti Marij Cocchiglia, & Consortum, quod præferantur pro asserto eorum capitale vnc. 2700. cum lucris præfatæ Marianæ de Arena petenttes satisfactione super effectibus remãsis tã in apoteca, quàm in debitorũ nominibus. Qua de causa fuit missum ad effectũ ad instantiam dictæ Marianæ, quod isti de Cocchiglia actores nõ audiantur in asserta eorũ petitione ꝓlationis, & ita decidẽdũ esse sentio.

Duo igitur principaliter sunt discutienda. Primo, an talis restitutio possit fieri, & quid importet. Secundò, an hoc iudicium prælationis hodie possit tentari, cum bona sint penes tertiam possessitricem.

Quoad primum, quod restitutio rectè potuerit fieri, non est dubium in præsenti casu, cum fuerit facta pro vtilitate, & beneficio vxoris, quandoquidem in restitutione adeo se infirmum fatetur maritus, & quatenus conualesceret, adeo senem esse, vt vix de cætero negotijs inuigilare possit, & insuper se multis debitis intricatum inquit, & clara est iuris conclusio, ex 1 *l. 1. C. si dos. const. matrim. & l. si constante. ff. solut. matrim.* vxorem constante matrimonio posse dotem, eiusque dotarium exigere, si deducto ære alieno non remanent marito bona, ex quorum fructibus matrimonii onera substineri possent, vt post *Bart. & alios testatur Barbos. in d. l. si constante. nu. 1. cum sequentibus. Costa. subsid. remed. 1. num 1. Apont. decis. 19. nu. 19. & 20. Milan. decis. 7. num. 63. & 64. lib. 1. Cancer. lib. 1. resol. cap. 9. de dote. nu. 18. & 19. posthæc Giurb. decis. 16. num. 1.* 2 *vbi plures refert*, & inquit sufficere, quod incipiat male vti substantia sua, aut quod dilapidationis sit suspectus, esto sint bona 3 sufficientia pro dote, & creditoribus, & potest agere ad restitutionem dotis, etiã executiuè constito per testes in vim extremorum, latissimè *Mastrill. decis. 142.* esto 4 offerat velle dare fideiussores, post *Giurb. Rendin. in promptuar. recept. sentent. tit. de fideiussor. nu. 2. & tit. de viro, & vxor. nu.* 5 7. vbi se remittit, immo si antequam recipiat dotem incipit male vti, potest vxor eam retinere, *Barbos. d. l. si constante. num. 23. & 24.* Quæ tamen dos restituta 6 si fuerit consumpta constante matrimonio sine culpa vxoris, non obstante restitutione, vir, eiusque hæredes tenentur soluto matrimonio iterum restituere, *Glos. communit. approbata. l. 2. ff. solut. matrim. vbi Doct. Bald. nouell. tract. de dot. part. 8. priuil. 21. Crot. d. l. si constante. num. 219.* 7 Quod autem per istam restitutionem, & dationem insolutum fuerit translatum dominium, & possessio in vxorẽ, patet clarissimè, quia per dationẽ in solutũ transfertur dominiũ, *Aret. cons. 159. Ias. cons. 192. vol. 1. post Dec. & Menoch. Surd. cons. 243. nu. 16.* vbi *in nu. 19. & 21.* inquit etiam, ꝙ 8 verba [dat, assignat, concedit, clausula ad habendũ] importãt dominij translationẽ, *Bart. d. l. si constante. nu. 92. & 93. Roger. cons. 38. nu. 101. vol. 1. Gratian. discept. 82. nu. 14. & 18. Honded. cons 91. nu. 24. vol. 1. Aldouin. cons. 35. nu. 64. Peregr. cons. 89. nu. 21. vol. 1. & cons. 75. num. 64. vol. 4. Menoch. cons. 896. nu. 29. & multos refert posthæc Giurb. decis. 24. num. 19. 20. & 21.* vbi idem im- 9 portare asserit clausula euictionis, & cò

magis dicitur tradita possessio, cum fuerint datæ claues horrei; iuris namque est,
10 per traditionem clauium transferri possessionem, *l. clauibus traditis. ff. de contrahen. empt. & vendit. Milan. decis. 3. num. 239. lib. 1. Decian. cons. 56. col. 2.* Accedente maximè constituto, per quod transfertur, vera, naturalis, & realis possessio, licet per actum fictum *l. quod meo. & l. quãuis. §. 1. ff. de acquir. possess. vbi DD. omnes. latissimè Tiraqu. in tract. de constituto. ampliat. 1. num. 2. part. 2. & ampliat. 32. per totam. Ioseph Ludou. decis. Perus. 29. num. 13. Alex. Raudens. cons. 28. num. 22. vol. 1. Turret. cons. 48. num. 5. lib. 1. cons. 93. num. 12. & 13. lib. 2. Menoch. cons. 139. num. 24. vol. 2. Molin. de Hisp. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 5. 6. & 7. Surd. cons. 73. num. 44. Tusch. lit. C. conclus. 785. nu. 5. & posthæc innumeros recensет Giurba decis. 112. num. 11. & decis. 61. nu. 20.* Et tandem per traditionem fustis manu Notarij, quæ effectum traditionis possessionis operatur, *Barbat. cons. 58. nu. 23. vol 2.* quæ
12 datio in solutum operata est solutionem debiti, & liberationem debitoris, cum ipsa sit vera solutio, & cancellet instrumentum debiti, *l. pretij. C. de rescind. vendit. Bart. in l. si quis aliam. ff. de solut. Thesaur. decis. Pedam. 147. num. 4. Surd. decis. 113. nu. 4. vers. & non refert. idem Surd. d. cons. 243. num. 7.* quod adeo verum est, vt ille,
13 cui fuit datum in solutum, non potest à datione recedere sub prætextu, quod res non sit tradita adhuc, quia habet actionẽ ad rem tradendam. *Nacl. cons. 496. num. 19. vol. 3.* Et in hoc non obstat illa consideratio, quod in contractu dicitur, volens sibi cautã reddere; & ꝙ ideo restitutio fuerit pro securitate, & non pro totali restitutione, & quod ita sit de iure, ex *Alb. in cõs. 80.* quoniam respondetur primò, quod li-
14 cet dicat volens se tutam reddere, nihilominus eam non accipit ad cauthelam, sed vti data in solutum, & ita sibi assignantur. Præterea licet de iure sit vera doctrina *Alb.* nihilominus procedit, quando simpliciter stãte vergentia, vel casibus à iure permissis fit restitutio dotis, absque aliqua clausula importante dominij translationem, verum quando restitutio fit cum amplis verbis, & clausulis importantibus dominij, & possessionis translationẽ, prout
15 sunt dicta verba [dat in solutum, assignat, concedit, clausula ad habendum, constitutum] & alia, tunc transfertur, & dominium, & possessio, & tunc non est assecuratio, sed vxor fit pleno iure Domina, *Bursat. cons. 120. num. 35. vol. 1. Reger. d. cons. 38. vol. 1. Maluac. cons. 13. nu. 1. & 30. vol. 1. Nacl. cons. 446. num. 4. & 5. cum alijs supra adductis, & etiam à Giurba posthæc d. decis. 24.* Tanto magis, cum ho-
16 die sit resolutum matrimonium, & dos restituta, reperiatur penes vxorem, quo casu res peruenit ad suum finem, faciunt, quæ notat *Muta consuet. Panorm. num. 80. cap.*
17 *23.* quod si constante matrimonio vxor pro vergentia viri agat ad restitutionem dotis, si superueniat mors, ex eisdem actis agitur, absque eo, quod de nouo sit necesse, quod vxor se dirigat, *Bart. in l. post finitam. ff. de suspect. tutor. Anna singul. 597. Masull. ad Capic. decis. 46. sub nu. 4. & post hæc Giurb. decis. 16. num. 5. vers. immo instructo processu.*

Ex his igitur ostendi, fuisse datas in solutum dictas merces, & potuisse dari, & per illam dationem translatum dominiũ, & possessionem, & importasse solutionem, & satisfactionem. Reliquum est ostendere, an rectè iudicium prælationis fuerit tentatum, & cum Cliens non sit creditrix, non habere locum iudicium prælationis, dicendum est. Item, & cum sint bona penes tertium, prout hic, non posse agere,
18 nisi actione hypotecaria, & in puncto prælationem non competere, nisi concreditoribus, post *Bald. Surd. cons. 152. num. 33. & in Regno Anton. Ball. super pragm. lib. 5. super Bulla quæst. 2. num. 7.* vbi inquit, tunc iudicium prælationis inter concreditores habere locum, quando contendunt contra communem debitorem, ambo concurrentes, quod nos indies videmus, & faciunt, quę in simili post hæc scripsit *Mar. Giurb. decis. 61. num. 19.* igitur, cum ex parte Clientis nulla subsit, nec pendeat actio, nec concursus contra Ludouici de Agnello hæredes, nullum erit mouendum iudicium prælationis. Rursus actio vera, &
19 realis, quæ competit creditori, qui prætendit se anteriorem, quando res fuit data extraiudicialiter in solutum per debitorem, vel iudicialiter distracta, est hypotecaria, prout ore rotundo docentes modũ, & praxim, ostendunt Doctores de Regno, & præsertim *Cum. cap. rit. 18. num. 3. & omnes alij. ad idem scripsit Giurb. d. decis. 61. num. 2. & 3.*

Non obstat dicere ex *Asin. cap. 7. nu. 2.*
20 quod iudicium prælationis competit etiã vbi non proceditur executiue, quia hoc procedit contra debitorem, & quando cõcreditores contra communem debitorem litigant, concurrunt, & agunt, verum, quando

21 quando communis debitor soluit, & dedit in solutum posteriori creditori, anterior nonagit iudicio prælationis, sed iudicio hypotecario facta excussione, quia aliàs mortua esset actio hypotecaria, & contra tertium posset agi non excusso principali contra *text. in auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypot. & alia iura, & authoritates.*

Præterea isti de Cocchiglia actores nul lo iure apparêt creditores, cum corũ asser tum creditum prætendant vigore dicti cõ tractus societatis, qui contractus tam dispositione hominis, quam prouisione iuris communis nullam tribuit obligationem ad certam quantitatem, sed obligationem ad factum, & in ipso contractu legitur, ꝙ se obligat Ludouicus reddere iustum, & legale computum, & sic obligatio est ad fa-
22 ctum, cum de iure communi socius non teneatur ad certam quãtitatem, sed ad factum, scilicet, reddere computa, quod est, Codices edere, calculum ponere, reliqua reddere, & purgare moram, solutione eius, quod debetur. *l. quamuis. l. cum seruus. ff. condit. & demonstrat. l. si statu. liberi. §. fin. ff. de stat. liberis. l. si fuerit. ita §. penult. ff. de manumiss. testam. Ias. cons.* 100. *nu.* 4. *lib.* 4. *Bald. cons.* 61. *in princ. lib.* 2. *Alex. cons.* 192. *vol.* 7. *& post eum Fan. de pignor. membr.* 1. *part.* 5. *nu.* 37. *& ego dixi in cons.* 30. *num.* 2. *& cons.* 55. *nu.* 11. *& cons.* 56.
23 *num.* 1. *& sequ.* vnde cum non liqueat Prętori, non conceditur executio, *l. hæc autẽ. §. fin. ff. quibus ex caus. in possess. eat. Bald. & alij vbi supra,* & quia cũ ignoratur illud, vn
24 de forma iurisdictionis causatur, iurisdictio impeditur, *l. nullum. & ibi Bart. ff. de de condit. & demonstrat. l. quæro. ff. de eo, qui pro tut. Bald. vbi supra,* & tanto magis, quia non sumus in debito simpliciter illiquido, quod pro certo ostendat in futurũ esse debitum, nam sumus in societatis cõtractu, in quo potest, redditis computis apparere debitor, & non creditor, & in-
25 ter socios esto quod sit creditor liquidus in aliqua partita, non potest ex tali partita procedi ad executionem, nec per viam sequestri, neque per viam capturæ, nisi tota ratio sit visa, & calculata, *l. de illo. ff. pro soc. Bart. in l. cum fundus. §.* 1. *col.* 3. *ad fin. ff. si cert. petat. Castr. cons.* 71. *ad fin. lib.* 1. *Anchar. cons.* 235. *Alex. vbi supra, & Fan. de pign. num.* 37. *Valenz. cons.* 86. *num.* 41. *& posthæc multos refert Giurba dec.* 15. *num.* 3. & hoc est adeo verum, vt
26 creditor qui habet actionem ad factum, non potest agere etiam contra consideiussores, qui amplissimis verbis se principales constituerunt, nisi prius agat, & in iudicio contentioso contra suum debitorem liquidet eius summam, quanto magis contra tertios pignorum possessores, contra quos nullo iure permittitur actio, nisi hypotecaria, vt dictum est, & multos refert *Alba cons.* 328. *nu.* 1. *cũ multis sequ. vol.* 2. *& in num.* 45. *cum sequ.* vbi dat ra-
27 tionem, esse impossibile reddere rationem de facto per alios gesto, ex his erit igitur
28 verum dicere, cum constet, actionem non competere, denegandam esse audientiam,
29 nam licet per constitutionem, si ciuiliter agens, oĩa præiudicialia sint reseruata, fallit tñ, quoties actor caret actione, *Afflict. d. constit. si ciuiliter. nu.* 9. & licet replicetur, ꝙ habet actionẽ ex contractu, respondetur, quod vanitas est hoc dicere, nam actio quã habet ex contractu, est contra debitorem ad factum, videlicet, vt cogatur rationes reddere, vnde contra Clientem ex contractu nullam habet actionem, vt ex prædictis clarissimè infertur.

Non obstat in motiuis, ꝙ *cap. rit.* 114.
30 dat executionem paratam contractibus societatis, quoniam intelligitur, quod fiat
31 iniunctio ad reddendum computa, & hæc est via executiua, etenim de iure communi, vt cogatur reddere computa, ne-
32 cesse est, quod ordinariè se dirigat actor,
33 *Bald. d. cons.* 61. *vol.* 2. immò si per viam iniunctionis se direxisset, & pars etiam consensisset, iudicium ipsum esset nullum, prout ita aliás fuisse decisum, refert *Eruditiss. Octau. Corset. quæst. for.* 1. *nu.* 3. Verum hodie stante *d. cap. rit.* 114. procedi-
tur executiuè per viam iniunctionis, puta, quod infra dies octo exhibeat computa, aliàs, &c. & in hoc verificatur via executiua data à ritu contractibus societatis, vltra, quod expresse est prouisum, in dicto contractu, quod possit fieri executio.

Non obstat tandem, quod vltimo loco D. Aduocatus ex aduerso obijciebat, hanc Marianam vxorem fuisse donatariam vniuersalẽ institutã à dicto Ludouico eius viro, quæ donatio cum fuerit insinuata in Banca, prę sumitur de mandato ipsius Marianæ, & quod inter virum, & vxorem, præsumatur scientia, maximè donationis factæ: quoniam respondetur, primò, donationem fuisse factam vxori absenti, & ignoranti, & esto, quod sciuisset, ex prædictis præsumptionibus, seu alijs, tamen ipsa, per talem scientiam non præsumitur eam
34 acceptasse, quia hoc procedit in eo, qui posset facere actum refutationis, at vxor

ex Sta-

ex Statuto Vrbis nostræ sub cap. 27. non potest facere actum, absque authoritate viri; igitur non est mirum si non constat de eius refutatione, quia sola non poterat facere actum, & nihilominus ex illo actu restitutionis dotium facto per virum ad eius instantiam colligitur expressa eius voluntas, quod noluit illam donationem,
35 qui actus sufficiens est, cum ex actu subsequuto declaratur, qualis fuerit voluntas in præcedentibus, *Surd. cons. 140. nu. 40. in fine*.

Præterea hoc valde absonum est, quod quis dicatur obligatus, stante donatione sibi per alterũ facta cũ onere soluendi eius debita, & quod creditores, siue velit, siue nolit donatarius, possint donatarium ipsũ abstringere ex eo solum, quia adest stipulatio Notarij in donatione, & quia est insinuata in Banca, cum stipulatio sit inducta fauore absentis, non autem quod abstringatur donatarius, si nolit acceptare, cla-
36 rum est enim de iure, quod donatio est in reuocabilis ex parte donantis, pro parte verò absentis, pro quo stipulatur Notarius est reuocabilis, nam non cogitur acceptare, ita in puncto dixerut *Ruin. cons. 126. vers. nam licet. & cons. 172. num. 16. vol. 1. Io. Baptist. Costa. tract. de claus. conuent. claus. 1. part. 2. & ego multos adduxi in cons. 7. num. 5. & 6. & cons. 62. nu. 16.* & post alios ita in Rota Romana fuisse decisum, testatur *Ludouis. decis. 86. in addit.* cum claræ sint conclusiones, nam esset inducere, quod id, quod fauore vnius sit introductum, retorqueret in eius odium, contra *l. quod fauore. ff. de leg.*

Verum quid prætenditur, si sit donataria cum neq; etiã sit bene actũ iudicio prælationis, nam (vt dictum est) illud iudicium aliter procedit, & contra donatariã esset necesse prius agere circa redditionẽ computorum; inde verò illis calculatis causare executionem, & experiri eorum iura: in tantum, quod à primo, ad vltimum, vnde fundetur articulus tentatus, & modus iste procedendi, penitus ignoro.

Ex quibus intrepidè concludo fore decidendum, dictos actores non esse audiendos. Reliqua supplebunt Sp. Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis, more eorum.

De mense Aprilis 1609. per Curiam Straticotialem fuit decisum in fauorem Clientis: quod actor non audiatur saluis iuribus le melius dirigendi.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Bullalis habet executionem paratam pro censibus infra decennium.*
2 *Instrumentum quod promittitur cancellari executionem non habet, quia habetur pro cancellato.*
3 *Promissio de vendendo habetur pro ipsa venditione.*
4 *Premissio de donando, donationem veram, & perfectam continet.*
5 *Emens de communi pecunia nomine tamen proprio, sibi acquirit, & socij habent actionem ad pretium cum interesse. Redditur ratio, num. 6. fallit in dote, & in re pupillari in subsidium, num. 7.*
8 *Tutor emens de pecunia pupilli, licet proprio nomine emat, pupillo acquirit.*
9 *Verisimile admittitur in probationibus, non omne quod est possibile, quia in verisimilitudo imaginem falsitatis habet.*
10 *Obliuio regulariter decem annis inducitur.*
11 *Ex depositione testis, duos patientis defectus, nec fides, nec adminiculum quidem oritur.*
12 *Cõtractus Bullæ requirit scripturã pro forma.*
13 *Confessio extraiudicialis etiam parte præsente, non nocet confitenti aduersus contractum, qui pro forma requirit scripturam, nisi fuerint adhibiti quinque testes rogati.*
14 *Lex testium. C. de testibus in quibus casibus procedat, declaratur.*
15 *Contractus emphiteuticus secundum veriorem requirit scripturam.*
16 *Sollemnitas eadem requiritur in distractu, quę in contractu.*
17 *Afflict. decis. 13. num. 26. declaratur.*
18 *Solutionis Canonum probatio non tendit ad resolutionem actus, sed ad confirmationem & ideo duobus testibus validatur.*
19 *Testes duo sufficiunt in qualibet causa, siue Ecclesiastica, siue profana, amplia etiam in causa criminali. num. 20.*
21 *Confessio inueri similis non nocet.*
22 *Actus habens aliquam suspitionem, si aliunde comprobetur eius veritas, cessat suspitio.*
23 *Donationis suspitio tollitur per præsumptiones coadiuuantes ipsam donationem.*
24 *Præsumptiones suspicionibus præponendæ sunt, quia efficaciores sunt.*
25 *Instrumentum est probatio probata, & veritas apparens.*
26 *Legatum factum sub commemoratione debiti, de quo non apparet, substinetur vti legatum, non vti debitum.*
27 *Contractus vt probetur simulatus, plura sunt probanda, & deducenda.*
28 *Socius iudicio ordinario conuenitur ad computorum redditionem.*

29 Præ-

29 *Præsumptio cedit veritati.*
30 *Præsumptio per efficaciorem præsumptionem tollitur.*

ARGVMENTVM.

Promissio de cancellando instrumentum, an habeatur pro ipsa cancellatione, ita vt non valeat executioni mandari. Socius emens nomine proprio cum pecunia communi, sibi, an socijs etiam acquirit, & quid in dote, & re pupillari, & in Tutore nomine proprio emente de pecunia pupilli. Confessio extraiudicialis, etiã parte præsente aduersus instrumentum, vel hominis, vel legis dispositione, requirens scripturam pro forma, an, & quando noceat. Instrumentum suspectum, si præsumptionibus coadiuetur, an cesset suspicio. Ad probandum contractum simulatum, quæ sint probanda, & deducenda.

CONSILIVM LX.

IESVS MARIA.

Die 28. Ianuarij, 1612. ad instantiam Gasparis Panarello Clientis fuit causata executio in vnc. 42. pro duobus contractibus Bullalibus, altero vnc. vnius subiugatæ per quondam Ioannam Panarello matrem, sub die 3. Martij, 1589. altero vnc. 6. singulis annis subiugatarum per fratrem Baldassarem Panarello, & Marcum Antoniũ fratres cũ fideiussione dictæ Ioannæ matris sub die 29. Iulij 1589. contra prædictum fratrem Baldassarem, & Placidum Panarello, quæ executio fuit adimpleta, in bonis hæreditarijs ipsius Ioannæ, & cũ fuisset oppositum per fratrem Baldassarẽ tantum, fuerunt in prima instantia reiectę eius oppositiones, & prosequuta causa oppositoria fuit decisum per duos Spect. Iudices Curiæ Straticotialis, quibus fuit causa commissa per S. E. in hac Vrbe commorantem, quod procedat executio quoad vnc. 24. & taren. 20. in reliquis retractetur, fuit causa ad instantiam Clientis via reuisionis transmissa ad Magnam Regiam Curiam, in qua hodie pendet, & petitur per Clientem eius executionem in totum procedere debere. Quandoquidem apparet, de legitimatione ipsius Clientis, cum sibi sit facta subiugatio. Item & de legitimatione personæ conuentorum, nam Ioanna mater subiugauit. Item quia domus quæ petitur distrahi, est de hæreditate dictæ Ioannæ, & ipsi sunt hæreaes. Sumus enim in contractu habente executionem paratam pro censibus infra decennium, tum ex forma ritus, stante pacto adiecto
1 in contractu, tum etiam ex forma Regiæ Pragmaticæ Regis Alphonsi super ipsa Bulla, vt latissimè *Petr. de Gregor. in tract. de Censib. quæst. 6. num. 4. & 5.* Oportet igitur ea solum considerare, quæ ex aduerso proponuntur. Primo, quod licet contractus ille vnciarum sex non sit cancellatus, tamen Cliens promiserat fratri Baldassari se cancellaturum ad omnem eius requisitionem, ex quo infertur, quod licet instrumentum non sit cancellatum, attamen ex quo de consensu partis erat cancellandum, etiam antequam cancelletur,
2 habetur pro vacuo, & inutili, & fidem in in iudicio non facit, & per consequens nulla ex eo poterat oriri executio, allegando *Paul. de Castr. in cons. 128. nu. 2. vol. 2.* vbi cõsuluit tenutã in casu suo fore reuocandam, ex quo instrumentum non merebatur executionem, sed pro cancellato, & deleto debebat haberi, stante promissione facta de cancellando, vbi multos alios Doctores refert, & *D. Card. Tusch. lit. C. conclus. 20. num. 3.* vbi inquit, quod promittens cancellare instrumentum, videtur pacisci, nõ petere. Faciunt etiã, quæ tradunt
3 Doctores in promissione de vendendo, q̃ proinde est, ac si facta fuisset venditio, prout in terminis scribit *Aret. in l. 1. ff. de pign. act. Menoch. cons. 147. num. 10.* Et pariter promissio de donando donationem
4 continet, *ex alleg. per Menoch. in cons. 92. num. 27.* vbi de communi testatur, & in *cons. 467. num. 1.* inquit promissionem de donando absque controuersia habere vim veræ, & perfectæ donationis: & cum in casu isto conetur pars contraria ostendere duobus cõtestibus confessionem extraiudicialem factam per Gasparem, & promissionem de cancellando consequens erit dicere executionem fore retractandã. Secundò, q̃ cũ sint tres cohæredes, Cliens debebat agere pro duabus portionibus, & nõ p̃ toto. cõtra alios duos cohæredes, & ideo rectè fuit decisum, quod retractetur in reliquo; quasi, quod Iudices compensauerint, reliquum pro tertia parte competente Clienti. Quibus non obstantibus intrepide concludo fore decidendum executionem in totum debere procedere.

Quoad primum, aut prætenditur Promissionem

missionem cancellandi prędictum contractum Bullalem ex eo factam fuisse, quia fuit factus contractus de pecunia communi ipsius societatis, & quo ad hoc, testes ex multis errare, respondetur, & primò, quoniam ipsi fratres, contractus tempore, in communi minimè viuebant, quia per biennium ante fecerant diuisiones, & quisque suas portiones adoptauerat, vt per actus publicos apparet, per quos actus constat etiam post diuisiones, matrem, gabellæ nomine, dedisse Clienti nonnullas sicomorum frondes. Item haud verisimile est, potuisse Clientem affirmare ex communibus bonis contractum fuisse factum, & illum cancellare promisisse, quandoquidem tertia pars prætij ipsius census erat de bonis proprijs Clientis, & per consequens nō poterat dici, promisisse cancellaturum contractum, etenim, dum ipsi testes dicunt, quod capitale fuit de bonis communibus, clare sequitur, in dicto capitali esse inclusam tertiam portionem Clientis. Rursus esto, quod de pecunia
5 cōmuni censum emisset, quia tamen emit nomine proprio, & non erant socij omniū bonorum, sibi quæsiuit, & non venit in communione, *l. si quis aliena. C. si quis alteri, vel sibi. l. si vnus ex socijs. §. vnus ex socijs. ff. pro soc. glos. in verb. si quis societatem. in l. si quis societatem contraxerit. ff. pro soc. Bart. in l. si patruus. C. comm. vtr. Iud. & in l. Titium, & Mæuium. §. altero. ff. de administr. tut. Bald. in l. si fratres. in princ. vers. sed quid si sint duo. ff. pro soc. Colleg. Patau. inter cons. Zabarell. cons. 27. Ioan. de Auan. cons. 65. in 2. dub. Ludou. Bologn. cons. 7. col. penult. in fine. Riminald. sen. cons. 300. nu. 91. lib. 2. Corn. cons. 54. num. 2. vers. si autem emit. lib. 1. Ruin. cons. 116. num. 4. lib. 1. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. part. 5. num. 3. Menoch. cons. 121. nu. 32. & 78. & cons. 122. num. 20. & in cons. 419. nu. 5.* vbi reiecta aliorum sententia de communi testatur *Roman. cons. 291. sub num. 6.* & in fratre emente nomine proprio de communi pecunia, quod res fiat ipsius solius, ex multorum authoritate concludit *Valenz. cons. 2. nu. 24.* iuris namq; est, in contractibus personam extraneam non subintelligi, *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. oblig.* & actio competens fratri, erit ad repetendum pecuniam cum interesse, non autem aduersus redditum emptum, vt inquit *glos. in d. §. si vnus in verb. retinere.* vbi declarat interesse intelligi, vel quāti passus sit, vel secundū vsuras regionis, licet emptor maiorem, vel minorem consecutus fuerit vtilitatem, *d. l. si patruus. C. communia vtr. Iudic. d. l. Titium. & Mæuiū. §. altero. ff. de administrat. tut. Bart. in l. si ex pecunia. C. de rei vendic. Bald. in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro soc. Roman. laudatissimè in cons. 3. per tot. Auan. d. cons. 65. in fine.*

6 & ratio est, quia emptum de pecunia aliena nomine proprio fit mentis, & Dominus pecuniæ aget ad pecuniam, non autē ad rem emptam, *l. si ex ea. C. de rei vendic. Bald. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi. Rip. in l. 1. ff. in quib. caus. num. 10. vers. sit igitur. Corn. cons. 167. num. 1. lib. 1. Butr. cons. 71. Rom. cons. 413. num. 2. & cons. 291. nu. 5. Angel. Aret. cons. 21. num. 8. Menoch. in alleg. cons. & præsertim in d. cons. 121. & Rimin. sen. in d. cons. 300. num. 92. Apont. cons. 38. num. 1.* vbi inquit, tantum in do-
7 te, & in re pupillari procedere in subsidium, ex *l. si ex pecunia. & l. si vt proponis. C. de reuendic. & l. ex pecunia. C. de iur. dot. Abb. cons. 94. lib. 2.* licet secus in tutore
8 emēte de pecunijs pupilli, quia, licet emat nomine proprio, pupillo tñ acquiritur principaliter, sic distinguendo concludit *Bart. in d. l. si patruus. C. comm. vtr. Iudic. Tusch. lit. E. conclus. 140. num. 2. 3. & sequ.* Item si rectè examinentur testes, non solum deponunt factum inuerisimile, sed impossibile, nam, quod quis recordetur factum duodecim annorum sibi prorsus impertinens, & sermones, quos adinuicem conferebant duo, sibi extranei, & indiuiduas circumstantias, quod nempe fuerit de die festo, & dum ipse in Ecclesia ad sacra Missarum sollemnia videnda existeret; hoc non solum est inuerisimile, verum etiam & impossibile, eo maximè, dum recordantur de summa pecuniarum, & de Notario apud quem fuit factus actus; certi enim iuris est, in materia probationum non omne, quod est possibile admitti, sed id, quod
9 est verisimile, cum inuerisimilitudo habeat imaginem falsitatis. *l. cum de ætate. ff. de probat. Bal. in l. scripturæ. C. de fide instrumen. Nacl. cons. 633. num. 10. & 14. vol. 3. Morot. cons. 99. num. 14. Caball. quæst. 199. Mascard. conclus. 1371. num. 4. Viu. decis. 199. num. 3. Paris. cons. vlt. nu. 24. lib. 1.* Inuerisimilitudo tam ratione tēporis consideratur, quia deponunt de facto duodecim annorum, quàm etiam loci, nempe, quod erant in Ecclesia, dum volebant audire sollemnia Missæ, eo magis, cum obli-
10 uio regulariter spatio decem annorum inducatur; ex *glos. in l. licet ibique. Butr. C. de acquir. possess. l. Peregr. ff. eod. glos. in l. 1. vbi scrib. C. de seru. fugit. & alios, quos alle-*

gat

gat Mevot. in d. conſ. 99. num. 26. vbi acriter inuehit contra teſtes, qui res antiquas recordari profitentur, & illas audent ſigillatim recenſere. Præterea animaduertendum eſt, teſtem illũ Iulium Taliano, multos ſummæ conſiderationis pati defectus, probant enim quam plurimi teſtes, falſarium eſſe, ac, pecunia mediante, falſum deponere conſueuiſſe, inſuper infamiæ nota affectum, cum in anno 1590. tanquam latro fuerit ad Triremes condemnatus, pluries carceribus mancipatus, & quod ſit homo deperditus, vulgaribus, infimiſque parentibus natus, ac pauper. Cui nec diſſimilis eſt ille Antoninus Pulimeni alter cõteſtis, cum appareat, illum etiam tanquã latronem proſequutum, ac de ſcoppettonis dilatione, & de ictu cum ſcoppettono, & tandem de nece proſequutum, & tortũ. Vnde cum præter inueriſimilitudinem eorum depoſitionum cõcurrat etiam qualitas peſsima eorum vitæ, fatendum eſt. non ſolum eorum depoſitione nullam facere fidem, ſed nec adminiculum quidem,

11 ſic de teſte binos patiente defectus, reſpondit Becc. in conſ. 85. poſt nu. 19. Farin. qui alios refert queſt. 62. num. 80. & num. 381. Inſuper, cum ſimus in contractu Bullæ,

12 qui pro forma requirit ſcripturam, vt ex textu ipſius Apoſtolicæ Bullæ, & Pragmaticæ clariſsimè conſtat, & fuerit adhibi-

13 tum iuramentum, talis confeſsio extraiudicialis non nocet confitenti, etiam parte præſente, niſi fuerint adhibiti quinque teſtes rogati ita probatur in l. teſtium. C. de teſtib. cum authorit. ibi poſita Ludouic. deciſ. Peruſ. 82. num. 11. cuius text. diſpoſitio

14 procedit tam pacto exiſtente inter cõtrahentes, vt actus non probet, niſi ſit redactus in ſcriptis, quàm etiam, quando lex, vel ſtatutũ requirit ad confectionem actus ſcripturam, quia tunc ſicut ad cõſtructionem illius requiritur ſcriptura, ita ad deſtructionem, poſt gloſ. Bald. & alios Felin. in cap. cum acceſſiſſent. nu. 5. de conſtit. Afflict. deciſ. 232. col. 1. & 2. Anchar. conſ. 350. Dec. cap. 1. de probat. Octau. deciſ. Pedam. 52. num. 10. vbi dicit veriorem opinionem, & refert alios, qui loquitur in cõ-

15 tractu emphiteotico qui ſecundum verioriorem, requirit ſcripturã, Velaſc. in tract. de iur. emphit. quæſt. 7. num. 2. Viu. deciſ. 250. num. 2. lib. 2. comm. dixit Cranet. conſ. 380. num. 1. lib. 3. Surd. conſ. 84. num. 1. Burg. de laudim. inſpect. 20. ſub. nu. 3. part.

16 3. & eadem ſollemnitas requiritur in diſtractu, quæ in contractu, Authent. è contra. C. de repud. Alex. conſ. 203. nu. 29. vol. 2. & inquit Bart. in l. & ideo. nu. 2. ff. de condit. furt. quod reſolutio contractus iudicatur eiuſdem naturæ, cuius eſt contractus, Octau. d. deciſ. Pedam. 52. d. nu. 10. & ſequ. vbi ad multa infert, & licet Afflict. deciſ.

17 13. num. 26. dicat, procedere tantum, quãdo eſt pactitatum, quod fiat ſcriptura, non autem in diſpoſitione legis, & ſtatuti, reſpondetur, quod ipſe loquitur non in caſu diſtractus, & ſic reſolutionis contractus, ſed quando fit probatio annualitatum decurſorũ, vt in emphiteoſi dat ipſe exemplum ad probandum Canones ſolutos,

18 quoniam rectè loquitur, quia probatio Canonis ſoluti non tendit ad diſtractum, & ſic ad reſolutionem actus, ſed ad confirmationẽ actus, & ideo rectè probatur duobus teſtibus, vt in puncto dixit Octau. d. deciſ. 52. num. 15. in fin. alleg. Bald. in conſ. 415. vol. 2. & reſpondet contrariis, quod eorum opinio procedit in omnibus alijs negotijs, in quibus nec ex pacto eſt prouiſum, quod fiat ſcriptura, nec per legem, vel ſtatutum, eſto partes in ſcriptis feciſſent actum, vt in num. 14. verſ. non obſtat. vbi refert Iaſon. in l. 1. num. 61. C. de iur. emphit. & alios alleg. in nu. 10. & ſequ. & procedit in hoc caſu regula ordinaria, q

19 in qualibet cauſa, tam Eccleſiaſtica, quàm Profana, ſufficiunt duo teſtes, l. vbi numerus. ff. de teſtib. cap. in omni negotio. de teſtib. Octau. d. deciſ. num. 2. Farin. quæſt. 63. num. 232. qui in num. ſequ. dicit idem pro

20 cedere in cauſa criminali, & refert multa iura, & authoritates. Ridiculum enim eſſet dicere, quod depoſitione iſtorum duofalſorum, & latronum claudicaret talis

21 contractus. Additur præterea, quod aſſerta confeſsio facta, ratione inueriſimilitudinis, non potuit præiudicare Clienti, ex Marſil. in ſing. 329. & in l. de minore. in princ. ff. de quæſt. & in repetit. C. de probat. Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſ. & Cler. Anchar. conſ. 24. & conſ. 257. Dec. in conſ. 596. num. 10. Pariſ. conſ. 131. nu. 23. lib. 1. Gramm. in deciſ. 2. nu. 41. Grau. conſ. 134. num. 38. & conſ. 249. num. 7. in fine. & inueriſimilitudines ſunt manifeſtiſsimè, tum reſpectu ipſius ſubiuganti, nam poſtquam actus non erat verus, & frater illum promiſerat cancellare, quare diſtulit per annos duodecim? Item quare, quando mater fecit teſtamentum, & ſuper dicto cenſu diſpoſuit, nihil dixit? reſpectu Clientis etiam militant inueriſimilitudines dictæ proteſtibus: tanto magis conſtat de veritate ipſius actus, & falſitate ipſorũ teſtium, nam Ioanna mater, quæ fideiuſſe-

rat in

rat in isto contractu constituendo se principalem debitricem, tribus annis iam elapsis, suum condidit testamentum, sub quo decessit, & expresse ordinauit, & voluit, quod soluatur dictus census Clienti, vnde iuris est conclusio, quod in actu, qui aliquam haberet suspicionem, si aliunde comprobetur eius veritas, cessat suspicio; vt dixit *Iurisconsul. in l. iubemus. & in l. fin. C. de probat. Nacl. in d. cons. 633. num. 6. & 7. sic etiã respondit Menoch. in cons. 422. num. 45. cum duob. sequ.* dicens, donationis suspicionem tolli per præsumptiones coadiuuantes ipsam donationem, ea ratione, quia præsumptiones sunt validiores suspicionibus, & per consequens præponendæ, & cũ hac opinione transit *Paul. de Castr. cons. 103. num. 2. in fine. lib. 2. Alex. cons. 77. num. 6. vers. corroborantur. prædicta. lib. 1.* multo magis hic, quod nulla adest suspicio, imò multæ præsumptiones pro ipso actu comprobatæ ex actis publicis, videlicet, ex diuisionibus, quæ præcesserant, item ex locationibus factis per Ioannam matrem, item, & per alium actum, secundum formam Bullæ alterius vnc. vnius singulis annis subiugatæ per dictam Ioannam Clienti, & constat de capitali soluto per partitam Banci, qui enim habet instrumentum publicum, & iuratum, dicitur habere probationem probatam, & veritatem apparentem, *Bald. in l. Imperator. la prima. ff. de stat. homin. & in l. 1. C. de Iudic. Rolan. à Vall. cons. 4. nu. 23. cons. 40. num. 8. & cons. 96. num. 7. lib. 2. Ludou. decis. Perus. 50. num. 5. & de decis. 82. num. 3. Mascard. conclus. 905. nu. 4. & conclus. 906. alleg. Osasc. 72. num. 4. Gramm. decis. 103. num. 1. & multos alios, idem in conclus. 1142. nu. 3.* vbi quamplures infert, vltra, quod posset dici, quod stante legato prædicto facto per matrem, esto non constaret de veritate crediti, prout in effectu constat, tamen sustinetur dictus contractus censualis in vim legati, quia, quando legatum est factum sub commemoratione debiti, de quo tamen non appareret, tunc subsistinetur vti legatum, non vti debitum, *Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 39. num. 7. vbi alleg. Bart. in l. qui vxori. ff. de aur. & argent. leg. & eumdem Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Cuman. cons. 37. in fin. Alex. cons. 122. col. 2. vol. 7. Rip. in l. fœmine. nu. 45. & sequ. C. de secund. nupt. Rol. à Vall. tract. de lucr. dot. quæst. 80. num. 9.* Aut pars contraria prætendit, dictum contractum Bullalem fuisse simulatè factum, & in hoc est necesse, quod probetur primò (siue principaliter agendo, siue excipiendo) causa, propter quam ille actus simulatus fuit factus; secundo, modus, quo fuit factus; tertio, quod à principio inter contrahentes fuit pactitatum, quod fiat actus simulatus; quarto. & vltimo, debet deduci, & probari certa persona, propter quam fuit facta simulatio, de primo loquuntur *Bart. in cons. 65. Petr. Nicolet. lib. 1. Alex. cons. 111. num. 1. lib. 3. cons. 28. num. 12. lib. 5. Corn. cons. 203. num. 5. lib. 3. Paris. cons. 54. num. 7. lib. 1. Dec. Ias. Aret. Ruin. & alij, quos refert, & sequitur Becc. cons. 52. nu. 26. & num. 126. & 127. & innumeros recenset Valenz. cons. 2. num. 19.* De secundo loquuntur *idem Bart. d. cons. 65. Anchar. cons. 226. Bald. l. ab Anastasio. C. mand. Castr. & Alex. l. iurisgentium. ff. de pact. Tiraqu. de vtroq. retr. §. 1. glos. 14. nu. 59. Alb. cons. 9. nu. 59. Mascard. conclus. 448. num. 6.* De tertio loquuntur *Bart. & alij in l. pactanouissima. num. 2. C. de pact. Alex. cons. 29. num. 19. vol. 7. Apont. cons. 2. nu. 128. Port. cons. 66. num. 9. Rolan. cons. 44. num. 29. lib. 4. Rimin. iun. cons. 83. nu. 12. vbi alios allegat Bertaz. cons. 230. vol. 1. in crim. Nepit. ad Catin. consuet. vnic. tit. 50. num. 3.* De quarto, quod sit certa persona, propter quã fuit facta simulatio, *Anchar. cons. 226. seu 227. num. 2. Alb. d. cons. 9. num. 6. & cons. 77. nu. 28. Becc. pleno cons. 52. vol. 1.* igitur, cum hic non constat de causa, propter quam fuit factus iste contractus, secundum formam Bullæ, de pecunijs societatis in personam Clientis, vt ex aduerso prætenditur, nec de modo, nec de principio, nec de persona, propter quam fuit facta dicta simulatio, erit verum dicere, dictam executionem legitimè causatam, & consequenter debere procedere, & iam super hoc obtinuit Liens, nam Curia Straticotialis pronuntiauit, quod procedat in vnc. 24. taren. 20.

Nec aliqua est facienda consideratio de alijs septem testibus, per quos pars aduersa nititur probare, quod post diuisiones viuebant in communi, nam si rectè considerentur, duo testes deponunt de tempore ante diuisiones, alij duo interrogati, & subiti negant, deposuisse tale factum, vnde remanent tres. Quæro autem à me ipso, quid operatur ista probatio? si enim viuebant in communi, & Gaspar, vt maior, dominabatur, coniectura est, quod ipse expendebat pecunias, quibus alebat omnes, vnde si prætendunt, de fructibus aliquid superabundasse, est necesse, quod probent, & alii-

& dirigant se iudicio ordinario, & petant redditionem computorum, iuxta *text. in l. quædam. in princ. ff. de eden. l. si quando. ff. de compensat. Beron. quæst. 15. nu. 1. alios refert Paul. Montan. tract. de iur. tutel. & cur. cap. 38. nu. 72. fol. 194. à tergo. & ego in cons. præcedenti num. 32.* vltra quod est aduertendum, quod mater, quæ erat donataria sororum, & erat procuratrix aliorum, fecit cautelam Clienti de vnc. 30. pro locatione frondium ipsi, in illo anno 1590. oretenus locatarum, & fatetur etiã se solutam de omnibus locationibus præteritis annorum præteritorum dictarum frondium, in pluribus vicibus, & partitis, vnde ostenditur veritas diuisionum, & quod post diuisiones quisque possedit suam portionem, in tantum, quod ista probatio tanquam vaga, & non concludens, aduersus quã sunt dicti actus publici, qui sunt probatio probata, & ostendũt ipsam veritatem, nihil operatur.

Nec minus obstat, quatenus conati fuerint probare, quod redditus, quos tunc temporis Cliens habebat, vix ascendebãt ad vnc. 24. singulis annis, & sic non poterat habere dictum capitale pro constituẽdo dicto censu, quoniam vltra, quod hoc non est probatum, attamen Cliens habuit multa mobilia, iocalia, & alia remansa post mortem patris, quæ, credendum est, fuisse per eum vendita. Præterea iam apparet, quod conducebat à matre frondes, & alia, & per consequens vtilitati eius domus valde nimis studebat. Item etiam & constat, aliunde habuisse multa bona, præter industriam eius personæ, fuisseque summæ vtilitatis virum: & quicquid sit, non est præsumptionibus annullandus contractus iuramento vallatus, sed ipsa præsumptio debet cedere veritati, *l. penult. §. mulier. ff. probat. Pariſ. cons. 29. nu. 82. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. cap. 31. nu. 4. & sequ. & cap. 75. nu. 27. lib. 2. Chartar. decis. 122. num. 4. Mastrill. decis. 247. in institicationibus. num. 88. lib. 3. & alios citat Graſſ. except. 11. num. 100.* & non solum cedit veritati manifestæ, sed efficaciori præsumptioni, *l. diuus. ff. de in integr. restitut. Menoch. d. cap. 31. & cap. 132. nu. 84. lib. 3. Muta in consuet. Panorm. cap. 36. num. 76.* quæ veritas apparet ex ipso actu cum iuramento, & constat capitale fuisse exbursatum per Clientem de proprio, & ita mater in eius testamẽto iam sunt tres anni, vt est dictum, fatetur, & ordinat, esse satisfaciendum.

Quoad secundum, & vltimum, quod Cliens debebat agere pro duabus portionibus, hoc non meretur responsionem, quoniam si rectè legatur, executio est causata pro duabus portionibus competentibus conuentis, sublata tertia portione competente Clienti, stante testamẽto matris, & quicquid sit, secundum decretum, tollit omnem scrupulum, nam est facta distractio de tota hæreditate, facta accollatione de toto debito, in tantum, quod ex istis breuissime constat, fore deciendum in fauorem Clientis, quod vtique executio causata pro dictis vnc. 42. procedat in totum. Reliqua supplebit Doctrina, & Prudentia tanti viri, cui omnia submitto.

Messanæ, die 3. Nouembris 1613.

In Magna Regia Curia, & per Spectabilem Iudicem de Amico, cui soli fuit commissa causa, fuit decisum in fauorem Clientis, anno 1614.

SVMMARIVM.

1 *Prædium specialiter, & nomine proprio cum designatione confinium obligatum, sufficis verificari, tempore vitæ fuisse aliquando penes subiugantem, secus si generaliter, quia vt contra tertium agatur, debet verificari de tempore subiugationis, num. 3.*

2 *Assertio in contractu Bullæ facta, probat etiã contra tertium.*

4 *Pragmatica super Bulla vult, quod bona sint specialiter subiugata, vt possit agi contra tertium.*

5 *Hypoteca specialis vbi est, & inde generalis, non potest deueniri ad generalem, nisi excussa speciali, fallit. num. 7. 8. & 9.*

6 *Pignus in dubio præsumitur sufficere pro credito.*

8 *Clausula [ita, quod specialitas generalitati non deroget, & è contra] operatur, ac si omnia fuissent specificata.*

10 *Feuda non veniunt in generali obligatione, secus in vniuersali, num. 11. & quid in feudo hæreditario, num. 14.*

12 *Generalis obligatio est, quando est dictum obligo bona mea; vniuersalis, quando est dictũ (omnia.)*

13 *Verba vniuersalia prolata ab homine, nullam recipiunt restrictionem.*

15 *Feudum hæreditariũ iudicatur vt de alloadiali.*

16 *Dictio [singulis] importat specialitatem.*

17 *Testes parte citata, & dato termino ad reprobandum, plene probant.*

18 *Donatio præsumitur simulata, si donans post donationem remanet in possessione, eo magis si sit facta coniunctæ personæ, non obstante constituto, num. 19.*

20 *Donatio ob causam matrimonij stante capitulo Regni, debet insinuari in præiudicium tertij, secus in præiudicim donantis, eius hæredum, & singularis successoris titulo lucratiuo.*

21 *Tertius conuentus, si dicat de vinculo prædij, pro quo conuenitur, si constat, quod est hæres, & habet tantumdem in bonis, tenetur.*

22 *Tantumdem, ratio, procedit etiam respectu fructuum perceptorum, & procedit etiam contra hæredem hæredis.*

23 *L. vendicantem. ff. de euict. procedit contra hæredem, non contra tertium, nisi facta excussione.*

24 *Exceptio cedendarum actionum non obstat tertio agenti contra debitorem, vel eius hæredem.*

25 *Contractus matrimonialis, quando non apparet, præsumitur secundum consuetudinem Vrbis, secus inter Magnates, num. 29. vbi laudatur familia Portiorum in Regno.*

26 *Fideicommissum non procedit, nisi super tertio paterno, contracto matrimonio, ad vsum Messanæ.*

27 *Tertium competens matri, successit loco dotis & ipsa est domina, licet filij succedant post eius mortem.*

28 *Dominium tertij filialis spectat ad filios.*

30 *Legitima & Trebellianica non potest filijs primi gradus prohiberi, & fideicommissum, & quodcunque onus reijcitur.*

31 *Legitima, & Trebellianica procedunt à pari respectu grauaminis.*

32 *Decreta interposita contra minores indefensos sunt nulla.*

33 *Interesse non currit ad fauorem tutoris, qui est creditor pupilli, quia vel debuit, vel potuit solui, vel præsumitur sibi soluisse.*

34 *Exceptio rationum non redditarum, non obstat agenti pro dote, sed bene obstat agenti pro antefato, vel pro interusurijs.*

35 *Vxor aliquid soluens viuente viro, ex bonis viri soluisse præsumitur, si aliunde non constet habuisse, amplia, num. 36.*

37 *Text. in l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. procedit inter maritum, & vxorem, vel eorum hæredes, secus si inter vxorem, eius hæredes, & tertium.*

38 *Debitum præsumitur solutum ex pecunijs assignatis pro satisfactione creditorum, & de pecunijs, quas soluens exegerat nomine cedentis.*

39 *Tutor administrans bona sui debitoris, præsumitur sibi soluisse, amplia, num. 40.*

41 *Nullitas resultans ex eisdem actis, potest per tertium in iudicio ordinario proponi.*

42 *Hæres creditor dicitur ipso iure satisfactus adita per eum hæreditate, & tanto minus ineniisse, & dicitur solutus cũ pecunijs, & fructibus existentibus tunc in hæreditate, & in bonis mobilibus, & num. 44.*

43 *Hæres si possidet rem obligatam in Bulla, esto sit cum beneficio inuentarij, tenetur de persona, & in bonis proprijs num. 58.*

45 *Hæres tenetur vendere mobilia reperta in hæreditate, pro satisfactione creditoris.*

46 *Hæres creditor pro dote matris, si successit patri, dicitur sibi satisfeciisse de dote matris, si est creditor in mobilibus, de tot mobilibus repertis in hæreditate patris.*

47 *Prætium bonorum consideratur tempore delatæ hæreditatis, quoad creditum hæredis, quo verò ad creditum aliorum, attenditur tempus, quo illis satisfit.*

48 *Mobilia præsumuntur longo tẽpore consumpta.*

49 *Fructus hæreditarij augent hæreditatem in beneficium creditorum, secus quoad legatariorum beneficium. num. 50.*

51 *Emptum ex pecunia hæreditaria, est hæreditatis. amplia, num. 52.*

53 *Hæres qui percipit fructus, & sibi debentur redditus super hæreditate iure crediti, dicitur quolibet anno sibi satisfeciisse ex fructibus perceptis.*

54 *Decretum pro non debito factum, est ipso iure nullum.*

55 *Hæres in separatione sui crediti, ab hæreditate, si reperitur præuentus à creditoribus, debet illos citare in distractione, aliàs dicitur in fraudem.*

56 *Computa non debent in confuso reddi, sed manifeste introitus, & exitus.*

57 *Hæres, qui vult ostendere distributiuum, debet ostendere introitum, & exitum omnium fructuum, & rerum hæreditatis, in eius libro descriptum.*

59 *Possessor, vt conueniatur in Bulla, sufficit, si probetur, quod possidebat tempore, quo fuit conuentus, & nihil operatur renunciatio exinde facta, vel distractio.*

60 *Hæres scienter soluens posteriori creditori non præiudicat anteriori.*

ARGVMENTVM.

Creditor an possit eligere hypotecam generalẽ, non excussa speciali, & an procedat stante dispositione Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ. Feudum an contineatur sub generali obligatione, vel subiugatione bonorum, & quid in feudo hæreditario, & quid in vniuersali. Hæres creditor an dicatur satisfactus ipso iure adita hęreditate, & quid in Tutore, Creditore.

CON-

CONSILIVM LXI.

IESVS MARIA.

ILlustris Comes Bauusij, & Don Scipio Cottuni. & Aragona, miles Sancti Iacobi, fratres, habentes ius, & causam per intermedias personas à Ioanne Artale Compagna, & Hieronymo Maiolini, pro censibus decursis ad summam vnc. 262. secundum formam Bullæ, à decennio supra, egerunt per viam cedulæ collectiuæ, & condemnatoriæ, contra Don Andream Portio, tanquam possessorem feudi vocati lo Thono, quod fuit quondam Thomæ Portio, eius patris principalis subiugantis, & tam in Curia Straticotiali Nobilissimæ Vrbis Messanæ, quàm in Curia Primarum Appellationum eiusdem Vrbis obtinuerunt, quas sententias per Magnam Regiã Curiam, in qua hodie ad instantiam dicti Don Andreæ pendet appellatio, confirmari debere, ex infradicendis audacter substineo, & cum de ipsorum DD. Actorum, ac etiam conuenti legitimatione clare nimis constet, supereſt, vt motiuis ex aduerso excitatis de iure respondeam, & satisfaciam.

Itaque allegatur primò ex aduerso, feudum Thoni, pro quo D. de Portio conuenitur, non esse specialiter obligatum, & per consequens non venire in generali obligatione bonorum, cum feuda in ipsa non includantur. Adducitur secũ ò, quod licet esset obligatum ex ipsa generali hypoteca, tamẽ ex alio capite nõ potest dici obligatum, eo, quia non erat in dominio subiugantis, tempore subiugationis. Tertiò, & vltimo, quod ipsi DD. Actores possident locũ in contrata S. Clementis, obligatum dictis censibus, qui locus est obligatus ad eunctionem dicti feudi, ex quo prius fuit per illũ Don Thomasium facta donatio propter nuptias, de dicto feudo Thoni, quod fuit donatum liberum, francum, & immune ab omnibus hypotecis, inde verò fuit dictus locus venditus antecessori ipsorum DD. Actorum.

Quoad primum, præsuppono, duo in iure verissima: quorum alterum est, quod aut prædium est specialiter, & nomine
1 proprio, cum designatione confinium obligatum, aut sub verbis generalibus [obligo bona mea] Priori in casu sufficit si probetur, aliquando subiugantem tempore vitæ prædium possediſſe, hodieque possideri per conuentum, conclusio nam q;
2 iuris est, illam assertionem in contractu factam, probare etiam contra tertium, vt inquit *Milan. decis. 1. num. 114. lib. 2. & post eum Addit. ad Petr. de Gregor. de censib. quæst. 6. num. 97.* Posteriori autem in
3 casu, in quo versamur, est necesse, quod probetur, tempore subiugationis fuisse illud in dominio subiugantis, vt possit agi contra tertium possessorem, prout voluerunt *Milan. & Addit. vbi supra.* Requirit
4 enim Pragmatica, quod bona sint specialiter subiugata, ad hoc, vt possit contra tertium procedere executio, ex *Milan. d. decis. 1. num. 106.* Alterum est præsuppositum, quod licet sit specialiter facta subiugatio prædij, quando exinde post specialem obligationem, est deuentum ad generalem, non potest agi contra tertios possessores bonorum generaliter obligatorũ, nisi excusso prædio specialiter obligato,
5 *l. 2. C. de pignor. Bal. cap. 2. nu. 4. de offic. legat. Surd. cons. 513. num. 1. cum. sequ. vol. 4.* vbi, referendo alios, assignat rationem,
6 ex quo pignus in dubio præsumitur sufficere pro credito, ex *glos. per eum allegata in d. l. 2.* quam tamen conclusionem nequaquam procedere, inquit *Paris. cons. 103. num. 3. vol. 3. & Surd. d. cons. 513. nu. 20.* quando obligatio est ex cutiua; nec pariter existente clausula [ita, quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra] quia tunc, ex quo dicta specialis obligatio est modificata, remanet in potestate creditoris, vel generalem, vel specialem hypotecam ad sui libitum exercere, *Rolan. à Vall. cons. 36. num. 8. vol. 4. Octau. decis. Pedam. 159. in fin. Surd. d. cons. 513. num. 20. Misinger. obseru. 94. centur. 6. Io. Bapt. Costa de fact. scient. centur. 2. distinct. 67. Vinc. de Franc. decis. 5. Azeued. cons. 38. num. 37.* & demum dicta conclusio fallit,
9 quod aut tertius possidet iure creditoris, & tunc debet fieri excussio, quæ minimè necessaria esset, si tanquam Dominus possideret, *Soc. cons. 198. lib. 2. Paris. d. cons. 103. & Surd. in d. cons. 513. & in decis. 44. num. 11.* vbi etiam dicit *nu. 10.* quod *d. l.* non procedit contra debitorem, & eius hæredes, *Rodoric. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 9. num. 62. in fin.* His præsuppositis, nulli
10 dubium est, regulariter in generali obligatione feudalia minimè comprehendi, nisi nominatim dictum sit, ex *text. in cap. 1. §. in generali, si de feudo defunct. Mastrill. decis. 86. num. 2. Neguſ. de pignor. part. 2. membr. 2. nu. 43. Dec. cons. 160. Afflict. decis. 191.*

Anton. sola ad decr. Sabaud. tit. de feud. 2. part. glos. 4. num. 2. Viu. decis. 233. num. 7. Roland. cons. 64. vol. 2. Schrader. de feud. part. 7. cap. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. nu. 17. & lib. 23. tit. 24. num. 26. Intrigl. super Bulla quæst. 6. num. 8. licet secus sit in vniuersali bonorum obligatione.

11 Porro generalis est obligatio, quando est dictum [bona mea subiugo] vniuersalis

12 verò, quando est dictum [omnia bona mea] & tunc veniunt etiam feuda, vt latissime *Io. Petr. Surd. cons. 1. num. 33. & cons. 73. Nacc. cons. 159. nu. 24. Menoch. cons. 955. num. 22. & cons. 1005. num. 48. Bambacar. d. §. in generali, si de feud. defunct. quæst. 2. Mastrill. d. decis. 86.* vbi referendo multos dicit magis communem, vide ad *quæst. Rosental. de feud. cap. 9. concl. 13. & ibi etiam in Addit. lit. M. & innumeros, quos allegat Intrigl. cons. 3. num. 69. qui in sing. 255. lib. 1.* loquitur in subiugatione omnium, & singulorum bonorum, prout hic, & allegat *Cannet. in cap. volentes. §. colligitur. num. 29. & 30. fol. 22. & Milan. decis. 1. num. 136. vol. 2.* qui id magis procedere inquit, quando verba vniuersalia

13 sunt prolata ab homine, quia tunc nullam recipiunt restrictionem, allegat *Becc. cons. 94. num. 32. & Surd. d. cons. 72. & multos alios Doct. & in num. 143.* inquit, quod data subiugatione omnium bonorum, in prima instantia numquam vidit disceptatū, quod ex quo sunt prohibita subiugari, nō intelligantur subiugata, sed quod semper fuerunt reiectæ oppositiones.

Prærerea in feudo hæreditario non procedit dispositio dicti §. *in generali.* non

14 enim solum in vniuersali, sed etiā in ipsa generali obligatione, venit feudum hære-

15 ditarium, quia de huiusmodi feudo iudicatur, vt de allodialibus, *Nacc. d. cons. 159. Minad. constitut. in aliquibus. notab. 8. nu. 9. Mastrill. vbi supra. nu. 9. Menoch. cons. 129. nu. 15. & in puncto in cons. 1115. nu. 12. 13. 24. & 33. & d. cons. 1005. nu. 48. & alij, quos enumerat Intrigl. in d. cons. 3. nu. 76.* Ideoq; cum constet, feudum istud esse hæreditarium, consequens est compræhendi sub generali obligatione, tanto magis, quia

16 est facta subiugatio cum dictione [singulis] quæ importat specialitatem, ac si feudum nominatim fuisset subiugatum, *ex text. in l. in singulis. ff. de ann. legat. Cannet. d. cap. volentes. §. colligitur. num. 29. Intrigl. d. sing. 255. Magon. decis. Florent. 54. num. 18. Milan. d. decis. 1. num. 136. lib. 2. Socc. cons. 300. lib. 2. Oldrad. cons. 300.* Oportet igitur concludere, cū satis clare cōstet, ac etiam inferius cōprobabitur, tēpore subiugationis feudum fuisse in dominio subiugantis, & omnes limitationes, omniaque superius adducta concurrere in præsenti casu, intentionem dominorū Clientum esse legitimè fundatam, non obstante asserto primo capite.

Quoad secundum partis aduersæ obiectum, quod scilicet feudum non erat in dominio subiugantis, tempore subiugationis, respondetur, quod per multos testes etiam receptos parte citata (agitata causa, tam in hoc magistratu in causa præsenti, quàm in alijs) constat tempore subiugationis, dictum feudum fuisse in domi-

17 nio subiugantis, qui testes plenissimè probant, cum sint recepti parte citata, & dato termino ad reprobandum, ex *Bart. in ex trauag. ad reprimendum. & Marsil. singul.* 81. Nec asserta donatio alicuius est considerationis. Primò, quia donans ipse remā sit in possessione post ipsam donationem,

18 vt constat, ob quod præsumitur ipsa donatio simulata, & ficticia, *Bart. in l. post contractum, num. 4. & 5. ff. de donat. Alex. cons. 57. num. 3. lib. 5. Bal. cons. 70. nu. 4. lib. 1. Honded. cons. 46. nu. 24. lib. 1. Mian. decis. 5. num. 48. lib. 2.* eo magis cum

19 simus in donatione facta coniunctæ personæ, *l. data. C. de donat. Becc. cons. 52. num. 55. Honded. d. cons. 46. num. 15. Ruin. cons. 130. num. 7. lib. 1. & cons. 46. nu. 8. in fin. lib. 2.* Non obstante asserto cōstituto, vt firmant, quamplures relati per *Honded. d. cons. 46. num. 29.*

Secundò, dicta donatio contemplatione matrimonij facta, stante capitulo Regni Regis Ferdinandi 61. debebat in præiudicium tertij insinuari, nam capitulum

20 loquitur sub verbis generalibus de omnibus donationibus, & ratio est vniuersalis ad euitandas fraudes, ne decipiantur contrahentes, quæ ratio militat etiam in donatione ob causam, *Rebuff. super constitut. Franc. tit. de donat. insinuan. art. 1. glos. 1. nu. 17. tom. 2. Paris. cons. 16. nu. 23. vol. 2. sequitur referens alios Surd. cons. 361. num. 21. & Addit ad Intrigl. sing. 160. lib. 1. & impugnato Bolognet. in cons. 6. in terminis d. cap. Regn. loquitur Doctiss. D. Octau. Corset. in cons. 28. num. 1. vsque ad num. 6.* vbi asserit, q talis donatio, quantū ad præiudicium donantis, eiusq; hæredū, & singulariū successorum, titulo lucratiuo, valida, & efficax est, quo verò ad præiudiciū tertij, est ipso iure nulla, *& d. Regens filius in Addit. relatis opin.* hinc inde DD. eamdem sequitur opinionem. Et tandem, esto,

quod

quod feudum non fuisset in dominio subiugantis, tamen, quia Don Andreas est hæ-
21 res Don Thomæ eius patris, & habet tantundem, & satis vltra in hæreditate, per consequens tenetur satisfacere creditoribus, *glos. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliberan. Fulgos. cons. 67. Roman. cons. 18. num. 4. Surd. cons. 7. num. 34. vol. 1. Intrigl. decis. 16. nn. 20. & 21.* vbi in ipso
22 tantumdem ampliat, habendam esse rationem, etiam fructuum perceptorum de hæditate, allegat *Milan. decis. 1. sub. nu. 178. lib. 1. & multos alios* & in *num. 23.* inquit, procedere etiam contra hæredem hæredis, ex *Honded. cons. 3. nu. 54. vol. 1. Boer. decis. 23. num. 20. Paris. cons. 16. num. 38. vol. 2. Ruin. cons. 108 num. vol. 5. Decian. cons. 55. vol. 3. & alios quamplures.*

Quoad tertium, & vltimum obiectum
23 respondetur, regulam *l. vendicantem. ff. de euiction.* procedere contra hæredem, non autem contra tertium, quia licet teneatur tertius, & sic actor, hypotecarie de euictione ipsi conuento, non tamen tenetur pure, nec vi ipsa, prout tenetur reus ad redditū petitum, ex sola possessione, sine excussione, sed quo ad euictionem prius discutiendus est venditor, & eius hæres, & sic interim DD. Clientes liberas ædes habent, & liberè suas actiones experiuntur, *Io. Fab. in l. iubemus. C. ad velleian. & ibi Bal. in fin. speculat. in tit. de renunciat. & concluſ. num. 22. vers. sed pone emi. Vinc. de Franch. decis. 427. num. 3.* & alios refert, confutatis Doctoribus contrariū tenentibus, *Gaspar. Rodoric. tract. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 9. num. 36.* Non obstat *Milan. decis. 9. nu. 73. lib. 2. & Intrigl. sing. 71. num. 8. & 9. lib. 3.* quoniam loquuntur in hærede, non autem in tertio.

Præterea Don Andreas conuentus est etiam hæres ipsius Don Thomæ subiugantis, & possidet bona hæreditaria, vt est dictum, vnde Domini Clientes tanquam ha
24 bentes ius, & causam à principalibus creditoribus rectè experiuntur iura cessa in totum contra ipsum Don Andream, nam debitum spectat ad Don Thomam subiugantem, & per consequens ad Don Andream eius hæredem, *Bart. & alij in l. Modestinus. ff. de solu. Milan. decis. 1. lib. 2. num. 52. & sequ. & post eum Intrigl. sing. 12. lib. 2. post alios Costa de port. rat. quæst. 110. num. 4.*

Non obstat, quod Don Andreas dicat, iam factam esse excussionem, ex quo ostēdit nonnulla bona fideicommisso subiecta, & alia, quæ sunt libera, ostendit per quondam D. Marianam, fuisse adiudicata, videlicet multa bona pro dote, nec nō & alia per aliud assertum decretum per eum factum pro vnc. 70. pro censibus decursis ad rationem vnc. 7. singulis annis fuisse adiudicata, quoniam respondetur, quod aut præsupponimus matrimonium illius quondam D. Thomæ ad vsum Messanæ, ex quo non apparet contractus ma-
25 trimonialis in contrarium, cum præsumatur secundum consuetudinem Vrbis, vt probatur *in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de Aedilit. edic. & docet Bart. in l. nemo est. ff. de duob. reis. Surd. decis. 265. num. 58. Becc. cons. 101. num. 48. Molin. de contract. disputat. 260. in princ. & disput. 274. num. 4. & disput. 422. num. 2. Valasc. decis. 138. per tot. Rol. cons. 37. vol. 1. Rimin. sen. cons. 314. num. 35. Nepit. ad Catin. consuet. vnic. tit. 3. num. 288. fol. 87. Intrigl. sing. 348. lib. 1. cum alijs nouissime posthæc relatis à Giurb. decis. 111. nu. 6. & ad Vrb. Messan. statut. cap. 1. glos. 7. part. 1. nu. 50.* & tunc
26 fideicommissum non, nisi pro tertio spectante eius patri, qui illud imposuit locum habere; nulli dubium est, quia super
27 tertio materno illud imponere nō valuit, ex quo successit loco dotis, *Imol. in cons. Melitæ edito, inter consuet. Catin. per Nepit. num. 37. Muta ad consuet. Panorm. 43. nu. 59. circa medium. Giurb. ad stat. Vrb. Messan. cap. 1. glos. 11. part. 1. num. 1.* inde est, vt tertium matri competens, dotis priuilegia omnia continere, dixerint *Muta. consuet. Panorm. 46. num. 31. & alij, quos refert Imol. in d. cons. num. 39.* & per consequens dominium est vxoris, licet succedant filij pro visione statuti post mortem
28 matris; super tertio verò filiali, nec minus, quia filij sunt Domini, *idem Imol. vbi supra*, vbi dicit, patrem tantum de suo tertio posse disponere.

Si verò præsupponimus matrimonium
29 ad vsum Romanum, ex quo sumus inter Magnates, de quorum familia DD. Aduocati ex aduerso ostenderunt, quod loquitur *Doctissimus Abbas Maurolicus lib. 1. Sican. Histor. fol. 13.* illamque connumerat inter Primates Regni, & *fol. 198.* asserit, Mannucciam Porcio filiam Baronis Limiṇ, & hæredem, fuisse nuptam cum Illustri Alphonso Siscar. Comite Aielli, & ex contractu transactionis facto in actis Notarij Michaelis de Malgerijs in ciuitate Regij sub die 21. mensis Februarij 1547. inter D. Fidericum Porcio, & D. Anton. Siscar. Comitum Aielli, apparet, quod in dicta familia erant Baronia prædicta Li-

mine, Baronia Fluminis frigidi, Baronia Trachinæ, Baronia Feudi de la Garruba, & feudi di Lintini, feudi de Thono Mylatij, & feudi Prothonotarij, feudi di Longarino, & narrantes esse de eadem familia, & dicto D. Federico ex vinculis in testamento quondam Don Petri Porcio senioris in actis Leonardi Camarda anno 1464. & 1470. competere successionem in dictis Baronijs prætendebat litem mouere, & transigerunt, ita *Nepit. consuetud. Catin. tit. 3. nu. 80. & ego alios adduxi in cons. 5. num. 1. & num. 63. vers. tandem. & cons. 15. num. 1.* & tunc pater nec minus
30 potuit super legitima, & Trebellianica fideicommissum imponere, cum filijs primi gradus Trebellianica non possit prohiberi, nam debetur ex legis dispositione, contra voluntatem testatoris, cui lex resistit, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Eugen. cons. 38. num. 46. Gabr. cons. 86. num. 23. vol. 2. Cephal. cons. 557. num. 7. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 7. & num. 11. Magon. Rot. Florent. decis. 35. in 2. dub. Guid. Pap. in decis. 51. Peregr. de fideicomm. art. 3. nu. 2. in fin. Carol. Bardellon. cons. 67. num. 27. & sequ.*
31 vbi dicit, quod legitima, & Trebellianica procedunt æqualiter, respectu grauaminis, & deductionis, allegat *Torret. cons. 100. num. 14. vol. 2. vbi numerat Doct. Mastrill. decis. 251. num. 28. & 32. lib. 3. & Peregr. num. 86.* & hæc opinio est amplexa in Regno, & fuit decisum in causa Mariani Spatafora Baronis Maczarrà, contra D. Violantem, & consortes, tam per Curiam Straticotialem, quàm per Magnam Regiã Curiam, & in alijs causis.

Quo verò ad bona adiudicata per quõdam D. Marianam Porcio eius matrem in anno 1567. nullius sunt momenti, cum
32 dicta decreta sint nulla. Primò, quia interposita contra minores indefensos, *l. cum & minores. C. si aduers. rem. iudic. l. si Præses. C. quomodo, & quando Iudex. l. si quis ante. ff. de legat. 1. Muta. decis. 57. num. 24. Mastrill. decis. 73. nu. 10. & decis. 101. nu. 5. & decis. 54. num. 2.* & maxime, quando habebat defensiones, quas, si proposuisset Tutor, minimè succubuisset *Ruin. cons. 160. num. 31. lib. 2. Thesaur. decis. 99. num. 21. & alios, quos refert, & sequitur Mastril. in d. decis. 73. num. 11.* nam ex parte Curatoris, nullæ fuerunt præsentatæ oppositiones, quæ, si fuissent præsentatæ, non potuisset deuenire ad assertum decretum, ex quo executio fuit pro vnc. 500 pro interusurijs dotium, & pro alijs vnc. 553. per eam solutis diuersis creditoribus, ex quibus obtinuit iura cessa, & quoad prętenta interusuria nõ fuerunt defensi minores, nam 33
D. Mariana erat earum Tutrix, quando enim Tutor est creditor, non currit ei interesse, quia vel debuit, vel potuit sibi soluere, aut præsumitur sibi soluisse, *Soccin. cons. 180. vol. 2. Surd. cons. 290. num. 33. lib. 2. vbi plures concordantes refert Ioan. Andr. de Georg. alleg. 36. ante num. 9. vers. Quarto circa prætensũ interesse.* qui loquitur in matre, quæ erat Tutrix, & pro interesse dotium distraxit bona, & dicta distractio, fuit reputata nulla per Sac. Cons. Neapol. Item & secundò potuissent defendere minores, nam obstabat exceptio rationum
34 non redditarum, quia licet aduersus dotes non datur talis exceptio *l. vnica. §. taceat. C. de rei vxor. act. cum alijs relatis à Io. Andr. d. alleg. 36. nu. 6. & 7. Mastrill. decis. 189. refert multos. Ricc. collect. 315 fol. 101.* tñ datur aduersus ante fatũ, vt dicit in *nu. 8.* multo magis dari debet aduersus interusuria, vltra q̃ non debẽtur, vt dictum est.

35 Quo verò ad creditum, vt cessionaria, illud soluit viuente viro, & præsumitur de bonis viri soluisse, cum non constet, aliunde habuisse, ex *l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eod. cap. 2. extra eod. & Ego in cons. 9. num. 29. vbi alios ad-*
36 *duxi.* eo magis non interueniente marito, nec ipsius assertione, esse pecunias vxoris, *Ludou. decis. Perus. 12. nnm. 21. Boer. decis. 81. Ruin. cons. 96. vol. 5. Gabr. de præsumpt. concluſ. 15.* & licet ex aduerso dicatur, di-
37 spositionẽ *d. l. quintus.* procedere inter maritum, & vxorem, vel inter hęredes eorũ, secus, si inter vxorẽ, & eius hæredes, & tertium, *Bald. l. si vxor. C. de condic. insert. Alex. in l. qui iure. ff. de acquir. possess. Tusc. lit. V. conclus. 394. num. 17.* tamen respondetur, quod ideo dicimus minores indefensos, quia ipsi erant hæredes, & poterant excipere, & si tunc fuisset oppositum, vtique succubuisset mater, vltra quod nõ est simpliciter vera dicta limitatio.

Prætera Don Thomas cessit D. Mariana vnc. 200. singulis annis de eius redditibus pro satisfaciendo creditoribus bullalibus, & apparent exactiones, item cessiones, & actus procurationis per eam facti ad exigendũ, & constat post multas exactiones, esse per eam factas solutiones, & obtẽta iura cessa, quo in casu præsumitur, soluisse de pecunijs quas exegerat, *l. fin. vbi glos. C. de pignor. l. 1. §. 1. ff. de legat. 3. l. fin vbi DD. ff. de pign. & in l. penult. C. de eden. Cũ super rit. cap. 97. nu. 22. Fan. de pign. membr. 4.*

part. 2.

part. 2 in princ. num. 163. & sic soluit de pecunijs D. Thomæ, quo in casu ineffica-
ces sunt cessiones iurium, quas obtinuit.

39 Insuper ipsa remansit Tutrix, & per annos sex administrauit tutelam filiorum, inde interposuit decreta, hoc enim in casu dicitur sibi soluisse, *Mascard. conclus. 1391. nu. 18. & 19. Afflict. decis. 13. num. 16. Grauet. cons. 129. num. 5. Neuiz. cons. 75. num. 11. Menoch. lib 3. præsumpt. 135.*

40 *num. 12. & 13.* eo magis, quod nullum ostenditur ratiocinium, vt appareat aliqua solutio, *Caualc. de tut. & cur. num. 181. Intrigl. decis. 5. nu. 37. & sequ.* De hac enim

41 nullitate potest dici per tertium, maximè in hoc iudicio ordinario, *Felin. cap. suborta. de re iudic. Intrigliol. decis. 2. num. 5. & sequ. & in sing. 147. lib. 1. Menoch. cons. 1. num. 499. & cons. 101. nu. 31. Milan. decis. 9. num. 81. Io. Andr. de allegat. 36. col. fin.*

Quoad aliud decretum factum per D. Andream pro vnc. 70. pro censibus decursis, respondetur, quod D. Andreas est hæres cum beneficio legis, & inuentarij dicti Don Thomæ subiugantis, vt dixi, & vt hæres per multos annos possedit bona hæreditaria, & fructus percepit, vnde, si tenemus opinionem, quod ipso iure, adita hæreditate, dicatur satisfactus, & solutus,

42 & tanto minus inuenisse in hæreditate, quantum importabat eius creditum, vt voluit *Iurisconsul. in l. imponenda. & l. irritũ. C. ad l. falcid. l. si ei. §. 1. ff. de euiction. l. peculium autẽ. ff. de pecul. Io. Petr. Surd. cons. 291. num. 12. Menoch. cons. 183. num. 35. & 48. & in cons. 245. in fin. Peregr. de fideicomm. art. 35. nu. 15. cum sequ. vbi impugnato Pancirol. in cons. 98.* refert, pluries ibi fuisse decisum, & multos alios refert, & in puncto in debitore redditus, qui successit creditori, inreuocabiliter loquitur *Rodor. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 19.* qui considerat obligationem personalem, quæ indubitanter procedit in Regno, nam esto hæres sit cũ beneficio inuentarij, si

43 possidet rem obligatam, tenetur de persona, & etiam in bonis proprijs, sicut quilibet detemptor, vt dixit *Mastrill. in Addit. ad Petr. de Greg. de cens. q. 6. lit. A. nu. 83.* & talis solutio, & satisfactio dicitur facta primò de mobilibus, deinde de stabilibus, ex *Rot. Rom. in nouiss. decis. 680. nu. 7. part. 1. per text. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Peregr. d. artic. 35. nu. 23.* vbi inquit, quod vidit practicari in magnis, &

44 grauibus causis, quod credita hæredum, fuerunt extincta cum pecunijs repertis in hæreditate, in mobilibus, & in fructibus existentibus tempore mortis testatoris, saltem supra necessaria alimẽta filiorum,

45 nam hi per hæredem vendi debuissent, *l. Marcellus. §. res, quæ cum glos. ff. ad trebell.* & vidit computari creditum hæredum ex

45 dote materna in mobilibus, cum tot mobilibus, de hæreditate patris ad eos peruẽ-

46 tis, & quod attenditur extimatio, quanti valebant bona tempore mortis testatoris, & sic delatæ hæreditatis, ex *Menoch. d. nu. 35. ex Bologn. cons. 42. nu. 11. vbi allegant Bart. Castr. Socc. & alios. & Peregr. d. art. 35. nu. 12.* vbi, quoad creditum hæredis, inquit, quod attenditur tempus mortis testatoris, quo verò ad alios creditores, attenditur tempus, in quo hæres illius satisfecit; habemus intentum, quia constat ex ipso inuentario de multis iogalibus bonis mobilibus, & alijs effectibus in sũma satis vltra vnc. 3000. vnde, cum hic agatur de capitale vnc. 70. dicitur ipso iure satisfa-

48 ctam, tanto magis, quod mobilia præsumuntur tam longo tempore consumpta, *glos. in l. 1. C. si aduers. vsucap. Fan. de pignor. membr. 5. part. 5. sub num. 12. Caualc. de tut. & cur. num. 229. Intrigl. d. decis. 16. num. 24.* Præterea si tenemus aliam opinionem, quæ verisima est de iure, quod

48 hæres cum beneficio legis, & inuentarij fructus non facit suos, sed illos auget in beneficium creditorum, ex *l. fin. §. & si præfatam, & §. licentia. C. de iur. deliberan. Bologn. cons. 43. Alex. deneuo cons. 38. nu. 15. Surd. qui loquitur in puncto in decis. 92. num. 5.* vbi per Senatum, dicit, sic fuisse decisũ, *Io. Bapt. Ladercb. cons. 8. Rimin. iun. cons. 569. Peregr. de fideicomm. artic. 49. nu. fin. & Ego in cons 66. num. 12.* licet non pro-

50 cedat respectu legatariorum, cum creditores agant de damno, lagatarij verò de lucro, vt *Peregr. num. 74. vbi allegat text. in l. in ratione, & in l. in quantitate. ff. ad l. falcid.* & inter alios exegit fructus feudi di Io Thono di Milazo, quod feudum fuit emptum per ipsam D. Marianam de pecunijs

51 hereditarijs, & sic dicitur hæreditarium, cum emptum ex pecunia hæreditatis tale sit, *l. item veniunt. ff. de petit. hæredit. Morot. cons. 48. num. 6. Vrsil. ad Afflict. decis. 369. num. 10. Capic. decis. 194. num. 15. Magon. decis. Florent. 16. Peregr. decis. 2. num. 7. ex Bart. in l. Imperator. §. fin. ff. de*

52 *legat. 2.* vbi inquit, si non constet, præsumitur de pecunijs peruentis ad eius manus de bonis hæreditarijs, *Magon. d. decis. 16. num. 6. Rot. Auen. decis. 65. num. 4* & per consequens, cum semper exegit fru-

53 ctus quolibet anno, sibi ipsi soluit dictas.

vnc. 7.

vnc. 7. pro quibus interposuit assertum, decretum, ex *l. plane. §. plane. ff. de legat. 1. l. quod de bonis. §. quod Auus. ff. ad l. falcid. Alb. cons. 246. num. 22.* vnde assertum decretum est ipso iure nullum, tanquam pro
54 non debito factum, *Vulgat. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indebit. vbi omnes DD. cum alijs allegatis per Surd. in decis. 45. Intrigl. sing. 173. num. 1. lib. 2. & cons. 7. num. 24. Milan. decis. 15. num. 80. lib. 1. Mar. Giurb. decis. 89. posthæc impressus. nu. 3. vbi Castill. decis. 7. num. 23. & ibi in alleg. num. 21.* Præterea hoc decretum, clare patet, in fraudem fuisse factum, & post prolationem sententiæ Regiæ Curiæ Straticotialis, vnde erat necesse, quod in hac
55 segregatione sui crediti citasset Dominos Clientes, & in hoc casu verificantur ea, quæ voluerunt *Bald. in l. qui debitori. nu. 3. C. de pact. Fan. tract. de inuentar. part. 5. num. 19. Rolan. eod. tract. part. 4. Decima est vtilitas. num. 6. Surd. cons. 7. & d. decis. 92. num. 7. vbi multos referunt.*

Non obstant asserta protestata, per quę prætendit ostendere distributiuum, ad hoc vt non teneatur, quoniam est in confuso talis demonstratio, cum redditio computorum consistit in ostensione introitus, &
56 exitus, ex *l. cum seruus. ff. de condit. & demonstrat. Bart. cons. 150. cum alijs per me adductis in cons. 30. nu. 2.* & in puncto in hæ-
57 rede pro redditione computorum in præiudicium creditorum, quod tenetur fructus, & introitus describere in libro rationum, post *Iason. Corn. Guidonp. & alios dicit Fanuc. de inuentar. part. 3. num. 35. & sequ. & Rol. à Vall. de Inuentar. §. an si hæreditas. fol. mihi 85. & Surd. d. decis. 92. nu. 5.* at hic nulli introitus, nec fructus peruenti penes ipsum Don Andream ostęduntur, nec minus bona vendita mobilia, & localia, immo est aduertendum, quod in decreto sibi accollat soluere vnc. 200. mobilium sibi ipsi debitarum pro dote materna, & nihilominus in hoc processu apparet per actum publicum, matrem fuisse integrè solutam de omnibus mobilibus.

Insuper sumus in casu, quo Don Andreas conuentus fuit coactus soluere ratione possessionis bonorum, quo casu tenetur non solum in bonis hereditarijs, sed proprijs, ex priuilegio Bullæ, esto sit hæres
58 cum beneficio Inuentarij, *Milan. decis. 12. num. 78. part. 2. vers. sed ego dico. Addit. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. nu. 83. refert multos Anton. Ball. super Pragmat. de censib. quæst. 4.* vnde sufficit ostendere, quod tempore, quo fuit conuentus possidebat,
59 & nihil exinde operatur, vel distractio, vel dimissio, vel relaxatio bonorum, ex *Corradin. Put. ve censib. nu. 3. fol. 235. Intrigl. super Bull. quæst. 42. num. 18. Milan. decis. 11. num. 40. & sequ. lib. 2. Addit. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. nu. 107. & Ego in cons. 9. num. 41. & 42.* & ratio est, quia vna semel quod est præuentum, non potest amplius desistere, nam esset in contentum iurisdictionis, & magistratus, allegant *tex. in l. incola. ff. ad municipal. & ibi Alex. ad Bart. Castr. Socc. Imol. Angel. Butr. & alios.* & solutio facta per conuentum D. Beatrici legatariæ D. Thomæ in vnc. 200. non poterat fieri in præiudicium creditorum
60 anteriorum, ex quo iam ipse hæres, qui soluit, sciebat. anteriores esse creditores, *Surd. decis. 30. Carocc. decis. 109. num. 49. Rol. à Vall. tract. de Inuentar. part. 4. vers. Octaua est vtilitas. Moroc. cons. 13. in fin. Costa de fact. scient. cent. 1. distinct. 8. num. 9. & 10. alios referunt.*

Ex quibus omnibus breuissimè concludo fore decidendum in fauorem Dominorum Clientũ, & confirmandas sententias prolatas, tam in primo iudicio, quàm in secundo. Reliqua supplebunt Spect. DD. Iudices in causa, quibus omnia submitto.

Messanæ die 1. Decembris. 1613.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quod res non erat in dominio subiugantis, admittitur in prima iudicij parte.*

2 *Possessio per solum actum locationis non probatur, sed per solutionem pensionis subsequutam, num. 3. declaratur, num. 4.*

5 *Testes in alia causa, & inter alios receptos, non probant, sed faciunt præsumptionem, & adminicula, num. 6. quod Iudicis arbitrio, relinquitur, num. 7.*

8 *Possessio probatur ex instrumento locationis inter locatorem, & conductorem, secus, quoad tertium.*

9 *Voluntas in præcedentibus qualis fuerit, ex his quę postea fiunt, declaratur.*

10 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

11 *Ex eo, quod ab omnibus communiter fieri consueuit, præsumitur ita fuisse factum.*

12 *Præsumptio, contraria præsumptione tollitur.*

13 *Donatio omnium bonorum, cum modica reseruatione nulla est. Contra, num. 14. declaratur, num. 15.*

16 *Donatio facta absenti cum stipulatione Notarij, est irreuocabilis ex parte donantis, etiã ante acceptationem.*

17 *Iuri, quod sibi competere ignorat, nemo renunciare intelligitur, nec iuramentum operatur.*

18 Renun-

18 *Renunciatio non trahitur ad ea, quæ quis verisimiliter non renunciasset.*

19 *Ex donatarijs duobus ille præfertur, cui primò est facta donatio. Contra, quod immo ille, cui primò res donata tradita fuit. num. 20.*

21 *Actio, & passio insimul stare non possunt.*

22 *Testes non integræ fidei, nec omni exceptione maiores, non sufficiunt ad plenam probationem.*

23 *Testes duo regulariter omni exceptione maiores plenam fidem faciunt.*

24 *Prætensio si fuerit subiugata in Bulla nihil operatur, nisi mediante clausula [ex nunc pro tunc] & inde subsequuta fuerit sententia.*

25 *Exceptio intentionis, & facti in quacunque instantia admittitur, etiam ex officio Iudicis parte non opponente.*

26 *Identitas ex confinibus probatur, & ex identitate contractæ. num. 27.*

28 *Pacta seruare humanæ fidei, multum congruit, maximè stante iuramento. num. 29.*

Cedens iura sua, contra seipsum cedere non censetur.

31 *Prouisio augetur ex concursu hominis, & legis.*

32 *Posteriora derogant prioribus.*

33 *Possidens ex causa æquè priuilegiata vtitur exceptione contra agentem.*

34 *In pari causa melior est conditio possidentis.*

35 *Debitor ex pluribus partitis descendentibus ex eodem contractu, præsumitur soluere pro causa executiua, & ad excludendam executionem contra eum.*

36 *Soluens in duriorem causam, præsumitur soluere.*

ARGVMENTVM.

Pro censibus bullalibus molestari non potest tertius possessor rei, quæ non erat in dominio subiugantis, subiugationis tempore. Exceptio intentionis, & facti an admittatur in quacunque iudicij parte, etiam officio Iudicis parte non reclamante. Debitor ex pluribus partitis, ex vnico contractu prouenientibus, in quã causam soluisse dicatur.

CONSILIVM LXII.

IESVS MARIA.

CAusa ista facilis est expeditionis, quandoquidem aduersus mandatum executiuum vnc. 120. à decennio infra pro censibus decursis expeditum ad instantiam D. Mariæ Saccano, adimpletum in quindena per Dominicũ Mollica Clientem duæ proponuntur exceptiones, quarum quælibet pro victoria sufficit. Prima est, quod locus, pro quo Cliens vt tertius possessor conuenitur 1 non erat tempore subiugationis in dominio subiugantis, quæ exceptio admittitur etiam in prima instantia, in qua versamur, ex *Milan. decis. 1. num. 59. & num. 103. lib. 2. & decis. 15. num. 2. lib. 2. Intrigliol. decis. 20. vbi multos refert & in suis quæstionibus bullalibus, quæst. 38. nu. 13. & quæst. 59. num. 1. Graff. excep. 6. num. 2. Castill. posthæc impressus decis. 144. nu. 1. 4. & 13. Giurba etiam nouiter impressus decis. 24. nu. 1. Muta decis. 74. num. 21. Addit. ad Petr. de Gregor. de censib. quæst. 5. nu. 163. idem Mastrill. decis. 150. num. 11. & 12.* dicens sic vti in Magna Reg. Cur. & refert alios, quod autem non erat in dominio, appareat, quia locus est quondam Ioannellæ olim matris, tam ipsius Iacobi subiugantis, quàm ipsius de Mollica Clientis, vt ex actis publicis in contrario effectu, cõstat, quem locum tempore vitæ primi viri, qui fuit pater Iacobi de Milacio, ipsa subiugauit multis alijs censibus, tanquam proprium, & interuenit pater ipsius Ioannellæ. Item apparet, tam post mortem dicti primi viri, quàm secundi viri, qui fuit pater Clientis, quod ipsa Ioannella sola possidebat, quod constat ex actu locationis factæ anno 1584. post assertam Bullam quæ fuit constituta per illum Iacobum de Milacio 2 in anno 1580. & licet per solam locationem non probetur possessio, *cap. inter dilectos. de fid. instrum. glos. in l. qui vniuersas. §. quod per Colonum. ff. de acquir. poss. & ibi Doct. & Canon. cap. cum Bertoldus de re iudicat. cap. inter dilectos. circa fin. extra de fid. instrum. l. ad probationẽ. C. loc. Mascard. conclus. 541. num. 6. & melius conclus. sequ. Alex. cons. 10. col. 1. vers. præterea. lib. 4. Afflict. decis. 14. num. 8. Dec. cons. 310. num. 5. Curt. iun. cons. 158. num. 6. Grauet. cons. 157. num. 5. Nacc. cons. 429. in fin. vol. 2. Bursat. cons. 414. num. 7. vol. 4.* 3 tamen sequuta solutione affictus, prout hic, nam fuit ordinatum, quod respondeant alijs creditoribus bullalibus, & fuit sequuta talis solutio, dicitur probata possessessio loci prædicti inter personam dictæ Ioannellæ, *Cefal. cons. 328. nu. 4. vol. 3. allegat. text. in d. l. ad probationem. C. loc. Alex. cons. 12. lib. 4. & alios plures Nacc. d. cons. 429. nu. 15. vbi alleg. text. in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquir. possess. Socc. cons. 11. vers. iuxta infero. lib. 3. Grat. cons. 50. num. 2. lib. 1. Mascard. conclus. 1181.*

nu. 3.

nu. 3. & sequ. Gabr. lib. 3. concl. 4. nu. 2. & 7. Intrigl. decis. 46. nu. 58. alios refert Milan. decis. 3. num. 224. lib. 1. & post hæc scripsit Ciurba in decis. 22. sub. num. 12. vbi omnes cumulat. Carocc. de locat. & conduct. tit. de probat. quæst. 11. num. 6. fol. 276. à tergo.

4 vbi inquit, quando non concurrit solutio pensionis, sufficere alia adminicula (videlicet) si apparet, quod ille Gabellotus stetit in loco nomine locatoris, sic respondit etiam Soccin. cons. 89. nu. 11. vol. 1. & cons. 187. nu. 2. Bart. in d. l. ad probationem. C. loc. Decc. cons. 146. sub nu. 14. lib. 1. Ruin. cons. 46. col. 7. in fin. vers. ex his igitur satis. vol. 4. Mascard. d. conclus. 542. nu. 11. & concl. 540. num. 18. Intrigl. super Bulla. quæst. 39. nu. 22. & in cons. 4. nu. 86. at hic est vnica testis, quæ dicit, quod post locationem factam dicto Presbytero, & finitam, possedit Ioannella percipiendo fructus, & sic infert ad fortiora, tum de possessione detempta per conductorem nomine Ioannellæ stante dicta locatione, tum etiam & de possessione dictæ Ioannellæ finita dicta con-

5 ductione, & licet dicebatur, testes inter alios receptos, & in alia causa, non probare, toto tit. C. res inter alios acta. vbi DD. l. 3. §. Idem Diuus Adrianus. ff. de testibus. Nacc. cons. 29. in princ. Osasc. decis. 128. nu. 12. Mastrill. decis. 149. num. 17. Rot. col. lect. 1960. vers. vigesimo primo. quamuis aliter forsan esset dicendum, quando testes prædicti essent mortui, ex mente Bart. in l. admonendi. 45. & Iason. num. 98. ff. de iureiur. Surd. decis. 103. num. 2. Benintend. decis. 67. num. 1. & 2. et tunc sufficit probare eorum bonam vitam, vel quando essent recepti inter easdem personas, Octau. decis. Pedamon. 1. num. 47. Mastrill. d. decis. 149. num. fin. Respondetur tamen,

6 sufficere, quod faciant præsumptionem siue adminicula, sic dixerunt Curt. sen. cons. 72. col. 3. Rip. in d. l. admonendi. num. 202. ff. de iureiuran. & Rot. Gen. decis. 166. num. 3. quæ allegat text. in l. fin. C. de testib. & Menoch. de arbitr. iudic. cas. 111. num. 2.

7 concludens, etiam esse in arbitrio Iudicis. Idcirco procul dubio Regia Curia Straticotialis potest arbitrari, locum, de quo hodie agitur, non fuisse tempore subiugationis in dominio ipsius Iacobi di Milacio subiugantis, sed ipsius Ioannellæ, cum ex enarratis apertissimè liqueat, non solum ante prætensam subiugationem, sed etiam exinde, eam semper tanquam Dominam prædictũ locũ possedisse. Quod tanto magis cõprobatur, cum locatio per eam facta in dicto anno 1584. fuerit facta, tam in

8 personam illius Presbyteri, quàm etiam in personam Thomę de Milacio eius filij, fratris illius Iacobi, vnde clarè patet, quod sicuti Thomas filius non dominabatur locum prædictum, sed sola mater, vt ex ipso actu locationis manifestissime probatur, qui inter matrem locantem, & filium conducentem probat, & dominium, & possessionem in personam ipsius matris locatricis, secus quoad tertium, Carocc. in d. quæst. 11. num. 4. Mascard. d. concl. 542. num. 5. Menoch. cons. 704. num. 14. ita nec ipse Iacobus possidebat, cum omnes prætendant eamdem successionem.

Hinc non obstat prima consideratio ex aduerso facta, quod mater locauit ipsum locum pro rata, quoniam ipsa locauit totum, & integrum eius locum, sed quia locauit tam illi presbytero, quàm Thomæ eius filio, non locauit cuilibet in solidum, sed pro rata, & ideo si rectè legatur contractus ipse, inquit, quod locat pro rata, non quod ipsa est Domina pro rata, quia locat totum, & integrum locum. Nec altera consideratio obstat, quod matrimonium præsumitur ad vsum Messanæ, & ideo Iacobus assertus subiugans habebat duas portiones, filialem, & paternam, quoniam ex ijs, quæ postea subsequuta fuerunt, apparet matrimonium fuisse ad vsum Romanum, ex quo constat, vt est dictum, locum fuisse dotalem. Item post matrimonium matrem conuolasse ad secunda vota cum Iacobo Mollica, & dotasse totum locum. Item etiam & post resolutionem secundi matrimonij solam matrem possedisse totum locum, etiam scientibus, & non cõradicentibus filijs, & sic per actus subsequutos declaratur voluntas, quod non fuit de contrahendo ad vsum Messanę

9 cum qualis fuerit voluntas contrahentium, declaratur ex his, quæ postea per eos fuerunt obseruata. Bald. cons. 245. nu. 2. lib. 3. Socc. sen. cons. 66. nu. 11. vol. 3. Corn. cons. 188. lib. 4. col. penult. Granet. cons 294 lib. 2. Becc. cons. 101. nu. 49. Hõded. cons. 47. nu. 28. vol. 1. Surd. cons. 140. nu. 44. vol. 1. & tanto magis procedit, cũ non sit

10 præsumendum filios voluisse iactare suum, l. cum de indebito. ff. de probat. Menoch. præsumpt. 27. nu. 9. lib. 6. Decian. cons. 62. nu. 73. lib. 3. & Aristoteles cap. 1. lib. 3. Aethicor. inquit, quod nemo sponte suas fortunas ejicit. Additur præterea, ꝙ ab octuaginta annis hinc, cõmuniter solẽt cõtrahi matrimonia ad vsum Romanorum, maximè inter Nobiles, prout erant parentes

11 Clientis, & ex eo, quod ab omnibus communiter

muniter fieri consueuit, præsumitur ita fuisse factum. *l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. petat. Bald. in l. non ob hoc. C. vnde cognati. & in l. conuenticulam. C. de Episcop. & Cleric. Rimin. iun. cons. 827. nu. 21. Franc. de Aret. cons. 128. num. 1.* & quod descendentes ex Nobilibus ita dicantur contraxisse, dixi in *cons. 5. num. 63. vers. tandem. & cons. 15. nu. 1. & cons. 61. num. 29.* Et
12 cum sit clarum, quod vna præsumptio tollatur per aliam, ex *l. fin. ff. de probat. Bursat. cons. 97. num. 31. lib. 1. Mastrill. decis. 246. num. 45.* multo magis hic est dicendum sublatam esse præsumptionem partis aduersæ, cum concurrant multa in contrarium in fauorem Clientis. Comprobatur præterea, quod locus numquam fuit in dominio dicti Iacobi subiugantis, quoniam in anno 1562. præfatus Iacobus vniuersaliter dedit bona sua Ferdinæ eius sorori, inreuocabiliter inter viuos, cum clausula constituti in amplissima forma, per quam Ferdinam exinde fuit facta donatio Fabritio filio ipsius Iacobi, & inde per Fabritium, & eius sororem fuit facta donatio in personam Clientis de prætensione, quam asserebant habere super loco, de quo agitur.

Non obstat primum, quod ex aduerso asserebatur, dictam donationem esse nullam ob modicam reseruationem, allegando
13 *Iul. Clar. in §. donatio. quæst. 29. vers. secundo principaliter.* tenentem, donationem esse nullam, si illud, quod reseruatur non excedit vigesimam partem illius patrimonij,
14 quod donatur, quoniam contrarium (impugnato ipso *Iul. Clar.* tenet *Pancirol. cons. 123. col. 4.* dum dicit, quod nullibi probatur dictum Clari, & satis est, quod do-
15 nator ob summam retentam possit inuenire hæredem, quod Iudicis arbitrio committitur; idem contra Clarum dicit *Bertrand. cons. 72. sequitur Cephal. Socc. iun. & multi relati a Rimin. iun. in cons. 555. nu. 8. vol. 5.* & post alios hanc questionem perbellè exornat *Mastrill. in decis. 273.* vbi Clari opinionē cōmuniter reprobari affirmat, & *Don Ludou. Apegucr. decis. 135.* dicit, pluries fuisse dicisum per illud Sacr. Reg. Conc. Cathaloniæ. Nec minus obstat secundum, quod ipsa Ferdina fuit nupta à Iacobo eius fratre, cui renunciauit, contenta ipsa dote, omnia bona sua, quoni-
16 am in facto est sciendum, quod donatio fuit facta ipsi Ferdinæ absenti, Notario pro ea stipulante, quæ donatio tanquam inreuocabilis, non potuit amplius, etiam ante acceptationem reuocari per ipsum donantem, vt referens multos, inquit, hanc esse veram, & magis communem opinionem, *Torret. in cons. 60. lib. 2. & Io. Petr. Surd. decis. 206. Ludou. Rot. Rom. decis. 86. in Addit. & ego alios adduxi in cons. 7. nu. 5. & 6. & cons. 59. num. 36.* vnde dum ipsa Ferdina renunciauit, non dicitur renunciasse isti iuri sibi competenti ex ipsa donatione, facta per fratrem, quam ignora-
17 bat, quia nemo intelligitur renunciare iuri, quod ignorat sibi competere, ex *l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. l. tres fratres. ff. de pact. Rot. Rom. in nou. ff. decis. 102. per tot. lib. 2. Socc. cons. 103. col. 2. lib. 3. & cons. 25. col. penult. lib. 4. Oldrad. cons. 330. num. 4. vers. item generalia verba. faciunt relata per Mutam in decis. 83. num. 20. Menoch. cons. 381. num. 30. cons. 237. nu. 31. & cons. 423. nu. 50. Afflict. decis. 53. num. 3. Dec. cons. 530. nu. 11. Paris. cons. 11. num. 77. cons. 20. num. 90 lib. 1. Socc. iun. cons. 37. num. 20. cons. 128. num. 119. lib. 1. & cons. 116. num. 19. lib. 2. Tiraqu. tract. de leg. connub. glos. 6. num. 176.* quod adeo verum est, vt nec iuramento confirmetur talis renunciatio, ex *Grauet. cons. 257. num. 2.* non enim contrahentium consensus, & dispositio ad incogitata trahitur, *ad text. in d. l. mater. de inoffic. testam. & l. non est ferendus. ff. de transact. Rimin. sen. cons. 314. num. 9. Federic. de sen. cons. 325. num. 2.* vbi inquit, non trahi renun-
18 ciationem ad ea, quæ quis verisimiliter non renunciasset, & quæ verisimilitudo, quod pro tam tenui dote refutrsset omnia, sequitur *Tiraqu. in l. si vnquam. num. 99. in præfat. C. de reuocan. donat. multos refert D. Card. Tusc. conclus. 754. nu. 1. 25. 36. & in multis sequ. in litt. C.* Præterea asserebatur ex aduerso, quod ex duobus donata-
19 rijs præferendus est ille, cui primo fuit facta donatio, ex *l. quoties. C. de rei vendic.* & per consequens, cum in anno 1576. Ferdina dederit ipsi Iacobo, præferendus est secundo donatario, qui fuit Fabricius; At-
20 tamen respondetur, quod ex duobus donatarijs ille est præferendus, non cui primo fuit donatum, sed cui cum effectu res fuit tradita, & ita procedit dispositio dictæ *l. quoties.* vt in puncto inquit *Gomez. variar. resolut. tit. de empt. & vendit. tom. 2. cap. 2. num. 20. vbi refert. glos. ordinariam. ibi Odofred. Petr. Cin. Iacob. Butr. Alberic. Bald. Paul. de Castr. & communiter Doct. & text. in l. qui tibi. C. de hæredit. vel action. vendit. & in l. si ancillam. C. de action. empt. & multa alia iura, & authorit.* prout in simili, quod ex duobus eiusdem rei emptoribus

ribus ille sit præferendus, cui primo res fuit tradita, licet posterior sit in titulo, voluit idem *Gomez. d. num. 20. Tiraqu. de constit. part. 1. num. 21. l. qui tibi. C. de hæred. vel. act. vend. Menoch. cons. 1153. nu. 54. Couar. in resol. 2. cap. 19. num. 5.* vnde cum Cliens per intermedias personas, vigore dictæ donationis sit in possessione dictæ prætensionis, ex quo est dominus loci, & actio, & passio penes eum stare non
21 possunt, sunt omnia extincta, *l. debitori. C. de pact. l. ex sestante. §. latinus largus. ff. de except. rei iudic. Neguſan. de pign. membr. 1. part. 5. num. 49. cum sequ. Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. Muta decis. 84. num. 13.*

Asserti enim duo testes partis contrariæ nihil operantur, quoniam aduersus eos sunt multi testes ad instantiam aliorum
22 de eorum mala vitâ, & qualitate, & sic cũ non sint integræ fidei, nec omni exceptione maiores, vt voluerunt *glos. in cap. pastoralis. de re iudic. Oldrad. cons. 224. Bald. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. Aret. in cap. fin. num. 20. de for. compet. Apeguer. decis. 17. nu. 2.* eorum depositiones non debent esse sufficientes ad inducendam plenam probationem, cum requirantur regulariter saltim duo testes, & omni exceptione
23 maiores, contra quos nullus defectus, nulla quæ macula impingi possit, aliàs nullam vim faciunt, *Bald. in l. fin. col. 1. vbi Salic. & alij, C. de probat. Ludou. decis. Lucc. 13. num. 60. Carol. Bardellon. cons. 74. num. 2. & 3.* tanto magis, quod contra eos sunt, & militant omnia superius dicta. Item etiam, & multi testes recepti in causa Palatina, super quibus est facta prouisio, & ipsi testes subeant carcerati. Hinc necessario ex hoc capite concludendum est, fore decidendum, quod stent oppositiones, iuxta *doctrin. Intrigl. in d. desis. 20. præcisè nu. 12. vbi allegat. Foller. Bald. Abb. Ias. Cum. Milan. & alios.* Nulla enim habita consideratione ad assertos duos testes olim receptos ad instantiam Clientis, quoniam iam apparet, quod ex eorum depositionibus nullus fuit sequutus effectus, immo missa cedula ex parte illius Iacobi subiugantis, quod volebat accusare ipsos testes de falso, & quod ipse non possidebat, & licet asserebat ad eum spectare, tamen
24 totum hoc est terminus prætensionis, quæ prætensio in Bulla, si fuerit subiugata, nihil operatur, nisi quando præcesserit causa obligationis, cum clausula [ex nunc pro tunc] & inde fuerit subsequuta sententia declaratoria, quod locus spectat ad subiugantem, iuxta doctrinam *Mastrill. decis. 150. & in Addit. ad Petr. de Greg. super Bull. quæst. 5. nu. 160. Castill. post hæc impressus decis. 144. num. 5. lib. 2.* vltra, quod veritas causæ iam est manifesta, quod totum fuit factum, vt recederet à loco cum concubina, cum fuisset ibi receptus à suo fratre Thoma.

Secunda quę proponitur aduersus agentem exceptio est intentionis, & facti, nempe Actrix quæ egit contra Clientem, venit vt cessionaria ipsius Clientis per in-
25 termediã personam Octauij Saccano eius viri. Hæc enim exceptio admittitur in quacunque instantia, & Iudex etiam parte non opponente, debet repellere agentem per ea, quę ponit *Bart. vbi Alex. num. 7. Alber. in fin. & alij in l. vbi pactum. C. de transact. & Ias. post alios in l. qui se debere. ff. de condit. ob causam Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 16. & in Bulla firmant Pet. de Greg. quæst. 4. num. 23. Milan. decis. 2. num. 154. lib. 2. & decis. 15. num. 19. 30. & 31. Intrigl. super Bulla quæst. 59. num. 7. & singul. 173. num. 20. lib. 2. Mastrill. decis. 215. num. 12. & latissimè Crass. de except. cap. 26. num. 2.* vnde cum in ipsa cessione facta per Clientem de asserto censu Bullæ vnc. 20. olim subiugato per quondam Iacobum de Milacio sit pactum, quod ipse Cliens cedit, & restituit ipsi Octauio Saccano, cum pacto, quod præfatus de Saccano tam pro dicto capitali, quàm pro iuribus decursis, & decurrendis, nullo vnquam futuro tempore possit directè, neq; indirectè agere contra ipsum de Mollica, nec eius bona, & hæredes, nec minus contra bona ad dictam Bullam obligata, & appareat clarissimè, ipsum Clientem tempore dictæ cessionis penes se habuisse locum, pro quo hodie conuenitur, cum in ipso actu dicatur per Notarium, quod cõtractus prædictus cessionis fuit factus in loco Clientis, de quo hodie agitur, item & per multos actus publicos in hoc iudicio constat, quod Cliens vti dominus, & possessor loci, tam in anno 1606. quo tempore fuit facta dicta cessio, quàm annis antecedentibus, & subsequentibus, soluebat alios census debitos super ipso loco tamquam verus dominus, & possessor, de cuius identitate non est controuertendum, cum ex confinibus clarissimè pateat ex ipsis
26 actis publicis, per quos dicitur verè probata identitas, ex *l. formam. ff. de censib. Menoch. cons. 704. nu. 11. & ad materiam Farin. in fragment. crim. in verb. Identitas. nu. 52. cum. sequ. Rot. Gen. decis. 196. nu. 7.*

Rot.

Rot. Bonon. decis. 55. num. 8. & decis. 103. num. 16. in nouiss. Magon. Luccens. decis. 80. num. 12. Sesse decis. 119. num. 17. Turret. cons. 18. num. 40. lib. 2. Bertaz. cons. 73. num. 7. Barz. decis. 33. nu. 13. & 14. Alb.
27 *cons. 10. num. 5.* & ex identitate contratæ, vt latissimè *Peregr. in cons. 48. in fin. lib. 1.* Est verum dicere, male egisse contra Clientem, obstante pacto, iuramento firmato, cùm nihil tam congruum sit humanæ
28 fidei, quàm ea, quæ placuerunt inter homines, seruare, ex *l. 1. ff. de pact.* tanto
29 fortius, stante iuramento, prout voluit *Apeguer. in decis. 134. num. 1. cum multis alijs.* Et non solum obstat pactum iuratum, vt est ostensum, verum etiam & dispositio
30 iuris communis, cùm cedens iura, non censetur cedere contra seipsum, *l. licitatio. §. fiscus. ff. de publican. & vectigali, vbi Din. Bart. & alij. Io. Petr. Surd. cons. 47. num. 23.* vbi infert ad multa. Vnde cùm habeamus prouisionem hominis, & legis, dici-
31 tur tanto fortius, quia, quando concurrit lex, & homo, augetur prouisio, *l. quoties. ff. de action, & obligat. Bart. in cons. 13. D. Card. Tusc. concl. 951. nu. 22. & 31. lit. P.* Nullius enim est considerationis, quod ex aduerso afferebatur, quod verba apposita
32 in dicta cessione sunt incompatibilia, & per consequens vltima derogant prioribus, *l. diui. §. licet. ff. de iur. codicill. l. pacta nouissima. C. de pact. Carol. Bardell. cons. 22. num. 1.* quoniam clarissimè apparet, verba esse compatibilia, necessaria prouisioni cõtrahentis, quia cũ Liens possideret locum obligatum censui per eum cessso ipsi de Saccano, sibi voluit præcauere, ne molestetur, & ideo dixit, quod directè, nec indirectè contra ipsum de Mollica, nec eius bona, & hęredes, nec minus contra bona ad dictam Bullam obligata, volens intelligere, & ex quo detinendo locũ obligatum censui prædicto, potest molestari, tam distrahendo ab eius posse dictũ locum obligatum, quàm bona propria ipsius de Mollica, quàm etiam, & ipse, & sui hæredes de persona, stante priuilegio ipsius Bullæ, ideo sibi præcauit dictis verbis. Quatenus verò dixit, & quod bona forte adiudicanda, vigore præsentis, semper remaneant, & sint obligata dicto de Mollica, & suis, ad dictas alias vnc. 61. taren. 23. quolibet anno remanentes penes ipsum de Mollica, eorumque capitale, & iura decurrenda, per hæc verba sibi voluit prouidere, quia totus census erat vnc. 81. taren. 23. de quo dedit ipsi de Saccano vnc. 20. retinendo sibi vnc. 61. taren. 23. ex quo ipse de Saccano, vigore ipsius cessionis potuisset sibi adiudicare, & distrahere omnia bona pro decurrendis ex ipsis vnceis viginti; & ipsi Clienti volenti agere pro suis censibus, replicari potuis-
33 set, quod possidet ex causa æque priuilegiata, & per consequens Liens remansisset delusus, vt clarissime tenet *Addica ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. num. 93. vers. quæro, si tertius.* vbi refert iura, & au-
34 thoritates, & inquit, in pari causa esse meliorem conditionem possidentis, ex *l. si debitor. ff. de pignor. Franc. decis. 260. nu. 4.*

Ideo sibi præcauit faciendo dictum pactum; in tantum, quod nihil est, quod repugnet, & sit contrarium, immò omnia necessaria, & cautelæ iuxta iuris dispositionem.

Insuper sunt nonnullæ solutiones factæ per alios detemptores infra decennium, quæ computantur infra hoc decennium, pro quo cõuenitur, non autẽ infra decennii tẽpore solutionis, nã debitor simpliciter soluens vigore instrumẽti habentis viã
35 executiuam, ac etiam pro debito descendente ex eodem contractu, non habente viam executiuam, præsumitur soluere ad extinctionem debiti executiui, pro quo poterat executiuè conueniri, *Menoch. de arbitr. cas. 493. num. 54. Laderch. cons. 162. Magon. decis. Florent. 39. num. 7. Valenz. cons. 21. nu. 60. & sequ. Ludouis. decis. 521. num. 12. in Addic.* nam causa executiu-
36 di citur durior causa, ordinaria, & debitor præsumitur soluere in causam duriorem, *l. 1. 2. & 3. ff. de solut.* & ita per tres sententias conformes aliàs fuit decisum, vt dixi in *cons. 9. nu. fin. & in cons. 55. nu. 13.*

Cætera supplebunt Spect. DD. Iudices.

Messanæ die 20. Nouembris 1613.

De Mense Decembris tunc sequentis fuit decisum per Curiam Straticotialem in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio anterioritatis ex causa pariter priuilegiata, admittitur in Bulla, etiam in prima iudicij parte. Si causa anterior sit vera, & non simulata amplia, num. 2.*

3 *Possidentis conditio, melior est in pari causa.*

4 *Creditoris anterioris iura in illum transeunt, cuius pecunia creditor dimissus fuit. distingue. n. 5. & 6. & quid nullo subintrandi pacto existente. nu. 7. vel nullo præcedente pacto, quod soluatur anterior, num. 8. affertur ratio, num. 9.*

10 *Tertius, cuius pecunia anterior creditor di-*

missus fuit, cum pacto de ingrediendo in eius iura, anteriorem acquirit hypotecam, agendo, & excipiendo.

11 *Per nouationem contractus, priores hypotecæ extinguuntur. fallit num. 12.*

13 *Si cum tertij pecunia fuerit soluta sors cum reliquis, & sic extinctum capitale, absque pacto subintrandi in creditoris soluti iura, tunc non consequitur tertius ius primi creditoris, amplia, num. 14. fallit, num. 15. affertur ratio, num. 16.*

17 *Anterior in capitale, an sit anterior in redditibus, & vsuris. distingue vt ibi.*

18 *Retrotractio non datur in præiudicium eorum, qui medio tempore contraxerunt.*

19 *Pactum ad discursum non potest concedi in præiudicium tertij, qui medio tempore contraxit. affertur ratio, num. 20.*

21 *Creditor anterior non solum præfertur ratione hypotecæ anterioris, sed in omni accessorio, & pacto existente in primo contractu.*

22 *Cannet. in cap. volentes. §. at modo erit otiosa. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Exceptio anterioritatis ex causa pariter priuilegiata, an possit proponi in prima instantia aduersus contractum Bullalem. Tertius, cuius pecunia fuit dimissus anterior creditor, an, & quando in eius locum, & iura succedat. Anterior in capitali, an sit etiam anterior in vsuris.

CONSILIVM LXIII.

IESVS. MARIA.

FVit causata executio ad instantiam Bartholi, & Donnæ Isabellæ Smorto, & Viperano iugaliũ in vnc 55. pro censibus Bullalibus decursis, vigore contractus Bullæ, celebrati in anno 1583. contra Ioannem Briganci tanquam dominum, & possessorem cuiusdam domus eisdem censibus suppositæ, quæ executio fuit adimpleta per cedulam primi decreti, aduersus quam se opponit Cliens, quod possidet dictam domum ex causa, & titulo anteriori pro censibus bullalibus, & sic ex causa pariter priuilegiata, & licet contractus bullalis in Clientis personam fuerit factus in anno 1589. & per consequens appareat posterior contractu actorum, qui fuit celebratus in anno 1583. attamen, quia Clientis prætium inseruiuit pro reluitione alterius contractus subiugatorii facti in anno 1573. qui ad rationem ad nouem pro centenario constitutus erat, & hic fuit reductus ad octo pro centum, & fuit pactitatum, quod dictum prætium implicetur pro dicta reluitione, & ita fuit sequutus effectus, vt ex ipso actu, & partita Banci clarissimè constat in processu. Propterea exceptionem Clientis esse admittendam, & per consequens eius oppositiones vti releuantissimas debere subsistere, pronunciandum est. Ad cuius rei dilucidationem tria discutienda esse, duxi. Primò, an exceptio, quod quis possidet ex causa pariter priuilegiata, & anteriori, admittatur in Bulla in prima instantia. Secundo, an extraneus, qui emit rem cum pacto, quod de prætio dimittantur anteriores creditores, & fuerit sequutus effectus, succedat in locum anteriorum, si non agendo, saltim excipiendo. Tertiò, an Cliens, qui successit in locũ anterioris creditoris dimissi eius pecunia, sit anterior, tã in capitale, quàm in iuribus decursis. Quoad primũ,

1 receptissimum est, hodie in Regno, exceptionem prædictam in causa æquè pariter priuilegiata, etiam in prima iudicij parte proponi posse, adeo, vt super hoc amplius in tribunalibus disceptationes non audiantur, sic meminere *Milan. decis. 1. num. 173. cum. sequ. lib. 2. Castill. decis. 15. nu. 4. multos refert, & sequitur Muta decis. 26. nu. 7. Mastrill. decis. 37. num. 1. idem in Addit. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. nu. 92. in lit. H.* & ita ab omnibus communiter receptum, testatur nouissimè *Giurba in decis. 22. num. 2.* licet in *num. 17.* aliter sentiat, quando causa anterior non esset vera, sed imaginaria, & simulata, quam sententiam voluit idem *Mastrill. in Addit. in nu. 93. vers. quæro si tertius.* procedere etiam

2 in causa non anteriori, sed æquali, videlicet, pro censibus ex eodem contractu cessis alteri, ex regula, quod in pari causa

3 melior sit conditio possidentis, *l. si debitor. ff. de pignor. Vinc. de Franc. decis. 260. num. 4. Muta. in d. decis. 26. sub. nu. 7. cum aliis per eum allegatis in decis. 24. num. 10. & per Giurb. in d. decis. 22. num. 3.*

Quoad secundã quæstionẽ, an ille, cuius

4 pecunia, maximè stante pacto, fuerunt dimissi creditores anteriores, in eorũ locũ, & anterioritatem subintret, verior omnibus semper visa fuit opinio distinguentis, *glos. & Doct. in l. 1. C. de his, qui in prior. creditor. loc. succedunt. & in l. aristo. ff. quæ*

res pignor. obligar. poss. Benintend. Rot. Bonon. decis. 50. *Vinc. de Franc. decis.* 134. *& Apont. in cons.* 87. *Rodoriq. de ann. reddit. quæst.* 14. *num.* 21. *lib.* 1. *conferunt scripta per Giurb. decis.* 87. *nu.* 5. quod aut secundus creditor est, qui soluit anteriori, aut extraneus, aut soluit debitor de pecunia aliena, primo casu soluens, succedit in anterioris locũ, etiã nullo præcedente pacto:
5 secundo casu, aut extraneus soluens, pactus est in creditoris iura subintrare, & tunc, & agendo, & excipiendo subintrat, aut nullum inter soluentem extraneum, & recipientem creditorẽ, interfuit pactum, & tunc excipiendo tantum subintrasse tenendum est, adeo vt, possidendo, habeat
6 retentionem. Quando autem & sic in tertio casu, soluit debitor de pecunia aliena, & tunc quatuor necessaria existimauit *glos. in d. l. Aristo.* Primò, quod adsit pactum, quod de eius pecunia soluatur anterior: secundò, quod fuerit solutus: tertiò, quod adsit pactum, vt succedat in locum anterioris: quartò, quod res remaneant ipsi hypotecatæ, quamuis *glos. in d. l.* 1. *ff. quibus modis pign. vel hypotec. solu.* neget hoc vltimum esse necessarium, sed tantum tria prima. Quid enim, quando nõ interueniunt dicta quatuor, vel tria requisita, sed tantum duo, videlicet, pactum,
7 quod soluatur anterior, & quod fuit solutus, non autem tertium de succedendo in locum primi, an dicatur successisse, & hic est casus Clientis, in quo inquit Iurisconsultus, quod licet non succedat in actione, succedit tamen in exceptione, adeo, vt possit replicare, se possidere titulo illo anteriori creditoris dimissi, & per consequens excludere creditorem posteriorem, *l. penult. C. de his qui in prior. creditor. loc. succed.* cuius verba sunt, [Si potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita, vt prætium peruenire ad eosdem creditores priores, in ius eorum successisti, & contra eos, qui inferiores illis fuerunt, iusta defensione te tueri potes] sequitur *Apont. in d. cons.* 87. *nu.* 8. *& Franc. d. decis.* 134. *nu.* 2. immo, esto, quod nullum pactum interue-
8 niat, quod dimittatur anterior, tamẽ si fuit dimissus cum pecunia tertij, etiam ille tertius succedet in locum ipsius anterioris, quo ad exceptionem, vt se tueatur à secundis creditoribus, & ratio est, quia secundo creditori nulla fit iniuria, nam
9 si primus creditor non esset dimissus de pecunia huius extranei, esset primus creditor anterior, & excluderet hunc secundum, hanc opinionem dicit magis communem *Benintend. d. decis.* 50. *& post eum Franc. d. decis.* 134. Et licet replicetur, ꝙ ideo conceditur exceptio, ex quo ille tertius emit prædium obligatum secundo, ideo, quando conuenitur, potest excipiendo se tueri. Quoniam respondetur primò, quod iam Cliens possidet domum hypotecatam, quæ fuit dimissa ab illo primo creditore pro censu constituto in anno 1573. cum pecunijs ipsius Clientis, vnde conuentus nunc à secundo creditore super dicta domo per eum possessa, rectè excipit de anterioritate primi creditoris dimissi eius pecunia. Secundò respondetur, quod
10 quando tertius, cuius pecunia dimissus est anterior, facit pactum de ingrediendo in locum anterioris, tunc acquirit hypotecam anteriorem, tam agendo, quàm excipiendo, vt clarè inquit in puncto *Rodoric. de ann. reddit lib.* 1. *d. quæst.* 14. *nu.* 20. *in fin.* si igitur in hoc puncto datur acquisitio anterioritatis in casu exceptionis, clarè sequitur quod omnes doctrinæ præallegatæ sunt in puncto præsentis causæ, quod ex quo Cliens dedit pecuniam pro dimittendo anteriori, & fuit dimissus, ꝙ vtique fuit ingressus locum anterioris, nõ quoad actionem, sed quoad exceptionem. Respondetur & tertiò, quod casus noster in puncto determinatur à *Roderic. in dicto tract. de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 16. *nu.* 61. *vers. quintus casus.* vbi inquit, quod si debitor conuenit cum tertio, vt credat pecuniam, qua creditor soluatur pro extinguendo censum in maiori reditu, subiugãdo ipsi tertio in minori, super eisdem prædijs, quę erant obligata anteriori creditori, quod talis subiugatio, esto, quod fuerit nouatus prior contractus, remanet cũ hypotecis anterioribus, etiam cum priuilegio prælationis priori creditori compe
11 tenti, nam licet verum sit, quod nouatione cõtractus, extinguantur hypotecæ, iuxta *l. nouatione. ff. de nouat.* tamen si in obli-
12 gatione nouante sint expressè obligata eadem pignora, quæ erant in prima obligatione, dicuntur obligatæ, & repetitæ hypotecæ, etiam cum priuilegio prioritatis, pro quo allegat *text. in l. creditor. acceptis pignoribus. & in l. si prior. ff. qui potior. in pign. habean. & ibi Bart.* Concludit itaq; *Rodoric.* quod, quando tertius, qui secundo loco contraxit, cum pacto, quod dimittatur anterior creditor, & sibi subiugantur eadem bona, quæ erant subiugata anteriori creditori, quod dicuntur subiugata cum illa anteriori hypoteca. Est verum

igitur dicere doctrinam *Rodoric.* terminare præsentem quæstionem, cum prædicta militent in causa Clientis, videlicet, quod prætium istius census fuit datum pro reluendo censu constituto in anno 1573. & fuit subiugata eadem domus, quæ erat in dicto contractu 1573. vt videri potest in facto, quod potest legi oculis corporeis.

Aduertendum est, quod Dominus Aduocatus ex aduerso allegabat eumdem *Rodoric. in d. tract. lib. 2. d. quæst. 16. num. 52. vers. tertius casus.* & asserebat terminare præsentem causam, sed in rei veritate idem *Rodoric.* loquitur in alijs terminis, & Doctores per eum allegati terminant causam in fauorem Clientis, nam *Rodoric.*
13 *in d. nu. 52.* inquit, quod si creditori redditus fuit soluta sors cum reliquis, & redditus redemptus, & extinctus simpliciter, sine pacto, vt tertius, cuius pecunia redemptus est, in locum anterioris succedat, tunc cum iam solutione actio, & ius creditoris perempta sint, non potest ipse tertius consequi ius primi creditoris, nec si
14 bona sint minoris, vel maioratus, poterũt postea ipsi obligari absq; sollemnitate debita, ipse enim Rodoricus loquitur, quando est extinctus primus cõtractus de pecunijs tertij, nullo tamen facto actu subiugatorio, cum ipso tertio, ante ipsam redemptionem, nec assignata pecunia pro dicto effectu, nec facta obligatione eorumdem bonorum subiugatorum, in primo actu,
15 & ideo rectè loquitur, quod est extinctus primus contractus: attamen, si præcessisset subiugatio ipsius tertij pro reluendo censu anterioris creditoris, cum obligatione eorumdem bonorum, quę erant obligata anteriori, vtique hoc casu subintrasset cum priuilegio anterioris creditoris, vt ex *Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 10. nu. 27. vers. si verò.* alleg. per ipsum Rodoricum clarissimè apparet. Vnde cõstat opinionem partis aduersæ cessare, & *Rodoric. in d. num. 52.* versari in alijs terminis, & *Molin.* ab eo allegatum, facere pro præsenti causa. Item etiam & *Rodoric. in d. quæst. 16. num. 61. vers. quintus casus.* quem superius adduxi, est terminans in fauorem Clientis. Tanto magis, quod eadem domus subiugata anteriori creditori in anno 1573. & inde ipsi Clienti, hodie possidetur per Clientem, distracta pro censibus decursis. Considerandum est etiam, quod prætium census subiugati ipsi Clienti ad octo pro centum, pro extinguendo censum ad nouem pro centum, fuit, & cessit lucro, & beneficio, tam ipsius debitoris principalis subiugantis, quàm etiam & aliorum creditorum, nam principalis debitor fuit minus grauatus leuioribus vsuris, & si voluisset redimere eadem sorte, qua olim poterat redimere anteriori creditori hodie redimet, & maiorem facultatem redimendi habebit, ex quo minores vsuras soluit, vt optimè considerat idem *Rodoric. d. quæst. 16. in fin.* & certè iniquum esset quod domus, quæ possidetur per Clientem, quæ pecunijs Clientis fuit
16 disobligata, & eleuata à manu anterioris creditoris de anno 1573. quod in eadem domo deberent præferri posteriores creditores ipsi tertio, qui dimisit anteriorem creditorem, cum nulla per eum fuit facta iniuria secundo creditori, vt considerat *Fulgos. in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypotec. solu. & Franc. d. decis. 134.*

Quo verò ad tertium, an Cliens sit an-
17 terior, non solum in capitale, verum etiã & in censibus cum anterioritate de anno 1573. Est distinguendum, quod aut contractus Bullalis vltimo factus trahit originem à debito antiquo non Bullali, aut à Bullali, vel debito faciente fructus. Primo casu tantummodo operatur illa anterioritas, & subintrantia, quoad ipsum capitale, non autem quoad census decurrendos, nam in præiudicium eorum,
18 qui medio tempore contraxerunt, non potest fieri talis retrotractio, ex quo tempore eorum contractus erat merum debitum, quod de sui natura non faciebat vsuras, *l. mater. §. eamdem. ff. de except. rei indic. Fan. de pign. part. 1. membr. 1. nu. 20. Apont. cons. 36. num. 38. Io. Vinc. de Ann. allegat. 145. num. 3. Mastrill. decis. 26. nu.*
19 *1. & 2.* qui loquitur in pacto ad discursum apposito in secundo contractu, & concludit non præiudicare ijs, qui medio tempore contraxerunt, *Rodoric. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 20. num. 13. & in fin.* vbi disputat, an dans pecuniam pro refectione domus, sed sub annua pensione, ex quo talis creditor præferatur anterioribus, an etiam præferatur pro interusurijs, concludit, quod non, sed tantum quoad capitale, ratio, quia vsura succedit post priuilegiũ. Igitur cũ creditor abinitio sit ex mutuo, exinde reducat ad censum, census succedit post anterioritatẽ, & per consequens non habet prælationem. Si verò ex alio debito Bullali, prout in præsenti casu, seu ex debito faciente vsuras, & tunc est anterior, tam in capitale, quàm etiam in interusurijs, quia dicitur succesisse in illo debito anteriori priuilegiato, in puncto *Milan.*

lan. decis. 8. num. 380. & sequ. & decis. 13. num. 23. vsque ad fin. lib. 1. vbi impugnato Cannetio in cap. volentes. §. at modo erit etiosa. fol. 92. & sequ. allegato per D. Aduocatum ex aduerso, dicit, indubitatam hanc opinionem, & contra eum tenere *Blasc. Lanc.* & communiter fuisse decisum, *Addit. ad Petr. de Gregor. in tract. de censib. quæst. 6. num. 93. vers. quæro etiam.* vbi licet relinquat cogitandum, tamen vult, quod videantur tradita per eum in *d. decis. 26.* in qua ideo fuit decisum, quod pactum ad discursum appositum in secundo contractu non operabatur in præiudiciũ eorũ qui medio tẽpore contraxerunt, quia nõ aderat in primo contractu, at si fuisset, vtiq; operasset, & cõcludit in *nu. 4. & 6.* 20 21 quando creditor est anterior, præfertur, non solum ratione hypotecæ anterioris, sed in omni accessorio, & pacto, existente tempore primi contractus, & si in primo contractu præfertur pro censibus, & capitale secundis creditoribus, eodem modo, & pro secundo contractu, allegat alios Doctores, immo idem Cannet. si rectè legatur, limitat suam opinionem, quod 22 quando debitum est tale, quod parit vsuras, est anterior in debito, & in vsuris, iuxta *text. inl. Lucius. ff. qui potior. in pign. hab. vt etiam refert Milan. in dictis decis, Negusan. de pign. part. 5. in 1. membr. num. 14. vers. & sicut. & in 2. membr. eiusdem partis num. 9. Soccin. cons. 41. lib. 4. Ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. creditor. Felic. de censib. tom. 1. cap. 5. num. 13. lib. 3 Apont. decis. 76. num. 12. Honded. cons. 14. num. 93. lib. 2. Valenz. cons. 56. nu. 31. Mastrill. decis. 119. num. 11. Castill. decis. 17. num. 43.* Erit igitur ex his rectè concludendum, exceptionem propositam per Clientem, vti iuridicam, veram, & realem, esse admittendam.

De anno 1613. per Curiam Straticotialem succubuit Cliens, verum actor, qui obtinuit, non permisit Clientem prosequi appellationem, sed sibi accolauit soluere censum annuum Clienti, facta per eum distractione, super bonis distractis. Propterea prudens Lector, tam ex superius adductis, quàm ex accollatione prædicta, quę verior sit sententia cognoscere poterit.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum descendentium, præteritis ascendentibus, est ipso iure nullum. & nu. 27. & è conuerso, etiam descendentibus non contradicentibus, num. 3. Ratio num. 4. ampliat. num. 17.*

2 *Auth. ex caussa. C. de liber. preter. etiam in præteritione paterna locum sibi vendicat.*

5 *Legitima Patri & Filio institutionis titulo debetur, nullumque dicitur testamentum si alio particulari titulo fuerit eis relicta. num. 32.*

6 *Descendens tenetur ascendentem instituere, siue de aduentitio, siue de profectitio, siue de Castrensi peculio, vel quasi testetur.*

7 *Legitima matri debita, est Tertia totius hæreditatis, & idem in patre.*

8 *Præteritus dicitur pater, si in testamento filij non fuerit institutionis titulo legitima honoratus. fallit, stante clausula [omni meliori modo] quæ institutionis defectum supplet. num. 9.*

10 *Præteritus dicitur pater, si quid per filium simpliciter in testamento fuerit ei relictum, & non titulo honorabili institutionis.*

11 *Pater cogitur in testamento filiam instituere in ea dote, quã viuens ipsi filię assignauerat.*

12 *Pater in testamento tenetur institutionis titulo filium recognoscere, cui viuens legitimam assignauerat. & sufficit, si in minimo recognoscat. num. 13.*

14 *Præteritus dicitur filius, si quid ei per patrem in testamento iure legati relinquatur, clausula [omni meliori modo] non obstante. num. 15. ratio. num. 16.*

18 *Legitima est relinquenda ex patrimonio, & ex corporibus hæreditarijs testatoris.*

19 *Legitimæ Iudiciũ vniuersale est. ratio, nu. 20.*

21 *Legitima non hæreditatis, sed bonorum quota est.*

22 *Legitima descendentium, & ascendentium à pari procedunt, & dispositum in vna, censetur dispositum in alia.*

23 *Legitima in pecunia relinqui non potest, sed in proprietate, & in omnibus corporibus hæreditarijs. Et si in pecunia relinquatur, potest eam filius refutare, num. 24. Et minor, qui in pecunia eam recepit, in integrum restituitur, num. 25.*

26 *Legitima in rei fructibus relinqui non potest.*

28 *Hæreditas annua non datur, nec hæredis institutio. Ratio, num. 29. 30. & 31.*

33 *Clausula Codicillaris nõ prodest, si filium scienter pater prætereat, & è contra, quia est contra officium pietatis.*

34 *Clausula Codicillaris sanat defectum sollemnitatis, non autem in substantia. Operatur, cum testamentum potest substineri vt Codicillus, num. 35. Non supplet voluntatem testatoris defectiuam. num. 36. Confirmat testatoris voluntatem, nec contra eius voluntatem operatur, quam neque ampliat, neque extendit, num. 38. Non operatur, quando est certa voluntas testatoris, vel verisimile*

est eam deficere. num. 39.
37 *Hæreditas in Codicillis dari non potest.*
40 *Voluntas testatoris non est subuertenda.*
41 *Clausula Codicillaris nihil operatur in testamẽto, in quo præteriti sunt descendentes.*
42 *Testamenta descendentium, & ascendentium eodem modo regulantur.*
43 *Filiusfamilias testari non potest. ratio. nu. 44. Nec etiam cum consensu patris, num. 45. Amplia. num. 46. Nec etiam instituta pia causa, nisi cum consensu patris. num. 47.*
48 *Io. Andr. de Georg. in alleg. 27. & 33. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Testamentum filij patre præterito, an sit nullum ipso iure, & è contra. Cuius occasione multa de effectibus clausulæ Codicillaris explanantur.

CONSILIVM LXIV.

IESVS MARIA.

IPso iure nullum esse testamentum, defendi, in quo filiusfamilias nullos habens filios, viuentibus tamen vtrisq; parentibus, hæredem vniuersalem instituit Ecclesiam, legitima parentibus ipsis minimè relicta, sed tantummodo quid annuum, durante eorum vita, super fructibus hæreditarijs eis soluendum, indubitati namq;
1 iuris est, descendentium testamentum præteritis ascendentibus, ipso iure nullum esse, ad *text. in §. sancimus. Auth. vt cum de appellat. cognosc. glos. in verb. liberorum. §. 1. institut. de inoffic. testam. & docuit Bart. in. rubr. ff. si quis. à parent. & in l. filio pręterito. ff. de iniust. test. num. 21. & in Auth. ex caussa. nu. 13. C. de liber. præter.*
2 cuius *Autht.* dispositionem, etiam in pręteritione paterna locum sibi vendicare testatur *Ricc. in suis collect. decis. 271. Ceuall. comm. contra comm. quæst. 101. nu. 56. & sequ.* & in matre loquitur *text. in §. siue autem hæc obseruata. in d. Auth. vt cum de appellat. cognosc. sequitur Bald. in d. Auth. ex caussa nu. 21. Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 11. nu. 36. Lancell. Gall. cons. 72. nu. 44. & 46. Peregr. cons. 81. num. 1. & sequ. vol. 1. Menoch. cons. 961. num. 5. Resimbec. cons. 17. num. 4. Carol. Bardellon. cons. 21. num. 1. Vasqu. de success. creat. lib. 2. §. 20. num. 1. Vinc. de Franc. decis. 63. D. Regens de Pont. in cons. 68. num. 4. Thor. in compend. decis. in verb. legitima Auiæ.* & de Auia materna meminit *Fab. de Ann. cons. 103. nu. 1. & 2. vol. 2.* Quod pariter pro-
3 cedit quoad descendentes, siquidem ascendentis testamentum præteritis descendentibus, est ipso iure nullum, ex *l. si filius, qui in potestate. ff. de liber. & posthum. l. 1. & l. 3. §. ex his. ff. de iniust. testam. Ias. Dec. & alijs, quos refert. Io. Vinc. de Ann. alleg. 19. num. 2. part. 1. Clar. in §. testamentum. lib. 3. quæst. 43. vers. successiuè quæro. Vasqu. in d. tract. lib. 2. § 3. num. 109. Ceuall. vbi supra. d. num. 56.* ex vrgenti illa ratione,
4 quia pro forma fuit à lege sancitum, ac introductum, vt descendens, vel ascendens hæres instituatur, vel exhęredetur. Ideoq; si fuerit ex eis alter præteritus, iure optimo nullum ipso iure dicetur testamẽtum, tanquam peccans in forma, idq́ue non solum ob præteriti descendentis, siue ascendentis fauorem, verum etiam et in disponentis odium, formam à lege traditam minimè seruantis, ex *Fab. Ann. d. cons. 103. nu. 3.* Porro reciproca isthæc inter ascendentes, & descendentes instituendi, vel exhæredandi obligatio, ex eo oritur, quia in patre, & filio, in multis eadem est con-
5 ditio, & præsertim circa legitimam, quẽadmodum enim institutionis titulo ea filio debetur, sic pariter, & patri, *d. Auth. vt cum de appellat. cognos. §. iustum autem. §. sancimus. & §. hic autem. & adnotauit Peregr. de fideicomm. artic. 49. num. 48. Surd. multos referens cons. 341. nu. 29. vol. 3.* quam sententiam communem dicit *Tusch. lit. P. conclus. 642. nu. 3. & sequ.* & eam in *nu. 7.*
6 ampliat, siue descendens de aduentitijs, siue de profectitijs, siue de Castrensibus, vel quasi testetur, *Thor. vbi supra.* asserens
7 legitimam matri debitam, esse tertiam totius hæreditatis. *alleg. Alciat. determinat. 22. num. 3. Thesaur. decis. Pedam. 122. nu. 4. Ricc. collect. decis. 105. Mainard. decis. Tholosan. 11. part. 5. Ricc. & Nauarr. in Addit. ad Franch. d. decis. 63.* vbi etiam latissime circa legitimam patri debitam referunt *Surd. in cons. 404. lib. 3. & alios.*

Verum enimuero in hoc testamento sa-
8 tis dicitur præteritus pater, cum ei non fuerit relicta legitima institutionis titulo, prout meminere *Cucc. de legit. in rubr. quo titulo parentibus. num. 36. Clar. §. testamentum. quæst. 38. vers. sed quæro tu scis. Rimin. iun. cons. 78. num. 11. & 12. & cons. 765. num. 28. & sequ. & cons. 793. nu. 4. Surd. d. cons. 341. nu. 29. & sequ.* Quidquid esset
9 existente clausula [omni meliori modo]

quæ

quæ institutionis titulum supplere solet, vt animaduertit *Alex. in cons. 112. vol. 3. & in cons. 50. vol. 7. Maluas. cons. 105. nu. 16. Bertaz. cons. cin. 64. nu. 1. Becc. cons. 103. nu. 16. Turret. cons. 34. nu. 17. vol. 3. Pereg. de fideicõm. art. 36. nu. 56. & in cons. 60. nu. 30. vol. 1. cũ aliis à me relatis in cons. 57. nu. 47.*

Nec sufficeret, si legitima simpliciter re
10 linqueretur, etenim si nõ fuerit patri relicta, honorabili institutionis titulo, vtiq; semper, præteritus â filio dicetur, quã, veram esse opinionem, fatetur *Alex. in. d. cons. 50. in causſa, & lite. in princ. vol. 7. vbi Apostill. in verb. instit.* citat Doctores pro vtraque parte, & de communi testatur, sequitur *Tusch. in d. conclus. 642. nu. 2. post Bald. Socc. iun. Butr. & alios.* Hinc est, vt
11 in patre, dixerint alij, adeo necessarium esse hoc onus instituendi filios in legitima, honorabili titulo institutionis, vt etiam filiam, quam viuens dotauit, cogatur in testamento particularis institutionis titulo, in ipsa dote iam antea constituta, honorare, ne præteritionis vitio testamentum per filiam infringatur, & fuit originalis opinio, *glos. in l. 3. §. sed vtrum. in verb. patrimoniũ. ff. de minor. 25. ann.* quam cum alijs, refert *Castill. decis. 145. num. 6.*
12 subdens in *num. 10.* quod etiam eos filios in suo testamento institutionis iure honorare tenetur pater, quibus viuens, legitimam dederat portionem, & refert alios,
13 tenentes, tunc sufficere eos, etiam in minimo instituere, & ante eum meminit *Suarez. comm. opin. verb. legitima portio. vers. memineris, Carpan. ad. Mediolan. statut. 485. num. 62. part. 2. Neapod. ad consuet. R. N. glos. relinquere. tit. de. succeſſ. ex testament.*
14 Propterea si filio, vel filiæ aliquid non institutionis titulo, sed legati relinquatur, præteriti dicantur, ex doctrina *Bald. in cons. 233. vol. 5. Clar. in d. §. testamentum. quæst. 38. in princ. Pont. cons. 42. num. 6. Bardell. cons. 4. num. 9. Rimin. iun. cons. 722. nu. 52. & in cons. 742. nu. 47. 52. & 53. Gail. lib. 2. obseru. 112. nu. 9. Laderch. cons. 67. nu. 3. Surd. decis. 293. num. 4. & in cons. 565. num. 12. Tusch. lit. T. conclus. 127. num. 9.*
15 Et tunc clausulam [omni meliori modo] quam diximus, titulum institutionis supplere, nihil prodesse, probat *Rimin. iun. in d. cons. 742. nu. 42. & 52.* vbi inquit, clausulam prædictam nullam habere vim, ineptum illum titulum legati in alium institutionis titulum transformandi. Quinimmo,
16 17 quamuis pater piam causam hæredem instituat, tenetur nihil ominus filios institutionis titulo recognoscere, sic refert, & tenet *Marsil. sing. 36. Spin. de testam. glos. 20. num. 54. Paris. cons. 3. nu. 8. & 9. vol. 3. Gozad. cons. 78. nu. 5. & cons. 93. num. 15. Ruin. cons. 73. nu. 6. Curt. iun. cons. 71. nu. 12. & cons. 142. nu. 16. Stracc. de mercat. tit. de mand. nu. 16. & 17.*

Nec præseruatur à nullitate tale testamentum, ob relictum quid annuum, sanc-
18 citum enim est nobis, legitimam ex patrimonio, & substancia bonorum testatoris, plene, ac libere præstandam esse, cum proprietate, & sic in corporibus hæreditarijs, ad tradita per *text. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. testam. Bart. in l. suus. ff. de hæred. instit. Crass. de succeſſ. §. legitima. quæst. 15. num. 6. Moises. ad consuet. Neapol. part. 3. quæst. 6. num. 2. & in cons. 9. num. 17. Surd. decis. 21. num. 2. Caualc. in tract. de vsufruct. mulier relict. num. 93. vers. quoad hæredes. & in decis. 7. num. 24. & nu. 34. & in decis. 8. num. 13. lib. 3. Tusch. conclus. 194. lit. L. Intrigl. decis. 45. num. 18. & in cons. 9. nu. 17. Apeguer. decis. 111. Georg. allegat. 40.* ac ita in multis Tribunalibus fuisse decisum, testatur *Ricc. collect. 632. Nepit. Catin. consuet. vnic. de conf. ſ bon. tit. 3. nu. 137. Surd. de aliment. quæst. 34. tit. 9. nu. 7. & in cons. 488. nu. 1. & alij, quos refert, & sequitur Carol. Bardell. cons. 21. num. 10. & 11.* qui loquitur in legitima debita matri, cum verum sit, eam in corporibus hæreditarijs relinquendam esse,

19 Hinc fit, vt legitimæ iudicium, vniuersale existimetur, ex *Bald. in cap. conquerente. nu. 8. de offic. ordin. & in cons. 371. vol. 1. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 69. Nacl. cons. 155. nu. 8. & 11. Menoch. cons. 1147. num. 28. Tusch. lit. L. conclus. 204. num. 1.*
20 Vbi enim corporalia. & incorporalia vni nomini subiecta sunt, iudicium vniuersale est, *Bald. in l. terminato. num. 4. in fin. C. de fruct. & lit. expens. & in l. cum proprias. C. si quis alteri, vel sibi. Marant. de iudic. distinct. 4. num. 2.* Certi namque iuris est, le-
21 gitimam non hæreditatis, sed bonorum quotam esse, ad *text. in l. Papinianus. ff. de inoffic. testam. l. cum quæritur. C. eo. Afflict. cons. 5. num. 3. Nacl. cons. 156. nu. 8 Afflict. decis. 162. num. 2. & decis. 382. nu. 2. Valasc. decis. 110. nu. 10. Caball. cons. 131. num. 6. vol. 2. Sesse decis. 24. nu. 90. Grauet. cons. 966. num. 7. & 8. Rimin. iun. cons. 816. nu. 61. Costa de scient. & ignorant. cent. 2. distinct. 93. num. 16.* quam in corporibus relinquendam dicimus, non solum ab ascendentibus, ipsis descendentibus, ve-
22 rum etiam, & è contra: id enim, quod in legitima filiorum, & sic descendentium,

statutum

statutum legimus, ascendentium quoque legitimam comprehendit, ex *Caualc. in d. tract. da vsufruct. mulier. relict. nu.* 18. *Surd. cons.* 388. *num.* 14. *Sforz. Odd. in cons.* 55.

23 in vtroque casu defendens, in pecunia non esse relinquendam legitimam, sed plene in proprietate, & in corporibus hæreditarijs, de quo meminit etiam *Ricc. in d. collect.* 632. & conferunt, quæ dicit *Caualc. in d. decis.* 8. *num.* 32. quam ex multorum

24 sententia refutare potest filius, si in pecunia relinquatur, prout animaduertit *Suarez. in d. l. quoniam. ampliat.* 11. *num.* 4. *C. de inoffic. testam. Baiard. ad Clar. quæst.* 78. *nu.* 122. *§. fin. Gomez. resol.* 1. *cap.* 12. *nu.* 21. *Spin. de testam. glos.* 8. *nu.* 26. *Alb. cons.* 377. *nu.* 18. *Osasc. decis.* 148. *nu.* 13. *Tusch. lit. L. conclus.* 195. *nu.* 36. Propterea filio,

25 qui minor legitimam in pecunia recepit, restitutionem in integrum concedendam esse voluit, *Menoch. de arbitr. cas.* 163. *nu.* 30. *in fin. lib.* 2. *Cancer. resol.* 1. *cap.* 3. *nu.* 4. quamuis aliter sentiat *Sfort. de restitut.*

26 *in integr. quæst.* 4. *num.* 41. sic pariter in rei fructibus posse relinqui legitimam, negat *Surd. d. cons.* 388. *num.* 12. *& d. decis.* 21. *num.* 2. *Seraph. decis.* 534. *num.* 4. *Cephal. cons.* 563. *num.* 30. *Bim. cons.* 287. *nu.* 25. *vol.* 3. *Turret. cons.* 50. *num.* 19. *vol.* 3. *Magon. Florent. decis.* 20. *num.* 6.

Itaque, cum ex huiusmodi relicto, nihil dicantur percipere parentes ex filij substantia, ac patrimonio, perneceſse fatendum est, eos fuisse præteritos, & consequẽter testamentum nullum esse ipso iure, ex

27 *Anchar. in cons.* 128. *num.* 2. *Rimin. iun. d. cons.* 742. *num.* 40. *Menoch. d. cons.* 882. *num.* 8. *Bardell. d. cons.* 21. *num.* 12. *& alijs alleg. in num.* 1.

28 Nec in iure hæreditas annua datur, aut hæredis institutio, vt notauit *Eugen. in cons.* 25. *num.* 32. *& num.* 46. *in fin.* Cum

29 pro primo anno sit pura, & pro sequentibus conditionalis, *ex text. in l. in singulis. ff.*

30 *de ann. leg.* & tunc esset dare hæreditatem ad diem, contra id, quod voluit *text. in l. hæreditas ex die. ff. de acquir. hæred.* cum

31 excepto primo anno, diceretur ablata hæreditas sub contraria conditione, *l. si legati. ff. de adim. legat.* Ex his ergo constat,

32 nullum esse prædictum testamentum, cum non fuerit titulo hereditario institutionis aliquid parentibus relictum, prout debebat, sed tantum alio particulari titulo, vt post alios *Simon de Pret. de interpetr. vltim. volunt. lib.* 3. *interpetr.* 1. *solut.* 1. *num.* 37. *Sforz. Odd. cons.* 91. *Bardellon. d. cons.* 21. *num.* 13. *cum sequ.*

33 Nec testamentum prędictum ex clausula Codicillari substineri valet, quandoquidem illa, cum sit contra pietatis officium, nihil potest operari, & sicuti non prodest, quando filius à patre fuit scienter præteritus, ita nec è contra, ex *Bursat. in cons.* 15. *num.* 8. *Curt. iun. in d. Auth. ex caussa. num.* 24. *Rimin. iun. cons.* 811. *num.* 62. *& sequ. Bardellon. d. cons.* 21. *num.* 77.

34 Et eo fortius, cum clausula prædicta tantum simplicis sollemnitatis defectum sanare soleat, non autem illum, qui consistit in substantia, prout est præteritio, & relictum in fructibus, & non in proprietate, ex *Menoch. in d. cons* 882. *nu.* 14. *&* 15. vbi ampliat eiusdem iuris esse in clausula [omni meliori modo] quod etiam tradidit *Bardellon. in d. cons.* 78. *& 79.*

35 Sic etiam dicimus, clausulã prædictam, tunc operari, quando testamentũ, vt Codicillus substineri potest, *Cephal. cons.* 519. & tunc venientes ab intestato, censentur vocati, & grauati restituere hæredi scripto. *Turret. tract. de clausul. Codicill. quæst.* 119.

36 non autem supplet voluntatem testatoris defectiuam, *Alb. cons.* 463. *nu.* 17. idcirco

37 vitium præteritonis non potest sanari, vel suppleri per dictãclausulã, vigore subintel lecti tituli hæreditarij, cum esset dare hæreditatem in Codicillis, quod prohibent leges, multos refert *Bardell. d. cons. nu.* 20.

Additur etiam, quod clausula prædicta

38 confirmat testatoris voluntatem, nihil autem potest operari contra eius expressam voluntatem, immo neque ampliat, neque extendit dispositionem, *Gratian. lib.* 2. *disceptat. cap.* 369. *nu.* 20. *Sforz. Odd. in cons.* 95. *num.* 36. Quin immo, nedum nullius

39 est efficaciæ, quando certa est voluntas testatoris, sed etiam, quando dubitatur, & verisimile est, eam deficere, *Alba d. cons.* 463. *num.* 19. & sic, nihil operari in hoc testamento, fatendum est, in quo certum est, voluisse testatorem, quid annuum super fructibus relinquere parentibus, durante duntaxat eorum vita, quod si aliter in-

40 terpretaretur, eius voluntas subuerteretur, *Bardell. cons.* 4. *nu.* 25. *& in d. cons.* 21. *num.* 74.

Et tandem nulli dubium est, dictam clausulam nihil operari in eo testamento,

41 in quo præteriti sunt descendentes, *Signorol. de Homod. cons.* 171. *vbi de comm. testatur. Gail. lib.* 2. *obseru.* 114. *nu* 8. vbi hanc sententiam iuri, & æquitati consentaneam dicit, à qua in iudicando minimè recedendum esset, attento, quod hodie præter voluntatem testatoris, semper ab imperi-

tis Notarijs, in testamentis adijcitur prædicta clausula, *glos. fin. in fin. in d. Auth. ex causſa. Oldrad. consſ.* 141. *col.* 2. *Cephal. consſ.* 585. *nu.* 27, *vol.* 4. sic ergo pariter dicendum
42 est, in ascendentium prætermissione, dictam clausulam nullius esse considerationis, si verũ est eodem modo, ascendentium, & descendentium testamenta regulari, ex *Surd. consſ.* 388. *nu.* 14. *Rodor. Suarez. in l. quoniam in prioribus. ampliat.* 16. *num.* 2. *C. de inoffic. testam. Apetr. de fideicomm. quæſt.* 15. *num.* 74.

43 Præterea, ex alio vrgenti capite nullũ dicitur testamentum prædictum, considerata persona ipsius filijfamilias, prorsus inhabilis ad testandum, *vulgat. iur. l. qui in potestate, & l. filiusfamilias. ff. de testam. & instit. quibus non est permiss. fac. testam. §. præterea. sequitur Ludou. conclus.* 61. *nu.* 1. *vbi alios refert.* Idque summo quidem iure,
44 cum filiusfamilias non habeat integram personam, ad ea, quæ sunt publici iuris explicanda, quæ ratio est desumpta ex *glos. in d. l. qui in potestate. & latissimè prosequitur Rimin. iun. in consſ.* 156. *num.* 1. *vsque ad* 4. *vol.* 2. *Iul. Clar. in §. testamentum. quæst.* 18. vbi ampliat, vt nec accedente patris consensu valeat testari filiusfamilias, idem refert. *Ricc. collect.* 444. *Iaſ. in d. l. senium. nu.* 9, *Couar. rubr. de testam. part.* 3. *nu.* 6. *Thesaur. decis.* 150. *nu.* 10. *Amat. decis.* 71. *nu.* 2. *Rimin. iun. consſ.* 159, *& instit. de donat. in princ. nu.* 1637. *& instit. de testam. in princ. nu.* 213. *Craſſ. §. testam. quæst.* 23. *num.* 1. *Roland. consſ.* 68. *vol.* 4. *Valenz. consſ.* 5. *nu.* 8. *vol.* 1. *Paſqual. de virib. patr. potest. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 105. *Honded. consſ.* 32. *num.* 78. *& consſ.* 24. *nu.* 23. *vol.* 1. *Decian. consſ.* 72. *nu.* 1. *vol.* 4. *Ponte consſ.* 99. *nu.* 2. *& consſ.* 150. *nu.* 2. *vol.* 1. *Pancirol. consſ.* 184. *nu.* 2.
46 Quod adeo verum est, vt si communi opinione, pro emancipato sit habitus, adhuc tamen testari nec posset, ex doctrina *Bald. in l.* 2. *ad fin. & Alex. in l.* 1. *nu.* 5. *C. de testam. & consſ.* 147. *nu.* 17. *vol.* 7. *Polid. Rip. obseru.* 227. *Maſcard. de probat. conclus.* 596, *num.* 13. *& 14. Laderch. consſ.* 69. *nu.* 19. *Viu. opin.* 121. *part.* 1. *& ego in consſ.* 12. *num.* 8. *cum multis sequ.* vbi in *num.* 29. ex multorum
47 authoritate firmaui, nec valere tale testamentum, etiam instituta pia causa, nisi cũ consensu patris, qui deficit in hoc testamento. Iure igitur optimo concludo, testamentum hoc, tum quia contra charitatem parentum, tum etiam ex defectu inhabilitatis personæ testantis, ipso iure nullum esse.

48 His sic habitis, non obstat *alleg.* 27. *&* 33. *Io. Andr. de Georg.* ipse enim loquitur stante cõsuetudine Neapol. & nihilominus, si patri nõ relinquitur debitũ subsidiũ, iuxta formã dictæ consuetudinis, irritum erit testamentum, ex *alleg. text. in d. Auth. ex causſa. & Neapod. in consuet. filijsfamilias volent. testam. tit.* 4. *nu.* 24. *vers. quid si filius.*

Messanæ de mense Septembris 1613.

SVMMARIVM.

1. *Successor singularis tenetur stare colono.*
2. *Adiudicatio dominiũ, & possessionẽ transfert.*
3. *Iudicis mandatum ad soluendum, soluentem excusat. ac liberat.*
4. *Dominium, & Possessio quando ostenditur in promptu per acta publica, non est disceptandum de nullitate tituli.*
5. *Feuda sub generali dispositione non comprehenduntur. Contra, num.* 6.
7. *Feuda sub vniuersali dispositione comprehenduntur. amplia in vniuersali renunciatione, num.* 9. *& etiam in alienatione vniuersali. num.* 10.
8. *Vniuersale dictum non recipit restrictionem, maximè si sit prolatum ab homine, nu.* 11.
12. *Dictio [singulis] exprimit, & distribuit indiuidualiter, ac si nominatim esset facta mentio.*
13. *Dispositio cap.* 1. *in §. in generali, si de feud. content. sit, inter domin. & agnat. fundatur ex eo, quia feuda non possunt alienari, sine consensu domini.*

ARGVMENTVM.

Successor singularis, an teneatur stare colono. Feuda an comprehendantur sub generali dispositione, & quid sub vniuersali.

CONSILIVM LXV.

IESVS MARIA.

NVlli dubium est, admittendas esse oppositiones, tam Dominorum, Iogalium de Staiti pro eorum principali interesse se opponentium de iure tertij, quàm etiam Antonini de Perna Gabelloti, siue conductoris quarundã Terrarum, (quas vulgus appellat lo fegho di Gerardo) contra D. Faustinam, quæ in præfatum Antoninum executionem exercuit, supponitur enim, Dominum Nicolaum Mancuso Baronem Fluminis frigidi creditorem, omnia dictæ

Faustinæ

Fauſtinæ debitricis bona, ſibi per primũ, & ſecundum decretum adiudicaſſe, quæ exinde tranſactionis virtute in iſtos de Staiti translata fuere, qui inter cætera poſſeſſionẽ dicti loci, de quo in præſentiarum ſermo habetur adepti ſunt, eiſq; inſtantibus, iniunctum, & demandatum fuit Gabelloto, vt ipſis, & non alijs penſiones in poſterum ſoluere, ac reſpondere deberent, quod in vim poſſeſſionis facere, proteſtati ſunt, ſiquidem tanquam ſingulares ſucceſſores locationi acquieſcere, ac ſtare colono cogebantur, ex *Caualc. deciſ. 25. part. 2. Muta conſuet, Panorm. cap. 54. nu. 14. allegans Carocc. de locat. & conduct. tit. de creditore quæſt. 7.* quam ſententiam notiſsimè ex multorum authoritatibus comprobat *Maſtrill. deciſ. 63. nu. 6.* qui Gabellotus ſoluit, & rectè ipſis iugalibus ius gabellæ, cum de dicta adiudicatione, & poſſeſſione plenè conſtaret, nec inficiari poſſet, per eam translatum fuiſſe dominium & poſſeſſionem, ex *gloſ. in §. fin. inſtitut. de offic. iud.* & eo fortius, cum ipſi de mandato Iudicis iniunctum fuerit, quod ſtante dicto decreto, & poſſeſsione ſoluere deberet iura gabellę DD. de Staiti, quod mandatum excuſat, & liberat ſoluentem, *l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his quib. irrog. infam. l. non videtur. §. qui ius. ff. de reg. iur. gloſ. & Bart. in l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de minor.* quod mandatum iuſtiſsimum, ac iuri conſonum fuit, ideoque male opinati ſunt nonnulli, quod Gabellotus ſe opponere debuiſſet, cum enim abunde ſatis conſtaret de decreto, ac poſſeſsionis traditione, nihil profecto releuans erat, quod ad illud Iudicis mandatum retractandum per Gabellotum opponi potuiſſet. Inſuper iſti Domini in hoc iudicio docent de dominio, & poſſeſsione in promptu per acta publica, propterea non eſt diſceptandum de viribus decretorum, nec de nullitate tituli; ad traditа per *DD. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. & præter intrigl. & alios de Regno ſcripſit Doctiſſ. Conſiliar. Corſett. in quæſt. Forenſ. 4. lib. 2.*

Nihil ſanè obſtat contrarium obiectũ, locum iſtum tanquam feudum in hac generali bonorũ adiudicatione non cõpræhendi, cũ iuris ſit, ſub generali diſpoſitione bona feudalia non venire, ex originali *text. opinione. in cap. 1. §. in generali, ſi de feud. content. ſit inter domin. & agnat. ſequitur Nacl. conſ. 683. num. 12. Menoch. conſ. 129. num. 3. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 8. quæſt. 16. tit. de inr. conced. licent. Vaſſall. fol. 276. & poſt eum Mut. conſuetud. Panorm. cap. 43. num. 2. & alij, quos ipſe allegaui in conſ. 61. nu. 10.* etenim, licet poſſit reſponderi ab hac ſententia multos, nõ vulgaris authoritatis Doctores diſſentire, quos refert idem *Menoch. d. conſ. 129. nu. 16. & Cannett. in repetit. cap. volentes. fol. 23. num. 32.* qui dicit contrariam opinionem eſſe veriorem: nihilominus negatur, locum prędictum eſſe feudum, quia dominus non ingreditur in colloquijs generalibus Regni, vt cæteri feudatarij. Item ſeruitium militare nec præſtat, nihilque aliud, ex quo poſsit argui, eſſe feudum, licet ratione amplitudinis, grandiſque circuitus, feudum à vulgo appelletur, cum reuera feudum non ſit. Porro, eſto, quod eſſet feudum, prout in effectu non eſt, & ꝙ in generali ſermone non veniret, attamen in vniuerſali in quo ſumus, illud compræhendi, nemo eſt qui neget, cum fuerit dictum [omnia, & ſingula bona] quæ vniuerſalia ſunt, *ad text. in l. omnia. ff. ſi cert. petat, vbi Dec. nu. 1. multis comprobat rationibus Grauet. conſ. 290. nu. 4. & conſ. 294. nu. 1. alios refert Menoch. d. conſ. 129. nu. 7. verſ. cæterum.* quia vniuerſale dictum non recipit reſtrictionem, *l. pediculis. §. labeo. ff. de aur. & argent. legat. Dec. in conſ. 389. viſa longa ſerie. col. fin. qui ſic declarat text. in d. §. in generali, quem refert, & ſequitur Nacl. conſ. 59. num. 24. & 25. lib. 1. & ego in d. conſ. 61. num. 10. cum ſequentib.* & in caſu, qui habet ſtrictam interpretationem, prout in renunciatione, ex *Dec. in l. poſtquam liti. C. de pact. Menoch. d. conſ. num. 12. & 23.* quod renuncians omnia, & ſingula bona, dicatur renunciaſſe etiam feudalia, loquuntur *Corn. conſ. 321. in fin. lib. 4. Iaſ. in conſ. 224. nu. 2. lib. 2. Dec. conſ. 389. nu. 1. alios refert Menoch. in d. conſ. 129. num. 12.* & in alienatione vniuerſali innumeros refert *Surd. conſ. 73. à num. 62. vſque ad fin.* vbi loquitur ſub illis verbis [omnia, & ſingula] & conſiderat virtutem geminationis, & ante *num. 72.* inquit, maximè procedere, quando verba vniuerſalia proferuntur ab homine, qnia tunc non recipiunt aliquam reſtrictionem, *Milan. deciſ. 1. num. 136. cum ſequent. lib. 2. allegans Becc. conſ. 94. num. 32. & Surd. conſ. 72.* prout hic, nam licet ſimus in decreto, tamen oblatio eſt facta à parte, & eſt facta ſub his verbis vniuerſalibus; quemadmodum etiam conſiderat *Intrigl. ſingul. 255. lib. 1. qui refert. Cannett. d. cap. volentes. §. colligitur. nu. 29. & 30. & in fin. fol. 22.* vim facientem in illis verbis [omnibus, & ſingulis] & inquit, quod dictio [ſingulis]

lis] exprimit, & distribuit indiuidualiter, ac si nominatim esset facta mentio feudorum, allegat *Socc. cons. 300. vol. 2. & Oldrad. cons. 300. & præter eos adde text. in l. huiusmodi. §. penult. ff. de legat. 1. Bart. in l. in singulis. ff. ad leg. falcid. Auen. decis. 66. nu. 5. Ferret. cons. 224. Milan. d. decis. 1. nu. 136. lib. 2. Intrigl. sing. 255. lib. 1. Magon. decis. Florent. 54. num. 18. quos recensui supra in cons. 61. num. 16.*

13 Præterea dispositio dicti §. *in generali.* fundatur in eo, quia bona feudalia nō possunt alienari sine consensu domini, & alienans incideret in pœnam, ideoque cessante illa ratione cessat, illa dispositio, quæ ratio hic cessat, non enim sumus in feudo, in quo requiritur inuestitura, *Nacl. d. cons. 159. num. 25. Menoch. d. cons. 129. num. 13.*

Ex quibus omnibus concludo, fore decidendum in fauorem Clientis. Cætera supplebit Religio, & Doctrina Spect. Domini Iudicantis.

Messanæ die 1. Decembris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior non potest agere hypotecaria actione contra creditorem anteriorem.*

2 *Hypotecarium iudicium non aliter competit, nisi prius principalis debitoris, eiusque hæredum bonis excussis.*

3 *Fructus augent hæreditatem in beneficium creditorum.*

4 *Hæres indiscretus tenetur de persona, & in bonis propriis.*

5 *Creditor secundus cogitur realiter offerre debitum anterius creditori possidenti ex titulo anteriori, & posteriori. amplia, num 6. nec sola oblatio sufficit. num. 12.*

7 *Creditor anterior accollando sibi creditum posterius, ius anterioritatis amittit. distingue. num. 8. & distinctio in muliere est indubitabilis. num. 9.*

10 *Semel approbatum non potest amplius impugnari.*

11 *Creditor potest locum sibi hypotecatum retinere.*

13 *Creditor posterior depositare tenetur augmentum prædij, quod cursu temporis fuit ortum.*

14 *Creditori anteriori possidenti permittitur offerre posteriori suum creditum.*

15 *Exceptio cedendarum regulariter mulieri non obstat. declara. num. 16.*

17 *Penes vxorem bona reperta, de bonis viri ad eam peruenisse dicuntur, ad tollendam turpis quæstus suspicionem.*

18 *Vxor satisfacta præsumitur de dotibus, si bonis viri absque inuentario se immiscuit. Et maxime in matre Tutrice, num. 19. ampl. in quocunque administratore, num. 20. ratio. num. 21.*

22 *Mulieri Tutrici pro suarum dotium restitutione agenti, non obstat exceptio non redditæ tutelæ rationis. Secus si agat pro dotario, nu. 23. vel si bona appareant in inuentario descripta, num. 24. ratio. nu. 25. siue bona in inuentario descripta sint mobilia, siue pecuniæ, num. 26.*

27 *Ius offerendi non competit, vbi non adest hypoteca.*

28 *In statutaria societate inter coniuges per statutum Messanæ inducta, natis filijs communicantur, tam illa bona, quæ ipsi coniuges possidebant nuptiarum tempore, quàm etiam illa, quæ exinde per eos acquisita fuere.*

29 *Societas inducta per Vrbis Messanæ statutum, conditionem casualem continet.*

30 *Statutum Messanæ loquens de viro, & vxore, de illis loquitur, inter quos consensu contractum, & copula consumatum fuit matrimonium.*

31 *Idem Messanæ statutum, de bonis viri, & vxoris loquens, de præsentibus, & futuris intellexit, prout in societate vniuersali.*

32 *Verbum [omnia] ad futura porrigitur, & iura, & actiones comprehendit. num. 33.*

34 *Geminata verba, vim specificæ expressionis habent, & ad incogitata referuntur, nu. 35.*

36 *Verbum [quacunque] vniuersale est, & ad ea extenditur, quæ aliàs non includerentur, licet dissimilia sint. num. 37.*

38 *Statutum vnum, per aliud declarari non est nouum.*

39 *Ablatiui absoluti conditionem important.*

40 *Conditio [natis filijs] causalis est. Et ea purificata, societatis contractus, & alia dispositio habetur pro pura. num. 41. & fit retrotractio, etiam in præiudicium tertij, cui fuerat ius quæsitum. num. 42.*

43 *Doti, multum fauent leges, ratio. num. 44.*

45 *Vxor non susceptis filijs, ex Messanæ statuto dotem integram consequitur; filijs vero natis, & præmortuis, electionem habet, vel sibi capere dimidiam omnium bonorum, vel dotem. num. 46.*

47 *Maritus fideiubens pro aliquo, eius tantum portionem afficit, & non vxoris, & filiorum.*

48 *Vxor præsumitur matrimonium contraxisse, intuitu bonorum viri.*

49 *Tertia statutaria competens vxori, loco dotis succedit, eiusque gaudet priuilegijs.*

50 *Tertia statutaria filijs competens, in legitimæ locum subrogatur, & pater non potest ea abuti, sed tantum vti ad commodum societatis. num. 51.*

52 *Pater suis bonis vti, & abuti potest, reseruata tamen filijs legitima.*

53 *Extensio in Statutis potest fieri de vno casu ad alium ex verisimili mente Statuentium, & prouisio in vno casu ad alium extendi potest num. 54.*

55 *Casus non consideratus à Statuto, dicitur tamen expressus, non solum ex identitate rationis, verum etiam ex maioritate.*

56 *In statutis mens, & non verba sunt attendẽda, & procedit regula, (si interrogati fuissent.)*

57 *Filius in vtero existens, pro nato habetur, & verè filius est.*

58 *Filio in vtero existenti legitima competit.*

59 *Posthumi natiuitas societatem Statutariam introducit.*

60 *Venter in possessione est mittendus.*

61 *Matrimonio inito ad vsum Messanæ, statim est contracta societas, conditionalis tamen, si filij nascantur, & tunc capitale societatis est omne id, quod maritus, & vxor possident. natis verò filijs efficitur vnum corpus, & tripartitur.*

62 *Bona alienata per patrem ante filiorum natiuitatem, quoad duas tertias portiones, sunt subiecta restitutioni sub conditione, si filij nascantur, & ea adueniente, nulla est alienatio. & num. 71. declara. num. 72.*

63 *Retrotractio in præiudicium tertij, fit in hypoteca, secus in dominio.*

64 *Dominium non potest stare in pendenti. fallit, nu. 65. vbi affertur ratio. limitationem amplia. num. 66. & 67.*

68 *Vxor habens electionem vigore statuti Messanæ, mortuis filijs, ea superstite cum viro, sibi capere dotes, potest reuendicare prædium dotale per maritum alienatum post filiorum mortem.*

69 *Contrahens tenetur scire conditiones illius, cum quo contrahit.*

70 *Dominium respectu certæ personæ, aliquando potest stare in pendenti.*

73 *Filij possunt cogere patrem ad legitimam eis assignandam Iudicis officio, si fraude, & dolo bonis suis abutitur. ampl. vt possint etiam agere ad dotem repetendam, mortua matre. num. 74.*

75 *Alienatio per conditionem resolutiuam potest annullari, & ad sua principia attractiua reduci*

76 *Legis voluntas, siue dispositio ad rationabilem intellectum reducenda est, ne absurdum sequatur.*

77 *Damnum quis pati non debet ex iusta ignorantia.*

78 *Matrimonium cum concubina non retrotrahitur ad filios antenatos in tertij præiudicium.*

ARGVMENTVM.

Hypotecarium iudicium cui, & quomodo competat. Creditor secundus volens offerre ad quid teneatur. In statutaria Vrbis Messanæ societate, quæ bona veniant communicanda, & an ea, quæ vir, & vxor nuptiarum tempore, & sic ante filiorum natiuitatem possidebant. Et multa ad intellectum statuti Messanę, circa bonorum confusionem, & communionem.

CONSILIVM LXVI.

IESVS MARIA.

DAnsullæ, matrimonij, dotisque contemplatione, vnc. 9. quolibet anno ad Bullæ formam, pro capitale vnc. 100. in anno 1574. subiugauerũt Dominichella mater, Io. Petrus, & Iacobus de Alexandro fratres. Exinde verò anno 1576. nuptias Ioannes Petrus ad vsum Messanæ cum Ioanna contraxit; & demum anno inde sequenti prefatus Iacobus vxorem duxit Angelam actricem, in cuius tabulis nuptialibus Io. Petrus frater interfuit, ac dotis restitutionem promisit: Posthæc omnia, duobus illinc annis elapsis, prædicti Io. Petrus, & Ioanna iugales pro succurrendis eorum familiæ necessitatibus, alias vnc. 10. annales ac Bullales, pro capitale vnc. 100. eidem Tansullę subiugauerunt. Et tandem in anno 1582. idẽ Io Petrus se obæratũ agnoscens, viribusq; collabentem, & quod iam ad inopiam vergeret, eius bona omnia diuisit, quorũ alteram tertiã portionẽ Ioannæ vxori assignauit, alteram verò tertiam filijs. Quapropter præfata Tansulla, cum esset creditrix in vnc. 35. pro censibus decursis, vigore dictorum contractuum, Io. Petri, & Ioannæ de Alexandro iugalium, locum distraxit, adiuncto in secundo decreto, onere soluendi Iacobo Giardina eius viro vnc. 19. annales, cum eorum capitalibus.

In cuius loci quieta possessione ea persistente, comparuit in iudicio actrix, petijtque aduersus eamlocum, prædictum, sibi, suisque dotibus, Iacobo de Alexandro eius viro solutis, obnoxium, ac hypotecatum declarari, ob fideiussionem præstitam in casu ipsarum dotium restitutionis per dictum quondam Io. Petrum de Alexandro;

dro,& cum diu fuisset inter eas litigatum, cognoscens, minus rectè per eam fuisse tentatum hypotecarium iudicium, quandoquidem Tansulla Cliens ex anteriori causa locum distraxit ad *text. in l. 1. C. si antiqu. credit. l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. 1. C. eo Mastrill. decis. 78. nu. 1. alios referens.* Propterea in eadem tela processus ad iuris offerendi remedium confugit, factoque depositio vnc. 12. taren. 10. ad illud admitti petijt.

Duo igitur necessariò discutienda existimaui, quorum alterum illud est: an Actrix hypotecario iudicio rectè egerit: alterum verò, an ritè per eam, fuerit, iuris offerendi remediũ tentatum, & neutro ex capite posse obtinere, de iure sentio.

2 Siquidem quod attinet ad primum, certa est iuris conclusio, non aliter contra tertium possessorẽ iudicio hypotecario posse agi, quam prius principalis debitoris, eiusque hæredum bonis excussis, ex vulgata *Bald. ac Salic.* doctrina, quam communiter DD. approbant in *auth. hoc si debitor. & ibi glos. C. de pignor. & hypot. cum alijs concordantibus.* Ideoque excutienda prius erant bona hæreditaria dicti quondam Ioannis Petri principalis fideiussoris penes eius hæredes existentia, illa scilicet bona per ipsam Tansullam assignata, illique census, pecuniæ, ac cætera mobilia penes dictos hæredes remansa.

Et licet fuerit replicatum ex aduerso, pecunias, & mobilia fuisse consumpta, & census non fuisse hypotecatos, ex quo in particularibus prætium non succedit, loco rei hypotecatæ.

Nihilominus respondetur, veram esse regulam respectu prætij, sed eam nihil releuare in præsenti causa, non enim contra principalem debitorem Io. Petrum, eiusq; hæredes agitur actione hypotecaria, sed personali, quod scilicet cogantur super bonis soluere; vnde sufficit, quod penes hæredes peruenerint pecuniæ, & mobilia, licet cõsumpta, & fructus consumpti; Cum iuris sit, hæredem teneri de suo soluere, quando consumpsit, quod habuit in hereditate, & tantundem refundere, etiam actione personali, si vera est conclusio, & 3 fructus ipsi augeant hereditatem in beneficium creditorum, ex *Bart. in l. in ratione. §. diligenter. ff. ad l. falcid. Rim. iun. cons. 569. Peregr. de fideicomm. art. 49. num. fin. Laderch. cons. 8. Franc. decis. 613. num. 18. & ego alios adduxi in cons. 61. num. 40.* Et 4 eo fortius, cum hæredes Io. Petri sint indiscreti, qui proinde tenentur in bonis proprijs, & de persona, vt latissimè præallegati Doctores asserunt,

Nulliter etiam dicimus fuisse tentatum hoc iudicium hypotecarium, siquidem, 5 quando secundus creditor se dirigit contra creditorem possidentem titulo anteriori, nisi realiter offerat debitum anterius, non auditur, ad *text. in l. quærebatur. & in l. Creditor. §. si primus. ff. qui potior. in pign. hab. Fan. de pignor. membr. 3. part. 5. nu. 11. Caroc. de oblat. part. 2. quæst. 12.* 6 *num. 13. & fin.* vbi dicit, etiam si primus creditor tenutam acceperit, allegat *Bald. in rubr. C. de priuil. dotium. col. 4. vers. item scias. refert. Intrigl. sing. 201. nu. 15. part. 2. Mastrill. decis. 119. nu. 4.* quamuis obji- 7 ciebatur ex aduerso, quod cum creditor anterior sibi accollauerit debitum posterius, amisit anterioritatem, & consequenter Cliens in nihilum sit anterior, ex *DD. allegat. per Mastrill. decis. 37. nu. fin.* Fuit 8 tamen responsum quoad hoc, veram esse distinguentium opinionem, quod aut creditor anterior potestatam debitori generalem tribuit, posse rem sibi hypotecatam alijs obligare, aut limitatam respectu certi debiti, & certæ personæ; Priori in casu dicitur remisisse pignus, respectu omniũ, Posteriori verò, respectu illius tantum personæ, ad cuius fauorem consensum præstitit creditor. Casus autem noster est respectu certi debiti, & certæ personæ, cum tantummodo censentur vigore duorum contractuum, qui debentur dicto Iacobo Iardina eius viro, ita in puncto distinguit *Bartholom. Salic. in l. 3. & in l. fin. C. de remiss. pign. Fan. de pign. memb. 3. part. 6. nu. 13. & sequ. qui refert Bart. in contrarium allegatum*, & dicit, hunc esse verum intellectum Bartoli, & aliorum Doctorum ab omnibus approbatum, & hic est intellectus *glos. in l. Paulus. ff. quib. mod. pign. vel* 9 *hypotec. solu.* quod in muliere, esse indubitabile, testatur *Fan. in d. loco ex Bart. in l. iubemus in prma opinione. C. ad Velleian.* qui dat hunc casum pro limitatione. Cui sententiæ iam acquieuit pars aduersa, ex quo fecit depositum pro credito anteriori, & 10 sic, quod semel approbauit non potest amplius impugnare, ad *l. si quis testibus. C. de testib. l. cum mulier la prima. ff. solut. matrim. reg. quod semel. de reg. iur in 6. Becc. cons. 3. num. 39.*

Cui addam, quod non solum debebat deposita re dictas vnc. 12. sed ad minus vnc. 18. pro dicto censu vnc. 9. non enim poterat pro rata causari executio. Insuper tenebatur deposita re alias vnc. 252.

pro decursis annorum viginti octo debitis ex illo censu anteriori vnc. 9. constituto in dicto anno 1574. quem Cliens in decreto sibi accollauit soluere Iacobo Iardina eius viro, cui nunquã soluit, cum præfatus Iacobus, audito litis rumore, & si de præterito loci possessionem nunquam adeptus fuerit, nihilominus statim se inuestiuit, illumque sibi retinere intendit, idque iure permittente, nam licet via legitima
11 ad eum non peruenerit, ex quo tamen loest sibi hyporecatus, vult, & potest retinere. *Alber. l. fin. C. cõmodat. Alba. cons. 220. num. 8. cons. 503. nu. 21. vbi multos refert.*

Non obstat, fuisse ex aduerso probatũ, ipsum de Iardina percepisse fructus, & possedisse, & per consequens cõpensasse census decursos, cum fructibus perceptis, & ex quo vtimur testibus partis aduersę, circa id, quod dicunt, quod ipse possidet, eodem modo cogimur, vti circa perceptionem fructuum, cum non possit diuidi eorum depositio, sed debet accipi (vt dicitur) cum ossibus, & spinellis. Respõdetur enim, nos in nihilo vti dictis testibus partis aduersæ, siquidem per moltos testes ex parte Clientis est probatum, fructus fuisse per eam perceptos, ex quibus filijs primi matrimonij alimenta præstitit, quo verò ad possessionem, constat, eam Clientem detinuisse, & nihil ominus, ex qno possessio est penes Tansullam vxorem dicti Iacobi, potuit per ipsum apprehendi, & ideo hodie dicit se possidere, quia re vera possidet.

12 Quæ omnia tenebatur realiter depositare, cum non sufficiat sola oblatio, *l. si à te. C. de pact. inter empt. & vend. glos. ordin. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & vend. Bart. in l. acceptanti. nu. 3. & ibi etiam Bal. quæst. S. C. de vsur. & idem Bal. cons. 50. lib. 1. circ. fin. Morot. de secund. cred. offer. num. fin.*

13 Immò etiam & augmentum loci, quod cursu temporis fuit ortum, ex *Grau. cons. 692. nu. 82. Alba. cons. 469. Cephal. cons. 550. Morot. de secund. cred. offeren. nu. 68. cum multis sequ. Costa de port. rat. quæst. 65. num. 4.*

Et licet dicebatur, hoc non constare in processu, attamen venit in liquidatione, cum liceat iudici pronuntiare (ex processu, vel extra.)

14 Rursus nulli dubium, posse Clientem soluere Actrici eius creditum, ex quo anteriori permittitur soluere posteriori. *glos. fin. in l. potior. §. fin. ff. qui potior. in pign. habean. glos. 1. in l. 1. C. eod. Moroc. de secund. credit. offeren. num. 13.* Idcirco videndum est in qua summa Actrix sit creditrix, nam licet asserat se creditricem in vnc. 600. attamen ex actis non constat, nisi in vnc. 433. taren. 10. ex quibus multa sunt deducenda, & primò prætium vnc. 33. cuiusdam loci venditi, cuius venditioni ipsa
15 consentijt, quamuis enim regulariter mulieri non obstet exceptio cedendarum, ex *l. Iubemus. C. ad senat. consult. velleian.* attamen si tempore, quo fideiussor intercedit adsunt bona penes principalem debitorem, vel dati sunt alij confideiussores vnico tempore, tunc dicitur fideiusisse cotemplatione bonorum, quæ tunc temporis principalis creditor habebat, & cõtemplatione alterius confideiussoris, quo in casu mulieri liberanti obstat exceptio cedendarum, ita *comm. DD. in d. l. iubemus, & Roman. cons. 472. Crass. de except. cap. 10. num. 74.*

Secundò sunt deducenda illa mobilia de mobilibus per eam dotatis, quæ per testes constat ad eam peruenisse post mortem viri. Nec non & illæ vnc. 400. mobilium, quas ipsa eius filijs dotauit, cum
17 præsumatur eas de bonis viri ad eam peruenisse, ad tollendum turpem quæstum *l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Præterea soluta, & penitus satisfacta pręsumitur de dotibus, ex quo bonis eius viri, absque inuentario se immiscuit, & cõstat, habuisse penes se supradicta bona,
18 *Franc. decis. 229. num. 4. Menoch. de præsumpt. cap. 138. num. 13. lib. 3.* & in matre turice loquitur *Sura. cons. 290. nu. 33.*
19 vbi infert ad quemcunque administratorem, quod sicuti potest sibi satisfieri, ita
20 pæsumitur sibi satisfeciisse, allegat etiam
21 *Apostill. ad Alex. in l. venditores. num. 3. ff. de verbor. oblig. Neuizan. in cons. 57. nu. 11. Caualc. de tutor. & curat. num. 181. & post omnes Ioann. Andr. Georg. allegat. 36. num. 9.*

Cui minus obstat illa iuris conclusio, quod matri tutrici pro suarum dotium
22 restitutione agenti, frustra per filios exceptio non redditæ tutelæ rationis opponatur, ad *text. in l. vnica. §. taceat. C. de rei vxor. action. Fan. de pignor. 1. membr. 5. part. num. 36. Intrigl. decis. 5. num. 41.* Etenim
23 priuilegium illud ad dotarium minime extendi adnotauit, *Georg. 36. num. 8.* vbi dicit, neminem ex Doctoribus ab hac opi
24 nione dissentire. Nec etiam extenditur ad bona in inuentario descripta, tunc enim
25 cum prætensio sit liquida, rectè potest opponi compensatio, *Soc. cons. 24. vol. 1.*

vers.

verſ. quinto. Surd. deciſ. 184. qui loquitur
26 in bonis mobilibus, præter pecunias in contanti, & inquit in *num.* 12. *verſ. non reſiſtunt. Fan. & Caualc*, loqui in pecunijs, quæ ſupradictæ duæ limitationes noſtro in caſu bene adaptantur, quamuis enim ſuppellectilia iſthæc in inuentario haud deſcripta ſint, quia nihilominus ſatis abunde probatum eſt per teſtes, ea in hæreditate viri remanſiſſe, ad eamque peruenisſe, idem iudicium eſſe debet, quod & in bonis in inuentario deſcriptis. Alias limitationes ad dictum §. *taceat.* refert *Georg. vbi ſupra*, quæ non faciunt ad cauſam.

Inſuper nullo iure fuit actum per Actricem ſuper toto loco, ſi quid enim iuris ipſi actrici competeret, id tantum ſuper tertia dicti loci parte experiri poſſet, non autem ſuper alijs, in quibus nullam habebat hy-
27 potecam, cum non data hypoteca ius offerendi competere, negat *text. in l. cum tibi. C. qui potior in pign. hab. vbi Salic. & alios refert Moroc. d. tract. de ſecund. cred. offeren. num.* 12. Quandoquidem diximus ſuperius, matrimonium dicti Io. Petri aſſerti fideiuſſoris eius dotium, & Ioannæ de Alexandro Iugalium ad vſum Meſſanæ contractum fuiſſe. Videndum eſt ergo an ex quo tunc filij non erant nati, obligatio fideiuſſoria per eum facta conſtante matrimonio valida ſit pro duabus tertijs vxori, & filijs competentibus.

Circa quod quærendum eſt, an omnia bona quæ quilibet ipſorum Iugalium tempore nuptiarum habebat, ſint poſita in ſocietate, adeo vt, natis exinde filijs, tam ipſa veniant in communione, quam etiam & illa, quæ poſtea per eos, vnde cumque fuerint acquiſita; In qua quæſtione conſ-
28 tanter ſubſtineo omnia bona, quæ tam vir, quàm vxor tempore nuptiarum habebant, in ſocietate venire, ac etiam & ea, quæ exinde acquirent, quæ tamen ſocie-
29 tas continet quandam conditionem caſualem, natiuitatem ſcilicet filiorum. Clara enim ſunt verba ſtatuti in cap. 1. ibi (viri & vxoris bona omnia à quacunque parte proueniant, natis filijs confunduntur)
30 de viro igitur, & vxore loquitur ſtatutum, inter quos conſenſu contractum, & carnali copula conſumatum fuit matrimonium, ad *text. in l. mulierem. ff. de rit. nupt. & ibi glo. Lup. repet. rubr. de donat. §.* 58. *&* §. 62. *num.* 2. *Abb. conſ.* 1. *col.* 2. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 540. *num.* 3. *Guttier. pract. quæſt.* 43. *nu.* 4. *Sanctes. de matrim. lib.* 1. *diſput.* 1. *num.* 2. *&* 3. *Hondéd. conſ.* 4. *num.* 1. *&* 8. *vol.* 2.
31 Ideoque dum ſtatutum inquit (bona omnia viri, & vxoris) de bonis præſentibus, & futuris intellexit ad inſtar ſocietatis vniuerſalis. *l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſoc. Rolan. à Vall. conſ.* 54. *num.* 51. *lib.* 3. *Sanceſ. de diuiſ. bonor. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. *Muta. conſuetud. Panormit.* 43. *num.* 29. *&*
32 30. exiſtente maximè verbo [omnia] cuius eſt, ad futura porrigi, *l. peculium. ff. de leg.* 2. *Bart. l. ſi ita. num.* 4. *ff. de aur. & argent. leg. Peregr. conſ.* 30. *nu.* 10.
33 *vol.* 1. & comprehendere etiam iura, & actiones, *Gamm. deciſ.* 308. *nu.* 14. *& poſt hæc Giurb. ad ſtatut. Vrb. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 2. *part.* 1. *nu.* 10. *cum ſequ.* addito præſertim verbo vniuerſali [à quacunque parte
34 proueniant] geminatis itaque verbis vſi fuere ſtatuentes, quam geminationem operari vim ſpecificæ expreſsionis, voluit *Menoch. conſ.* 40. *nu.* 4. *Bardellon. conſ.* 82. *num.* 10. *Scrader. de feud. part.* 10. *ſect.* 20. *nu.* 163. *& alij, quos refert, & ſequitur Giurb. in d. cap.* 1. *part.* 1. *gloſ.* 3. *nu.* 3. quæ verba
35 geminata ad incogitata referri, ſaltim ſi in genere cogitari potuerunt, dixit *Iuriſconſ. in l. qui iure. ff de teſtam. milit. Decian. conſ.* 11. *num.* 11. *vol.* 3. *Dec. conſ.* 66. *nu.* 3. *Tuſch. lit. G. concluſ.* 28. *nu.* 60. *Monter. deciſ.* 35. *nu.* 7. *& Giurb. vbi ſupra ſub nu.* 3.
36 Verbum enim illud [quacunque] eſt vniuerſale, ex *Clem.* 1. §. *ad hoc de præbend. l. ſi verò plures. §. ait prætor. ff. de his qui deiec. Menoch. conſ.* 609. *num.* 18. *Aldouin.*
37 *conſ.* 71. *num.* 10. & extenditur ad ea, quæ aliàs non includerentur, licet diſſimilia ſint, *gloſ. in verb. quibuſcunque. in l.* 1. *ff. de indic. Honded. conſ.* 37. *nu.* 2. *conſ.* 86. *nu.* 15. *& ſequ. vol.* 2. *conſ.* 49. *nu.* 11. *&* 12. *conſ.* 92. *nu.* 12. *&* 13. *vol.* 1. *Surd. conſ.* 33. *num.* 24. *Menoch. conſ.* 1007. *num.* 15. *& conſ.* 1060. *num.* 19. *Gratian. diſcept.* 82. *num.* 32. *Apont. conſ.* 2. *nu.* 149. *& nouiſſimè alios refert ad multa inferens. Giurb. poſt hæc d. part.* 1. *gloſ.* 3. *cap.* 1. *nu.* 3. 4. *&* 5. vbi inquit in hac ſtatutaria ſocietate, tanquam vniuerſali, omnia contineri, quæ à ſocijs quæſita ſunt, vel eorum altero, ſiue ex ſucceſsione, legato, vel donatione; Præcipuè, cum declaretur idem ſtatutum ex ſequentibus verbis ibi [ſæpius enim ſcriptum eſt, & in toto Regno conſueuit, quod ex quacunque cauſa viro, vel vxori aliqua bona prouenerint, natis filijs communia ſunt inter eos] ex qua eiuſdem ſermonis reiteratione apertiſsimè colligitur, ſtatutum voluiſſe, etiam ea comprehendere bona, quæ ante filiorum natiuitatem coniuges poſsidebant. Amplius id omne comprobant, eiuſdem ſtatuti verba ſub cap. 7.

ibi [& tertia illa cum bonis secundi viri, vel secundæ vxoris, natis filijs vnum corpus efficitur) quæ nobis clare nimis commonstrant, etiam bona per coniuges nuptiarum tempore possessa, sociali in communione cõprehendi, & sic habito respectu ad matrimonij initium, dos, & ea, quę tunc viri erant bona, communicantur natis filijs. Siquidem haud est nouum in iu-
38 re, alterum statutum ab altero declarari, *cap. cum expediat. de elect. in 6. Angel. in l. vtrum. ff. de petit. hæredit.* Propterea ex isto septimo statuto absque difficultate declaratur primum, quod omnia bona, quæ vir habebat, quando nupsit, & vxor apportauit in dotẽ, abinitio matrimonij societati suppositа censentur, licet conditionaliter, si nascantur filij, quibus natis illico dicitur facta ipsa confusio, cum omnia eorum bona abinitio censerentur posita pro capitale societatis. Nec inficiari potest, condi-
39 tionalem esse hanc societatem, id enim apertissimè demonstrant ablatiui illi absoluti, quibus pluries statuentes vsi sunt, quorum est, conditionem importare, *l. ab emptione. ff. de pact. l. à testatore. ff. de condit. & demonstrat. Bal. l. non sine causa. C. de bonis quæ liber. Castrens. l. vnica. num. 3. C. quando non petenti. partes. Dec. cons. 466. num. 18. vol. 4. Surd. cons. 143. num. 43. in fine.*

40 Quam conditionem (natis filijs) casualem dicimus, ex *Aret. in cons. 1. nu. 6. vers. non obstantibus. Tusch. lit. C. conclus. 580. num. 1.* non enim ex voluntate generantis patris, sed Dei, filij procreantur, sic docuit Ioannes in Euangelij initio, ibi (Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex
41 Deo nati sunt) & purificata conditione per natiuitatem filiorum, contractus societatis, & quæuis alia dispositio habetur pro pura, non autem pro conditionali, *l. cedere diem. ff. de verbor. & rer. signific. l. sub conditione. ff. de solut. l. potior. iuncta l. qui balneum. ff. qui potior. in pign. hab. Grauet. cons. 493. num. 7. vol. 3. Maluac. cons. 34. num. 7. Costa de retrotract. cap. 2. num. 14. alleg. text. in §. ex conditionali instit. de verbor. oblig. & cap. 8. cas. 31. num. 9.* qui
42 omnes concludũt, purificata conditione, fieri retrotractionem, etiam in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæsitum, siquidem natiuitas filiorum habet principium ab origine conuentionis, & conueniens est eam trahi ad suum principium, *Bolognet. in l. si is, qui pro emptore. nu. 305. ff. de vsucap.* & quod trahatur ad suum principium, tanquam si non esset apposita conditio, firmant *Angel. in l. fin. §. 1. & ibi late Alex. ff. de vulg. & pupillar. Dec. in l. si pecuniam. in 2. notab. ff. si cert. petat. Tiraqu. de retr. consangu. §. 1. glos. 2. num. 27. Peregr. de fideicomm. art. 43. nu. Marta. vot. 9. nu. 14. Rimin. iun. cons. 508. num. 9. cons. 596. nu. 17. cons. 671. nu. 9. & cons. 721. num. 46. Rot. Gen. decis. 188. num. 11.*

43 Nec dotis fauor publicus parui faciendus est, pro quo exclamant iura, vulgata *l. 1. ff. solut. matrim. cum alijs concordantibus.*
44 certum namque est, interesse Reipublicæ mulieres esse dotatas, vt inquit ibi Iurisconsultus. Sic pariter sancitum fuit per
45 statuentes sub cap. 12. nullis susceptis filijs vxorem, integrã dotem, ac dotarium consequi posse. Quinimmo liberam dede-
46 runt vxori potestatem præmortuis filijs, & ea cum viro superstite, vel omnium bonorum dimidiam partem sibi retinere, vel dotem suam repetere, vt in cap. 9. est videre. Quapropter nullo pacto est affirmãdum, voluisse statuentes permittere, quod maritus contracto matrimonio, ante filiorum natiuitatem, posit proprijs eius bonis ad libitum vti, & ea omnia dilapidare, etiam pro vxoris, & filiorum portione, & quod exinde, consumpto iam toto patrimonio, si filij nascantur, incipiat societas, super sola vxoris dote, ita vt ipsa tantum dos, veniat confundenda, & diuidenda, in expressam vxoris, & filiorum perniciem, ac damnum, qui super mariti, ac patris bonis iam consumptis, nihil consequi
47 possint; certi namq; iuris est, fideiussoriam obligationẽ, societati penitus damnosam esse, ac proinde, tantum patris fideiubentis portionem afficere, ad *text. in l. 3. & l. nemo. §. 1. ff. pro soc. Xoares. tit. de las ganantias. nu. 47. Lup. repet. rubr. de donat. §. 66. nu. 6. & 8. in puncto Gam. decis. Lusit. 40. in princ. & decis. 162. nu. 2. & decis. 188. num. 1. Garz. de coniug. acqu. nu. 149. Sanz. lib. 2. diuis. bon. cap. 13. nu. 13. Nepit. super consuet. Catin. tit. 25. nu. 8. & 21. Spin. de testam. glos. 18. Cancer. 2. resol. cap. 5. de fideiuss. num. 34. Scrader. cons. 28. nu. 47. vol. 2. Giurb. posthæc ad prædicta Vrbis Messanæ statuta. glos. 2. part. 1. cap. 9. num. 15. alios referens.*

Quæ omnia ea ratione fortius vrgent, cum regulariter per vxorem constituatur dos, intuitu bonorum, quæ habet vir, non aliter enim præsumendum est, matrimo-
48 nium vxorem contraxisse, nisi bonis, quæ maritus tunc temporis possidebat, consi-

deratis

derati, vt rectè considerant *Franch. decis. 205. & Apont. cons. 25. & in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. reg. super dote. §. 2. num. 20. & sequ. Bærdell. cons. 110. num. 1. & 2. vol. 2. cum alijs.* Tanto magis, cum
49 data confusione bonorum natis filijs, tertia illa omnium bonorum portio, quam vxori tribuit statutum, dotis locum obtinet, ideoque dotis priuilegijs omnibus potitur, vt inquit *Ioann. de Imol. in cons. Mnnda cor meum. impressum in consuet. Catin. per Nepit. nu. 35. & 36. Muta. consuet. Panorm. cap. 43. nu. 59. & cap. 46. nu. 31. & posthæc copiosè Giurb. ad dicta stat. Vrbis Messan. glos. 11. part. 1. cap. 1. num. 1. cum*
50 *sequ.* sicuti dicimus de tertia portione filiorum, quæ loco legitimæ successit, vt præallegati DD. asserunt, *& Bald. in l. maximum vitium. nu. 13. C. de liber. præter. Intrigl. sing. 265. lib. 1.* vbi statim asserit, filijs deberi, ex authoritate *Blasc. Lancz. Petr. Ricc. Imol. & aliorum, Valasc. decis. 153. num. 21. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 12. nu. 8. Giurba glos. sequ nu. 3. vers. proinde.*
51 de quibus pater non potest abuti, sed tantummodo ad commodum, & vtilitatem societatis, *d. l. 3. & l. nemo. §. 1. ff. pro soc.*
52 Nam Doctores qui tenent, patrem posse ad sui libitum de bonis suis vti, & abuti, intelligunt dempta semper filijs legitima, iuxta dispositionem iuris cõmunis, *Bart. Bal. Salic. Bertrand. & omnes DD. in l. hac edictali C. de secund. nupt. Surd. decis. 21. nu. 14. idem Surd. cons. 237. nu. 10. & alij passim.* Quæ cum ita sint, consuetudo prædicta interpretanda est, vt disponat, patrem nullo pacto, non natis filijs, posse eius bona abutendo alienare, nisi tantum pro suo tertio, cum statuentes non permisissent hoc inconueniens, nec est nouum ex veri-
53 simili mente, statuentium posse fieri extensionem de vno casu ad alium, *l. Titius. §. Lucius. vbi Bart. ff. de liber. & posthum. l. fin. C. de posthũ. hæred. instit. glos. l. tale pactum. ff. de*
54 *pact.* & prouisionẽ in vnũ casum ad alios similes extendi, *l. gallus. §. & quid si tantum. ff de liber. & posthum. vbi moderni DD.*
55 & non solum ex idemptitate rationis dicitur expressus casus, verum etiam vt hic ex maioritate rationis, *l. Prætor. ff. de nou. oper. nunciat. & ibi glos. l. his actis in fin. C. de reuoc. donat.* & maxime, cum in statu-
56 tis attendatur mens, & non verba. Et si verisimiliter statuentes fuissent interrogati, vtique respondissent, patrem non posse abuti bonis, dum non nascuntur filij, ne fiat maximum damnum, doti vxoris, taliter quod remaneret indotata, secundum eius conditionem, *l. 3. C. de liber. præter Bal. l. de quibus. ff. de legib. l. mulier. in princ. ff. ad Trebell. Bart. in d. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. glos. in l. milites. ff. de re milit. Ias. in l. Marcellus. nu. 46. ff. ad trebell. & in Auth. non licet. C. de liber. præter. Gabr. in tit. de reg. iur. conclus. 10. num. 13. & 14. Fab. de Ann. cons. 112. col. 1. & 2. vol. 2.*

Tanto fortius, quod filius hic erat iam cõceptus, in vtero, vt per Calendaria temporũ apparet, nec obstat, si dicatur, q̃ elapso octauo mense, & aliquo die potest nasci, & consequenter non potest pro certo verificari, tunc fuisse in ventre. Quoniã semper capienda est illa interpretatio, quę magis consona est æquitati, & quæ magis corroborat dispositа à statuentibus, & eo dato in vtero, cessant inconuenientia prædicta, & nemo ex socijs damnum patitur,
57 clarum namque est, existentem in vtero haberi pro nato, & verè filium esse, *l. qui in vtero. ff. de stat. homin. Igne. in Auth. ex causa. nu. 278. C. de liber. præter.* & ei com-
58 petere legitimam, *Ias. in l. cum. filiofamil. num. 45. ff. de legat. 1. Guid. Pap. cons. 151. Soc. Iun. cons. 62. nu. 10. vol. 3. & ita concludit Muta. in consuet. Panorm. cap. 43. nu. 34. vsque ad num. 47.* dum inquit, si præ-
59 moriatur pater, relicto posthumo, an nato fiat confusio, & tenet quod sic, cui applicantur omnia prædicta, quod tertium competens est loco legitimæ, & sicut com-
60 petit legitima, ita & tertium, ideoque disponit ius, ventrem mitti in possessionẽ, *l. 1. de ventre in possessione mittend. Soc. iun. cons. 90. lib. 2.*

Itaque legitimus intellectus statuti prędicti, ille est, quod statim inito matrimo-
61 nio est contracta societas conditionaliter, & pro capitale sunt apposita omnia, quæ tunc habent vir, & vxor, vt melius declarant statuentes sub cap. 7. Inde verò natis filijs, efficitur vnũ corpus, vt in puncto tradidit. *Nepit. consuet. Catin. tit. 25. num. 21. vers. item quæro. fol. 227. ex Auth. Blasc.*
62 *Lancz.* vbi concludit, bona alienata, quo ad duas tertias partes esse subiecta restitutioni sub conditione [si filij nascantur] & sic adueniente conditione redditur alienatio nulla, quia facta est à sciente. *l. fin. §. penult. C. de ll. & ibi Bart. & Ang. & ferè omnes scribentes.*

Non obstat, quod dicebatur ex *Bursat.*
63 *cons. 45. vol. 1.* retrotractionem in præiudicium tertij fieri in hypoteca, secus in
64 dominio, ex illa ratione, quia dominium non potest stare in pendenti, ex *Bart. in d.*

l. si is, qui pro emptore. nu. 47. *& Ias. num.* 312. *Pariſ. conſ.* 11. *num.* 31. *vol.* 1. quo-
65 niam id non habet locum in ſocietate, nã vir, & vxor eodem tempore ſunt domini, *l.* 3. *in principio. & l.* 1. *§. in ſocietate. vbi gloſ. & l. ſocietatem contraxerit. ff. pro*
66 *ſoc.* & etiam ſine traditione, *Azon. in ſumm. in* 4. *col. C. pro ſoc. Ioann. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 66. *num.* 24 *verſ. vel alius. Caſſan. conſuet. Burgund. rubr.* 4. *§.* 2. *gloſ. eſt participante.*
67 *in fin.* licet non poſsint ad oculum demonſtrare vnuſquiſque eorum portionem, *l. Mœuius. §. duobus. ff. de legat.* 2. *Io. de Imol. d. conſ. Munda cor meum. num.* 16. *& ſequ. fol.* 70. vnde licet non ſint nati filij, dominium non eſt in pendenti, quia reſidet penes virum, & vxorem, illis verò natis, quoad tertiam partem transfertur in filios, & ſi exinde naſcuntur alij filij, tranſfertur etiam in alios, & ſic dominium nunquam dicitur ſtare in pendenti. Inſuper per ſtatutum ſub cap. 9 ſi filij moriuntur in conſtantia matrimonij, eſt in electione
68 vxoris ſibi capere dimidiam omnium bonorum, vel dotem, quam apportauit; An autem ſi maritus, mortuis filijs, prædium dotale alienauit, valeat alienatio, vel vxor eligendo dotes, poſsit alienatum prædium
69 ſibi reuendicare, & quidem poſſe, ſtatutum diſponit, imputetur enim contrahenti, quia debebat perquirere conditionem illius, *vulgat. l. qui cum alio. ff. de reg. iur.*
70 Nec eſt nouum, in iure dominium aliquãdo reſpectu cetæ perſonæ ſtare in pendenti, & in ſuſpenſo, prout docet *Iuriſconſ. in l. penult. §. penult. ff. de Caſtr. pecul. & in l. ſi ſeruus. §.* 1. *ff. de acquir. rer. domin.* Neq; noſtro in caſu dominium dicitur ſtare in pendenti, nam ſemper remanet penes maritum, & vxorem, inde verò filijs natis pro eorum tertia, tranſit in eos.

Rurſus ex diſpoſitione dicti ſtatuti ſub cap. 9. vt diximus, ſancitum eſt, præmortuis filijs, bona communia eſſe inter parentes ſuperſtites, ſi tamen alij deinde naſcantur filij, in eos iterum tranſit dominium, quoad tertiam, & nihilominus iam erant confuſa bona, & dominium erat penes maritum, & vxorem tantum, cum primi filij erant mortui; Non igitur conſideratur dominium in pendenti in ſocietate, cum ſufficiat remanere penes principales ſocios, qui tamen ſi alienant bona, illis abutẽ-
71 do, competet actio reuendicatoria pro eorum tertio filijs, eodem modo & vxori, quando maritus alienat. *Bal. conſ.* 472. *vol.* 4. *Tuſch. lit. S. concluſ.* 298. *nu.* 4. *Lopez. l.* 13. *gloſ. penult. ad fin. tit.* 10. *part.* 5. *idem Lopez. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 66. *nu.* 28. *Soarez. tit. de las ganancias. num.* 47. *ad text. in l. officium. ff. de rei vendic. l.* 1. *C. vbi in rem actio. multos refert Muta conſuet. Panorm.* 46. *num.* 32. *Maſtrill. deciſ.* 75. *nu.* 3. *Giurb. poſthæc. ſuper d. ſtat. cap.* 1. *gloſ.* 5. *part.* 1. *nu.* 36. qui in *nu.* 37.
72 aſſerit tunc competere actionem reuendicatoriam, filijs, vel vxori, ad bona per maritum, vel patrem alienata reuendicanda, quando non remanent bona pro tertia mariti, vt poſsit illis ſatisfacere: Inde eſt, vt
73 poſſe per filios cogi patrem, ad legitimam eis aſsignandam, ſi is eius bona, fraude, ac dolo diſsipauerit, dilapidauerit, & hoc Iudicis officio, dixerint *D. Regens Tappia in Auth. ingreſſi. gloſ. ſua. cap.* 3. *nu.* 3. *Milan. deciſ.* 3. *num.* 106. *lib.* 2. *Paſcal. de vir. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 10. *nu.* 33. *Facchin. lib.* 12. *controu.* 59. *Molfeſ. ſuper conſ. Neapol. part.* 3. *de ſucc. ex teſtam. quæſt.* 1. *num.* 16. *& Giurb. poſthæc ad ſtatut. Meſſan. cap.* 7. *gloſ.* 9. *part.* 1. *num.* 17. *vbi ex author. mult.*
74 aſſerit etiam, poſſe filios agere ad repetendam dotem mortua matre.

75 Hinc eſt, quod dominium translatum, in emptorem per prædij alienationem, à marito factam, inreuocabiliter minime dicatur translatum, ſed ſuſpenſiue, quia, per conditionem reſolutiuam poteſt annullari, & ad ſua principia attractiua reduci, ex *Bald. in l.* 3. *C. de pact. inter empt. & vend. & in l. ea l. C. de cond. ob. cauſ. nu.* 13. *Apont. conſ.* 81. *num* 39. *&* 40. *Gabr. conſ.* 48. *nu.* 2. *& conſ.* 66. *vol.* 1. *Rol. conſ.* 62. *vol.* 2. vbi hanc ſententiam magis cõmunem, & æquiorem fatentur, & *Marta, vbi ſupra. num.* 17. 18. *&* 19.

Nec ideo obſtat, quod aſſerebatur per
76 Dominos Aduocatos, legis voluntatem, ſemper referendam eſſe ad rationabilem intellectum, ne quid abſurdum ſequatur, *l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſat. tut.* abſurdum enim eſſe dicebant, ſi ſtatutum interpretaretur, vt is, qui iuſtam habuit ignoran-
77 tiam, aliquod damnum pateretur, contra *text. in l. fin. §. fin. ff. de legat.* 2. quoniam ex ratione ſuperius adducta, facilis erit reſponſio, emptor enim debet perquirere conditionem venditoris, quem ſi vxoratum agnouerit, credendum illi eſt, matrimonium ad vſum Meſſanæ contractum, eſſe, cum ſic in dubio preſumatur, vel ſaltem perquirere cogitur, quo more matrinium contraxerit, & ſic iuſtam non habet ignorantiam, ex *Nepit. vbi ſupra.* Inſuper, impium eſſet ſtatutum, vt ſupra diximus,

ſi per-

si permitteret, maritum posse vti, & abuti bonis suis, antequam filij nascantur, & quod inde natis filiis, vxoris tantum dos ponatur in communi, adeo vt vxor dicatur per natiuitatem filiorum, amisisse duas tertias portiones eius dotis, idq; esset contra omnem iuris æquitatem, naturalemq; rationem, maximè, cum legum conditores insudauerint pro conseruanda dote mulieribus, vt vbique passim legitur.

Non obstat authoritas dicti de Caribdi fundata super ratione per eum adducta,
78 nempe matrimonium cum concubina nō retrotrahi ad filios ante natos in præiudicium tertii, quia secundum eum, statutum considerat primò matrimonium, & inde natiuitatem filiorum. Etenim respondetur, quod dictus de Caribdi repetit verba statuti, videlicet matrimonium, & natiuitatem filiorum, non autem dixit, an bona tempore nuptiarum sint communia natis filijs, hoc enim latissimè, & clarè inquit *Nepit. vbi supra.* & ita iuris esse censeo.

Die 10. Nouembris, vndecimæ Indict. 1612. per Regiam Curiam Straticotialem fuit admissa Angela de Alexandro actrix, ad ius offerendi quoad tertiam partem loci competentis Ioan. Petro de Alexandro eius fideiussori, solutis prius omnibus legitimis debitis anterioribus pro rata dictæ tertiæ, & benefactis in dicta tertia parte, ab alijs verò duabus tertijs portionibus competentibus vxori, & filijs fuerunt liberati Iacobus, & Tansulla Giardina iugales conuenti Clientes mei, & etiam à iudicio hypotecario, & in hac causa partes Angelæ de Alexandro viduæ relictæ quondam Iacobi Actricis defendit Eruditissimus Marius Giurba, qui super *consuet. Senat. Messan. cap.* 1. *glos.* 4. *part.* 1. *ant. num.* 101. *vers. q. maritus.* adducit rationes pro vtraque parte, & in *num.* 114. *vers. ex his me patrocinante.* ex errore forsan impressoris dicitur fuisse decisum pro sui opinione, quod Iacobus, & Tuzarella Giardina fuerunt liberati contra Angelā de Alexandro suam tertiam reuendicare volentem, sed negotium aliter sese habuit.

Quandoquidem lis non fuit super reuēdicatione tertiæ, sed vt in Consilio dictū est, & sic pro nostra opinione fuit decisum, & cōfirmata sententia per Curiā Primarū Appellationum, die 13. Martij 1614. vbi partes acquieuerunt. Et idem *Giurb. super d. statut. cap.* 9. *glos.* 3. *part.* 1. *nu.* 7. & 8. tenet idem, impugnato *Nepit.* cuius opinionem amplexa fuit R.C. Straticotalis, & confirmauit Iudex Primar. Appell. vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Cap.* 33. *Regis Iacobi de succes. feud. refertur, in quo, an sit vocatus maior natu simpliciter, an vero sit seruandus ordo primogenituræ, Doctores disting. enarrantur. nu.* 2. *& reconciliantur, num.* 3.

4 *Primogenituræ, & maioratus vocatio est eadem, vocatio autem maioris ætatis absolute est diuersa, & refellitur opinio contraria, num.* 9.

5 *Primogenituræ prærogatiua, in quo consistat, recensetur.*

6 *In feudalibus, primogenitus, & eius linea faciunt primum gradum, secundogenitus secundum gradum, & sic succesiuè.*

7 *Quilibet frater in feudalibus facit suam lineā.*

8 *Secundogenitus, respectu Tertijgeniti, dicitur Primogenitus, & ibi ratio.*

10 *Data paritate in feudalibus, locus est primogenituræ.*

11 *Clausula* [*iuris francorum*] *ordinem primogenituræ importat.*

12 *Cap. si aliquem. de succes. feud. lineæ prærogatiuam considerauit.*

13 *Prærogatiua consideratur in gradu, ætate, sexu, & linea.*

14 *Cap.* 118. *&* 204. *Caroli V. & cap.* 18. *Philippi II. fuerunt emanata ad declarationem cap. Si aliquem. Regis Iacobi.*

15 *Capitulorum supradictorum ratio, an in sola vi transmissionis, an verò vocationis expressæ consistit.*

16 *Ex Primogenituræ prærogatiua quilibet ordine suo dicitur ex propria persona vocatus.*

17 *Primogenij successio regularis non est, sed inregularis, ratio, ibid.*

18 *Argumentum de iure communi feud. ad Primogenia, non valet, ratio, ibid.*

19 *Blasci Lanz. opinio in cap. si aliquem. quæst.* 3. *reprobatur.*

20 *Nepos ex primogenito, venit ex propria persona cōprehensa in ordine Primogenituræ.*

21 *Saccurafę opinio relata à Petr. de Greg. de feud. part.* 1. *quæst.* 10. *nu.* 23. *& quæst.* 4. *nu.* 16. *reprobatur. Et de feudo hæreditario potius loquutū fuisse probatur. nu.* 23.

22 *Nepos ex magis cōm. opin. excludit patruum.*

24 *Cap.* 18. *Regis Philippi secundi interpretatur.*

25 *Dictio* [*idem*] *importat eamdem determinationem in alijs, & diuersis casibus, & denotat idemtitatem in omnibus. Et in statutis repetit præcedentia cum eadē qualitate, num.* 26. *Et idem operatur, quod clausula* [*ad instar*] *nu.* 27. *Ampl. nu.* 28.

29 *Æquiparatorum, ea est natura, vt inter eos sit æqualis dispositio.*

30 *In successionibus feudorum, deficiente linea*

Pri-

Primogeniti, filius Secundogeniti præfertur Tertiogenito.

31 *Doctoris dictum loquens in puncto, plus valet quàm mille à similibus.*

32 *Fratres, quando succeditur in burgensaticis, non faciunt gradus distinctionem, sed omnes sunt in eodem grada, nec datur prærogatiua sexus, sed omnes æqualiter succedunt.*

33 *In successione feudi cum clausula [iuris francorum] & sic primogenituræ, & maioratus, inter plures fratres, & sorores datur diuersitas gradus, & vocantur gradus Primogenituræ.*

34 *Verbum [videlicet, cioè] positum in cap. 18. Regis Philippi, stat declaratiuè, non autem restrictiuè, & debet regulari secundum subiectam materiam. num. 35.*

36 *Correctio in continenti non præsumitur.*

37 *Exempla non restringunt, sed declarant regulam.*

38 *Data paritate casus, & rationis, cæteri casus dicuntur inclusi, non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis.*

39 *Verbum [videlicet] vbi enumerat species contentas sub præcedenti generalitate, non est restrictiuum.*

40 *Dictio, quæ exprimit ea, quæ tacite insunt, perinde habetur ac si apposita non esset.*

ARGVMENTVM.

An in feudi successione, deficiẽte linea primogeniti, filius secundogeniti minor natu, præferatur tertiogenito, vel eius filio maior natu. Ad intellectum cap. 33. Regis Iacobi. Capitula Caroli V. de successione feudorum 118. & 204. Et cap. Philippi Secundi 18. declarãtur.

CONSILIVM LXVII.

IESVS MARIA.

QVæstio fuit non leuis, an mortuo filio, filij primogeniti relictis ex secundo, tertio, & quarto fratre dicti primogeniti nepotibus, in successione feudi, nepos ex secũdo quamuis ætate minor, præferatur nepoti ex quarto, sed antea nato. Pro cuius conclusionis determinatione, consideranda est dispositio cap. 33. Regis Iacobi, incipiens, si aliquem. quæ vocat fratrem, seu ex eius liberis vsque ad trinepotem, proximiorem defuncto, & in feudo si viuitur iure Francorum, sexus, & prærogatiua primogenituræ seruetur, vt inter duos, feudatario, & subfeudatario defuncto coniunctos, fæminam masculus, & iuniorem maior natu præcedat. Videndum est igitur, si sit vocatus maior natu simpliciter, vel sit seruandus ordo primogenituræ, vt talis dici possit maior natu.

2 Hanc quæstionem conati sunt, distinctionis fædere cõciliare DD. existimantes, duos proponendos esse casus, quorũ alter est, quando in prima inuestitura vocatur simpliciter maior natu de descendentibus, vel agnatis defuncti, qui erit tempore mortis feudatarij, quo in casu non cõsiderato iure primogenituræ, sed ipsa nuda contingentia facti, præfertur ille, qui successionis tempore reperitur maior ætate, licet non descendat à primogenito, sed ex secundo, vel tertio genito, & in his termi nis contra iuniorem ex primogenito confuluerunt *Berou. cons. 71. lib. 1. Maluac. cons. 22. Honded. cons. 70. lib. 2. pro Comite Pirrettæ.*

Alter verò casus ille est, quando in feudi successione, vel ex clausula, iuris Francorum, vel ex statuto, vel aliter, vocatur maior natu cum qualitate primogenituræ, prout in *d. cap. si aliquem.* & tunc non inspicitur, quis sit maior ætate, sed ordo, & prærogatiua primogenituræ seruanda est, & illa verba [maior natu minori] intelliguntur seruato ordine, & prærogatiua primogenituræ, ita contrarium consulendo dixerunt tergiuersantes factum, & sic formam, & verba vocationis fauore minoris natu, descendentis ex primogenito in dicto casu Comitatus Pirettæ, *Grat. cons. 6. & 7. lib. 1. Alciat. inter cons. Grat. cons. 8. Menoch. cons. 981. lib. 10. & in simili Surd. cons. 403. & 455. quod est duplicatum in cons. 468. idem Menoch. cons. 442. nu. 19. & 22. Gasp. Thesaur. quæst. 35. nu. 4. multos referens.*

3 Verum, si rectè præcitati Doctores omnes, eorumque responsa examinentur, in eamdem sententiam venire, pariterque concordes eos esse, fatendum, est, vbi primogenituræ prærogatiuam, seruari, sancitum est; etenim primi vim solam in eo faciebant, quia maior natu simpliciter erat vocatus, non autem iure primogenituræ, negantes ex illa simplici vocatione effectum induci primogenitũræ, & nihil ominus fatentur secus esse, si secũdum prærogatiuam primogenituræ succedendum esset, *Grat.* verò, & alij sentiebant ex multis vocatum primogenitum, & consequenter non debere attendi qualitas so-

la

la maioris ætatis, sed etiam, quod sit de
4 linea primogeniti. Et quod vocatio primogenituræ, & maioratus sit eadem, vocatio verò maioris ætatis absolutæ sit diuersa, quia prima continet ordinem iuris, altera contingentiam facti, & quod procedat tam de iure Hispano, quàm de iure communi, dixit *Auendan. l. Tauri* 40. *glos.* 17. *num.* 23.

5 Prærogatiua enim primogenituræ, & illius ordo, & effectus est, vt primogenitus, & illius linea excludat secundogenitum, & illius lineam, & per consequens tertiogenitum, & alios vlterioris gradus. Et pariter eodem ordine deficiente primo genito, & eius linea, Secundogenitus,
6 & ipsius linea excludat tertiogenitum, & alios, nam primogenitus, & eius linea faciunt primum gradum, secundogenitus secundum gradum, & sic successiuè in successione primogeniti, quicquid sit in allodijs de iure communi, *Auendan. d. glos.* 17. *num.* 26. *vers. & notat. Paul. Monter. ex Castr. in cons.* 164. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *Socc. Aret. Ruin. & Curt. iun. Gasp. Thesaur. quæst.* 34. *num.* 9. *qui loquitur iuxta verba cap. Si aliquem. Couar. pract. quæst. cap.* 38. *nu.* 6. *&* 11. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 31. *Mongil. de imputat. quæst.* 77. *num.* 173. *Peregr. in cons. vnico. post tract. de iur. fisc. nu.* 11. 13. *&* 19. *Molin. de maior. disput.* 626. *num.* 10. *Mastrill. decis.* 65. *num.* 1. *Menoch. cons.* 981. *num.* 12.
7 *lib.* 10. vno ore ibi asserentes, quod quilibet frater suam facit lineam, & quod alter frater licet descendat ex eodem latere patris, non tamen dicitur de linea alterius fratris, *Comens. cons.* 263. *num.* 10. *Osasc. decis.* 23. *num.* 34. *Decian. cons.* 127. *nu.* 14. *lib.* 3. *quos refert, & sequitur. Molfes. in Addic. ad quæst.* 45. *nu.* 6. *part.* 4. *de succes. ab intest. super consuet. Neap. Guttier. cons.* 13. *nu.* 12. *D. Regens Apont. de potest. Proreg. tit.* 9. *de succes. mulier. num.* 42. *& posthæc nouissimè Giurba super consuet. Senat. Messan. cap,* 12. *glos* 3. *part.* 1. *nu.* 7. *& ego in cons.* 5. *nu.* 49. *&* 50. *Cum. d. cap. Si aliquem. vers.*
8 *Francorum iure. nu.* 1. *&* 2. vbi quod secundogenitus respectu tertiogeniti, dicitur primogenitus, nam secundus respectu sequentium dicitur primus.

9 Et licet nonnulli minus rectè senserint, quod eadem sit vocatio primogeniti, quæ & maioris ætatis, tamen communiter ab omnibus, etiam modernis impugnantur, cum manifesta appareat differentia in multis casibus, ex *Anchar. Alex. Dec. Cost. Velasc. Alciat. & quam plurib. relatis à Mongil. d. tract. & d. quæst.* 77. *nu.* 170. *qui allegant Melchior. Paleaz. de primogen. in præfat. num.* 3. vbi multas differentias re-
10 fert, & data paritate omnino est locus primogenituræ, *Cum. in d. cap. si aliquem. vers. maior natu. num.* 70.

11 Igitur, cum simus in feudo cum clausula [iuris Francorum, quę importat ordinem primogenituræ, ex *Cumia vbi supra. num.* 1. *Andr. de Isern. in cap. imperialem. §. præterea ducatis. de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. decis.* 119. *Couar. lib.* 3. *var. resol. cap.* 5. *Tiraqu. in tract. primogen. in princ. Rodor. Soarez. in l. quoniam in prioribus. in declar. l. Regni. vers. sequitur lectura. C. de inoffic. testam.* & expresse statuat cap ꝙ seruetur prærogatiua primogenituræ, sequitur necessario, quod successio feudi competat filio secundogeniti, licet ætate minori, & non filio quartogeniti ætate maiori.

12 Quandoquidem *cap. si aliquem.* statuit, prærogatiuam lineæ attendendam esse, in proximitate, ibi, considerata, in puncto *Cum. in d. cap. vers. proximior. num.* 23. 29. 39. *&* 40. *& in verbo gradu. nu.* 3. *Muta. d. cap. num.* 55. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *art.* 3. *num.* 52. *&* 53. & licet *Corn. in cons.*
13 399. *lib.* 2. posuerit tres tantum prærogatiuas, videlicet, Gradus, Ætatis, & Sexus, tamen plures addunt prerogatiuam Linearum, vt ex *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 14. *cap.* 6. *nu.* 50. *& DD. supra allegatis.*

14 Hinc est, quod ad declarationem *d. cap. Si aliquē.* fuerint cōdita tria alia capitula duo ab inuictissimo Carolo Quinto Imperatore, 118. & 204. alterum verò à potentissimo Rege Philippo Secundo, 18. in quibus non per viam nouæ legis, corrigendo antiquam, sed declarationis, ad tollendas dubietates, fuit electa opinio, quæ fauet ordini primogenituræ, habito respectu ad prærogatiuam lineæ, tam in descendentibus, quā in transuersalibus, & sic per viam electionis melioris opinionis fuit declaratum, seruandam esse opinionem pro nepote masculo, tam in descendentis successione, ex *d. cap.* 118. quàm in transuersali, ex *d. cap.* 18. *Intrigliol. de feud. cent.* 2. *artic.* 36. *num.* 192. *& artic.* 47. *num.* 5.

15 Vera autem istius sententiæ, & declarationis ratio, nō in sola trāsmissione, vel representatione consistit, vt quāplures existimārūt, sed in vocatione expressa, vel resultante ex vocatione primogeniti, ex vi, &
16 natura primogenituræ; cum ex prærogatiua primogenituræ, quilibet ordine suo dicatur ex propria persona vocatus, vt

optime

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

optime considerat *Castr. d. cons. 164. nu. 5. vers. applicando, & vers. sed venit iure suo. Couar. d. cap. 38. num. 6. vers. ex quibus.* vbi asserit, hoc non esse sicut in alijs successionibus, sed ex natura rei, & *num. 9. vers. & tandem. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 39. Mongil. d. tract. lib. 1. cap. 1. num. 17. Thesaur. d. quæst. 34. num. 16. & per totam quæst. Auend. d. l. 40. glos. 16. num. 2. & referunt. quamplures alios.* Hæc
17 enim successio primogenij regularis non est, sed irregularis, quia suas particulares regulas habet, tanquam diuersæ naturę, & contra regulas iuris communis, per quas non primogenito, vel masculo tantum, vt in feudo primogenituræ, sed omnibus filijs vtriusque sexus æqualiter defertur successio toto titulo, *C. de hæred. & l. maximum vitium. C. de liber. præter.* sicut
18 nec de iure communi feudorum, ad primogenia argui potest, quandoquidem illo iure, feudi successio non ad primogenitū, sed ad omnes filios, licet masculos tantū, defertur, ex *cap. de success. feud. & cap. 1. de eo, quod sibi, & suis. & latè Couar. d. cap. 38. num. 11. vers. id verò, quod Isernia.* Diuerso ergo iure succeditur, vbi primogenituræ prærogatiua seruanda est, vt dispo-
nit *d. cap. si aliquem. ita Castr. Alex. Molin. Couar. Peregr. Mongil. & alij allegati.* His
19 sic dispositis, ac declaratis, cauendum omnino nobis est à *Blasc. Lanz. d. cap. si aliquem. quæst. 3.* disputante, an filius fratris excludat patruum in successione patrui, & distinguente, relatis hinc inde argumentis de repræsentatione graduum, & personæ, vel qualitatis paternæ, nam contra eum tenuit *Cum. in d. cap. si aliquem. in verb. gradu. à num. 38. vsque ad num. 73.* nec de ea mentionem fecit *Intrigl. cent. 2. artic. 36. num. 299.* nec *Blasc. Lanz.* ponde-
20 rauit rationem, videlicet, quod nepos venit ex propria persona comprehensa in ordine primogenituræ, ex *Castr. Molin. Couar. & alijs.* Et tandem quæstioni prædictæ hodie in Regno fuit impositum silentium per *d. cap. 18.* & vbi cessat quæstio,
21 cessat & resolutio; Ideoque minus rectè loquutum fuisse Saccurasam, relatum á *Petr. de Greg. de feud. part. 4. quæst. 10. nu. 23. & quæst. 4. nu. 16.* dicendum est, tum ex quo contra eum, & melius tenuit *Muta in d. cap. si aliquē. nu. 145.* tū ex quo ab illo relati, ex eo tantum moti fuere, quia illam in iure insequuti sunt opinionem, quæ fauet secundogenito ad exclusionem nepotis ex primogenito. Destructa igitur conclusione, nilmirum si corruant illationes.

22 Corruit itaque eorum conclusio, tum ex magis communi, & vbique recepta opinione, quod nepos excludat patruum, ex *Tiraqu. de iur. primogen. quæst. 40. & 41. Couar. quæst. pract. d. cap. 38. num. 6. Molin. disput. 626. num. 4. Intrigl. de feud. d. artic. 36. vbi refert multos, & etiam nostrates. Thesaur. d. quæst. 35. Mongil. d. cap. 7. & quam plures à prædictis relati,* tum etiā ex expressis *d. cap. Regn. 118. 204. & 18.* in quibus præ cisè per tres vices fit mentio de linea descendenti, & transuersali, & sic fuit habita ratio prærogatiuæ lineę: vnde ex quo contraria viget opinio, ergo contrariæ faciendæ sunt illationes, & si eorum tempore fuissent condita dicta capitula,
23 contrarias equidem fecissent illationes; Et eo fortius, cùm non appareat, de quo feudo præfati Doctores loquuti sint, idcirco dicendum est, magis eos de hæreditario, vel de mixto loquutos, quàm de feudo cū primogenij qualitate, vt animaduertit *Muta in d. cap. Si aliquem. num. 145.* asserens etiam ibi opiniones *Greg. in d. quæst. 10.* & aliorum antiquorum esse correctas in Regno, ex dictis tribus Capitulis, & idem dixit *Mastrill. in Addit. in d. quæst. 10. lit. A.*

24 Et in indiuiduo adest dispositio *d. cap. 18.* per quod prouidetur successio in linea transuersali, & quod illud idem in ea, seruetur, quod in linea descendenti inter masculos, & fœminas, ex *d. cap. 118. & 204.* in quibus prærogatiua lineæ & subintrantia perpetua erat concessa, ergo per generalem prouisionem, & æquiparationem de linea transuersali ad lineam descē dentem, dicendum est, quod sicuti filius primogeniti, vel nepos, & pronepos præfertur secundogenito, ita in linea transuersali non solum in nepote habet locum *dict. cap. 18.* sed etiam in pronepote ex secundogenito ad exclusionem tertiogeniti, ratione lineæ, licet de nepote ex secundogenito nulla fuerit facta mentio, ita multis rationibus, & authoritatibus probat *Cannet. super d. cap. 18. nu. 56. fol. 283.* vbi idem dicit de patruo magno, ita & quando agitur de succedendo filio patrui: hoc enim denotant illa verba [Questo medesimo si habbi da osseruare in linea transuersali, &c.] ꝙ importat, ac si latine dixisset, [hoc isē deb. āt obseruari] dictio enim [idē]
25 importat eandem in diuersis casibus censurā, seu determinationē, & denotat identitatē in omnibus, *Decian. respons. 5. nu. 52.*
26 *lib. 1.* & in statutis, quod repetat præcedentia cum eadem qualitate, dixit *Paris. in cons.*

in conſ. 16. nu. 44. lib. 3. Caualc. deciſ. 4. nu. 15. part. 2. & deciſ. 25. num. 21. part. 3. ex diſpoſit. text. in l. idem. ff. mand. & operatur
27 eumdem effectum, vt clauſula [ad inſtar] *Marta. de clauſ. part. 1. clauſ. 172.*
28 & hoc eſt de natura dictionum habentium virtutem relatiuam, *Surd. conſ. 200. nu. 6. & conſ. 313. nu. 48.* natura namque
29 æquiparatorum eſt, vt inter eos ſit æqualis diſpoſitio, *l. 1. vbi DD. ff. de legat. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. per totum. & in puncto Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 6. nu. 6. & 7. & cap. 7. nu. 10. 11. 21. & 22. Loffred. conſ. 1. nu. 79. & 80. & ita Illuſtris Regens Ramundus Ramundetta in Summ. d. cap. 18.* ſummauit, & interpre-
30 tatus eſt [in ſucceſsionibus feudorum deficiente linea primogeniti, filius ſecundogeniti præfertur tertiogenito.] Hoc
31 enim dictum Doctoris in puncto habetur pro lege, & plus valet, quàm mille à ſimilibus. *Dec. conſ. 35. num. 28. lib. 1. Caualc. deciſ. 15. num. 4. & deciſ. 28. num. 16. & 30. & deciſ. 34. num. 10. lib. 1. vbi multos refert. & Ramundett. ſequuti ſunt Maſtrill. in Addict. ad Petr. de Gregor. de feud. part. 4. quæſt. 10. lit. A. Muta in d. cap. ſi aliquem. num. 145.* & hic intellectus eſt conformis regulis primogenituræ, & maioratus, in quibus non ſolum legibus Hiſpanis, ſed &
32 omnium Doctorum opinionibus ſeruatur prærogatiua lineæ, adeo, quod licet inter plures fratres regulariter non detur diſtinctio gradus, ſed omnes ſint in eodē gradu quando ſucceditur in bonis burgenſaticis, nec etiam detur prærogatiua ſexus, ſed æqualiter ſuccedunt, vt ex *d. l. maximum*
33 *vitium.* ſupra oſtendi: tamen, quando ſucceditur in bonis, vel feudo, vbi eſt clauſula [iuris Francorum, & ſic primogenituræ, & maioratus, iuxta terminos *d. cap. ſi aliquem.* & vt in feudo iſto, tunc inter plures fratres, & ſorores datur diuerſitas gradus, qui vocantur gradus primogenituræ, & ſic frater eſt in primo gradu, ſoror in ſecundo, & inter fratres primogenitus eſt in primo gradu, ſecundogenitus in ſecundo, & ſic alij ſunt in vlteriori gradu, & quod expreſſe dicitur in *dicto cap.* 18. ibi [vel vlterioris gradus] ita *Caſtr. d. conſ. 164. num. 5. & alij ſupra allegati, quos ſequitur Auendan. d. l. Tauri 40. gloſ. 17. nu. 23. vſque ad nu. 26. & Illuſtris Regens Corſetto in Addic. ad Patrem in conſ. 11. num. 40. &*
34 *ſequ.* Illa enim verba in *d. cap.* 18. [videlicet, ſeu cioè, che morendo il primogenito ſenza figli] in caſu iſto ſtant declaratiuè, non autem reſtrictiuè, *gloſ. in Clem. cauſam. de elect. Latiſsimè Menoch. conſ. 1046. nu. 4. lib. 11. Caualc. deciſ. 23. nu. 11. lib. 3.*
35 & debent regulari ſecundum ſubiectam materiam, *Alber. in diction. in verb. ideſt.* at hic præceſsit æquiparatio vniuerſalis, vt fuit oſtenſum.

Itaque ne dicatur, imprudenter conditores *d. cap.* 18. loquutos fuiſſe, & in eo-
36 dem contextu verborum ſe correxiſſe, cōtra vulgatas iuris regulas, capienda eſt hæc interpretatio, vt ſtent per modum exempli, non reſtrictionis, ex *Menoch. in conſ. 631. num. 22. & conſ. 753. nu. 24. & conſ. 1060. num. 89. & 97. & conſ. 1130.*
37 *nu. 1.* Inde eſt, vt dicamus, exempla declarare, non reſtringere regulam, *ad text. in l. regula. in fine. ff. de iur. & fact. ign. §. hactenus. inſt. de grad. Menoch. conſ. 2. nu. 205.*
38 data enim paritate caſus, & rationis, non dicuntur alii caſus per viam extenſionis incluſi, ſed per viam comprehenſionis, *Socc. iun. conſ. 30. lib. 1. Alber. Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 4. num. 167. cum ſequ.* & in ſucceſsione feudi ex vocatione certarum perſonorum, *Minad. conſ. 1. per totum, præciſe num. 42. & ſequ.* qui loquitur ſuper conſtitutione Regni, vt de ſucceſsione, & *Cannet. d. cap. ſi aliquem. fol. 263. à nu. 48 vſque ad nu. 66.* loquitur in
39 terminis *d. cap.* 18. Inſuper dictio prædicta, vbi enumerat (prout hic) ſpecies cōtentas ſub præcedenti generalitate, non eſt reſtrictiua, *Maluac. conſ. 22. nu. 48. &*
40 49. & eſt, ac ſi non eſſet, dum exprimit, quæ tacite inſunt, *Surd. conſ. 118. num. 4. Azeued. nou. recopill. lib. 4. tit. 6. l. 3. nu. 14.*

Ex quibus concludo indubitanter, ſucceſsionem feudi competere conſobrino, filio ſecundogeniti, licet ipſe ſit minor natu. Et ita iuris eſſe, cenſeo.

Meſſanæ de Menſe Octobris 1617.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio anterioritatis ex cauſa pariter priuileggiata, admittitur etiam in prima indicij parte. fallit. num. 2. amplia etiam ſi oriatur ex eodem contractu, num. 3.*

4 *Cenſus conſtitutus cum requiſitis neceſſarijs reducitur ad formam Bullæ quamuis non fuerit dictum iuxta formam Bullæ, ratio, num. 5.*

6 *Pactum quod caſu ceſſationis dotis, ſoluantur interuſuria, validum eſt.*

7 *Pactum appoſitum in contractu Bullæ, quod ſors ſit repetibilis vitiatur, & non vitiat cōtractum.*

8 *Verbum [ſubingare] importat ſubingationem ſecun-*

secundum formam Bullæ.

9 *Voluntas qualis fuerit in præcedentibus, ex subsequentibus dignoscitur.*

10 *Creditori, qui vnum ex prædijs sibi obligatis liberauit, cedendarum exceptio obstat. Distingue nu. 11. Ratio, nu. 12. & 13. Fallit, nu. 17.*

14 *Crassus de exceptionibus except. 10. num. 21. declaratur.*

15 *Exceptio cedendarum admittitur aduersus contractum Bullæ, etiam in prima instantia.*

16 *Lanarius in cons 75. declaratur.*

18 *Fideiussor dicitur fideiussisse contemplatione bonorum, quæ tempore fideiussionis debitor possidebat, ac etiam bonorum futurorum.*

19 *Ratio, quæ pluribus conuenit, æqualiter debet determinare.*

20 *Cessio quæ fit Tertio, ex legis æquitate procedit, quæ autem fit fideiussori, ex ratione contractus prouenit.*

21 *Obligatio ex contractu, & ex possessione rei æquiparantur.*

22 *Fideiussor creditorem cogere potest ad sibi iura cedendum. Amplia in tertio coactè soluente, nu. 23.*

24 *Soluenti coactè debitum alienum, cedenda sunt iura.*

25 *Curator tenetur soluere minori, id, quod ab eius tutore non petijt, & minor tenetur ei cedere iura.*

26 *Cedere iura tenetur Fiscus creditori posteriori, à cuius posse pecuniam auocauit.*

27 *Debitori principali iura cedenda sunt, si interest debitori iura cedere.*

28 *Tertius conuentus actione hypotecaria non tenetur soluere debitum, quanti importat, sed prædij possessi extimationem, secundum valorem tempore alienationis.*

29 *Tertius rei subiugatæ possessor, executiue conuenitur, etiam super alijs eius bonis proprijs, & etiam de persona ex priuilegio Bullæ.*

30 *Doctori distinguenti, etiam soli, standum est.*

31 *Exceptioni cedendarum renunciari potest.*

32 *Exceptio cedendarum sub generali renunciatione non compræhenditur, quia specificam renunciationem requirit.*

33 *Exceptio anterioritatis, in causa oppositoria indistinctè admittitur, ex quocunque contractu illa proueniat.*

34 *Illiquidum debitum non habet executionem paratam. Amplia etiam si pro parte tantum sit illiquidum.*

35 *Debitor debet audiri, in pœnam creditoris, qui fuit negligens in liquidando suum creditum.*

36 *Executione adimpleta per creditorem, si non procedat ad distractionem, non ideo audientia debitori denegatur, quia creditori imputetur.*

37 *Spolians non auditur in defensionibus, nisi rem spoliatam prius restituat; amplia in expensis, fructibus, damnis, & interesse. nu. 38. esto sint illiquida.*

ARGVMENTVM.

Exceptio anterioritatis an admittatur in prima instantia aduersus contractum Bullalem. Exceptio cedendarum, an, & quando creditori obstet. Iurium cessio cui concedenda, & cui deneganda sit, disseritur.

CONSILIVM LXVIII.

IESVS MARIA.

1  Ndubitati iuris est hodie in Regno, anterioris possessionis exceptionē, ex causa tamē æquè priuilegiata, admitti, etiam in prima iudicij parte, sic vno ore fatentur ex nostris *Milan. decis. 1. num. 172. lib. 2. Castill. decis. 51. nu. 4. & 5. & decis. 78. nu. 4. Mastrill. decis. 37. num. 1. & in Addic. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. nu. 93. allegans Anton. Lanz. Iacob. Chirc. & Aloys. de sett. & Ball. lib. 5. ad Pragmat. de censib. quæst. 2. nu. 10. & Apostill. ad Intrigl. de censib. quæst. 51. sequitur Muta in decis. 26. nu. 7. & nouissimè omnes præcitatos enumerat Giurba in decis. 22. nu. 2.* vbi hanc receptissimam, communem, ac veriorem esse sententiam, asserit, sicque sæpius in Regno iudicatum, ex vulgata illa iuris regula,

2 q̄ in pari causa melior est cōditio possidētis (quamuis & rectè ab hac opinione dissentiat, idē *Giurba in nu. 17.* quando anterior causa, non vera, sed simulata, & imaginaria probaretur, ex multorum legum, & Doctorum authoritatibus sententiam

3 comprobans) Immo, & quod magis est, ex eadem causa possidens, pro censibus scilicet ex eodem contractu bullali decursis adhuc tamen præferendus est, & prædicta exceptione rectè se tueri potest, propter possessionis priuilegium, ad *text. in l. si debitor. ff. de pignor. & meminit Franch. decis. 260. nu. 4. Costa de port. rat. 115. nu. 4. Addic. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. num. 92. vers. quæro si tertius. & ego in cons. 63. nu. 3.* Cum ergo Clientis possessio ex contractu anni 1539. originem traxerit, actoris verò actio anno 1548. ortum habuerit, concludendum nobis est, Clien-

tis

tis exceptionem admittendam esse.

Difficultas autem in eo consistit, an ipsius Clientis distractio, pro dotis interusurijs processerit, an potius pro interusurijs secundum formam bullæ, & cum eius priuilegijs. Qua in rè interusuria prædicta, ad formam bullę constituta fuisse, solidissimis his rationibus substineo. Iuris namque est, & seruat Regni praxis, quod vbi etiam in contractu dotali esset in specie inter partes conuentum, quod maturatis dotium catamenis, & non facta solutione, interusuria currerent, quæ essent limitata ad summam permissam, ad decem scilicet, vel minus pro centenario, cum speciali bonorum obligatione, & q etiam doti promissori data esset facultas interusuria redimendi, & maximè cum onere depositandi capitale ad effectum emendi redditus, & demum, quod sors esset demortua, prout hic, tunc quia concurrunt necessaria requisita, ad contractus 4 Bullæ perfectionem, bullalis reputatur contractus, ita vt priuilegijs ipsius bullæ gaudeat, & pariter Regiæ Pragmaticæ, quamuis non fuerit dictum [iuxta formã Bullæ] quod adeo verum esse testatur *Mastrill. in decis.* 103. vt fateatur in omnibus huius Regni Tribunalibus, super hoc non amplius audiri disputationes, & non semel sic eum iudicasse, sequitur *Castill. in decis.* 51. *per totam.* Cuius conclusionis ea 5 est ratio, quia videntur partes contraxisse non secundum ius commune, sed secũdum ius municipale, ac regionis consuetudinem, *ad text. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. in lege. C. locati, l. quod si nolit. §. qui assidua ff. de ædilit. ædic. Mastrill. & Castill. vbi supra, & posthæc multos congerit Giurb. decis.* 111. *nu.* 7. *& sequ.*

Non obstat pactum illud nuptiali in Instrumento appositum, quod non facta dotium solutione, teneantur soluere interusuria ad septem pro centenario quoli bet anno, aut possit contra eos fieri executio ad ipsius sponsi electionem, ex quo inferetur, quod cum sors nõ fuerit demortua, & quod sponsus potuerit petere catamena maturata, quod contractui bullali repugnat, vtique dicendum esset, noluisse contrahere iuxta formam bullæ. Etenim 6 respondetur, pactum prædictum interpretari debere, vt sint promissa catamena, quæ possint peti aduento tempore, & si nõ fuerit facta petitio, ipso iure post maturatum tempus incipiant currere vsuræ, & sic loco catamenorum sunt promissi redditus ad septem pro centum, *Milan. decis.* 2. *num.* 7. *cum multis sequ. lib.* 2. & nihilominus si demus tale pactum fuisse in contractu appositum, vt sors esset repetibilis, quis est tamen qui neget, illud vi- 7 tiari, & non vitiare contractum, ita vt reiecto pacto, contractus ad bullæ formam substineatur, ex *Milan. in d. decis.* 2. *num.* 31. *quem sequitur eruditissimus Octau. Corset. in cons. impress. post d. decis.* 51. *Castill. nu.* 26. *vers. nec fiat forte difficultas. & nu. sequ.*

Idque magis corroboratur, cum constet hic de expressa contrahentium voluntate, voluisse nempe eos bullalem contra- 8 ctum constituere, vsi namque fuere verbo illo [subiugant] quod contractui bullali conuenit, & importat subiugationem secundum formam bullæ, vt dixit *Milan. in decis.* 1. *lib.* 2. *& Nostrates de Regno.* Insuper anno 1577. fuit causata executio, & fuit dictum pro censibus decursis secundum formam bullæ, & eodem nomine fuit missum ad effectum, & processum vsque 9 ad bonorum distractionem: ex his ergo, quæ postea fuerunt facta per contrahentes, fuit declarata eorum voluntas, qualis fuerit in præcedentibus, vt latissimè dixerunt *Iurisconsul. in l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. & in §. Pauonum. instit. de rer. diuis. Bart. in l. cætera. §. fin. ff. de legat.* 1. *Nacl. cons.* 192. *num.* 4. *& in cons.* 406. *num.* 28. *Rimin. iun cons.* 254. *nu.* 39. *Surd. cons.* 140. *nu* 44. & *cons.* 150. *nu.* 95. *Honded. cons.* 47. *num.* 28. *& sequ. vol.* 1.

Et licet proposita exceptio ad Clientis victoriam sufficiens sit, alteram nihilominus proponit ipse Cliens, & est cedendarum exceptio, ex quo actor liberauit vnũ 10 ex prædiis in specie obligatis, quo in casu obstat ei exceptio cedendarum actionum, sic distinguendo dixerunt post alios *Caball. in tract. de vsur. nu.* 683. *Gasp. Rodor. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 30. *cum sequ. & post eum Dominus Præses Morot. in tit. de possess. offer. num.* 4. *vbi reprehendit. Fan. Salic. & alios. sequitur Felic. de censib. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. *circa medium. vers. si tertius possessor iam ante comparauit.* qui illam afferunt distinctionem, quod 11 aut tertius possessor, qui conuenitur, emit prædium post liberationem, aut emit antequam creditor liberaret alia prædia obligata; priori in casu non obstat exceptio cedendarum, quia tempore acquisitionis prædij nullę actiones competebant super eo fundo ipsi tertio, nec erant cessibiles, ideoque nullum ius ipsi fuit acquisitum; posteriori verò in casu, quando tertius prius acquisiuit, deinde actor libera-

uit, tunc obstat exceptio cedendarum, &
12 ratio est, quia hoc ius fuit acquisitum ipsi tertio ab instanti suæ acquisitionis, cum tunc vterque fundus eidem hypotecæ pariter subesset, quod ius non potuit postea facto creditoris auferri, *ad tex. in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. sicut. C. de act. & oblig. Rodor. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus. quæst. 8. in declarat. Regni. C. de inoff. testam. Cefal. cons. 187. nu. 12. Bursat. cons. 193. nu. 7. Magon. decis. Lucc. 92. nu. 11. Mart. decis. 520. nu. 8. & sequ. part. 1. Canalc. decis. 5. nu. 23. part. 2.* Altera est ratio, quia non debet creditor acquirens à
13 debitore suo, esse melioris conditionis, eo quia est creditor, quàm si quisuis extraneus emisset, contra quẽ omninò cedendæ sunt actiones, quia sequeretur, quod esset in voluntate creditoris facere deteriorem conditionem possessorum, & omnium sibi obligatorum, morbo alieno laborantium, imò, quod in eorum perniciem possit colludere cum principali debitore, inanemq; reddere cessionem actionum, quod esset in iustissimum, & contra omnia mundi iura; & in præsenti causa non solum agitur de liberatione vnius prædij, verum etiam voluit ipse actor, quod omnia alia prædia sibi obligata essent obnoxia ad defensam, & euictionem dicti prædij liberati, vnde inanis, & de vento esset cessio, cum bona, quæ prætendit Cliens pro recuperatione dictorum censuum, facto dicti creditoris, sint etiam hypotecata euictioni prædij liberati, & sic in perniciem, interesse, & totale damnum Clientis tertij possessoris
14 conuenti, & ita itelligendus est *Crass. tract. de except. except. 10. nu. 21. vers. hinc infertur.* qui loquitur in subiugatario, qui liberauit vnum ex prædijs subiugatis, si agit contra alia, quod potest repelli hac exceptione, & latissimè in numeris ante-
15 cedentibus inquit, hanc exceptionem admitti in Bulla, etiam in prima instantia, rationibus, & auctoritatibus per eum adductis, prout etiam adnotarunt *Petr. de Greg. de censib. quæst. 9. num. 21. Intrigl. quæst. 41. n. 4. super Bulla, & alij allegati per Mutã in decis. 74. nu. 26. & nouissimè multis rationibus comprobat Giurb. in decis. 57.*

16 Non obstat *Lanar. in cons. 75.* qui pro sui opinione refert *Bal. Cin. Iacob. de Aret. Salicet. Accurs. Bartol. Soccin. Castr. & alios.* quoniam respondetur, præcitatos
17 patres loqui in muliere, & sic in casu particulari, & priuilegiato, nam mulieri non obstat exceptio cedendarum, ex quo liberauit bona obligata suis dotibus, quod fuit introductum fauore ipsius dotis, per *text. in l. iubemus. C. ad Velleian. & ita dixit idem Fan. in 3. membr. 5. part. nu. 31. & post eum Viu decis. 100. num. 1. ex Bero. cons. 48. num. 9. & cons. 72. nu. 38. vol. 1. & post omnes Crass. de except. cap. 10. nu. 24. & sequ. vbi allegat Soc. Bal. Roman. & alios, & ego in cons. 66. nu. 13.* Neque obstat, quod iidem *Viu. & Fan. in loc. alleg.* asserant idem esse respectu creditorum, non ex causa dotis, quoniam Doctores per eos allegati loquuntur in dote, & in casu speciali fauore dotis, & si regula erat generalis pro omnibus, quod scilicet quicunque creditor poterat liberare prædia in præiudicium tertij possessoris, vt dixere illud esse speciale in dote, & esse introductum fauore ipsius dotis. Itaque ex eorum dictis ipsimet se inuoluunt, & ideo rectè eos increpant. *Gabell. Rodor. & Morot.*

Sic pariter, ex *Doct. alleg. à Lanar. & alijs. & à Giurb. d. decis. 57. num. 4. cum sequ.* mouentur nonnulli vnica ratione, videlicet, quod tertius non videtur contraxisse contemplatione bonorum, quæ tempore contractus erant penes eum, cum quo contraxit, nec accepit bona ea mente, vt sibi iura cederentur: Alij verò addunt aliam rationem, videlicet, quod cessio quæ fit tertio, est ex benignitate legis, non autem quod creditor posset stricto iure cogi ad cedendum. Quibus breuissi-
18 me respondetur, quod sicuti fideiussor dicitur fideiussisse contemplatione bonorum, quæ tempore fideiussionis erant penes debitorem, nec non etiam & bonorum futurorum, iuxta *l. fin. C. quæres pign. oblig. poss.* ex quo sperat in eis posse cõseruari sine damno, vt dixit *Fan. vbi supra, nu. 34. & nu. 37.* eodem modo & dicitur in tertio, qui emit bona, nã dicitur ea emere stantibus aliis bonis, quæ sunt penes venditorem, nemo enim aliena emit bona, nisi prius consideret, quæ bona remaneant penes ipsum venditorem pro sui cautela in casu molestiæ, & euictionis, vt quotidie practicamus, nam quisque in casu molestiæ prætendit se conseruari indemnem super alijs bonis, & ideo dicta
19 ratio cum sit vniuersalis, & eadem sit respectu fideiussoris, & tertij, debet conuenire vtrique, *l. à Titio. ff. de verbor. oblig. l. illud. ff. ad leg. Aquil. §. duorum auth. de nupt. §. cum autem. Instit. quib. mod. ius patr. pot. solu. glos. in cap. si postquam de elect. Port. in cons. 1. num. 33. Canalc. decis. 1. nu. 12. part. 2.* Nec minus est considerabilis alte-

ra

20 ra ratio, quod cessio, quæ fit tertio procedat ex benignitate legis, ea verò, quæ fit fideiussori procedat ratione contractus, prout inquiunt *Salicet. in d. l. iubemus. & Fan. in d. num. 30. & alij præallegati DD.*

21 Quoniam respondetur, quod obligatio ex cõtractu & ex possessione rei æquiparantur, ita *DD. in l. nulla. C. de solut.* Inde est,

22 vt sicuti per *text. in l. Modestinus. ff. de solut.* fideiussor potest adstringere creditorem ad sibi cedendum iura, ex quo cessio est de natura actus, vt dixit *Grauet. in cons. 748. num. 15. & Ioan. Petr. Surd. in cons. 536. num. 9.* ita & tertius possessor, quan-

23 do soluit coactè debitum ad alium spectantem, potest cogere creditorem, vt cedat iura. Duo igitur sunt necessaria, vt possit cogi creditor ad cedendum iura soluenti; alterum est, vt soluens possideat, alterum verò, vt coactè soluat debitum, quod ad alium spectat, ita dixit *Iurisconsul. in l. mulier. ff. qui potior in pign. hab. & in l. Paulus. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. in l. creditor. ff. de euict.* Immò etiam

24 quãdo quis astringitur ad soluendum debitum alienum, eadem lex cogit eumdem dominum ad cedendum iura, ex *tex. in l. si culpa. ff. de reuendic.* qui loquitur etiam in eo, qui absq; possessione potest adstringi ad soluendum ratione alicuius creditoris priuilegiati, & est cõtextus similis in *l. si minoris 25. ff. de adminis. tut.* vbi curator

25 cũ minus petijsset à tutore minoris, tenetur soluere minori illud deficiẽs, tñ minor tenetur cedere iura sua, & est alius cõsimilis *text. in l. res obligata. ff. de legat. 1.* & in fisco, qñ agit stante priuilegio ad recupera-

26 tionẽ pecuniæ solutæ bona fide posteriori creditori, ꝙ tenetur cedere iura, est *tex. in l. cũ possessor. ff. de censib. & l. fin. C. de priuil. fisc.* & ita decisũ per supremũ Consiliũ Italiæ, dixit *Fab. de Ann. in cons. 123. vol. 2. in princ.* & ꝙ teneatur cedere cuicunq; tertio possessori, ac possit cogi, dixit *Felic.*

27 *de censib. lib. 3. cap. 2. n. 17. fol. 270. col. 1.* vbi etiam inquit, ꝙ principali debitori tenetur cedere, si interfit, & dat exemplum, qñ vẽdidit prędiũ cũ illo onere, & idẽ ipse principalis fuit astrictus, ꝙ sibi debẽt cedi iura, vt recuperet ab emptore. ex *author. Bart. in l. 1. §. cum prædiũ. ff. de pign. & in l. Aristo. quæst. 3. ff. quæ res pign. oblig. poss.*

28 Respondetur secundò, quod Doctores loquuntur in tertio conuento actione hypotecaria, qui dispositione iuris non tenetur ad debitum quanti importat, sed tm tenetur soluere, si vult, æstimationẽ prædij hypotecati, sm illũ valorẽ, qui erat tẽpore alienationis ipsi tertio factæ; adeo, vt tertius ipse cõuentus actione hypotecaria liberetur soluẽdo æstimationẽ corporis hypotecati, prout erat alienationis tempore absq; alio prætio, vel æstimatione meliorametorũ, *Bart. & Io. de Plat. in l. 2. in 2. col. not. ab. 10. C. de præd. nauic. lib. 11. quos refert Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. n. 46.* At cõ-

29 tra tertium conuentum pro bullali instrumento, tanquam possessorem prædij specialiter subiugati, non agitur actione hypotecaria, sed executiuè, tam super prædio obligato, quam in bonis proprijs & tenetur de persona, quia ratione possessionis stante priuilegio ipsius pragmaticæ dicitur obligatus in solidum cum principali subiugante, ita dictant verba pragmaticę ipsius Bullæ, & dixit post *Milan. addit. ad Petr. de Gregor. d. quæst. 6. nu. 104. & alij passim de Regno*, & ita in dies practicamus, vnde sequitur necessariò dicendum, quod tertius statim ac possidet, dicitur contrahere cum creditore bullali, & per consequens ratione contractus prædicti tenetur creditor ipse cedere iura, quemadmodum & fideiussor cedere teneretur, cum ipse ratione possessionis sit effectus principalis, & plus quam fideiussor, & dicitur se immiscuisse ipsi possessioni, ratione, & cõtemplatione aliorũ bonorum, quæ tunc erant penes eum, à quo ipse prædium illud habuit. Ex his igitur cõcludere oportet hoc in casu, actori, qui prædium liberauit, cedendarum exceptionem rectè obijci, cum simus in tertio possessore, qui statim ac possidet, & conuenitur, effectus est debitor cum principali in solidum obligatus, & ei soluenti, non esset deneganda iurium cessio, quicquid esset, quando essemus in illo tertio possessore, iuxta formam iuris priuilegiato, non solum priuilegio prædicto, sed ex eo etiam, quod contra ipsum non possit agi, nisi facta excussione, iuxta *text. in auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypot. cum alijs in fine.*

Verùm enimuero, has præter rationes,

30 ac iuridicas responsiones, non est recedendum à distinctione, *Cabal. Rodoric. & Menoch.* cum in conflictu opinionum standum sit Doctori, etiã soli distinguẽti, tãꝙ magis appropinquãti ipsi veritati, *ex Salic. in l. filiæ. nu. 2. C. fam. Ercisc. Menoch. de præsumpt. lib. 2. cap. 71. n. 47. Cefal. cons. 240. n. 21. lib. 2. Oct. decis. Pedã. 21. nu. 16. Ceual. pract. quæst. in præfat. nu. 56. & sequ. vbi alios refert.* Constat autem in facto, anno 1572. fuisse factam distractionem loci per Clientes possessi, & exinde anno 1574. fuisse

factam liberationem, non solum illius loci magni specialiter obligati, & subiugati, verùm etiam, & omnium aliorum bonorum, ex quo voluerunt contrahentes ea obnoxia remanere pro defensione loci prædicti in casu euictionis, ergo cedendarum exceptione rectè se tuetur Cliens.

Non obstat contrarium obiectum, cedendarum scilicet exceptionem nil operari, quoties adsunt alia bona, super quibus soluenti sit cautum; etenim multipliciter responderi potest. Et primò negatur expressè, alia reperiri bona, super quibus possit Cliens eius experiri iura, & quatenus forsan nonnulla adessent, illa tamen sufficientia minimè sunt, incumbitque parti aduersæ onus probandi contrarium ex quo se fundat in limitatione: & sic sumus in terminis causam oppositoriam requirentibus. Respondetur secundò, alia bona, si quæ remanent esse supposita pro euictione, & defensione prædicti loci liberati, quę suppositio fuit facta ex voluntate ipsius creditoris, in præiudicium Clientis. Et demum, quicquid sit, limitatio nō est vera, quia *Milan. in decis. 1. nu. 29. lib. 2.* inquit, quod seruant Tribunalia decidere, reijciantur pro rata corporum, & fit exinde liquidatio, quantum importet rata illius prædij liberati, pro qua inde agitur contra alios compossessores: idcirco, si vera esset limitatio, exceptionem prædictam non procedere, alijs existentibus bonis, super quibus possit satisfieri, vtiq; simpliciter decideretur, reiiciantur, non addito pro rata corporum.

51 Nec minus obstat, quod quando est renunciatum exceptioni cedendarum, tunc frustra ea opponatur, ex *glos. in l. nisi in fine. ff. de pact. Afflict. decis. 182. num. 10.* quoniam in facto negatur, fuisse factam
52 renunciationem, nec illa sub generali renunciatione comprehenderetur, specificam enim requirit mentionem, ex *Dec. in cons. 22. num. 6. & 7. Tiraq. qui multos refert tract. de retract. §. 4. glos. 1. num. 36. Bertaz. de clausul. clauſ. 40. glos. 4. num. 9.*

Fuit per Curiam Straticotialem de mē se Martij 1614. decisum, reijciantur pro rata corporum. Verùm, cum Cliens prosequutus fuisset causam oppositoriam, prætendens retractationē executionis in totum, ex illo priori capite, quod posset ex causa anteriori, quæ exceptio ex
53 quocunq; contractu proueniat, solet absq; vlla dubitatione admitti in secunda iudicij parte, quam forenses causam oppositoriam appellant, ex *Milan decis. 1. num. 173. part. 2. Addit. ad Petr. de Gregor. de cens. quæst. 6. num. 92. lit. H. & nu. sequ. sequitur Castill. decis. 78. nu. 5.* Fuit tentatus articulus per partem aduersam, quod vtique non audiatur, nec procedatur in ipsa causa oppositoria, nisi facta solutione, iuxta formam ipsius interlocutoriæ, qui articulus fuit in fauorem Clientis decisus, quod vtiq; audiatur, & procedatur, cuius decisionis hodie pars aduersa prætendit retractationē in Curia Primarum Appellationum, in qua nihilominus venit omninò cōfirmanda decisio facta per Curiam Straticotialem, ex infra breuiter di-
54 cendis, siquidem interusuria, per quam fuit dictum, reijciantur pro rata corporum, reddit creditum partis aduersæ illiquidum, iuxta *text. in l. seruus. §. bone furrepto. ff. de condict. furt.* & pro illiquido nō potest executio fieri, ex *Bart. in l. 1. nu. 8. C. de eden. & alijs allegatis per Milan. decis. 11. nu. 67. & nu. 112. lib. 1. decis. 1. num. 28. & decis. 6. num. 28. lib. 2. sequitur Mastrill. decis. 198. num. 3.* Creditoris autem est onus, liquidare suum creditum; nam licet per decisionem ipsam pro rata corporum liberetur is ab onere prosequendi causam oppositoriam, tamen tenetur liquidare suam summam iuxta formam *Cap. vitus 119.* prout in puncto dicit idem *Milan. d. decis. 1. nu. 23.* Itaque cùm de-
55 fectus, ac liquidandi negligentia procedat ab ipso creditore, in eius pœnam debitor debet audiri, in his terminis loquitur *Mastrill. in decis. 99. num. 10.* dum examinat
56 conclusionem illam, quando executio est adimpleta in bonis debitoris, si creditor non procedat ad distractionem bonorum, non ideo debitori audientia denegatur, quia nihil ei est imputandum, si per creditorem non procedatur ad vlteriora vsq; ad distractionem; & sicuti in actione personali, si defectus solutionis procedit à debitore, in pœnam non auditur, ita pariter, cum procedit à creditore, in eius pœnam debitor debet audiri.

Non obstat, quod ex aduerso asserebatur, spoliantem non audiri in defensionibus suis ante factam restitutionem rei
57 spoliatæ, ex *Rit. 135.* quod extendunt ad
58 fructus, damna, interesse, & expensas, esto illa sint illiquida, prout meminit *Mastrill. in decis. 198. in princ. post alios per eum allegatos*: subdens, quod tunc datur terminus spoliato ad liquidandum. Quoniam respondetur illud procedere stante forma tradita per Pragmaticam, & in odium, & pœnam spoliantis, ratione furti per eum,

com-

commissi, nec ibi perit instantia, sed incipit à die, quo spolians vult se dirigere. Hic autem non sumus in odiosis, & pœnalibus; sed in mera causa ciuili inter creditorem, & debitorem, in qua habemus Doctores terminantes quæstionem consimilem, cui rectè applicantur eædem rationes: propterea, cùm à creditore proueniat defectus, in eius odium debitor debet audiri, tanto magis quod ipsi debitori perijt instantia, ideoque fuit necesse, quod decidatur obscurè, & verba ipsius interlocutoriæ, quod facta solutione audiatur, habens suam instantiam, & verificantur facta liquidatione per ipsum creditorem. Hinc est, quod dum debitor causam oppositoriam, si interim creditor liquidauerit suum creditum, tunc ostenso liquido, facit supersedere in prosequutione ipsius causæ, donec fiat solutio iuxta formam interlocutoriæ, dum igitur non est facta liquidatio, militat regula quod agas, & ago: & sic ex his breuissimè confirmanda est interlocutoria prædicta, quod audiatur Cliens, & procedatur in causa, eò maximè, cùm in dubjis semper decidendum sit in fauorem audientiæ, vt omnibus sit consultum. Reliqua supplebit D.V. Multum Spectabilis.

Fuit decisum, audiatur, de mense Maij 1625. Et prosecuta causa oppositoria in Curia Primarum Appellationum fuit decisum retractetur executio in fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio anterioritatis in caussa oppositoriæ indistinctè admittitur pro quolibet contractu.*

2 *Distractio bonorum non nisi presente pecunia fieri debet.*

3 *Possidens partim ex caussa anteriori, & partim ex causa posteriori, tenetur pro contractu Bullæ medio tempore celebrato.*

4 *Soluens ad complementum, censetur antea soluisse reliquum.*

5 *Sollemnitas quælibet à iure requisita, ex lapsu triginta annorum præsumitur. amplia multis in casibus, vt in num. 6.*

7 *Sollemnitas præsumitur ex cursu triginta annorum, maximè data scientia, & patientia illius, qui poterat actum, defectu sollemnitatis impugnare.*

8 *Compensatio ipso iure fit ad tollendam pœnam, ac nullitatem.*

9 *Appellatio conseruat appellantem eo in statu, in quo ante appellationem reperiebatur.*

10 *Cessio litis omnia ad pristinum statum reducit.*

11 *Debitor potest alienare bona in creditorem anteriorem, ex causa de antiquo, etiam in præiudicium posterioris, ac etiam pendente lite, & tunc vitium litigiosi non contrahitur.*

12 *Tertius non potest dicere de nullitate decretorum, post eorum appellationem factam per principalem. Quemadmodum è contra non prohibetur per approbationem, post tentatam nullitatem, subsecutam.*

13 *Decreta interposita plus debito sunt nulla. ampl. in datione in solutum facta, etiam à parte num. 14.*

15 *Testis eiusdem, prima depositio præualet.*

16 *Expensæ iudiciariæ eamdem habent anterioritatem, quam creditum principale.*

17 *Pactum ad discursum appositum pro credito, procedit etiam pro expensis factis caussa consequendi dictum creditum.*

17 *Emptor cuius pecunia fuit dimissus, venditoris creditor, si possidet, potest excipiendo se tueri, ipsius creditoris anterioritate, tanquam ingressus in eius iura, nullo etiam existente pacto.*

ARGVMENTVM.

Distractio bonorum an possit fieri habita fide de prætio. Possidens partim ex causa posteriori, an teneatur in contractu bullæ. Expensæ iudiciariæ quæ actionis iure debentur, an sint eiusdem naturæ, cuius est debitum principale.

CONSILIVM LXIX.

IESVS MARIA.

QVamuis satis, superque pro Clientis iustitia dictum sit, ita vt iure optimo pluries ad eius fauorem pronunciatum fuerit, non tamen finit pars aduersa, nos à propositis discedere, cùm à sententia Primarum Appellationum lata, ad Magnam Regiam Curiam apellauerit, per quam omninò sententia prædicta venit confirmanda, rectè enim mihi persuadeo apud tantos viros nullam esse dubitationem, quin anterioritatis exceptio per Clientem deducta, contrariam actionem non perimat, & præsertim in hac causa oppositoria,
1 in qua indistinctè, & pro quolibet cõtractu, licet non æquè priuilegiato solet admitti, sic adnotarunt *Milan. in decis. 1. nu. 173. & Petr. de Gregor. de censib. quæst. 6.*

in Addict. nu. 36. quem allegat Castill. in dec. 78. nu. 4. & 5. & ego in conf. præced. nu. Reliquum autem est satisfacere motiuis ex aduerso excitatis, in quibus aut nihil, aut parum nobis elaborandum est, Clientis decreta ex duplici capite annullanda esse, existimauit contraria pars, quorum est alterum, ex quo illas vncias quatuor oblatas, pro residuo pretij supradicti loci, minimè depositauerit Cliens, sed tantummodo vnc. 2. taren. 15. & gran. 10. proinde oportebat residuum depositare, non
2 enim debuit distrahi, nisi presente pecunia, ad *text. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudic. Castill. decis. 7. nu. 28. & in allegat. Ferdin. Boniorn. insert. post d. decis. 37. num. 2.* & præcipuè cum interlocutoriam, vigore cuius fuit facta distractio, & capta possessio eiusdem loci, reuocauerint Iudices pronunciando [retractetur executio] Alterum verò nullitatis caput illud est, quia fuit processum ad distractionem loci, remanente de pretio, dicta summa vnciarum quatuor, respectu quarum causa est posterior, & per consequens dicitur possidere partim titulo anterioi,
3 ri, & partim posteriori, quo in casu sic possidens tenetur in bulla, vt alios referens, inquit *Mastrill. decis. 37.*

Et quo ad primum, integrum dicimus fuisse depositum illud, tum ex quo factum
4 fuit ad complimentum, eodemque modo expensum, quæ verba [ad complimentum] denotant reliquum fuisse solutum, & id contingit ex propria nominis significatione. *l. cæterum. ff. de verbor. signif. & ibi Alciat. l. cum optio. ff. de opt leg. l. 2. C. de hæred. instit. Ias. in cons. 100. nu. 3. vol. 4. Peregr. conf. 55. nu. 1. vol. 1. Alb. conf. 190. num. 1. & ibi in Addit. lit. A. & post alios quamplures referens Bellon. decis. Rot. Gen. 27. num. 5.* meminit creditorem recipientem pro complemento, fateri, illam esse debere vltimam solutionem, ac reliquum ibi fuisse sibi iam solutum, tum
5 etiam ex quo, stante lapsu triginta annorum, omnis sollemnitas necessaria de iure præsumitur, *l. si filius. C. de petit. hæredit. Bald. Imol. Angel. & Rom. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Gabr. tit. de præsumpt. lib. 1. conclus. 1. nu. 1. & sequ.* qui referens
6 alios inquit, præsumi in alienatione rei emphitheoticæ interueniisse consensum domini: consensum capituli in alienatione rerum Ecclesiæ, consensum proximiorum, requisitum à statuto, in contractibus minorum, consensum patris requisitum à statuto in contractu filiifamilias, *sequitur Berou. conf. 173. num. 58. vol. 1. Bellon. conf. 39. num. 6. Cephal. conf. 51. num. 27. Menoch. conf. 1. num. 202. Alex. conf. 92. nu. 8. & conf. 219. nu. 15. lib. 6. Surd. decis. 231. per totam. Castill. decis. 74.*
7 *num. 35.* & præsertim probata scientia, & patientia illius, qui poterat actum defectu sollemnitatis impugnare, tunc nulli dubium est, quod præsumatur sollemnitas, ex *Bald. in l. 2. C. de legit. hæred. Alex. conf. 9. nu. 7. vol. 3. conf. 12. nu. 8. vol. 4. & conf. 94. nu. 6. vol. 7. Surd. conf. 28. nu. 99. vol. 1.* At hic clarissimè apparet scientia partis, immò, & expressa eius approbatio, vt inferius dicemus, & sic versamur non solum in facto præsumptiuo, verùm etiam & expresso. Præterea præsumitur officialem cum præuia causę cognitione procedere qui non vtiq; possessionem in Clientem transtuliisset, nisi prius facto adimplemento, siquidem hic constat, missos fuisse Archiuij Cõmissarios ad locum extimandum, ex his ideo fatendum est, residuum pretij iam fuisse solutum, ac integrum extitisse depositum.

Rursus ex quo Cliens erat creditor in multis expensis taxatis, dicendum est de eis ipso iure fuisse factam compensationem cum dicto residuo loci ad tollendam hanc decretorum prætensam nullitatem, prout in simili dicimus de emphiteuta; nam licet regulariter compensatio non admittatur nisi pręsente opponente: secus
8 tamen est ad pænam, ac nullitatem euitandam, quia, ne in eam incurratur, legis prouisione ipso iure fit cõpensatio. *Gam. decis. Lusit. 91. nu. 2. Io. Vinc. de Ann. alleg. 80. num. 4. & 5. Rolan. à Vall. conf. 87. num. 28. vol. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 121. num. 2. Intrigl. conf. 8. num. 2.*

Quod autem attinet ad illud obiectum, decreta scilicet resoluta fuisse, stante reuocatione interlocutoriæ, cuius vigore ad illa fuerat deuentum. Respondetur primò, iam fuisse appellatum ab ipsa interlocutoria reuocante, cuius appellationis ea
9 est potestas, vt conseruet appellantem eo in statu, in quo erat ante prolationem sententiæ, *l. sciendum. ff. de app. recip. l. appellatione. C. de appell. Lancell. de attent. appell. pendent. ampliat. 4. nu. 2. & sequ. Ruginell. tract. de appell. fol. 13. num. 13. & posthæc dixit Giurb. in decis. 19. nu. 8.* quod appelatio reponit appellantem, & in statu, in quo erat post litem contestatam in prima instantia, qua appellatione mediante pars contraria non petijt restitutionem possessionis, sed eam semper Cli-

entes

entes retinuerunt, & quia exinde eadem
10 pars contraria cessit liti, per consequens remanserunt omnia in primo statu, prout erant, *text. in l. postquam liti. C. de pact.* Secundò respondetur, quod etiam, si demus, possessionem non fuisse translatam vigore decreti, sufficeret tamē illā transferri per dationem in solutum pro concurrenti quantitate in casu in quo versamur, ex quo iam fuerant factæ subiugationes circa veritatem prætij ipsius loci, adeo, vt in hoc nemo possit conqueri, vnde sequitur illa iuris cōclusio, quod alienatio, quæ
11 fit per debitorem in antiquiorem creditorem in fraudem posterioris creditoris minimè dicatur facta, quamuis lite pendente, & post causatam executionem fieret: nam tunc non contrahitur vitium litigiosi, *glos. in l. 2. C. de litigios. Afflict. & alij relati ab Apont. in cons. 55. num. 40. Caualc. decis. 5. part. 4. Intrigl. decis. 46. nu. 60. & 61. Cum. in cap. Rit. 90. nu. 37. Io. Baptist. Costa de fact. scient. distinct. 93. cent. 1. Ann. sing. 28. & nouissimè Giurb. decis. 61. num. 12. & decis. 62. nu. 20.* Inde est, vt fatendum nobis sit, voluntarias alienationes post ceptum iudicium iura prohibere, easque in fraudem præsumi, non autem necessarias, anterioremque causam ante motum iudicium habentes, *ex glos. in l. fin. verb. transactionis. C. de litigios. Rim. cons. 253. num. 3. Benint. decis. 48. nu. 15. Pont. cons. 6. num. 20. Gamm. decis. 178. Osasc. decis. 168. nu. 12. Lancell. de attent. cap. 4. limit. 8. num. 11. Masul. ad Capic. decis. 99. nu. 6. Roderiqu. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 81.* Non enim in consideratione habenda est fraus illa, quæ ex actu sequitur, qui abinitio directè ad fraudem ordinatus non fuit. *Felic. alleg. 15. num. 65. part. 1. Honded. cons. 7. num. 11. vol. 1. moti ex text. in l. non omne. ff. de stat. liber.*

Quæ omnia comprobantur ex decretorum approbatione inde sequuta, ante-
12 quam tertius diceret de nullitate, quo in casu frustra per ipsum tertium nullitas tentatur, cum illa tantum proponi possit ante approbationem, via enim quæ principali est præclusa, ipsi quoque tertio præclusa censetur, *ex traditis posthac à Giurba in decis. 1. nu. 26.* Quemadmodum è contra si tertius prius dixit de nullitate decretorum, & inde habens interesse vult ea approbare non potest in prejudicium nullitatis à tertio in iudicio deductæ, ita ex *auctorit. Pinell. Tiraq. & aliorum, dixit Surd. in decis. 108. num. 21.*

Et licet fuerit replicatum vigore illius decreti, creditorem percepisse fructus dicti loci, & per consequens non obstante prædicta approbatione, quia exinde con-
13 stat, quod fuit facta distractio in plus debito, decreta fuisse nulla, vt dixit *Castr. in in l. si non sortem. §. si centum. num. 2. ff. de*
14 *cond. indeb.* vbi loquitur etiam in datione in solutum facta à parte, non solum in iudiciaria, quod idem tenent multi Doctores allegati à *Surd. in decis. 45. num. 40.* Attamen respondetur factum aliter se habere, quamuis enim pars contraria fuit conata hoc probare, haud tamen potuit, cum tantummodo singularem produxerit testem, qui his deposuerat, eiusque de-
15 positiones contrariæ fuere, ex illa sequitur iuris conclusio, standum esse primæ depositioni, vt latissimè dixerunt *Menoch. de arbitr. iud. cas. 108. nu. 9. & 10.* referens alios, & dicens magis communem, *Farin. quæst. 66. part. 4. per totam. Bellon. decis. Rot. Gen. 64. nu. 4. D. Franc. Marc. decis. 486. nu. 4. lib. 1. Cappell. Tholos. decis. 281. Surd. decis. 107. num. 2. & decis. 135. num. 12. & cons. 132. num. 33. lib. 1. Intrigl. decis. 40. num. 15. & quamplures ab eo alleg.* quę prima depositio apparet fuisse in fauorem Clientis. Porrò quāuis sufficienter id probasset, ac rectè suam fundasset intentionem, nihilominus, quia probauit fructus importare prætium vnc. decem & octo, & è contra apparet, creditorem in distractione sibi accollasse vnc. 22. annales, & per consequens illo medio tempore plura onera soluisse, quā fructus percepisse, dicendum est, probata nihil releuare.

Quo verò ad secundum caput nullitatis ex eo tentatum, quod pro illis vnc. 4. depositatis pro residuo loci, dicatur possidere titulo posteriori; Respondetur cōstare etiam dictas vnc. 4. exinde fuisse solutas Clienti pro expensis iudiciarijs, quę
16 expensæ habent eamdem anterioritatem quam habet creditum principale, eiusdemque sunt naturæ cuius est debitum. *Milan. decis. 14. nu. 91. & 94. part. 1. vbi refert Pedamont. Bursat. Cagnol. & alios, & ex authorit. Cum.* dicit ita seruari in Re-
17 gno. Sicuti dicimus de pacto ad discursum, quod est appositum pro credito, & procedit etiam pro expensis factis causa consequendi dictum creditum, *Milan. vbi supra, quem nouissime allegat. Giurb. decis. 49. num. 9. Mastrill. decis. 287. à num. 49. vsque ad num. 56.* Vnde sequitur illa con-
18 clusio, quod quando emens soluit vendi-

tori,

tori, & venditor de illa pecunia dimisit anteriores creditores, tunc emptor si possidet, potest excipiendo lætari de anterioritate tanquam ingressus in locum creditoris anterioris, cuius pecunia fuit dimissus non obstante, quod nullum super hoc fuit factum pactum, quia pactum operatur etiam in agendo, vt in puncto dixit magis communem *Benintend. in decis.* 50. vbi dicit, ita fuisse per Rotam Bononiens. iudicatum *Clar. in §. testamentum. quæst.* 55. *nu.* 3. vbi sic dicit fuisse decisum per Senatum Mediolanensem, *Magon. decis. Florent.* 59. *col.* 1. *vers. vrgebat. Apont. cons.* 87. *Vinc. de Franc. in decis. Neap.* 134. *per totam.*

Ex quibus currenti calamo dictis clarissimè constat de iustitia Clientis. Reliqua supplebit Mag. Reg. Cur. &c.

Messanæ, de mense Octobris 1616. fuit decisum in fauorem Clientis per Spect. Io. Franciscum Castillo, virum eruditissimũ, ac M. R. C. Iudicem meritissimum, cui soli per S. E. fuit commissum, me coram eo patrocinante, & de Proregis licentia hæc scribente, ex quo tunc temporis Curiæ Straticotialis Iudex eram.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ non possunt alienari sine causa, & sollemnitate, & vtrunque requiritur copulatiuè, & si vna deficit, contractus est nullus ipso iure num.* 2. *amplia, num.* 4. 5. 6. *& 7.*

3 *Possidens bona Ecclesiæ sine requisitis alienata, vti malæ fidei possessor, ad fructus tenetur.*

8 *Causa alienationis bonorum Ecclesiæ, est vel necessitas vrgens, vel vtilitas euidens.*

9 *Necessitas vrgens est, quando imminet æs alienum de præsenti, pro quo creditores possunt agere, secus si sint capitalia bullalia, quia illa, ex quo sunt demortua, non possunt pati.*

10 *Debitum pro quo pendet dilatio, & adhuc non est maturatum, non dicitur vrgens, & per tale debitum Ecclesia non potest alienare.*

11 *Debitum quod est sub vsuris, facit æs imminere, quod intellige in debito, quod potest peti simul cum vsuris, secus in capitale census, quod sui natura est demortuum.*

12 *Alienatio, quæ fit pro euidẽti vtilitate Ecclesiæ, requirit, quod vtilitas non solum sit tempore dictæ alienationis, verùm etiam, quod in futurum erit eiusdem vtilitatis: secus, quando alienatio est pro necessitate, quia tunc sufficit tempus alienationis, quod Ecclesia iusto prætio alienauerit.*

13 *Vtilitas euidens Ecclesiæ dicitur, quando Ecclesia percipit de re sua decem, & concedit pro centum.*

14 *Alienatio rei infructuosæ, & sterilis, inundatæ ab aquis, siluosæ, dicitur ineuidentem vtilitatem Ecclesiæ.*

15 *Extimatores debent dicere in actu publico cũ iuramento, quanti prædium Ecclesiæ valet, & non sufficit, quod contrahentes dicant, fuisse tanti extimatum.*

16 *Assertio inter personas prohibitas non probat, & in sollemnitatibus, quibus per partes non potest renunciari.*

17 *Testis dictum ex ratione augetur, & diminuitur.*

18 *Prædium, ex quo percipiuntur fructus, extimatur ex redditibus, & ad rationem de quinque pro centum.*

19 *Testis qui deponit de valore prædij debet deponere minutatim præsentis corporis, vt probet.*

20 *Ecclesia quando alienat bona sua ex causa necessitatis, debet nullum damnum pati, sed illa alienare pro prætio, quo verè valent.*

11 *Sollemnitas in alienatione bonorum Ecclesiæ est tractatus, & de eo debet constare ante alienationem. Item etiam est consensus Summi Pontificis.*

22 *Extrauagans ambitiosæ communiter vocata la Paulina, an sit reuocata per Bullam Clementis Papæ Septimi.*

23 *Statutum quoties requirit authoritatẽ Generalis, vel Prouincialis, an sufficiat authoritas Visitatoris Generalis, in alienatione bonorum Ecclesiæ, & quæ sit authoritas Visitatoris.*

24 *Extrauagans ambitiosæ fuit firmata per Papam Paulum Tertium, Paulum Quartum, & Pium Quartum, statque in obseruantia apud omnes.*

25 *Constitutiones præsumuntur esse in viridi obseruantia, & qui contrarium dicunt, tenentur probare.*

26 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, quoad Regulares, habet constitutionem Papæ Gregorij Decimi tertij, quæ requirit quinque copulatiuè. Et hæc constitutio est facta post Paulinam, & alias constitutiones.*

29 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, si dicta quinque non obseruantur, est ipso iure nulla.*

28 *Fructus veniunt non solum â die litis contestatæ, sed à die celebrati contractus, quando contractus est nullus.*

29 *Retrahens intrat in locum emptoris.*

30 *Prætium est considerandum, in læsione tempore venditionis, & non tempore petitionis.*

31 Di-

31 *Dictum Doctoris intelligitur secundum legem, quam allegat.*

32 *L. si voluntate. C. de rescind. vendit. loquitur in venditione rei profanæ: secus in venditione rei Ecclesiasticæ.*

33 *Doctori distinguenti magis creditur, tanquam magis adhærenti ipsi veritati.*

ARGVMENTVM.

Discutitur, an alienatio facta per Monachos Sancti Francisci de Assisa, Ciuitatis Tauromenij cum consensu Visitatoris Generalis ob necessitatem æris alieni, quod consistebat in capitale census bullalis, & nulli erant census decursi, subsistat, an verò sit nulla, & quæ requirantur in alienatione bonorum Ecclesiæ ad intellectum extrauag. ambitiosæ. Et quando dicatur æs alienum vrgere, & vtilitas euidens. Et multa ad intellectum multarum constitutionum Summorum Pontificum concessarum Regularibus.

CONSILIVM LXX.

IESVS MARIA.

NVllitas tentata per Reuerendum Custodem, Hyconomum, & Procuratorem Conuentus Sancti Francisci de Ciuitate Tauromenij, illius contractus alienationis olim initi inter Fr. Iosephum Aucello, in dicto Conuentu tunc Custodem, quatuorque alios Fratres ex vna, & Auguſtinum Spucches ex altera, per acta Notarij Mariani Archidiacono sub die 30. Decemb. 1583. solidissimis fundamentis subsistetur, rectèque petitur hodie, quod habito pro nullo, & si quis est, pro rescisso prædicto contractu alienationis, condemnetur, & cogatur V. I. D. Franciscus Corualaia loci alienati possessor, illum restituere vna cum fructibus à die indebitę occupationis, vsque ad diem restitutionis fiendæ, non obstante, quod locus prædictus iure prothomiseos contiguitatis fuerit in anno 1588. per ipsum Franciscum, & Consortes adiudicatus.

Neminem namque latet, absolutissimi
1 iuris esse, bonorum Ecclesiasticorum alienationem omni iure prohibitam esse, nisi duo concurrant, iuxta mentem *Extrauag. Ambit. de reb. Eccles. non alien.* Causa scilicet, & Sollemnitas; *DD. in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. vbi Laur. de Rodul. nu. 17. Soc. cons. 15. nu. 1. vol. 1. Seraph. decis. 278. & decis. 508. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Molin de contract. disput. 468. Sarmient. de reddit. b. Eccles. part. 1. cap. 2. Caualc. decis. 45. num. 33. part. 1. Ann. cons. 38. vol. 1. Surd. cons. 245. nu. 2. Camill. Torret. cons. 91. num. 1. & sequ.* qui testatur omni iure bonorum Ecclesiæ alienationem prohibitam esse, Diuino scilicet, Canonico, & Ciuili, ibique Summorum Pontificum constitutiones omnes recenset, vsque ad Pij Quarti tempora anno 1565. & ita pluries fuisse decisum in Rota Luccens. testatur *Conaz. decis. 67. & decis. 74.* & pariter in Rota Rom. testatur *decis. 206. 210. & 596. Ricc. collect. decis. Farin. 996. Intrigl. decis. 45. nu. 21.* & non probata vera sollemnitate, atque causis, necessitatis, & vtilitatis, alienatio nulla est, refert *Mart. Rot. Pisan. vot. 86. Ricc. collect. 511.* Hæc autem duo requisita copulatiuè desiderantur in rei Ecclesiæ alie-
2 natione, adeo, vt vnum sine altero concurrere satis nec sit, & ex eis alterum deficiens, alienationis contractum irritat, & annullat. *cap. 1. de reb. Eccles. non. alien. in 6. & Clem. 1. eodem tit. & præter supra alleg. Dec. cons. 142. nu. 4. Rebuff. cons. 109. Honded cons. 31. nu. 13. 14. & 43. vol. 2.* communem, ac veram dicit *Caualc. decis. 46. num. 4. part. 1. decis. 39. num. 31. & sequ. & decis. 40. nu. 7. & 8. part. 2. Franc. decis. 35. num. 8. & 9. Lanar. cons. 50. col. 1. Capic. decis. 105. & 113. num. 8. Rimin. iun. cons. 364. nu. 55. vol. 4. Vin. decis. 145. num. 20. Paris. cons. 24. num. 2. vol. 4. & ita decisum in Rot. Florent. testatur Magon. decis. 69. & quamplures relati à Ricc. in prax. Episcop. tit. de alien. rer. Eccles. resol. 12.*
3 *num. 1.* Immò rem taliter alienatam retinens, vti malæ fidei possessor, ad fructuum restitutionem tenetur, *cap. nulli liceat. 12. quæst. 2. Osasc. decis. 160. nu. 2. Balb. decis. 203. Rot. diuers. decis. 14. nu. 2. part. 1. & decis. 246. nu. 4. part. 2. Surd. decis. 249. nu. 2. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 8.*

4 Quod autem disponitur in alienatione, procedit etiam in concessione ad emphiteusim, *ad text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. Surd. d. cons. 245. num. 7.* & quæ di-
5 sponuntur de bonis Ecclesiæ, locum etiã sibi vendicant in bonis Hospitalis, *ex Mãtic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. num. 69. Rot. Rom. in decis. 13. penes Benint.*
6 Idem dicendum in bonis Confraternitatis,

tis, quia inter loca pia connumeratur. *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 93. part. 2. Barz. decis. eiusdem Rot. Bononiens. 117. Mastrill. decis. 110. num. 15. & sequ. Ricc. in d. collect. 511. qui alios refert in sua prax. Episcop. in d. tit. de alien. rer. Eccles. resol. 45. amplians in num. 8.* etiam, quod confraternitas non sit erecta Episcopi authoritate. Ex eo forsan motus, ex quo dispositionem extrauag. ambitiosæ, procedere in alienatione omnium piorum locorũ, voluere *Abb. in cap. nulli in fin. eod. tit. de alien. rer. Eccles. Paris. cons. 34. vol. 4. Felin. cons. 12. & in cap. de quarta de præscript. Dec. cons.* 7 *22. & 158. vol. 1.* Sic pariter dicendum in alienatione de Ecclesia in Ecclesiam, *Quarant. in summ. Bull. tit. de alien. rer. Eccles. num. 15. & 29. Triuis. decis. 56. part. 2. Ricc. d. collect. 511. & in d. prax. Episc. in d. tit. de alien. rer. Eccles. resol. 35.* In hac 8 autem rei Ecclesiasticæ alienatione, vtrunque defuit, non enim causa, neq; sollemnitas interfuit; est siquidem causa cur bonorum Ecclesiæ permittatur alienatio, vel vrgens, ac necessitas imminens, vel euidens vtilitas, *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodem. tit. Rebuff. eod. tit. nu. 9. Couar. var. resol. d. cap. 17. nu. 2. Dec. cons. 142. Cornaz. d. cons. 74. num. 1. Mart. d. vot. 86. Ricc. in d. prax. vbi supra in princ.* At hic nulla potest vrgens considerari necessitas: non enim pro ære alieno exsoluendo fuit facta loci venditio, quãdoquidem nullum fuit per emptorem exbursatum prætium, sed illud accollatum in tot capitalibus bullalibus, quorum capitalium creditores contra ipsius Ecclesiæ bona minimè poterant agere, decreuit namque Summus Pontifex in ipso textu Bullæ, capitale siue sortem demortuã esse 9 debere, & eò magis, cũ illud dicatur vrgere, quod cogit, & astringit Ecclesiam ad soluendum, & sic, quod sit Creditor de præsenti, & qui verè instet assiduè, ad *tex. in l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eor.* ibi si modo vrgeat creditor: est enim vrgere comprimere, atque impellere, ita in puncto *Menoch. de arbitr. iudic. cas. 171. nu. 7. & 8. Rol. à Vall. cons. 60. nu. 2. & 3. vol. 4. allegat multos, & post eos Ball. super Bull. quæst. 30. num. 15. & 16. & etiam in puncto Caualc. d. decis. 4. nu. 9. vers. & illa causa soluendorum melioramentorum. part. 2.* 10 vbi debitum, pro quo pendebat dilatio, & adhuc non erat maturatum, dicit non vocari vrgens, ac proinde non posse Ecclesiam pro eo bona alienare, & fortius hic, cum Ecclesia non cogebatur ad reluendum, & redimendum capitale, cũ volens tm̃ poterat redimere, & maximè cum neque tarenus vnus debebatur pro censibus decursis, immò census decurrendos per octo menses post alienationem se obligarunt Monaci soluere, vt ex ipso actu venditionis apparet.

Non obstat dicere, quod quia erat de- 11 bitum sub vsuris, ideo dicendum erat imminere æs alienum, ex *d. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eor.* quoniam respondetur, textum prædictum, & Doctores loqui in debito, quod parit vsuras, & potest peti simul cum vsuris, vt videri possunt, at hic non sumus in debito, sed in capitale, quod est demortuum, & nullo iure potest peti. Præterea tempore venditionis nullæ erant decursæ vsuræ, vt probauimus, immò & ipsæ per octo menses post venditionem fuerunt solutæ per Ecclesiam, & sic neque vsuræ, neque debitum tempore venditionis imminebant.

Nec minus obstat, si dicatur illam ven- 8 ditionem factam fuisse pro conseruatione aliorum bonorum, si enim nihil ex vsuris debebatur, nihil etiam timendum erat. Addo, & fortius locum venditum fuisse maioris redditus, quàm census soluendi, singulis annis, eiusque redditus in futurum valde satis augeri poterant, vt inferius clarissimè demonstrabitur. Nulla igitur est habenda reparationis ratio, quę tunc demum considerabilis esset, quando vẽderetur prædium prorsus inutile, quod nullius esset redditus pro tollendis debitis, quæ in futurum possent absorbere alia bona, quod asserere præsenti in casu erroneum est.

Nec pariter in alienatione prædicta, euidens interfuit vtilitas, etenim quando prædium alienatur sine necessitate, sed 12 pro euidenti Ecclesiæ vtilitate, tunc ad cognoscendam vtilitatem ipsam, vtrunq; tempus considerabile est: tempus scilicet alienationis, & sic, quod negotium fuerit vtiliter ceptum, & tempus futurum, scilicet, quod etiam in posterum erit eiusdem vtilitatis, quod secus est in venditione facta pro necessitate, tunc enim sufficit tẽpus alienationis attendere, quod Ecclesia iusto prætio alienauerit, *glos. penultima in princ. in d. §. sine exceptione. 12. quæst. 2. ita distinguunt Geminian. & Archidiac. in d. §. sine exceptione. quos refert. & sequitur Lanar. cons. 50. nu. 6. Fab. de Ann. cons. 36. nu. 34. & post omnes Mart. d. vot. 86. nu. 5. & 10. & hanc distinctionem sequitur Ricc. in tit. de alienat. rer. Eccles. resol. 14. in princ.*

At

At hic Ecclesiæ vtilitas euidens nec alienationis tempore, nec etiam hodierno inspicitur, siquidem ex ipso alienationis contractu, in quo pars aduersa se fundat, satis abundè constat, locum prædictum fuisse prætij vnc. 65. & fuisse venditum pro vnc. 80. & sic pro vnc. 15. plus de eo quod valebat, sed veritas est, non vnc. 15. Ecclesiam superlucratam esse, sed vnc. 9. tantum, vt ex ipso contractu apparet, soluerunt enim Patres census accollatos per emptorem per alios menses octo post venditionem, qui ascendunt ad summam vnc. 5. taren. 20. Ac etiam tenentur dare copiam contractus ratificati ad eorum expensas, quæ saltim importat taren. 10. quæ pecuniæ in totum capiunt summam vnc. 76. idcirco vnc. 9. tantum superlucrati sunt. Illud autē dicitur in euidentē 13 vtilitatem tendere, quando Ecclesia de re sua percipit decem, & concedit per centum, vt videre est ex notabili *decis. Feder. de sen. cons.* 290. *& post alios Mart. d. vot.* 86. *nu.* 9. quod, cùm hic considerari minimè potest, est verum dicere alienationem non fuisse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ.

14 Secundò, tunc dicitur in euidentem Ecclesiæ vtilitatem alienatio facta, quādo alienatur res infructuosa, sterilis, inundata ab aquis, siluosa, & similis, *Canalc. d. decis.* 45. *nu.* 34. *lib.* 1. sed hic locus cōsistebat in frondibus sicomorum, terreno seminatorio, aqua, cisterna, & alijs: ideoque illa sequitur iuris conclusio, quod alienatio loci fructiferi, dicitur in damnum Ecclesiæ, *Grott. cons.* 414. *lib.* 3. *Canalc. d. decis.* 45. *num.* 46.

Tertio, non ex assertione, & relatione extimatorum constat, locum ipsum fuisse valoris dictarum vnc. 65. sed ex ipsorummet venditorum assertione, & nihilomi- 15 nus clarum est de iure, quod de prætio alicuius rei debet constare ex relationibus per extimatores particulariter fiendis, per actum separatum, vel quod saltim extimatores ipsi eodem in actu cum iuramento de prætio testentur, quia tunc idem essent, ac si per extraneum actum testarentur: parum igitur profuit venditorum assertio in ipso alienationis contractu, quæ nec vllam fecit præsumptionem, si doctrinæ *Abb.* deferendum est, in *cons.* 41. *col.* 1. *lib.* 1. *Octau. decis. Pedam.* 172. *Menoch. qui multos refert. cons.* 41. *vol.* 1. *lib.* 1. *& post eum Honded. cons.* 31. *nu.* 28. *& 29. vol.* 2. *Alex. cons.* 17. *col.* 2. *lib.* 4. *Grām. decis.* 79. *nu.* 19. *Socc. cons* 29. *nu.* 29. *lib.* 1. *& cons.* 52. *nu.* 6. *lib.* 4. *Bolognin. cons.* 33. *Cornaz. decis.* 74. *num.* 2. Iuris namque est, assertionem in- 16 ter personas prohibitas non probare, præsertim in sollemnitatibus, quibus per partes non potest renuntiari, *l.* 1. *in fin. ff. de minor. Canalc. decis.* 45. *part.* 1. *num.* 32. *Honded. num.* 29.

Quarto, licet hodie sint testes producti per partem aduersam, tamen ex ipsismet testibus apparet, alienationem fuisse factam in damnum, & non in Ecclesiæ vtilitatem, aliter enim testantur de prætio frondium sicomorum, quàm constet per acta publica, quibus frondes ipsæ vendebantur quotidie, & sic cum sit falsa ratio, qua moti sunt testes ad rei valorem probandum, dicendum est, veram esse iuris conclusionem, quod ratio in teste dimi- 17 nuit, & auget eius dictum, ipsa enim ratio tantum attenditur in teste, non autem eius dictum, ex *Alb. cons.* 266. qui allegat quotas, immò ex ipsis publicis instrumentis, & ex dicto ipsorum testium ex aduerso apparet, quod consideratis soli frō- dibus ipsius loci, prætium ascendit ad sūmam vnc. 100. cum frondes ipsæ fuerint redditus vnc. 5. singulis annis, & qñ res talis est, ex qua redditus potest percipi, vt sunt fundi araticij, vineæ, prata, frondes, 18 & alia huiusmodi, tunc ex redditu iudicatur eorū prætium, *l. si fundū per fideicōm. ff. de leg.* 1. *l. si quos. C. de rescind. vend. Surd. cons.* 151. *num.* 70. asserens redditus dari ad quinque pro centum; solæ itaque frondes important vnc. 100. Item ipsimet testes ex aduerso extimant terras seminatorias esse quinque tuminos, quos extimant pro vnc. 8. & sic pro pretio vilissimo: vnde sublatis illis vnc. 6. pro rata censuum, & expensis copię dicti contractus, si frondes summam capiunt vnc. 66. taren. 20. totum prætium importat vnc. 103. tar. 20. si verò attendimus dispositionem iuris, qua disponitur redditus vnc. 5. importare prętium vnc. 100. erit in totum prętiū loci vnc. 137. qui cum appareat venditus pro vnc. 80. fatendum est, non solum non fuisse venditum in Ecclesiæ vtilitatem, verūm etiam, & in eius euidentissimam læsionem. Si autem exinde futuri temporis euentum inspiciamus, dolere sanè debemus, tm̄ Ecclesiæ damnum in venditione prædicta adesse, deponunt namq; testes ex aduerso super tresdecim cap. Stabilia illa supra modum aucta fuisse hodie, tum quoad redditum, tum etiam quoad prætium, quæ si tunc temporis pro vnc. 80. fuere alienata, hodie tamen sunt valoris

vnc.

vnc. 320. Quapropter non solum non vtile fuit pro Ecclesia gestum negotium in venditione, sed illi prorsus damnosum.

Ex quibus breuissimè ostendisse credimus, non in vrgentem necessitatem, sed nec in euidentem vtilitatem, quin immò in perniciem, & manifestam Ecclesiæ læsionem stabilia fuisse alienata: & hoc ex sola testium contrariorum attestatione. Quod comprobatur etiam ex testibus ex parte Cõuentus productis; probant enim ipsi locum fuisse prætij, & valoris tempore venditionis satis vltra vnc. 200. qui testes minutatim deponunt de ipso loco, videlicet, fuisse saccos 80. frondium, ad taren. 3. quolibet sacco, item tuminos 8. terreni seminatorij ad vnc. 5. pro quolibet tumino, & sic de alijs, prout specialiter, & particulariter, ex eorum tenoribus
19 est videre, qui cum deponant de valore loci, meritò rationem reddidere specificam, prout tenebantur, & ideo ipsis magis, quàm alijs credendum est, ex latissimè adductis per *Alb. in d. cons.* 299. Si demus ergo (quod expresse negatur) imminuisse necessitatem, attamen Ecclesia,
20 quando alienat ex causa necessitatis, nullũ debet pati damnum, sed debet alienare pro iusto prædij valore, *Gemin. d. cap. sine exceptione. col.* 2. *Lanar. d. cons.* 50. *nu.* 7. *Caualc. d. decis.* 45. *num.* 36. *vers. & ideo. lib.* 1.

Reliquum est igitur ostendere, in prædicta alienatione, nec vllam interuenisse
21 sollemnitatem; etenim in primis, quod procedat tractatus, necesse est, & de hoc constare debet ante alienationem. *Maluac. cons.* 55. *num.* 15. *Ricc. in d. prax. Archiep. resol.* 48. *nu.* 4. *Caualc. d. decis.* 45. *nu.* 28. *& decis.* 46. *num.* 43. *part.* 1. *& decis.* 40. *num.* 7. *part.* 2. qui si omittatur, alienatio est nulla, *cap. sine* 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. lib.* 6. *Feder. de sen. cons.* 29. *num.* 2. *& cons.* 100. *nu.* 3. *Alex. d. cons.* 17. *lib.* 4. *num.* 5. & iste tractatus debet fieri, & apparere in instrumento separato ab alienatione, alias ea non valet, *Alex. d. cons.* 17. *num.* 5. *& 6. lib.* 4. vbi *Apostill. in verb. Monasterium.* dat concordantes, qui tractatus hic non apparet. Secundò, debebat interuenire consensus Summi Pontificis, *d. extrauag. ambit. de reb. Eccles. non alien. Caualc. decis.* 45. *num.* 26. *vers. & primò. & decis.* 40. *num.* 8. *Ricc. in d. prax. Archiepisc. part.* 1. *resol.* 14. *nu.* 6. immò in *resol.* 12. asserit, non solum alienationes esse nullas, sed contrahentes esse excommunicatos, *Vinc. de Franc. decis.* 163. *num.* 11. *Ludou. decis. Rot. Rom.* 52. *Quarant. in summ. Bull. d. tit. de alien. rer. Eccles. num.* 34. *ampliat.* 18. *Mastrill. decis.* 77. *num.* 8. nec Episcopi consensus valet, *Ricc. in eod. tit. resol.* 60. *num.* 2.

Non obstat dicere, quod per Bullam
22 Clementis Septimi anno 1531. sit derogatum dictæ extrauag. ambitiosæ, communiter vocata la Paulina, quæ fuit facta per Paulum Secundum, & quod per dictam Bullam Clementis Septimi possent Generales, & Prouinciales alienare: quoniam respondetur primò, quod Bulla Clementis Septimi decreuit, alienationes fieri cũ consensu duarum partium ipsorum Fratrum, qui consensus hic non interfuit, & per consequens non est adimpleta forma dictæ bullæ. Secundò, requiritur authori-
23 tas Generalis, vel Prouincialis, quæ hic non interuenit, sed authoritas Visitatoris Generalis Prouinciæ, cuius authoritas est ad corrigendum, visitandum, & reformandum, non autem ad consentiendum alienationi, in puncto *Feder. de sen. cons.* 29. *num.* 2. *vers. item quia Visitator.*
24 Tertiò, post Clementem Septimum successit Paulus Tertius, & inde Paulus Quartus, & inde Pius Quartus, quos refert *Camill. Borrell. d. cons.* 91. *col.* 1. Qui omnes confirmarunt dictam extrauag. factam per Paulum Secundum, & miror quomodo quidã modernus possit asserere, quod dicta extrauagans nõ stat in vsu in Italia, in qua etiam contrarium asserit *Caualc. d. decis.* 45. *nu.* 27. *& decis.* 43. *nu.* 17. quod dictæ constitutiones sunt in vsu per totam Italiam, & præcipuè illa Pauli Quarti edi-
25 ta de anno 1555. & inquit, quod præsumuntur, semper fuisse in viridi obseruantia, & contrarium dicenti, incumbit onus probandi, *alleg. Rot. Bononiens. decis.* 13. *& multos DD. Rodoan.* sibi contrarius *tit. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 58. *sub. nu.* 25. *Facchin. qui alios refert. lib.* 10. *controu. iur. cap.* 98. *in princ.* & opinionem contrariam inquit procedere, quantum ad pænam excommunicationis, ex *Sarmien. de reddit. Ecclesiast. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 20. & in Regno nostro, & præcisè in hac Vrbe, quod stent in viridi obseruantia dictæ Constitutiones Pauli Secundi, Tertij, & Quarti, est notum omnibus, cùm infinitæ sint in Archiuio sententiæ pro Reuerendis Patribus Sancti Placidi, aliorumque Conuentuum.

Nec illa probatio, quod non est in vsu in ciuitate Tauromenij, est habenda in consideratione, quia illa est parua Ciui-

tas,

tas, & olim subdita Vrbi Messanæ, & sufficit, quod in hac Vrbe obseruetur, quia Conuentus in dicta Ciuitate vix habent, vnde commodè viuant, ideoq; non potest tractari de consuetudine, immò nec valet consuetudo in contrarium, ex *Caualc. d. decis.* 39. 40. 45. & 46.

Præterea post Clementem Septimum, Paulum Tertium, & Quartum, & alios Summos Pontifices fuit vltimo loco con-
26 cessa Bulla Regularibus per Gregorium Decimum tertium, quæ fuit nouissima, per quam infrascriptæ requiruntur sollemnitates; Primò, Tractatus: Secundò, quod habeatur diligens inquisitio, & informatio, à duobus, vel tribus secularibus, & illis quidem probis viris ex locis in quibus bona sunt sita; Tertiò, quod alienatio tendat in euidentem vtilitatem, vel fiat pro vrgenti necessitate: Quartò, quod concurrat consensus duarum partiũ Fratrum; Quintò, & vltimò, quod de his omnibus fiat processus per Notarium. Inde verò constito de prædictis, procedatur ad alienationem, subsequuto cõsensu Prouincialis, vel Generalis. Itaque cum præmissa in præsenti casu non fuerint adim-
27 pleta, contractus est ipso iure nullus vnà cum assertis licentijs, & decretis à Prouinciali, *Conar. d. lib. 2. var. resol. cap.* 14. *num.* 2. *Mart. qui multos refert. d. vot.* 86. *num.* 14. Igitur esto, quod constaret de causa necessaria, vel vtili, prout vanitas est hoc asserere, tamen, cum non constet de sollemnitatibus, contractus est ipso iure nullus, vt per Doctores supra allegatos latissimè fuit comprobatum. Ex quibus omnibus intrepidè concludo, V. I. D. Franciscum Coruaia fore condemnandũ, etiam ad restitutionem fructuum perce-
28 ptorum, cum annulletur contractus, & hoc non solum à die litis contestatæ, verũ etiam à die, quo locus penes ipsum peruenit, vsque ad diem restitutionis, *Soccin. cons.* 29. *in vltim. dub. vol.* 1. *Caualc. d. decis.* 45. *num.* 66. *part.* 1. & *decis* 39. *ante num.* 44. *part.* 2. *Grammat. decis* 79. *nu.* 4. & *sequ. Mart. d. vot.* 86. *in fin.* & etiam benefacta acquiruntur Ecclesiæ tanquam facta in solo alieno, *l.* 2. *ff. de rei vendic. l. quia domum. ff. ad l. Aquil. Surd. cons.* 333. *num.* 44. *Ricc. in d. loco resol.* 63. *num.* 5. & licet intelligatur contra eum, cui fuit facta concessio, eiusq; hæredes, tamẽ ipse non potest dicere se tertium possessorem,
29 cùm iure prothomiseos sibi locũ adiudicauerit à primo emptore, qui per retractũ dicitur fuisse ingressum locum dicti emptoris, *Surd. cons.* 424. *num.* 19. *lib.* 3. & *post eum Costa de portione rat. quæst.* 100. *num.* 14. *Giub. posthæc decis.* 55. *num.* 2.

Adhuc tantum remanet respondere
30 *Rodoano in Tract. de reb. Eccles. non alienan.* qui dicit, prætium esse considerandum tempore contractus, & non tempore petitionis; cui respondetur primò, quod eius dictum potest procedere, quando venditur ex causa necessitatis: vel quod sit intelligendum secundùm legem quam allegat iuxta notata per *Bart. l. non solum. §. liberationis verbo. ff. de liber. leg. Caball. de euict. §.* 4. *num.* 28. *Benintend. decis.* 85. *num.* 16. *Rolan. cons.* 95. *num.* 9. *lib.* 3. & cum alleget *tex. in l, si voluntate. C. de rescind. vend.* qui loquitur in venditione rei profanæ, non potest eius dictum habere locum in venditione rei Ecclesiasticæ, cum de illa loquatur *text & glos. in c. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *Geminian. Archid. Fab. de Ann. Mart. & alij in specie.*

Præterea dictis Doctoribus tanquam distinguentibus, & magis adhærentibus ipsi veritati credendum est, *Salic. l. filiæ. licet. C. famil. Erciscund. & comm. Doct.*

Messanæ, sub die 11. Aprilis, vij. Indict. 1609. Fuit decisum in fauorem Clientis per Regiam Curiam Straticotialem, & confirmauit Magna Regia Curia die 27. Nouembris 1610. per quam fuit declaratus contractus nullus, & si aliquis est pro rescisso, & condemnatus V. I. D Franciscus Coruaia ad restitutionem prædij vnà cum fructibus à die litis contestatæ.

SVMMARIVM.

1 *Societas coniugalis introducta per Cap.* 1. *Statut. Nob. Vrb. Messanæ, natis filijs statim, & incontinenti dicitur contracta, & inter eos ipso iure transfetur dominium, nu.* 2.

3 *Societas prædicta locum habet, etiam si filius ex inciso matris vtero nascatur. ratio. nu.* 4.

5 *Posthumi natiuitate, etiam Statutariæ huic societati locus est. ratio nu.* 6.

7 *Tertium filiale, & paternum, filijs à Statuto delatum, etiam cum fructibus competit à die mortis patris.*

8 *Societas hæc communicat omnia bona, etiam illa quæ pater abutendo nondum natis filijs alienauit.*

9 *Societas prædicta sub conditione casuali introducta censetur, scilicet casu quo filij nascentur.*

10 *Conditio casualis retrotrahitur, etiam in alterius præiudicium. nu.* 11.

12 *Retrotractio non habet locum quoad dominium, quia illud non potest stare in pendenti.*

13 *Vxori filios non habenti, prohibita est suarum dotium alienatio, ex dispositione Statuti Vrbis Messanæ sub cap. 14.*

14 *Filijs competit reuendicatoria aduersus bona alienata per patrem abutendo, & hoc quo ad eorum tertium.*

15 *Filij legitimati per subsequens matrimonium, bonorum communionem operantur à die natiuitatis, non desponsationis matrimonij, etiam in præiudicium tertij.*

16 *Spes incerta in communione omnium bonorum non venit, ratio, num. 17.*

18 *Vltima voluntas est deambulatoria vsque ad mortem.*

19 *Referens se ad aliquem actum, intelligitur se velle conformem reddere dispositioni illius actus.*

20 *Tertium vxori competens, loco dotis est subrogatum, eiusque omnia priuilegia continet.*

21 *Mater de stabilibus testari prohibetur per Statutum Vrbis Messanæ, & ea mortua ad filios pertinet. Et neque ad pias causas testari valet, num. 25. ratio, num. 26. Nec etiam inter viuos disponere, num. 27. Fallit, num. 30.*

22 *Verbum [cedunt] actum inter viuos denotat, Et à matre prolatum, donationem inducit num. 23.*

24 *Stabilia filijs, à statuto deferuntur, non à matris dispositione.*

28 *Stabilia æqualiter ad filios pertinent ex dispositione dicti statuti, nec inæqualiter potest mater in eos disponere.*

29 *Dispositio, quæ ad plures dirigitur, æqualiter omnes comprehendit.*

31 *Vocatus per fideicommissum. vel aliter, potest agere viuente adhuc grauato, vt adueniente die sibi res restituatur; & declaratur contraria opinio.*

32 *Contrahentes possunt reuocare ea, quæ inter eos egerunt, quando nulli fuit ius quæsitum.*

ARGVMENTVM.

Societas coniugalis iuxta dispositionem Statuti Vrbis Messanæ, quando, & quomodo per natiuitatem filiorum inducatur. Et quæ bona veniant confundenda. De stabilibus an possit mater disponere, & an ea competant filijs pro æquali portione,

CONSILIVM LXXI.

IESVS MARIA.

PEtruccius Adornetto, in suo testamento, sub quo diem clausit extremum, Graczullam eius filiam hæredē scripsit vniuersalem, ex eo genitam, & ex Catherina, cum qua, iuxta Nobilis Vrbis Messanæ consuetudinem, matrimonium contraxerat, & in eodem testamento præfatæ Catherinæ vxori dotes, ac dotarium solui iussit, quæ exinde fuerunt ei per Tutores Grazzullę solutæ, cuius hæredes, in quos stante morte præfatæ Grazzullæ Actricis transfusum fuit iudicium, de duobus aduersus Catherinam litem mouere: Primò namque petiere binas portiones Grazzullæ competentes, Filialem scilicet, & Paternam: Secundò, quod ex nunc pronunciandum sit medietatem bonorum stabilium post mortem Catherinæ ad eos pertinere. Et ita fuit per Arbitros decisum, quibus causa fuit commissa, virtute Cap. Regis Caroli 85. disponentis, quod causæ inter personas coniunctas compromittantur: & summo quidem iure fuit ita pronunciatum, siquidem decreuit *text. in cap. 1. consuet. Nob. Vrb. Messan.* quod natis filijs bona confundantur, & tripartiantur, quarum altera pars Patri, altera Matri, altera verò filijs debeatur. Itaque natis filijs statim, & incontinenti dicitur lata sententia, ad *tex. in l. in crimin. C. de iurisdict. omn. Iud. glos. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & plenè Bart. in l. Imperator. ff. de iur. fisc.* Ipsoque iure inter eos dicitur translatum dominium, nullo hominis ministerio, *Molin. disput. 411. nu. 6. & probat. tex. in l. 1. ff. pro Soc. & nouissimè meminit Giurb. in cōment. ad stat. Vrb. Messan. cap. 1. glos. 5. num. 8.* Et hæc statutaria bonorum confusio, siue societas, locum sibi vendicat, etiam si filius ex secto matris ventre nascatur, *Nepit. consuet Catin. tit. 3. nu. 56. Intrigl. sing. 269. lib. 1.* quamuis enim mater peperisse non dicatur, ex *text. in l. anniculus. §. fin. ff. de verb. signif. Franc. Marc. decis. 168. num 4.* partum tamen violenter cū anima ad lucem extractum, à natis nihil differre, censuit *Ball. in cons. 128. vol. 1. Felin. in cap. sicut. num. 5. de homic.* & propriè natus dicitur, etiam in odiosa materia. *Gabr. cons. 55. num. 8. & 10. vol. 1. & adnotauit postea Giurb. in d. comment.*

5 *comment. cap.* 1. *glos.* 4. *num.* 25. Quam conclusionem ampliari placuit, *Nep. in d. tit.* 3. *num.* 58. etiam si filius patre præmortuo nascatur, idemque voluit *Muta super consuet. Panormit. cap.* 43. *num.* 34. *Gamm. decis.* 325. *circa fin. & sequutus est Giurb. in d. cap.* 1. *glos.* 4. *num.* 79. ea mo-
6 ti ratione, quia natiuitas ad præambulũ tempus retrotrahitur, *l. intelligendus. ff. de verbor. signif. l. antiqui. C. si pars hæred. pet. Pinell rubr. C. de bon. mat. part.* 2. *num.* 36. *Viu. decis.* 82. *nu.* 10. *quicquid dicat Intrigl. sing.* 347. *lib.* 1.

Paterna verò portio Grazzullæ competit, ex dispositione Petruccij patris testantis, & ex statuti sub cap. 5. dispositione; statuentis, quod si pater testatus decesserit, eius standum sit testamento.
7 Nec est dubium, portiones prędictas cum fructibus competere à die mortis ipsius Petruccij, *l. non est ambiguum. vbi Bald. & DD. C. famil. Erciſc. Alex. conſ.* 88. *nu.* 5. *vol.* 6. *Boer. Corn. Rip. & alij, quos ſequitur Nep. d. conſuet. Catin. vnic. tit.* 3. *nu.* 21. *cum pluribus ſequ.*

8 Et prædicta omnia procedunt etiam quo ad bona, quæ pater abutendo alienauit, nondum natis filijs, quasi quod ex tunc coniugalium bonorum societas per-
9 fecta fuerit. Huiusmodi namque societas sub conditione casuali contracta censetur casu quo filij nascentur, non enim procreatio ex voluntate hominis, sed Dei procedit, quemadmodum testatur Diuus Ioannes in Euangelii initio. & alios retuli in
10 *conſ.* 66. *nu.* 40. & proinde retrotrahitur *Galganett. de cond. & demonſtr. part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 85. *num.* 2. & 3. *Rimin. iun. conſ.* 529. *num.* 50. *Bart. & alij in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. quęſt.* 5. *& Bolognin.*
11 *num.* 305. etiam in alterius præiudicium, *l. ſub conditione. ff. de ſolut. l. potior iuncta. l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab. Grauet. conſ.* 439. *nu.* 7. Nec videtur verum,
12 quod dominium stat in pendenti, & in eo non potest dari retrotractio, ex *Bart. & alijs relatis à Mart. vot.* 9. *num.* 56. nam
13 talis societas dicitur contracta dispositione statuti, & vxori prohibita est alienatio, vt ex *Statut. ſub cap.* 14. vbi mulieri non habenti filios, non permittitur alienatio dotis, neque marito, ergo marito debet esse prohibita, ne iudicentur ad imparia, & ne fraudetur vxor dote sua, & bo-
14 nis suis, & possunt agere filij ad rei alienatæ recuperationem, sicut in fideicommisso, ex late adductis per *Peregr. in tract. de fideicomm. art.* 22. *Bald. conſ.* 472. *vol.* 4. *Tuſc. concluſ.* 298. *nu.* 4. *lit. S. Maſtrill. deciſ.* 75. *num.* 3. *Muta conſuet. Panorm.* 46. *num.* 32. *Giurba in comment. ad ſtatut. Vrb. Meſſan. poſthæc impreſſ. cap.* 1. *glos.* 5. *nu.* 36. *& ego in d. conſ.* 66. *nu.* 71. *vbi alios memini.* Eo magis, quod ante ius quæsitum emptoribus, constabat de huiusmodi societate, quæ pendebat à fortuna, videlicet ex natiuitate filiorum, & in simili *Ceſal. in*
15 *conſ* 591. *nu.* 14. inquit, legitimatos per subsequens matrimonium operari communionem bonorum à die natiuitatis, nõ desponsationis matrimonij, cum lex fingat, mulierem illam legitimam fuisse vxorem, à primordio, & tempore conceptionis filiorum, *Menoch. conſ.* 227. *num.* 11. *Surd. conſ.* 369. *num.* 23. etiam in præiudicium tertij, quando ante ius quæsitum, legitimatio aliquod habuit initium, quẽadmodum hoc in casu, quia societas habuit initium, & pendebat à futuro euentu, & secundũ hanc opinionem fuit aliàs decisum per Regiam Curiam Straticotialem in causa Iacobi, & Tansullę Giardina, cum Angela de Alexandro, vt dixi plenius *in d. conſ.* 66. *nu.* 28. Verùm, quia Paulus Camarda auus maternus obijt post præfati Petrucij mortem, & sic iam resoluto matrimonio inter ipsum, & Catherinam, esset profecto dubitandum, an illa bona
16 venirent in communione, ac si viueret Petruccius, & in hoc non insistimus, cum verè non veniant, quia spes incerta non venit in communione omnium bonorum, *Nepit. d. conſuet. tit.* 3. *nu.* 17. *cum ſequ. Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. nu.* 10. *Alex. nu.* 5. *Suarez. in collect. comm. opin. in ver. bona futura. num.* 38. vbi dicit com-
17 munem. Spes enim filiorum, quoad hæreditatem, etiam paternam, nec in dispositionem venire potest, *Laderch. conſ.* 133. *num.* 9. *qui refert alios*, & spes succedendi in filio, nec in legitima vllo modo consideranda est, *l. post emancipationem. vbi Bart. ff. de liber. leg. Torniol. conſ.* 12. *num.* 1. & in agnatis neque actu, neque spe, si de successione ab intestato tractetur. *Bart. d. l. is poteſt. num.* 6. *& ibi Iaſon. num.* 1. *Pariſ. nu.* 7. *Alex. col.* 2. *Honded. conſ.* 1. *nu.* 69.
18 *vol.* 2. & vocatur spes vana, cum sit deambulatoria voluntas hominis, vsque ad extremum vitæ exitum, *l.* 4. *ff. pro ſoc. & multa cumulat Giurba poſt hæc ſcripta ſuper conſuet. Meſſanæ. cap.* 1. *glos.* 3. *part.* 1. *nu.* 64. 65. *& 66.*

Nec opitulatur consideratio illa, quod Petruccius in testamento, Catherinę vxori dotes reliquerit, quas exinde Tutores

19 assignauere, maritus enim eas reliquit iuxta formam matrimonialis contractus; habuit itaque relationem ad contractum, qui erat ad vsum Messanæ celebratus, *Turret. cons. 95. vol. 1. Surd. cons. 162. Milan. decis. 1. lib. 2.* cuius dispositione tertium tantum vxori competebat, idemque fuit reliquisse dotes, iuxta formam contractus ac si reliquisset tertium, quod est loco do-
20 tis subrogatum, & habet omnia dotis privilegia, *Imol. in d. cons. num. 35. vsque ad fin. Muta consuet. Panorm. 43. nu. 59. consuet. 46. num. 31. Giurb. post hæc super consuet. Messan. cap. 1. glos. 11. part. 1. nu. 1. & ego in cons. 15. num. 19.*

Quod autem attinet ad propositam me dictatis bonorum stabilium petitionem, nemo est, qui neget, illam solidissimis
21 substineri fundamentis, nulloque pacto de eis posse matrē testari: fuerunt namq; ea filijs à statuto delata, *Abb. cons. 63. nu. 47. lib. 1. Cauagnol. ad decret. Montisferr. 74. §. 4. quæst. 7. Thesaur. decis. 34. nu. 2. decis. 150. nu. 17. Tusc. lit. T. conclus. 104. num. 33. & 35.* eo magis, cum textus vsus
22 fuerit verbo illo [cedunt] quod actum inter viuos denotat, ex *glos. in l. idemq;. verb. cesserit. ff. de seru. Vrban. præd. & in simili dixit Osasc. decis. 20. nu. 1. & sub num. 7.*
23 quod quando est á matre prolatum, donationem inducit, *Ann. alleg. 97. nu. 9.* non
24 enim filijs competunt ex tacito, vel expresso matris consensu, sed ex statuti protusione, ad *text. cap. 1. de succes. feud. cui nec dissimilis est text. in l. eum qui. ff. de interd. & releg.* vbi statuit Iurisconsultus ea, quæ nobis, vel à Ciuitate, vel à genere, aut natura debentur, salua, & illesa semper conseruari debere, *sequ. Bald. in l. hac adictali. & in Auth. hæres. C. de secund. nupt. Angel. §. soluto. Auth. de nupt. & ita fuisse decisum testatur Soccin. iun. cons. 127. nu. 29. vol. 1. Rolan. à Vall. cons. 72. vol. 3. nu. 61. Peregr. decis. 79. num. 3. Osasc. decis. 20.*
25 *nu. 6.* Quod adeo verum est, vt quamuis ad pias causas testetur, inanem tamen dixerit dispositionem *Abb.* notabiliter ad statutum hoc, in *d. cons. 63. nu. 4. Alex. cons. 14. num. 7. vol. 1. Soccin. cons. 53. nu. 17. vol. 1. & cons. 230. vol. 2. Caball. cons. 64. nu. 4. vol. 2. Peregr. decis. 109 nu. 12.*
26 moti, quia magis fauori filiorum lex prospicit, quàm Religionis, vel Ecclesiæ, etiã vltra legitimam, latè *Menoch. lib. 4. præsumpt. 289. nu. 126. 130. & 131. Costa de scient. & ignorant. cent. 2. distinct. 2. nu. 25.*
27 Nec solum testandi facultas matri prohibita censetur, verùm etiam & omnis actus inter viuos, sic in Statuto tertiã dotis partem proximioribus deferente, loquutus est *Alex. in cons. 55. vol. 1. & cons. 150 num. 1. & in fin. vol. 2. Bocc. cons. 76. num. 8. Menoch. cons. 344. Abb. d. cons. 63. vol. 1. Paul. de Castr. cons. 442. vol. 1 Boer. cons. 1. Albert. Brun. tract. stat. quod stant. masculi. artic. 13. nu. 109. & 128. Sil. cons. 47. Aual. d. cons. 72. nu. 50. vol. 3. & de lucr. dot. quæst. 82. nu. 4. Gratian. discept. 124. nu. 1. & 4. Octau. Pedam. decis. 20.* vbi loquitur in statuto Vercellensi. *Anchar. cons. 24. 25. & 28. Imol. Abb. Barbat. in cap. Rainutius. de testam. Morot. cons. 19. vol. 2. Thesaur. d. decis. 34. nu. 20. & d. decis. 150. nu. 17. Surd. cons. 81. Thesaur. quæst. for. 91. nu. 7. ad fin. lib. 1.* Ad filios itaque ex
28 statuti dispositione pertinent bona stabilia, & quidem æqualiter, nec posse matrē inter filios inæqualiter disponere, in terminis animaduertit *Peregr. decis. 68. nu. 6. & decis. 79. ad fin. & cons. 76. nu. 12. vol. 1. Thesaur. d. quæst. 91* Statutum enim omnium filiorum fauorem respicit, nec matri electionem tribuit, & proinde viriliter omnes vocati censentur, *l. vnum ex familia. §. rogo. & §. fratre. l. cum pater. §. à te peto. & l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Auth. lucrum hoc. C. de secund. nupt. Bolognin. cons. 17. & idem ad Matheſil. de succes. ab intest. art. 3. nu. 3.* ita fuisse decisum per Rotam Bononiensem testatur, & post eum *Brun. de statut. exclus. art. 13. princ.*
29 *n. 128.* Iuris namque est, quod vbi dispositio ad plures dirigitur, eos regulariter pro viribus comprehendit, *ad tex. in l. turpia. §. fin. ff. de leg. 1. d. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. l. Labeo. §. fin. ff. de stat. lib. Dec. cons. 236. cons. 412. & cons. 435.* quia, vt diximus, non ex matris testantis iudicio, sed ex legis dispositione filijs stabilia debentur, *l. si arrogator. §. sed an impub. ff. de adopt. d. l. vnum ex familia. §. rogo. & d. l. cum pater. §. hæreditatem.* Ideoque tenetur mater siue velit, siue nolit, ea filijs relinquere, vrget enim statuti iussio, & sic imperat *Castr. cons. 441. vol. 1. Brun. d. art. 13. num. 109.* quicquid sit, vbi per statu-
30 tum stabilia matri relinquerentur, cum potestate de eis liberè disponendi, quia tunc & testari, & donare posset, *Socc. cons. 48. vol. 1. Corn. cons. 132. vol. 1. Peregr. d. decis. 109. num. 13.* & tandem ita fuisse decisum pro æqualitate inter filios contra matris dispositionem per M. R. C. refert posthæc *Giurba in comment. super consuet. Nob. Vrb. Messan. ad stat. hoc. cap. 6. glos. 9. num. 23. in fin.* & ibi pulchrè satis mo-

re

re solito hanc materiam excutit, & exornat.

Minimè autem verendum est, posse hodie Clientem, viuente adhuc Catherina, 31
petere, quod declaretur medietatem stabilium post ipsius Catherinæ mortem sibi competere, sic namque testatur *Suarez. allegat. 4. Fab. de. Ann. in cons. 11. & in cons 126. vbi refert multos Hispanos*, & hanc dicit veriorem opinionem, impugnatis alijs contrarium tenentibus, *Viu. decis. 403. nu. 9.* & eorum opiniones procedere, quando tẽpus ipsius fideicommissi fuisset omninò incertum, atque penitus incertã diem contineret; quando verò contineret certum tempus restitutionis, etiam quod esset fideicommissum conditionale, procedere *opin. Fab. de Ann. & aliorum*; & exemplificat in eo, qui tenetur restituere post mortem, quia non est omninò incerta dies, secus si sine liberis, vel alia conditione simili, & hanc opinionem dicit cõmunem, & fundatam in dispositione *l. inter omnes. ff. qui satisd. cog.* & amplexam testatur *à Iaſ. Vrsil. Ludou. Cefal. & alijs.*

Et fortius, cum hic fuerit actum inter Paulum Adornetto, & Clientes, & nulli fuit ius quęsitum, nisi Paulo, & Clientibus, meritò ijdem cõtrahentes potuerunt omnia reuocare, ex *Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. oblig. Salic. l. quoties. C. de reuocand. donat. Surd. decis. 209. nu. 13. & 14.* 32

Messanæ 1608. Fuit decisum, vt dixi in principio Consilij.

SVMMARIVM.

1 *Minor potest contrahere cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, ex dispositione Capituli Regni.*

2 *Mulier habens virum, non potest habere Tutorem, cùm vir operetur eamdem authoritatem.*

3 *Capitulum Regni fuit factum propter imbecillitatem, & fragilitatem minorum.*

4 *Ratio statuti sufficit vel sit expressa, vel coniecturis colligatur.*

5 *Statuti intentio, siue ratio ex præfatione concijcitur, quæ causam finalem ostendit.*

6 *Statutum ex ratione identitatis ad casum omissum extenditur, quia ratio generalis omnes casus complectitur, sicut genus species.*

7 *Filia renuncians nõ existentibus masculis admittitur vnà cum fœminis, quia tacita matris voluntate præsumuntur omnes æqualiter vocatæ ad successionem. Contrarium, num. 8. prima opinio verior. num. 9.*

10 *Testibus verisimilia deponentibus credendum est, etiã quod sint minores numero. Testibus inuerisimilia deponentibus nulla est adhibenda fides, num. 11.*

12 *Testis contra producentem plene probat, etiam quod sit vnicus, licet eius dicto producens non vtatur, num. 16. etiam si de auditu deponat. num. 16.*

14 *Testis vnicus de credulitate deponens contra producentem fidem facit. contra num. 15. ex tunc non sufficit vnus.*

17 *Læsio habet locum, quando ius quæsitum tollit, non quando derogat iuri quærendo.*

18 *Tutor, siue Curator apponens in inuentario bona sua propria sibi præiudicat, & aduersus hanc Inuentarij præsumptionem, probatio in contrarium non admittitur. nu. 19. Fallit quando essent etiam cohæredes num. 20. vel stante clausula, vt in num. 22.*

21 *Cessante ratione legis cessat eius dispositio.*

22 *Protestatio in inuentario, quod non apponenda habeatur pro non appositis relenat valde.*

ARGVMENTVM.

Capitulum Regis Caroli 78. an habeat locum in muliere minore contrahente cum authoritate viri sui. Renunciatio facta per filiam matri non existentibus masculis an sibi præiudicat, quo minus possit ad maternam hæreditatem admitti. Testes inuerisimilia deponentes an probent, & an vnicus contra producentem, & quid si deponit de credulitate. Læsio an detur in iure quærendo. Curator apponens in inuentario bona propria, an sibi præiudicat. 1

CONSILIVM LXXII.

IESVS MARIA.

MEliora iura fouere Dominis iugalibus de Bettoni, aduersus petitionẽ Dominorum Actorum de Saccano, tum attenta iuris communis dispositione, tum etiam maxima concurrente æquitate breuiter ostendam. Petunt namque isti, renunciationes, obligationes, & cætera omnia in eorum tabulis nuptialibus ad fauorem illorum de Bettoni promissa, nulla declaranda fore, postquam declarationem omnino pronunciandum esse dicunt, vniuersum D. Antoniæ hæreditatis corpus ad

eosdem Actores spectare, dictosq; de Bettoni insuper cogendos esse ad totius Doanæ redditus, cæterorumque bonorum medietatem restituendam (dempta tamē quadam domo) & è contra præfati de Bettoni, quos à petitione prædicta penitus absoluendos existimo, D. de Saccano reconueniunt ad nōnulla, de quibus in processu. Mouentur Actores duobus hisce fundamētis. Primo, ex quo D. Flauia D. Marij Saccano vxor contractus tempore minorē agebat ætatem. Secundò, ex quo læsa mirum in modum ipsa fuit. Cōstat siquidem de minori ætate ex ipso cōtractu. Læsionem autem ex eo probant, primò, quia ex iudiciarijs decretis, bona per dictos de Bettoni possessa, ad quondā D. Antoniam pertinere, apparet. Secundò, ex quo D. Violans V. I. D. Ioseph Bettoni vxor, sola dote contenta, cætera omnia D. Antoniæ, & suis renunciauit, qua mediante tantummodo D. Flauia altera filia succesit.

Qua in rè illud prescindum censui, quod etsi Cap. Regni Regis Caroli 78. statuerit, minorem contrahere minimè posse, casum tamen excipit, quando vel Tutoris, vel Curatoris cum authoritate contrahit, de quo meminit *Mastrill. decis. 186. num. 20.* quo sic præmisso, absolutissimi iuris est, mulieri virum habenti Tutorem dandum non esse, ex *relat. per Montan. de iur. Tutel. & Curat. cap. 37. reg. 2. nu. 145. cum sequ. fol. 190.* cuius conclusionis ratio ea est, quia Vir supplet id omne, quod Tutor supplere potest, & eandem, imò maiorem tribuere potest authoritatem, quàm Tutor. Si ergo Statutum, Tutoris casum excipit, cur & etiam Viri non excipere debuit? Eò magis, cùm Imperatoris Caroli intentio fuerit, minorum fragilitati, & imbecillitati prospicere, aperta namq; sunt Capituli verba ibi [Del che ne resulta, che molte volte li minori sono enormemente lesi, & ingannati] expressa igitur est statuti ratio, quamuis de iure, siue expressa sit, siue ex coniecturis illa colligatur, sufficiens sit, ad *text. in l. nominis. & rei. ff. de verbor. signif. & ibi DD. Paris. cons. 83. num. 23. lib. 3. Menoch. cons. 11. num. 10. vol. 1. Muta consuet. Panorm. 43. nu. 41.* Quod etiam ex ipsa Capituli præfatione intpicitur, quæ causam finalem, cur Conditores moti fuere, ostendere solet. *l. fin. ff. de hered. instit. Paris. cons. 12. num. 96. lib. 2. Honded. cons. 14. nu. 13. vol. 1. Bero. cons. 151. num. 5. Petr. de Greg. de censib. quæst. 3. num. 2. Muta decis. 81. nu. 27. & ego in cons. 1. nu. 11.* magis enim interest viro, ne vxor eius in contrahendo lædatur, quàm Tutori, saltim durante matrimonio, & præsumitur melior defensor, quàm Tutor: ex his igitur dicendum est, procedere dicti Capituli exceptionem, non solum, quando minor cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, verum etiam, & quādo cum authoritate viri vxor minor contrahit. Non enim est nouum, statutum etiam correctorium ex identitate rationis extendi ad omnem casum, in quo eadem viget ratio, nam illa ratio decidit omnes illos casus, non per extensionem, sed per comprehensionem, & sicut genus comprehendit plures species, ita ratio generalis omnes casus complectitur, *Bald. in l. de quibus. ff. de ll. Grau. cons. 283. num. 3. glos. l. Milites agrum. ff. de re milit. l. his solis. ff. de reuoc. donat. Menoch. cons. 11. nu. 10. & sequ. multos refert Honded. d. cons. 14. num. 17. vol. 1. & nouissimè quamplures recenset Giurb. in cōment. ad statut. Vrb. Messan. cap. 6. glos. 1. nu. 13. præter Mut. in consuet. Panorm. 43. num. 42.* vbi ex paritate rationis fit extensio de casu vero ad casum fictum.

Circa læsionem est etiam sciendum, quod Spect. Regius Consiliarius Ioseph Bettoni meritissimus olim Iudex Magnæ Regiæ Curiæ D. Violantem Anzaloni vxorem duxit, sibi dote constituta per D. Antoniam Mirulla, eius socrum, ad summam scutorum 12750. & insuper quadam domo magna, vt vulgo dicitur (per antiparti) quæ dotes (præter domum ipsam) important medietatem omnium bonorum, quæ fuerant dictæ D. Antoniæ, & Cæsaris Anzaloni D. Violantis parentum. Intentio namque ipsius D. Antoniæ fuit, medietatem bonorum omnium, præter domum, dotare. Ipsæ autem dotes in prætensionibus consistebant, videlicet in restitutione dotis, & dotarij, quæ debebant restitui D. Antoniæ. Nec non & in illis scutis 15000. qui fuerunt donati per Cæsarem eorum patrem, & erant recuperandi à Paulo Anzaloni, pro quibus cùm fuisset diu litigatum contra D. Paulum Anzaloni, tam per DD. Iugales de Bettoni, quàm nomine D. Flauiæ, & D. Antoniæ, tandem ex consilio Aduocatorum, bona Domini Pauli Anzaloni pro credito tantum D. Antoniæ, & ipsius tantum nomine distracta fuere, ideoque sola possessionem adepta fuit, quamuis inter præfatam D. Antoniam, ipsumque de Bettoni conuentum fuerit, de bonis adiudicatis,

eorum

eorum quemque medietatem consequi; communiter igitur bona possidebant, eorumque redditus æqualiter inter eos diuidebant, licet exactionum actus D. Antoniæ tantum adscribebantur, quæ tamen semper promptam se exhibebat, ad fauorem ipsius de Bettoni declarare per publica documenta ad eum bonorum omnium medietatem spectare; ipsaque viuendi ratio ad D. Antoniæ mortem vsque perduravit; qua mortua, insimul hæreditatem adiere D. Flauia, & pro ea præfatus de Bettoni Curator ab ea electus, & D. Violans eiusdem de Bettoni vxor, & in Inuentario omnia bona prædicta adiudicata, tanquam de hereditate D. Antonię descripsere: & sic præfatæ sorores omnia communiter possidebant.

Posthæc D. Flauia Mario Saccano matrimonio se adiunxit, cui omnium prædictorum bonorum medietatem dotans, reliquũ D. Violanti sorori refutauit. Nunc autem nescio quo iure sentiens se læsam, rescissorium tentauit remedium: læsioni verò locum non esse fatendum est, siue hæreditatis medietatem ad Dominam Violantem peruentam consideremus, siue alia iura de futuro inspiciamus.

Et quod attinet ad hæreditatis medietatem, duplici ratione concludendum est, ad D. Violantem spectare, renunciatione per eam facta in nihilo obstante, & hoc non solum ex tacita matris voluntate, verùm etiam & expressa. Et quoad tacitam, 7 indubitati iuris est, filiam, quę renunciauit, si nulli remanent filij masculi, sed tãtum fœminæ, admitti ad successionem cum sororibus, facta dotis collatione. Tacita namque matris voluntate præsumuntur omnes fœminæ vocatæ æqualiter ad eius successionem, cum æqualiter præsumantur de iure dilectę, *Bald. in cons. 437. lib. 1. num. 2. vers. sequitur secunda quæstio. Grat. cons. 42. Lanar. cons. 49. Surd. cons. 244. vol. 1. & decis. 252. nu. 4. Cost. de iur. & fac. ign. cent. 2. distinct. 50. num. 16. & alij quos refert Mastrill. decis. 65. num. 14.* 8 licet *Paris. cons. 26. lib. 3.* teneat contrarium, & multa adducat pro corroboratione suæ opinionis, & præcisè *nu. 38.* ni- 9 hilominus contrarium fuisse decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum contra *Afflict.* allegatum à *Paris. d. nu. 38. refert Neapod. in consuet. si moriatur. fol. 88. lit. E. vers. dicit.* Voluntas autem expressa ex eo apparet, constat siquidem per quamplures testes decreta lecta fuisse ad nomen D. Antoniæ, quia sic de iure placuit Aduocatis, eo tamen animo, vt bonorum omnium medietas foret ipsorum iugaliũ de Bettoni, quemadmodum præfata D. Antonia libenter semper tulit bona ipsa in communi possideri, dictosque iugales de Bettoni fructuum omnium medietatem percipere, quamuis perceptionum contractus D. Antoniæ nomine fiebant. Quæ probatio verissima est, cum in ea concurrant multa, quæ & oculis videntur, & manibus palpantur. Clara etenim fuit intentio D. Antoniæ dotare medietatem omnium suarum prætensionum, dum legitur expressè in capitulis matrimonialibus eã dotare medietatem de quacunque prætensione, licet exinde in stipulatione dicant, quod de illis vnc. 1200. infra solutionem dotant vnc. 600. quia reuera in capitulis intellexit dotare medietatem, dum dixit ad complementum, & quatenus exinde in stipulatione animi mutatio appareat, nõ ideo arguendum est noluisse medietatem dotare, sed potius voluisse sibi contra dictũ de Anzalone præcauere, vt ex ipsis capitulis cõstat, in illis verbis pro cõplemẽto, ac etiã ex depositione Notarij, multisq; alijs testibus. Quod cõprobatur ex dotatione domus magnæ, quam præcipuam dictos de Bettoni consequi voluit, ex quo arguitur, voluisse in reliquis filias esse æquales; quibus adde, quod in capitulis matrimonialibus decreuerunt, quod quicquid fuerit exactum, commune esset, & si minus fuerit exactum, quàm fuerit promissum, minus dicatur dotatum. Insuper prorsus inuerisimile est, dictum de Bettoni voluisse diu litibus insudare, & expensas de proprio subministrare (quamuis animo repetendi) ea mente, vt soli D. Antoniæ bona recuperanda acquirerentur. Considerentur quæso hæc omnia quæ non solum videbuntur inuerisimilia, verùm etiam & impossibilia, & si illud, quod est 10 inuerisimile vbique à Doctoribus impugnatur, & verisimile tanquã veritati adhærens amplectitur ab oĩbus, vt post multa iura, & authoritates *Farin. quæst. 62. col. 1. Intrigl. decis. 12. nu. 12. & decis. 3. nu. 50. Muta decis. 44. nu. 40. & consuet. Panorm. 66. num. 68.* dicendum est testibus istorum DD. de Bettoni omninò fidem adhibendam esse, ita vt si essemus in conflictu testium, quod negatur, tunc ijs magis credendum iura voluerunt, quorum dictum 11 verisimilius est, etiam quod sint minores numero, *l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. cap. in nostra. de testib. vbi Abb. Butr. Ricc. collect. 673. Afflict. decis. 363. nu. 6.*

Gabr.

Gabr. de testib. conclus. 4. num. 55. Cæterum, veritas hic magis eluceſcit, quatenus ex ore teſtium ex aduerſo in lucem prodit, legatur quæſo depoſitio D. Claudiæ Vintimilia, tam in reuelationibus ad inſtantiam partis contrariæ, quàm in repetitionibus. Item depoſitio Camillæ Ruſſo, & Catarinellæ Zappia ſuper primo Capitulo, dum inquiunt, quod D. Antonia dicebat, quod quæ in litibus acquirentur, cõmuniter diuidantur inter eam, & D. de Bettoni, & ex multis alijs rationibus ex aduerſo productis, conſtat, Dominæ Antoniæ intentionem eſſe, quod filiæ æqualiter ſuccederent, præter domum
12 prædictam. Et iuris eſt, teſtem contra producentem plenè probare, etiam ſi eſſet vnicus. *Rom. conſ. 104. Soccin. iun. conſ. 69. num. 11. lib. 1. Honded. conſ. 84. num. 36. lib. 2. & conſ. 79. nu. 53. lib. 1. Milan. deciſ. 3. num. 237. lib. 1. Monald. conſ. 1. nu. 8. & 9. vol. 1. Gabriel. de teſtib. concluſ. 1. num. 14. verſ. contrarium. vbi de communi teſtatur Ceſal. conſ. 435. nu. 69. lib. 3. Grauet. conſ. 100. Intrigl. deciſ. 3. nu. 54. Viu. deciſ. 172. Ricc. collect. 224. in fin.* etiam
13 ſi eſſet de auditu, *Torret. conſ. 9. num. 27. lib. 1. qui refert Rom. & Soccin. vbi ſupra, & alios DD. Honded. d. conſ. 79. num. 54. Ceſal. conſ. 65. num. 55. lib. 1. Burſat. conſ. 59. num. 11. lib. 1. Tob. Non. conſ. 99. nu.*
14 10. *Caſtill. deciſ. 59 nu. 22.* etiam de credulitate, *Torret. conſ. 67. num. 35. lib. 1. Bertaczol. conſ. ciu. 102. num. 17. Marant. de teſt. product. fol. 453. nu. 13. Muta conſ-*
15 *ſuet. Panorm. cap. 26. nu. 207.* licet neget *Caualc. deciſ. 12. num. 43. & ſequ. part. 1.* præſtandam eſſe fidem teſti vnico, de credulitate deponenti, cum iuris ſit, non poſſe duo ſpecialia concurrere circa idem, &
16 plenè probat etiam, ſi producens non vtatur dicto teſtis, *Surd. conſ. 62. num. 42. Rot. Lucc. diuerſ. deciſ. 35. col. 1.*

Quod autem attinet ad læſionem conſideratis iuribus de futuro, illam nõ adeſſe fatendum quoque eſt, nam ius de futuro non eſt certum, ſed pendet ſub dubio euentu, cùm potuiſſet D. Flauia præmori, & conſequenter nullam ſucceſſionem habere: ideoque in re dubia vanum eſt conſiderare læſionem, cùm illa conſideretur
17 in hereditate, & iure acquiſito: non in acquirendo; nam tunc dicitur læſio, quando ius quæſitum tollit, non quando iuri quærendo derogat, *cap. quamuis. de pact. in 6. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. & l. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. DD. in l. 1. C. depact. & l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. Grau. conſ. 114. num. 13. cum ſequ. Gram. deciſ. 101. num. 74.*

Non obſtat D. Ioſeph Bettoni Curatorio nomine D. Flauiæ deſcripſiſſe in inuentario omnia bona, etiam medietatem per
18 eum poſſeſſam maritali nomine D. Violantis, & quod ex huiuſmodi deſcriptione probetur omnia fuiſſe D. Antoniæ, *l. fin. C. arbitr. tut. l. chyrographis. ff. de admini-*
19 *ſtrat. tut.* & quod aduerſus hanc præſumptionem reſultantem ex inuentario non admittatur probatio in contrarium, *Soccin. conſ. 159. num. 1. vol. 2. Milan. deciſ. 19. num. 3. lib. 2.* vbi dat conſimile exemplum in tutore, qui res proprias in pupilli inuentario adnotauit, & quod ex hoc præſumatur voluiſſe donare: iſthæc autẽ non ſunt conſideranda in caſu, quo verſa-
20 mur: Primò, quia D. Ioſeph non erat cohæres, ſed eius vxor. Secundò ceſſat ratio, quod voluit donare, quia licet in inuentario illa adnotauit, ſe tamen fecit cohæredem, & illa voluit habere titulo hæreditario, quia re uera voluit conferre, & facta collatione ſuccedere, & ex quo abinitio non permiſit D. Flauiam ſolam ſuccedere, vt hæredem, & quod inde D. Violans facta collatione, peteret ſucceſsionem; ſed voluit, quod ambæ ſorores ſimul ab initio adirent hereditatem, ideoquẽ contulit omnia, & ea tanquam bona hereditaria deſcripſit, & ſic hæreditatem inſimul cum D. Flauia adiuere, eamque in communi poſſederunt per multos annos,
21 vnde cum ceſſent rationes, & adducta per *Soccin. & Milan.* ceſſat & eorum diſpoſitio, *cap. cum ceſſante de reg. iur. in 6. cum ſimil.* eo magis, ſtante proteſtatione
22 in inuentario, quod non apponenda habeantur pro non appoſitis, quæ valdè releuat, *Intrigl. qui multos refert deciſ. 14. nu. 34.* in qua deciſione dat ſeptem reſponſiones aduerſus *Milan. deciſ. 19.*

Renunciatio eſt clara, quia conſiſtit in probatis, & legitimè fundantur. Ex quibus concludo fore decidendum in fauorem DD. de Bettoni tam in conuentione, quàm reconuentione.

Meſſanæ de menſe Martij 1609.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Instrumenta de iure cõmuni non habent executionem paratam. Fallit num. 2.
3 Instrumenta manu Notarij subscripta ex Ritu huius Regni executionem habent paratam.
4 Statuti beneficio qui vti vult, omnia in statuto contenta adimplere tenetur.
5 Instrumentis in iudicio exhibitis, & manu Archiuarij extractis, fides est præstanda. contra num. 6.
7 Executio non potest causari vigore transumpti cuius manus de mandato Iudicis est verificata.
8 Executio non datur ex exemplo desumpto ab Archiuio publico, leuato ab alio exemplo aliàs in Archiuio exhibito, nisi exemplum sit exhibitum ab exemplari in iudicio existente.
9 Exemplar quid sit, & quid exemplum.
10 Casus omissus remanet in dispositione iuris.
11 Lex noua ab antiquiori lege recipit interpretationem.
12 Contractus Bullæ necessariò scripturam requirit.
13 Executio non datur pro contractu Bullæ, nisi instrumentum subiugatorium producatur.
14 Prætium incertum, & illiquidum non parit vsuras.
15 Prætium in Bulla debet esse certum, & receptum, nullaque de eo fides haberi potest.
16 Vitæ in æstimatione, ætas, & complexio considerandæ est.
17 Senectus pro infirmitate existimatur.
18 Contractus ex contrahentium conuentione legem accipiunt.
19 Contractus conditionalis non adimpleta conditione non valet.
20 Paria sunt nil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificetur.
21 Conditio nil ponit in esse.
22 Actio nulla oritur ex contractu conditionali ante purificatam conditionem, nec executio. num. 23.
24 Conditio quæ pro parte tantum adimpletur, perinde est, ac si adimpleta non fuisset. Amplia, num. 32.
25 Consensus est pars substantialis contractus.
26 Clausulæ [& non aliter, nec alio modo] qui sint effectus.
27 Geminatio est maximæ potentiæ.
28 Contractus, in quo datus est fideiußor, dicitur contractus stricti iuris.
29 Fideiußor non obligatur vltra consensum proprium, sed tantum modo ad ea, quæ in stipulatione promisit.
30 Fideiußoris obligatio non solum non extenditur ad casus non expressos, verum etiam & pro casu expreßo strictè interpretatur.
31 Fideiußor obligatus in contractu conditionali, ad nihilum tenetur purificata conditione pro parte tantum.
33 Contractui conditionali se innitens, cogitur ostendere conditionem fuisse purificatam.
34 Venditor potest renuntiare pactis ad eius favorem in contractu appositis. Fallit in creditore vendente nomine sui debitoris, nu. 35.
36 Ratificato per patrem, contractu mutui per filium celebrato, qui fideiußorem dedit, tenet contractus etiam in fideiussoris præiudicium. ratio. num. 37.
38 Fideiußor simpliciter datus, intelligitur datus in omnem casum, qui erat tempore obligationis.
39 Fideiussoris obligatio restringitur ad illum casum, de quo verisimiliter fuit actum inter partes, & non præsumitur fideiussorem velle suam obligationem ampliare.
40 Exceptio semel acquisita fideiussoribus non potest amplius principalis debitoris facto ab eis aufferri.
41 Fideiussor in contractu conditionali datus, censetur datus sub illa conditione, sub qua tenetur principalis.
42 Fideiußor in casu limitato datus, præter illum casum minimè tenetur.
43 Fideiußor dicitur liberatus, alterata prima obligatione principalis debitoris. ratio. nu. 44. ac etiam facta nouatione, nu. 46. vel mutata forma obligationis, num. 49.
45 Contractus quando, & quomodo dicantur alterati à prima obligatione.
47 Nouatio est mutatio debitoris, vel causæ debiti.
48 Nouatio dicitur facta, quando secundum pactum est diuersum à primo.
50 Fidriussue primi compromissi non tenetur prorogato compromisso ad longum tempus, licet compromissum inter partes teneat.
51 Fideiussor qui conditionaliter suam præstitit obligationem non tenetur nisi purificata conditione, etiam quod in maxima parte fuerit purificata conditio. nu. 52.
53 Ad fideiussorem obligandum requiritur expreßa obligatio cum stipulatione, Amplia, num. 54.
55 Error ostenditur statim ac contrarium apparet. Et constito de errore, error non nocet, neque facit actum diuersum, num 56.
56 Soluens vigore contractus vsurarij, non dicitur illum approbare, sed potest vsuras repetere, etiam si scienter soluerit.
58 Solutum pro causa indebita computatur pro causa debita, & illam extinguit.
59 Consensus, & approbatio non extenditur ad ignorata.

60 *Iuris, & facti ignorantia quando de iure tolleretur.*

61 *Identitas rei quibus confinibus probetur.*

62 *Nulla datur actio contra renuntiantem bonæ post extrema verificata, quia agendum est contra verum Dominum.*

63 *Actio non datur contra tertium, nisi discussis bonis principalis debitoris.*

ARGVMENTVM.

Quibus instrumentis datur via executiua, & an ex Archiuio desumptis, & manu Archiuiarij extractis. Contractibus conditionalibus non datur via executiua, nisi purificatis conditionibus. Multa de fideiussorum obligationibus examinantur.

CONSILIVM LXXIII.

IESVS MARIA.

ANno 1545. Ioannes, & Franciscus Cirino, Pater, & filius vendiderũt officium Magistri Iurati huius Regni Siciliæ V. I. D. Ciscardo Zaffarana pro eo, & eius filio seu genero hærede, habita dispensatione a Sua Catholica Maiestate, cum clausula [& non aliter] conditione tamen adiecta, quod si Sua Maiestas non ratificabit dictã venditionem in omnibus, & per omnia, pro persona dicti Ciscardj, & vnius eius hæredis, quod vtique contractus prædictus sit nullus, nihilq́ue inter eos actum censeatur, quin immo in ipsomet contractu consensum prorsus deficere videatur, repetita eadem clausula [& non aliter, nec alio modo. Addentes insuper ipsi contrahentes, quod habita Suæ Catholicæ Maiestatis supradicta confirmatione, præcium ipsius officij constitutum intelligatur ad summam vnc. 1000. prout constituerunt, illudq́; ab Bullæ formam redegerunt pro vnc. 70. quolibet anno soluendis, a die confirmationis prædictæ numerando, & ad maiorem venditoris securitatem nonnulli pro ratha fideiussere, & inter cæteros Ioannellus Crisafi. Placuit tamen Suæ Catholicę Maiestati venditionem prædictam ad fauorem Ciscardi tantum confirmare, non autem ad commodum hæredis. Ciscardus autem post prædictam confirmationem, dicti officij possessionem adeptus fuit, illudq́; cum exercuisset per annum, obijt. Hodie verò ad instantiam Marcelli Cirino successoris dictorum Ioanni s, & Francisci, fuit causata executio, & ea adimpleta per primum decretum, contra Don Petrum Scouedo, & Consortes pro vnc. 210. pro annis decem, pro ratha, pro qua diximus, fideiussisse præfatum Ioannellum Crisafi, & sic contra tertios possessores bonorum fideiussoris, aduersus quam executionem fuit ex parte clientum oppositum de multis, quorum oppositiones indubitanter teneo in hac prima iudicij parte stare debere, idq́ue validissimis argumentis substineo. Quandoquidem contractus, cuius vigore fuit causata dicta executio, in multis deficit. Primò, quia vigore ipsius nulla potuit causari executio. Secundò, quia in eo nullum apparet prętium certum, & liquidum. Tertiò, & vltimò, quia est conditionalis, cuius conditio nunquam fuit adimpleta, & purificata.

Quo ad primum, præsciendum est, de
1 iure cõmuni instrumenta regulariter nullam habere executionem paratam, ex *l. si minor 25. annis cui fideicomm. ff. de minor. Vinc. de Franc. decis. 118. nu. 5. & 6.* refe-
2 rens multos Doctores; exceptis aliquibus, quos enumerat *Ias. in l. fin. C. de edict. diu. adr. toll.* & exceptis obligationibus, quæ fiunt penes acta iudiciaria, *Thesaur. decis. Pedam. 26. nu. 33. Vinc. de Franc. d. decis. 118. nu. 7.* Verùm Ritus Regni postea su-
3 peruenit, qui dicitur Lex Regni, condita per Regẽ Alfonsũ, qui cõcessit executionẽ aliquibus contractibus, dũmodo, & manu publici Notarij fuerint subscripti, ita inquit *text. in cap. vit. ad tollend. & ibi Cum. in Ord. suo. 15. num. 16. 21. & 23.* Qui au-
4 tem alicuius statuti beneficio vti voluerit omnia ab ipso statuto requisita adimpleuisse cogitur ostendere, ad *tex. in l. 1. §. ait Prętor. ff. de flum. publ. vbi Bart. Honded cons. 4. nu. 101. vol. 1.* cum igitur contractus iste non præsentetur extractus manu Notarij iuxta formam ritus, concludendum est, nullam habere executionem paratam. Et licet replicetur, quod sit extractus manu Archiuarij Magnæ Curiæ, cùm aliàs ibi fuisset exhibitus in iudicio,
5 & quod ex *Mastrill. decis. 43.* & alijs faciat fidem, adiunctis alijs coniecturis adductis a Dominis Aduocatis ex aduerso, ex quibus defendunt dictum exemplum proba-
6 re: nihilominus in contrarium est veritas, immò nullam fidem facere, sic respondit *Iurisconsul. in l. Procurator. & in Auth. si quis in aliquo. C. de edendo. & ibi DD. Becc. in*

cons.

conf. 129. *num.* 70. *cum ſequ.* qui loquitur in ſcriptura priuata deſumpta ab Archiuio, & enumerat requiſita, vt poſſit fides præſtari. Sed ſi demus citra veri præiudicium huiuſmodi inſtrumentum probare, non ideo dicendum eſt habere viam executiuam, cum non ſit extractum manu Notarij iuxta formam Ritus tribuentis viam executiuam, & pro confirmatione allegabam *Cum. in d. cap. rit. num.* 23. qui in puncto loquitur, & in *num.* 8. *&* 9. loloquitur in tranſumpto, cuius manus eſt
7 verificata de mandato Iudicis, & concludit non poſſe cauſari executionem vigore dicti tranſumpti, qui caſus iudicio meo videtur fortior, refert, & ſequitur *Carol. Io. Long. racemat.* 87. *num.* 20. Tan-
8 dē ex eo comprobatur, quod executiuè nō poteſt agi ex exemplo deſumpto ab Archiuio publico, leuato ab alio exemplo aliàs exhibito in Archiuio, niſi exemplum ſit exhibitum ab exemplari exiſtente in iudicio, ex authoritate *Bart. in l. Sempronius. ff. de legat.* 2. *Cardin. Tuſch. concluſ.* 37. *num.* 32. *in lit. T. alleg. Soccin. iun. conſ.* 2. *in fin. lib.* 2. *Rolan. à Vall. conſ.* 69. *nu.* 55. *lib.* 3. *ex l. fin. C. de edic. diu. Adri. toll.* & in puncto loquitur *Milan. deciſ.* 8. *num.* 16. *&* 17. quod pro exemplo non poteſt cauſari executio, ſed requiritur originale inſtrumentum, *alleg. Rimin. iun. in conſ.* 686. *nu.* 15. *&* 16. *&* *conſ.* 689. *nu.* 16. *&* 17.

Et licet dicebatur, quod exemplar, & exemplum erant vnum & idem, hoc non
9 eſt verum, quia exemplar dicitur ſcriptura principalis, & exemplum dicitur ſcriptura exemplata, ita declarat idem *Bart. in d. l. Sempronius. num.* 2. *allegat text. in l.* 2. *ff. de fid. inſtrum. l. Celſus. ff. de probat. Auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.* Inde eſt, vt iure quidem optimo dicendum ſit, oppoſitiones, ex iſto primo capite debere ſtare.

Non obſtat dicere, quod non ſumus in contractibus iuxta formam Ritus, ſed in contractu Bullali, qui priuilegialiter habet ex ipſius Bullæ executoriæ viam executiuam; quoniam reſpondetur, quod id,
10 quod non eſt dictum, & diſpoſitum à Bulla, remanet in diſpoſitione Ritus tanquam caſus omiſſus a Bulla, argumento, *l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. l. ſi*
11 *cum dotē. ff. ſol. matr.* vt lex noua recipiat interpretationē ab antiquiori lege Ritus Regni. *gloſ. & Iaſ. in l. ſciendum. ff. qui*
12 *ſatisd. cog.* Reſpondetur ſecundò, quod Bulla requirit ſcripturam, & quod ſit talis contractus in publicam formam redactus, *Petr. de Gregor. de cenſib. quæſt.* 5.
13 *num.* 46. *&* *ſequ.* Et in Bulla, niſi verum inſtrumentum ſubiugatoriū producatur, non poteſt agi executiuè, dixit in puncto *Addic. ad Petr. de cenſib. d. quæſt.* 5. *nu.* 308.

Quo ad ſecundum, nemo eſt qui neget, contractum iſtum prætium certum minimè continere, cum illud fuerit conſtitutum pro vnc. 1000. facta per Suam Catholicam Maieſtatem confirmatione pro Ciſcardo, & eius filio, ſeu genero hęrede, quæ confirmatio, cum effectum non habuerit, niſi tantum pro Ciſcardi perſona concludere cogimur, prætium incertum, atque illiquidum fa-
14 ctum fuiſſe; cuius natura eſt, nullas parere vſuras, ad *text. in. l. in fideicommiſſi. in princ. & ibi Bald. in lectur. antiq. ff. de vſur. l.* 1. *C. de vſur. Bald. l. acceptam. nu.* 19. *C. eod. tit. Burſat. conſ.* 135. *nu.* 65. *lib.* 2. Eſt autem de ſubſtantialibus Bullæ, prætium certum, & receptum, cum in illa non poſſit haberi fides de prætio, & referens omnes vſque ad hæc tempora, inquit *Addic. ad Petr. de Greg. de cenſib. quæſt.* 5. *nu.* 172. Cum igitur non conſtet de prætio recepto vnc. 1000. quia nō conſtat de confirmatione in perſonam hęredis, ſed tantum Ciſcardi, prætium fuit factum incertum, & inliquidum: Minus autem defendi poteſt prætium ſaltem reſpectu medietatis fuiſſe certum, mediante confirmatione pro Ciſcardo, cū licet fuerit venditio facta pro vita duorū, fuit tamen confirmata ad commodum vnius. Reſpondetur enim quod vita vnius non extimatur, ſicut vita
16 alterius, nam in extimatione vitæ, conſideratur ætas, & compleſſio, *Molin. de contract. diſput.* 388. *nu.* 6. attento autem naturæ ordine, quod quantumue ſit diſcrimen inter Ciſcardi patris, & filij vitam, nemo eſt qui non videt; cum præcipuè ex ipſis ſcripturis appareat, eumdem Ciſcardum ſenio confectum, octo ſuſcepiſſe filios. Senectus verò, ob innumera, quę ſecū
17 trahit mala, infirmitate quauis miſerabilior eſt, ſic meminit *Barz. deciſ. Bonon.* 129. *nu.* 39. *Muſcatell. de appell. part.* 2. *nu.* 14.

Quod attinet ad tertium, in quo dicebatur contractum eſſe conditionalem, &
18 conditionē minime adimpletam; recurrendum eſt prius ad illud iuris vulgatiſſimum axioma, contractus ſcilicet legem accipere a conuentione contrahentium. *l.* 1. *§. ſi conueniat. ff. depoſiti. l.* 1. *ff. de pact. Surd. conſ.* 34. *num.* 24. Itaque cum contrahentes tum demum venditionem effectum

ctum habere dixerint, ac voluerint, quando eam Sua Catholica Maiestas pro Ciscardo emptore, & hærede confirmabit, quod si secus actum fuerit, pacti sint adeo & taliter consensum ab actu deficere, vt nihil inter eos actum fuisse censeatur, & eorum quemque in iure suo remansisse, fatendum vti que est, non obtenta confirmatione, illico, & ipso iure venditionis contractum resolutum fuisse, quemadmodum respondit *Iurisconsul. in l. sed celsus. §. si fundus. ff. de contraben. empt. & vendit.* ex tali namque pacto, contractus est effe-
19 ctus conditionalis, adeo, vt non adimpleta conditione confirmationis prædictæ non valeat, *l. si quis fundum. ff. de contrab. empt. Rol. cons. 58. num. 14. & sequ. lib. 3.*
20 cum paria sint in iure nihil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificetur, *Ce-*
21 *phal. cons. 56. num. 11.* ratio est, quia conditio nihil ponit in esse, *Bald. in Authen. matri, & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio. Grat. cons. 12. num. 22. vol. 2.* Certi
22 namque iuris est actionem non oriri ex contractu conditionali ante eius purificationem, *Alex. cons. 127. nu. 2. lib. 2. Ro-*
23 *lan. vbi supra num. 20.* nec pariter executionem, *Bart. in l. cum ab eo. ff. de contrab. empt.* & idem est ex forma ritus, vt latissimè *Cum.*

Inde est, vt nihil conferat, pro parte fuisse factam venditionis confirmationem pro Ciscardo scilicet, & quod ideo dicendum, sit saltem pro parte confirmata, venditionem valere. Etenim clarę nimis sunt responsiones, quarũ prima est prætiũ venditionis pro parte confirmata illiquidum remansisse, ac proinde nullã dari actionẽ ex iuribus superius adductis. Secunda
24 erit responsio, haud sufficere pro parte tantum adimpleri conditionem, cum oporteat illam in totum adimpleri, & facto adimplemento pro parte, idem iuris est, ac si in nihilo fuisset adimpletum, ad *text. in l. qui duobus. & l. cui fundus. ff. de condit. & demonstrat. Oldrad. cons. 242. nu. 3.* Respondetur & tertiò, nos versari in expressa contrahentium voluntate; in sollemni namq; stipulatione statuerunt, nullum futurum fore contractum non facta confirmatione pro Ciscardo, & hærede; vnde ipso iure dicitur facta resolutio, *d. l. sed celsus. §. si fundus.* accedente præsertim suspensione, ac denegatione consensus,
25 qui præcipuus, ac substantialior est in contractibus, *l. 1. ff. de empt. & vendit.* & in Bulla tenent omnes de Regno. Quartò respondetur, positam hic fuisse clausulam
26 [Non aliter, nec alio modo] cuius est natura auferre consensum ab actu aliter facto, inducere formam, facere actum conditionalem, & habere naturam præcisam, multos allegat *Io. Vinc. de Ann. allegat. 140. nu. 11.* & eo fortius, cum clau-
27 sula prædicta fuerit geminata, quæ geminatio est maximæ potentiæ, ex *l. Balistas ff. ad Trebell.* & tandem respondetur, nos
28 loqui de fideiussore, & sic de contractu stricti iuris, *l. blanditus. C. de fideiussor. l. stipulationum aliæ. §. satis. ff. de verb. oblig.*
29 Iuris namque est, fideiussorem non obligari vltra consensum proprium, sed solum ad ea quæ expressè per sollemnem stipulationem promisit, *l. qui vltra. C. de fideiussor. Alex. cons. 41. in fin. lib. 6. Honded. cons 111. num 25. lib. 1. & num. 26.* vbi
30 inquit fideiussoris obligationem non solum non extendi vltra casus expressos, verùm etiam & pro casu expresso strictè interpretari, vt minus obliget, quàm fieri possit, *Menoch. cons. 212. nu. 13. & sequ.*
31 allegans moltos, & in puncto in fideiussore, qui fideiussit conditionaliter, si conditio fuit adimpleta pro parte tantũ, quod fideiussor ad nihilum teneatur, loquitur *Alb. in cons 738. n. 1. cons. 139. nu. 1. & cons. sequ. nu. 1. cum multis.* vbi loquitur, etiam
32 si conditio fuisset adimpleta in maxima parte, & remansisset quid minimum pro adimplemento, quod multis authoritatibus comprobat.

Propterea cum simus in obligatione conditionali per fideiussores prestita, cumq; de eorum expresso consensu satis constet, coadditis clausulis illis geminatis, & de conditionis adimplemento minimè appareat, cur non dicendum, ac fatendum nobis sit, Clientem ad nihilum teneri? maximè cùm pars ex aduerso, quæ vult
33 vti beneficio contractus conditionalis, non ostendat dictam conditionem extitisse, cum sit fundamentum intentionis suæ, *l. sed si. ff. de verbor. oblig. Bald. l. si quidem num. 5. C. de except. Dec. cons. 585. nu. 1. Honded. cons. 82. nu. 12. vol. 2.*

Duo tamen aduersus prædicta, in contrarium proponebantur; Primò, cõditionem illam confirmationis pro Ciscardo, & hærede, in ipsius Ciscardi fauorem fuisse appositam, ac proinde potuisse ipsum solum illi renuntiare, etiam in prejudicium fideiussorum, allegando *text. in l. Sabinus. ff. de indiem adiectione.* vbi inquit *Iurisconsul.*
34 quod si est venditio facta, cum pacto, quod res sit inempta, si infra mensem maius prætium venditor inueniet, potest nihil-

ominus

ominus venditor reijcere hoc pactum, quia ad proprium cõmodum tendit. Cui primæ obiectioni facilis erit respõsio, ille namque textus in Clientũ fauorem loquitur, dixit enim ibi *Iurisconſ.* tũc procedere illius textus dispositionẽ, quando pactum est adiectum in fauorem vnius tantum, prout apertius animaduertit *glos. fin.* dum reddit rationem, quia vnicuique licet renunciare ijs, quæ ad sui fauorem sunt introducta, quasi innuat, quod quando agitur de præiudicio alterius, tunc haudquaquam sit licitum huiusmodi renuntiationes facere, de quo meminit latius *Bald in*
35 *d. l. Sabinus.* inquiens, quod quando creditor vendit rem sui debitoris, non potest reijcere illud pactum, quia non solum agitur de sui præiudicio, verùm etiam & debitoris, cui minimè potest præiudicare.

Præter id, est etiam animaduertendum, pactum istud non tantum ad ipsius Ciscardi fauorem fuisse appositum, verum etiam & Franciſci venditoris, cui intererat, Ciscardum officium habere etiam pro vitâ hæredis; esset namque magis securus, ac tutus de eius censu bullali, cùm maiorem haberet obligationem ampliato officio in personam hæredis. Item & secundò id comprobabant, non solùm ex *d. l. Sabinus.* sed etiam ex doctrina *Bald. in l. fin. C. ad Maced.* qui inquit, quod si filiusfamilias contraxit mutuum dato fideiussore, &
36 pater exinde actum ratificauit, is actus etiam in præiudicium fideiussoris subsistinetur, ad quod probandum *Bald.* allegat *text. in l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiußor.*

Est tamen aduertendum hanc Baldi opinionem habere *Io. Andr.* contradictorem, prout ipsemet *Bald.* fatetur. Sed si demus veram esse Baldi sententiam, nihilominus considerandum nobis est, Baldum illa moueri ratione, quia patris ratihabitio initium contractus respicit; quasi dixerit
37 *Bald.* quia ius prouidet filijsfamilias contractum valere, patris subsequuta ratificatione: idcirco subsequens ratihabitio actũ conualidat, etiam in fideiussorum præiudicium, cùm enim fideiussor ad id omne teneatur, ad quod debitor principalis tempore obligationis tenebatur, & quia principalis debitoris obligatio, à sui initio, ex legis prouisione robur accipere debebat ex futura patris ratificatione, sic etiam & fideiussoris obligatio, quod clarè nimis colligitur ex *text.* per eum allegato in *d. §. si nummos.* quo loci Iurisconsultus de eo loquitur, qui mutuauit pecuniã alienam, & recepit fideiussorem, & quia illud verè mutuum non fuit, cùm non contrahatur pecunia aliena, sed propria, videbatur dicendum, fideiussorem ad nihilum teneri, & nihil ominus concludit, quod cùm debitor pecuniam consumpserit, ad illam, restituendam omninò tenetur, & in consequentiam eius fideiussor, qui simpliciter fideiussit: etenim in omnem casum fideiussisse censetur: actio verò abinitio competebat, & ortum habuit à die assignationis pecuniarum, non autem á die consumptionis illarum, & sic tempore obligationis inerat, vt clarè inquit *Bart. & glos. in d. §. si nummos.* Itaque non negatur, simpliciter datum fideiussorem in omnem casum
38 teneri; sed intelligendum est de casu tempore obligationis compræhenso, vt ex *glos. & Bart. in d. §. si nummos.* clarè apparet, quibus adde *text. in l. 4. in fin. & l. fideiussores. §. 1. ff. de fideiussor. l. fideiussor. C. eod. l. si mandator. C. quod cum eo. l. initio. C. de pact. int. empt. & vendit.* Idque summa ratione, quia fideiussor in dubio videtur se restrinxisse ad illum casum, de quo
39 verisimiliter fuit actum inter partes, & noluisse suam obligationem ampliare, ex *Alex. conſ. 134. lib. 1. & conſ. 239. lib. 6. & conſ. 58. lib. 7. Dec. conſ. 389. verſ. poteſt, reſponderi. & conſ. 414. col. 2. prope fin. & alijs quos allegat Tuſch. litt. F. concluſ. 340. nu. 17.* semper enim se in minus, quã fieri posset obligare censetur. *l. inter eos. ff. de fideiuſſ. l. inter ſtipulantem. §. diuerſa. ff. de verb. oblig. Caualc. deciſ. 5. nu. 64. Valenz. conſ 9. num. 18.*

Vlterius est animaduertendum, subsequentẽ illam patris ratihabitionem non in damnum, siue præiudiciũ fideiussoris cedere; quin immò in euidentem eius vtilitatem, etenim ea mente ab initio pro filiofamilias fideiussor interceſsit, vt adueniente die solueret, quem tunc nequaquã de Macedoniani exceptione cogitasse dicendum est, de qua si cogitasset, fraudem vtique committeret, quod non est præsumendum; igitur sola fideiussoris intentio fuit, soluere, idcirco patris obligatio subsequens, qui ratũ habuit filij contractum, fideiussoris vtilitatem concernit, ac commodum. Remanet namq; obligatus pater quatenus habet in peculio filij; quod minime hoc in casu consiederari potest, in quo si remittitur conditio illa, graue fideiussoribus oritur præiudicium.

Insuper ex quo Sua Maiestas pro solo Ciscardo approbauit actũ, non autẽ pro hęrede, nulli dubiũ est, non fuisse adimpletam conditionem in cotractu appositam,

& per consequens resolutum illum fuisse, ac proinde fideiussoribus acquisitam fuisse
40 exceptionem, quæ ab eis sine eorum facto per pœnitentiam Ciscardi auferri non potuit. Sic in puncto loquitur *text. in l. fin. ff. de pact. vbi dixit Iurisconsul.* quod si reus, qui dederat fideiussores, pactus sit, à se non peti pecunia, inde verò iterum pactus sit, vt liceret à se peti, attamen fideiussores sunt liberati, quibus per primum pactum fuit acquisita exceptio, quæ ab illis inuitis auferri non potuit.

Amplius sciendum est, nos non versari in fideiussoribus, qui simpliciter fideiusserunt, intercesserunt namque in causa, in qua principalis conditionaliter se obligauerat. Et certi iuris est, fideiussorem, qui
41 conditionali obligationi accessit, censeri datum sub ea conditione, sub qua principalis constituta fuit obligatio; vt expressè meminit *Anton. Hering. de fideiußor. cap. xj. nu. 129. fol. 299. & ante eum Paris. cons. 164. num. 20. vol. 4.* Sumus itaque in fide-
42 iussore, qui in casu limitato fideiussit, ac proinde extra illum casum haudquaquam tenetur. ex *Iason. doctr. in l. age. num. 10. C. de transact. & in l. centum Capuæ. vers. quinta fuit. ff. de eo, quod certo loco. sequitur Bursat. cons. 193. num. 6. Honded. cons. 50. num. 18. & 19. vol. 1. Rimin. iun. cons. 135. num. 8. & cons. 549. num. 2. & cons. 653. num. 25. ex Abb. Alex. Rolan. & alijs.* Inde est, vt dixerit *idem Honded. cons. 111.* fideiussorem in certam causam, præter illã minimè teneri; *sequ. Tusch. d. concluſ. 304. num. 6. & 15. lit. F.* qui subdit *in num. 20.* etiã si verba sint quantũcunq; generalia, quia debent restringi per præcedentia; *Mastrill. decis. 126. num. 6.* Et pariter inquit *Io. Andr. in Addit. ad speculat. tit. de fideiussor. in fin. vers. effectus autem stipulationis.* quod stipulationis effectus nunquã vltra verbo extendatur. Actus enim agentis, ex Aristotele, contra, vel præter agentis intentionem extendi nequeunt.

Præterea post illam confirmationem, minimè constitit de enixa, & expressa Ciscardi voluntate, voluisse nempe officium sibi retinere pro p̃dicta summa vnc. 1000. quamuis enim parui fecerit, conditionem in contractu appositam non fuisse adimpletam, eamque voluerit reijcere, nihilominus haud expressè dixit, se voluisse officium recipere pro prædictis vnc. 1000. nec quia partem acceptauit, perinde censetur obligatus, ac si totum acceptasset, cum non sit præsumendum, voluisse renũciare vero valori, ac iusto officij prætio, ex *Alb. in. cons. 739. num. 3. qui allegat. text. in l. qui fistulas. & ibi Bart. ff. de contrahen. empt. & vendit. Alex. & alios.* Etenim si venditum fuit officium Ciscardo pro vnc. 1000. habita dispensatione, & ampliatione à Sua Catholica Maiestate pro eodem Ciscardo, & hærede, & sic pro duorum vita, quis non putet iniustum esse prætiũ, facta tantum confirmatione pro solius Ciscardi vita, si idẽ iustum reputatum fuerat ab ipsis contrahentibus pro duorum vita; Concludendum est ergo (receptum) in Bulla non tanti valere pro vnius vita, quãti pro duorum vita valuisset, & per consequens vitiari censum, quem si teneamus subsistere pro vero valore, illiquidum vtique remanebit.

Itaque fatendum sanè est, *text. in d. l. Sabinus.* loqui in pacto ad venditoris fauorem introducto, quod tamen verè emptori est vtile, non autem damnosum, ibi enim venditor maius prætium inuenit, & tamen primæ venditioni acquieuit, quod vtile, ac profiguum fuit emptori, quia rem quam emit plus valebat, cùm maius prętium fuerat inuentum. In hoc autem casu, ex huiusmodi pacto maximũ oriretur damnum, tùm ipsi emptori, tum etiam & fideiussoribus, & quamuis respectu emptoris, forsitan posset pactum subsistere, cùm is possit re sua vti, & abuti; ad *text. in l. in re mandata. C. mandati.* (quod tamen minimè admittendum dicerem in contractu Bullali, in quo receptum omninò debet esse iustum) attamen fideiussorum respectu nullatenus procedere posset, quia esset pactum iniustum, nullaque lege, aut Doctorum sententia approbatum, immò multis, solidisque argumentis improbatum.

Primò enim sancitum est de iure, fide-
43 iussores alterata prima obligatione ad nihilum amplius teneri, & penitus liberari: est doctrina *Bald. in l. tam mandatori, C. de nonnumer. pec.* ad quem textum, & ad ea quæ ibi per ipsum dicenda erant, inquit, se remittere *Bald. in l. fin. C. ad Macedon.* qua in lege loquitur ipsemet *Bald.* quando actio ineſt contractus tempore, quia quãdo non ineſt, tunc putat alteratum esse contractum, sequitur *Soc. sen. in cons. 62. num. 23. vol. 4. allegat text. in l. cum in plures. §. lege dicta. ff. locat. l. nouatione. C. de fideiussor. Io. Andr. in Addit. ad speculat. tit. de fideiussor. §. 1. super verb. (illud autẽ quæritur. l. non à Iudice. & ibi glos. & Castr. ff. de Iudic. Canonist. cap. constitutus de fideiussor. Barbat. cons. 31. nu. 11. & 12. vol. 1.*

Carol.

Carol. Ruin. conſ. 66. num. 3. vol. 1. Berou. conſ. 144. vol. 2. Menoch. conſ. 246. num. 5. vol. 3. allegans text. in l. vbicunque ff. de fideiuſſor. & Aret. in conſ 57. col. 2. verſ. Secundo probatur. dicens, obligatum pro certa adminiſtratione præſuppoſiti inſtitoris non perſiſtere in obligatione mutato modo, & qualitate illius adminiſtrationis, cum videatur noua adminiſtratio, & noua cauſa: *ſequ. Maſtrill. deciſ. 135. nu. 44. Carthar. deciſ. 13. num. 8.* Regulare namq; eſſe dixit *Marſil. in rubr. de fideiuſſor. num. 143.* fideiuſſorem pro vno facto, non obligari, ſi factum mutetur, & ratio rationis eſt, quia pro altera illa, & noua cauſa nullum adhibuit conſenſum fideiuſſor, qui ſi tempore, quo fideiuſſit interrogatus fuiſſet, an vellet intercedere pro ea noua cauſa, forte reſpondiſſet, quod non; ac propterea iuri, & æquitati minimè conuenit, vt alter ſine conſenſu pro altero obligetur, 44 lex enim requirit expreſſum fideiuſſoris conſenſum, vt obligetur, *l. Blanditus. C. de fideiuſſor.* quam rationem expreſſis ac formalibus hiſce verbis aſſignat *Menoch.* omninò videndus in *d. conſ. 246. nu. 11. & poſt eum Surd. conſ. 460. num. 45.* 45 *vol. 4.* Porro alterantur initi contractus, quando exinde, vel incontinenti, vel ex interuallo per certa pacta illis quicquam, vel adijcitur, vel detrahitur, vel res ipſa, vel prætium mutatur, *l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. Cuiac. lib. 2. obſeru. cap. 15. & lib. 14. cap. 28.* Et quis neget, hoc in caſu, manifeſtam eſſe rei mutationem, quod enim prætium fuerat abinitio per ipſos contrahentes pro duorum vita taxatum ad vnc. 1000. alteratum exinde fuit, cùm non ſit veriſimile, voluiſſe emptorem idem prætium ſoluere pro vnius vita, q̃ pro duorum vita promiſerat, vt in puncto loquitur *Hering. d. tract. de fideiuſſor. cap. 25. nu. 1. 2. & 3.*

46 Secundò, quia non eſt nouum, nouatione fideiuſſores liberari, *l. nouatione. ff. de nouat. l. nouatione. C. de Fideiuſſor. l. 1. & 2. & l. vbicunque. ff. eod. & l. vnica. C. etiam ob chyrograph. pec. Bart. in l. aliam. num. 4. ff. de nouat. Grat. conſ. 126. num. 6. lib. 1. Dec conſ. 107.* Inquit enim *Cuiac. in* 47 *tract. de nouat. in princ.* Nouationem eſſe debitoris mutationem, vel cauſæ debiti, 48 & nouationem quoque dici, quando ſecũdum pactum eſt diuerſum à primo, ſcripſit *Grau. conſ. 167. nu. 9. Thob. non. conſ. 82. num. 15. Ludou. concluſ. 4. verſ. fallit primò. Maſcard. concluſ. 1107. nu. 21. lib. 2.* hic autem eſt mutata cauſa debiti, quæ cauſa debiti ex venditione officij pro vita duorum oriebatur, at per literas obtemptas à S. Catholica Maieſtate apparet, confirmationem fuiſſe factam pro vita vnius tantum, & ſic pactum eſt diuerſum a primo. Hinc voluit *Bald. in l. nouatio. C. de fi-* 49 *deiuſſor. lib. 8.* quod quoties eſt mutata forma obligationis, fideiuſſores ſunt liberati, & pariter *Tuſch. concluſ. 305. lit. F. nu. 1.* refert, quod ſi fideiuſſor fuerit obligatus in euentum, in quem venditio fiet, ſecundum formam expreſſam in obligatione, cum clauſula [& non aliter] Si venditio fiat ſub alia forma, non tenetur fideiuſſor; allegat *text. in l. ſtipulatus. vbi Bart. & DD. ff. de fideiuſſor.* Hic verò adeſt pactum reſolutiuum actus, cum clauſula [& non aliter, nec alio modo] quæ inducit formam, ex *allegat. Io. Vinc. de Ann. alleg. 140.* formæ ergo mutatio fideiuſſoribus liberationem affert: Inde eſt, vt rectè dixerint *Gabr. conſ. 43. nu. 17. Decian. conſ. 72. lib. 2. Carpan. ad ſtat. Mediolan.* 50 *part. 1. cap. 120.* fideiuſſores primi compromiſſi, non teneri prorogato eodem compromiſſo in longius tempus; licet quo ad ipſas partes prorogatio ſubſtineatur, allegatur ad hoc *text. in l. Labeo. §. fin. ff. de arbitr. cum multis alijs concordantibus.*

Tertiò, quia abſolutiſsimi iuris eſt, fi- 51 deiuſſores, qui conditionaliter fideiuſſerunt, non purificata conditione, ad nihilum teneri, *Lup. alleg. 119. Alex. conſ. 26. vol. 4. Pariſ. conſ. 162. num. 29. vol. 4. Anton. Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 11. à num. 198. vſque ad nu. 201.* Fideiuſſiones enim conditionaliter præſtitæ, nec veniſſe, nec ceſſiſſe dicuntur ante purificatam conditionem, ex *Pariſ.* in puncto *conſ. 171. nu. 30. vol. 4. Soc. ſen. conſ. 62. per tot. vol. 2.* vbi ex multis rationibus conſuluit, fideiuſſores, qui in caſu ſuo conditionaliter fideiuſſerunt, ex quo non fuit purificata conditio, ad nihilum teneri: ſequitur idem *Hering.* multa iura, & authoritates referens in *d. tract. de fideiuſſor. cap. 18. col. 1. & 2. & Alb. in dictis conſ. 738. & 739.* aſ- 52 ſerens id procedere, etiam ſi quid minimũ de conditione defecerit, quamuis maxima in parte fuerit illa adimpleta, quod comprobat *Decian. in conſ. 93.* & quamplures alij à ſupradictis relati. Hinc igitur neceſſario oportet concludere, fideiuſſores prædictos nullo iure potuiſſe hodie conueniri.

Et quamuis ex aduerſo replicetur, ex illa ſolutione vnc. trium fuiſſe tacitè ratificatum contractum per fideiuſſores. Mul-

tifariè tamen respondetur.

53 Primò in his, in quibus lex expressã requirit approbationem, tacitam nihil operari, ac proinde cum lex expressam fideiussoris obligationem exposcat, illamque sollemni stipulatione munitam, nil mirum si tacita approbatio non sufficiat, ad *text. in d.l. Blanditus, C. de fideiussor. Gram. Rol. & alij, quos sequitur Menoch. d. cons. 246. nu. 12. & 13. & post. Bess. Viu. Caroc. Horac. Carpan. vbi supra. part. 2. cap. 189. nu. 12 Barbac. cons. 31. num. 19. cum sequ. vol. 1°*

54 vbi ampliat, esto quod fuerint præsentes fideiussores, & consenserint, quia si eorum consensus non fuerit expressus cum stipulatione, ad nihilum sunt obligati, sequitur *Io. God. de contrahen. stipulat. cap. 12. concluſ. 10. num. 85.*

Secundò respondetur, ex illa solutione manifestum errorẽ apparere, siquidem constat soluisse pro toto, & nihil ominus Ciscardus non tenebatur, nisi pro rata, &

55 parte inliquida, Et iuris est, errorem ostẽdi statim ac contrarium appareat, *Grauet. cons. 188. num. 9. & cons. 701. nu. 21. Cephal. cons. 369. nu. 133. Rol. à Val. cons. 69. num. 49. lib. 3. Burg. de Paz. cons. 25. nu. 64. Ioseph Ludou. decis. Luc. 26. num. 29. Natt. cons. 26. nu. 3. lib. 1. & cons 77. nu. 10. & cons. 322. nu. 5. lib. 2. Valenz. cons. 100. num. 99.* Docuit autem *Bald. in l. sed si me putem. ff. de condit. & demonstrat. & in l. non fatetur. col. 4. ff. de confess. & Alex. in cons. 102. lib. 1. & cons. 148. & 156. lib. 6. Rol. à Val. cons. 100. num. 23. lib. 3. Valenz. cons. 11. nu. 46.* errorem minimè

56 nocere, nec actum diuersum facere, quando de errore constat.

Respondetur tertiò, solutionem fuisse factam vigore actus vsurarij, & iniusti, quia prætium non fuit receptum, cum

57 fuerit constitutum pro vita duorum; soluens autem vigore contractus vsurarij, & iniusti, non approbat contractum, sed potest petere vsuras, etiam si scienter soluat, *cap. debitores. de iureiurand. cap. tua nos. de vsur. Alex. cons. 80. lib. 3.* Immò non erit absurdum dicere, id quod fuit solutum, cedere in id prætium, ad quod forte tenebantur, cum fuerit obtentum officium ad vni-

58 us vitam. Iuris namque est, solutum ex causa indebita computari in causa debita, illamque extinguere, prout refert *Rom. cons. 238. num. 1. & 2.* Immò creditor qui solutionem ex causa indebita recepit, potest retinere pro causa debita, ex *alleg. per Milan. decis. 18. num. 10.*

Respondetur quartò, regulam illam, quod soluens vigore actus, censeatur eundem actum approbare, procedere, quando actus substantia non ab alienis scripturis pendet, sed tota in ipsomet actu consistit,

59 etenim quando ab alienis scripturis pendet, tunc non aliter ex solutione dicitur per soluentem facta approbatio, nisi prius constet scientiam habuisse aliarum scripturarum. Sic in fortiori consuluit *Surd. cons. 183. num. 32.* afferens ibi, quod licet ex scientia actus inducatur eiusdem actus ratificatio, & approbatio, non tamen inducitur approbatio, quoad pacta, vel capitula, quæ verisimiliter præsumitur ignorasse.

Quinto, & vltimo sic distinguendum

60 puto, aut error est in iure, & tunc quia solutum erat indebitum, vtique tolleratur, ex *glos. in l. cum quis, & ibi Bart. num. 27. C. de iur. & fact. ignorant. Alb. cons. 81. in fin.* Aut error est in facto, & similiter tolleratur, quia agitur de damno vitando, *l. sed si putem. in princ: ff. de condit. indebit. Alb. d. cons. num. 59. Valenz. cons. 32. nu. 136.*

Denique non omittam, rei identitatem

61 de tempore subingationis non esse fundatam, cùm nulli appareant confines, quæ si generalibus confinibus demonstraretur, nec etiam probata diceretur, prout in flumine, & via publica, loquitur *Aragon. decis. Florent. 2. num. 17.*

Nec prætermittendum est, hodie agi contra Franciscum Crisafi qui longe satis post extremorum probationem renuncia-

62 uit locum, qui subastari prætenditur, quo in casu meminit *Milan. decis. 12. lib. 2.* agendum esse contra verum Dominum, & sic contra illũ, cui renunciatio facta fuit.

Et tandem animaduertendum est, quod

63 hodie iudicium executiuum tentatur contra tertios possessores bonorum fideiussoris, contra quos nullo iure permittitur posse agi, nisi prius excusso principali debitore, ipsoque fideiussore, & tertijs possessoribus bonorum principalis, quorum defectu deuenientum erat ad tertios possessores bonorum fideiussoris, ex *Auth. hoc si debitor. vbi glos. C. de pignor. Caroc. de excuss. bonor. part. 3. quæst. 1. fol. 44.* quamuis existimem, perabundè demonstrasse, fideiussores hos ad nihilum esse obligatos. Ex quibus omnibus concludo fore decidendum in fauorem Clientum. Messanæ, die 25. Augusti Anno 1609.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Molendinum cuique licet construere in flumine non nauigabili.*
2 *Aquam fluminis occupans, quoad vsum illius efficitur dominus.*
3 *Aquam prius occupans, potest prohibere, ne alter in superiori parte fluminis molendinum construat, ex quo vsus aquæ impediatur. ampl. num. 4.*
5 *Molendino destructo, & aqua ad pristinum cursum reuertente, si per annum non reficiatur, ius ducendi aquam, & præoccupationis amittitur, ampl. num. 6.*
7 *Publica non præscribuntur, sed occupanti conceduntur.*
8 *Possidens bona publica, si ea habet pro derelicto, occupanti conceduntur.*
9 *Aqua illius est, in cuius prædio nascitur.*
10 *Dominus prædij, in quo aqua nascitur, potest illam diuertere quocunque maluerit. amplia num. 11.*
12 *Quicquid est intra fines feudi, de feudo est.*
13 *Feudo concesso, aqua, & flumina in eo existentia concessa dicuntur.*
14 *Ius dominij aquarum, & superioritatis, arguitur ex licentia, & solutione, quæ fit in capienda aqua.*
15 *Qui molendinum secundo loco licitè construxit, potest impedire illum, qui prius illicitè ædificauit.*
16 *Aquæ Dominus potest prohibere, ne qui prius molendinũ construxit, aqua vtatur amplius.*
17 *Quilibet re sua est moderator, & arbitrer.*
18 *Aquam concedens ad vsum molendini, videtur eam concessisse, dummodo quod vsus, & commoditas ipsius domini concedentis non impediatur. ampl. num. 19.*

ARGVMENTVM.

An, & quando, habens Molendinum in inferiori fluminis parte, possit prohibere, ne alter in parte superiori alterum ædificet molendinum.

CONSILIVM LXXIV.

IESVS MARIA.

PRonunciauit Curia Straticotialis, retractandã esse iniunctionem Stephano Ciloni factam, ad instantiam Don Iacobi de Gioenio, quod nollet molendinum cõstruere, eò, quia impedimento esset alteri dicti Don Iacobi molendino. Qua sententia minimè obstante, ex infradicendis, per Iudicẽ appellationis decidendum fore sentio, iniunctionem ipsam omninò debere procedere, oppositionibus ex aduerso in aliquo non refragantibus.

Id autem ante omnia memoria repetendum censui, in flumine non nauigabili, vel quod aliud non faciat nauigabile de iure gentium cuiq; licere molendina construere, ad *text. in §. flumina. & §. riparum. Inst: de re. diu. l. fluminum. §. præterea. ff. de damn. infect. Bart. in l. quo minus. in 2. quæst. nu. 5. Ias. in 1. notab. & nu. 45. Rip. num. 46. ff. de flumin. Ruin. cons. 98. num. 2. lib. 4. Bald. cons. 188. num. 3. lib. 2. Alex. in cons. 194. nu. 7. lib. 2. & cons. 203. nu. 3. lib. 6.* 1

Sed data occupatione aquæ, quantum ad vsum illius occupans, est effectus dominus: *Castrens. l. fin. ff. de vsucapion. num. 4.* fortius ergò licebit Molendinum ædificare domino loci, & sic Don Iacobo, qui est dominus Territorij, & fluminis (quamuis iurisdictionem non habeat, cùm illa ad solam vrbem Messanæ spectet) vbi autem vsus aquæ occupatus fuerit, nulli dubium est, posse occupantem prohibere volentẽ ędificare in superiori fluminis parte, ne ædificet, si vsus aquæ impediretur; *Doct. l. si quis ex argentarijs. §. initium. vbi glos. ff. de edend. & in dicta l. quo minus. ff. de flumin. Alex. cons. 174. nu. 6. lib. 2. Castr. in d. l. fin. ff. de vsucapion. nu. 2.* quam prohibendi facultatem, ex mente *Bart. in d. l. quo minus. num. 10. & 11. & Cepoll. de seruit. Vrban. præd.* lex etiam tribuit illi, qui prius ædificare incepit, licet non perfecerit, dummodo illud non habeat pro derelicto. Potest ergo Don Iacobus, qui prior incepit, & perfecit eius molendinum, impedire, quo minus Stephanus Ciloni alterum construat molendinum ad ipsius Don Iacobi damnum, & perniciem. 2 3 4

Quamuis autem Stephanus conatus fuerit probare, eius antenatos prius aquæ vsum præoccupasse, ac molendinum construxisse: nihil ominus constat, illud non solum dirutum, ac destructum esse, verum etiam & pro derelicto habitum fuisse, idq; per id tempus, quod hominum memoriam excedit; Et iuris est, destructo molendino, & aqua pristinum suum cursum repetente, per anni lapsum, ius præoccupationis amitti, ac proinde cuique licere alterum construere molendinum. Idque non ex alia ratione, nisi quia molendinum, omneque ius, qui priori loco occupauit, habuit pro derelicto, est *doctr. Bart. in d.* 5

l. fin. ff. de vsucapion. & Castr. vbi supra nu.
6 *4.* qui id etiam fatetur verum esse, quamuis ille, qui priori loco molendinum ædificauit, vsum aquæ per mille annos possedisset, *sequitur Angel. Imol. Raffael, & Paul. in d. l. fin. idem Bart. in d. l. quo minus. quæst. 15. nu. 26. Ias. nu. 97. Rip. nu. 103. Curt. sen. cons. 26. Alex. cons. 130. col. vlt. lib. 6. Menoch. cons. 909. num. 37. Berou. cons. 144. num. 40. lib. 3. Honded. cons. 84. num. 53. 54. vol. 2. Peregr. cons. 13. vol. 1.* qui loquitur in proprijs terminis in quibus versamur. Ratio autem rationis est, quam assignat Iurisconsultus in *d. l. fin. ff.*
7 *de vsucapion.* quæ enim (inquit) publica sunt non præscribuntur, sed statim occupanti conceduntur, & vbi possidens inceperit ea habere pro derelicto, illicò reuertuntur ad eandem naturam, & alteri primo occupanti iterum conceduntur. Quæ omnia & si locum sibi vendicant in flumine publico, multo fortius hoc in casu procedent, ex quo dominus aquarum est Don Iacobus, sic in puncto consuluit *Pereg. in d. cons. 13. vol. 1.* Constat siquidem, per quamplures testes aquam oriri in prædio ipsius Don Iacobi, quod nec pars aduersa
9 inficiatur: Et regulare est, illius esse aquã, in cuius prædio nascitur, *l. populus. ff. de damn. infect. Paris. cons. 129. nu. 3. & cons. 112. vol. 4. l. in concedendo. & l. sequ. in fin. ff. de aqu. pluu. arcend. l. aquam. & l. præses. C. de seruitut. & aqua. l. solum. §. meum. ff. de rei vendicat. Cepol. de seruit. rusticor. prædior. tit. de aquæduct. num. 37. vers. si est dubium. Marta vol. 174. num. §. Alex. cons. 108. in princ. lib. 2. Dec. cons. 373. nu. 1.*
10 Quinimmò Dominus prædij siue loci, à quo originem trahit aqua, potest illam diuertere, & conducere quocunq; maluerit, etiam si noceret habentibus prædia inferiora, ad *tex. in l. fluminũ. §. fin. & d. l. proculus. ff. de damn. infect. l. ex meo. ff. de aqu. pluu. arcen. Marta d. vol. 174. nu. 2. Rimin. iun. cons. 2. nu. 1. & 2. Bald. cons. 241. lib. 2. in princ. Dec. d. cons. 373.* etiam si
11 aqua per mille annos elapsa fuisset ad inferiora prędia, *Cepol. d. tit. de aquæduct. num. 40. & 41. Ias. in d. l. quo minus. num. 170. quæst. 28. ff. de flum. Paris. vbi supra. Rol. à Vall. cons. 53. num. 26. lib. 2.* Porro quod Don Iacobus sit Dominus aquæ fluminis, non est dubitandum, cum illa nascatur in feudo ipsius Don Iacobi, quid-
12 quid autem infra fines feudi est, de feudo est: *ex text. in cap. omnes basilicæ. xvj. quæst. 7. Isern. cap. 1. de controuers. feudi inter masculum, & fœminam. Capiblanc. de Baron. pragm. 11. num. 26.* Hinc est, quod dixerit *Bald. in cap. 1. §. si quis de controuersia inuestituræ. Afflict. in cons. post opin. Viu.*
13 *510. num. 8.* in feudi concessione venire aquã, & flumina intra fines feudi existẽtia. Insuper ex instrumentis emptionis in anno 1293. dominium ipsius aquæ fluminis ad Don Iacobum spectare constat, ex quibus etiam apparet, quod volentes construere molendina, & capere aquas de dicto flumine, non nisi prius ab ipso Don Iacobo venia impetrata id faciebant, pro concessione quid annuum soluentes, ex qui
14 bus arguitur ius superioritatis, & dominij aquarum prædictarum, docuit *Bart. & Doctores in l. cum de inremuerso. ff. de vsur. l. si certis annis. C. de pact. l. litibus. C. de agricolis, & censitis. lib. 11. Canonist. cap. peruenit de censibus. cap. auditis de præscriptionibus. Card. & Afflict. in d. cons. post opin. Viu. 510.* & inquit *idem. Viu. in decis. 344. num. 2.* quod quoties dominus aquæ, illa ad sui molendini cõmodum inceperit vti, nemo alius exinde sine eius licentia poterit eam capere.

Ex quo duo inferuntur: Primum est, q
15 si quis priori loco molendinum absque licentia construxerit, alter verò alterum cum licentia ædificauerit, vel dominus erat & aquæ, & prædij, profecto hic secundus meliora iura habet, & præfertur, vsque adeo, vt illum, qui primo loco ædificauit, impedire valeat. Idq; summo quidem iure, primus enim illicitè, secundus verò licitè molendinum construxit, & sic iure optimo præferendus est, sic in puncto consuluit *Bald. in cons. 62. vol. 3.* vnde nõ immeritò docuit *idẽ Bart. in l. 1. §. sed & si. ff. de aqu. pluu. arc.* dominũ aquæ posse illum,
16 qui prius molendinũ cõstruxit, expellere, & prohibere, ne amplius aqua vtatur, sequitur *Cepol. de seruitut. rusticor. prædior. nu. 44. ante fin. Bart. d. l. quo minus. quæst. 1. Cin l. manifestè. C. de seruit. & aqu. vbi allegat text. in l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico.* Cum igitur constet, Don Iacobum verum esse dominum aquæ, & qui priori loco ædificauit, nullam habuisse licentiã capiendi aquam prædictam, & per consequens minus rectè ædificasse, ex *Viu. d. dec. 344. nu. 3.* fateri necesse est, legitimè hodie posse impediri à Don Iacobo vero domino, quamuis secundo loco ædificauerit.

Secundò infertur, quod cùm appareat, Don Iacobum esse Dominum aquarum, per consequens dicendum est, fuisse sibi permissum molendinum construere, quo-

niam

17 niam quilibet re sua est moderator, & arbitrer, *l. in re mandata. C. mandati.* etiam si alteri, & sic parti aduersæ ædificandi licentiã cõcessisset; nam etiam in illius præiudiciũ licitè potuit illum priuare aquis, cùm
18 verisimile sit, dominum ita concessisse, vt commoditas, & vsus ipsius domini non impediatur *Ioann. Cardin. & Afflict. in d. cons. quod est inter comm. opin. Viu. post opin.*
5 10 vbi plures allegat. Si igitur potest id agere iure dominij, non obstante, quod alteri ædificandi potestatẽ tribuerit, multo
19 fortius licebit, quando de nulla potestate concessa appareret, ex *Bart. in l. 2. §. sed & si. ff. de aqu. pluu. arcen.*

Aduersus tamen prædicta minimè refragatur id, quod nonnulli testantur de solutione tarenorum sex pro loco, ac molendino, inferentes ex hoc ius superioritatis, ac dominij aquæ remansisse; siquidem ipsimet testes fatentur ac deponunt, publicum esse flumen, eosq; ne quid modicum pro aqua soluere; igitur dum asserunt, illum soluere taren. 6. pro loco, & molendino, interprætandum est eorum dictum, vt voluerint intelligere pro toto loco, vbi adest etiam molendinum, non autem pro aqua, qua ad vsum molendini vtebantur, cùm expressè negent, eos aliquid pro aqua soluere. Ergo cùm in aqua nullum remanserit ius dominij, sed ipsa reuersa fuerit in consuetum, & pristinum cursum, non solum per annum, verum etiam & per cẽtum, & satis vltra, iure optimo potuit Don Iacobus molendinum ædificare, tanto fortius, cùm sit dominus. Quare rectè potuit impedire volentem ædificare. Ex quibus dico, quod iniunctio debet procedere.

Curia Srtaticotialis, & Appellationis contra Clientem sententiam protulit.

Magna Curia vtramque sententiam reuocauit, & ad fauorem Clientis pronunciauit, in anno 1609. dum in illo Tribunali ius dicerent Illustrissimus D. Petrus Corsettus, meritissimus exinde in supremo Italiæ Consilio Regens, & Spect. Don Franciscus Monforti, & Don Cataldus Fimia viri doctissimi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata, articulo existente de medio indeciso, est nulla. Fallit quoties omissus articulus esset cauillosus nu. 2. Non obstante protestatione, & comminatione nullitatis. nu. 3. & quid, quando articulus esset dubius, num. 4.*

5 *Constitutio. si ciuiliter agens reiecit omnia præiudicialia, per quæ impediretur iudicium primariò tentatum. Limitatur dicta constitutio, quando pendente causa ciuili fuerit motum iudicium criminale, contra testes, & contra producentem num. 12.*

6 *L. fin. C. de ordin. Iudic. dispositio, in Regno est sublata per constitutionem, si ciuiliter agens.*

7 *Causa criminali pendente, de iure supersedendum est in causa ciuili. Fallit quando merita totius causæ non in solis testibus cõsistunt. num. 8. Fallit secundò, quando remanent alij testes non accusati, qui plenam fidem facerent, num. 9.*

10 *Sententia lata contra testes de falso accusatos non præiudicat producenti, nec eius, probationes debilitat.*

11 *Testis si confiteatur se falsum dixisse, producenti non præiudicat.*

13 *Accusatio sola Rei, litis pendentiam non operatur, nisi nomen ipsius rei, fuerit inter reos receptum.*

14 *Lis in criminalibus quando dicatur contestata.*

15 *Causa criminali pendente, non est supersedendum in ciuili, quando testium prosequutio esset notoriè cauillosa.*

16 *Testes de falso accusans, præsumitur potius id fecisse ad litem inuoluendam.*

17 *Terminus ad reprobandum ob periculum peremptionis instantiæ abbreuiari potest.*

18 *Testes non dato termino ad reprobandum non probant.*

19 *Sententia præcipitanter lata est valida, quoties subest timor peremptionis instantiæ. Amplia, vt etiam sit valida, si fuerit parte præsente, & non contradicente lata, nu. 20.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata indeciso articulo de medio an, & quando sit nulla. Causa criminali pendente, an sit supersedendum in causa ciuili.

CONSILIVM LXXV.

IESVS MARIA.

VBI fuerit satisfactũ motiuis ex aduerso excitatis, in quibus omnis huius quęstionis difficultas consistere videtur, non dubito, quin sententia lata per Curiam principalis iudicij confirmanda erit. 5

Inter cætera autem, quę ex aduerso cõsideran-

sideranda proponebantur, illud præciputum fuit, quod pendente iudicio ciuili fuerint de falso accusati, non solum testes, veùm etiam & Cliens, qui eos produxerat, qua accusatione proposita, instetit pars aduersa, supersedendum esse in causa ciuili, dum criminalis sub Iudice adhuc esset. Ideoque non procedendum esse ad vlteriora, si pars instaret, quin prius fuisset per Iudices decisus articulus, ac pronunciatum, supersedendum ne esset in causa ciuili; omnia autem prædicta fuere ex aduerso petita supplicatione mediante. Quibus non obstantibus, & supplicatione adhuc pendente indecisa, pronunciarunt 1 Iudices in causa ciuili. Quare nullam ex aduerso dixere sententiam latam, ex *Bald. cap. suborta. de re iud. num. 12. Præpos. & Franch. cap. ex parte il secondo. de Appellat. Bart in l. cum quærebatur in fine. ff. de re iud. & in l. si vt proponis. C. quomodo, & quando Iud. Decian. respons. 77. Menoch. cons. 301. nu. 39. lib. 4. Mastril. decis. 187. nu. 3. & decis. 243. num. 28. Castil. decis. 54. nu. 1. & decis. 200. num. 8.*

Contrariam autem hàc in rè insequor sententiam, immò sententiam latam, omissa de medio supplicatione prædicta, ac indeciso articulo, declarandam fore validam. Quamuis enim *Baldi, & sequac.* dictum regulare sit, communiert tamen illud limitant Doctores, quoties omissus articulus esset manifeste 2 cauillosus, de qua limitatione inter cæteros meminit *Alex. cons. 65. nu. 7. vers. fortificantur prædicta. lib. 1. Innoc. cap. post electionem. de conces. præbend. in fine. Castill. d. decis. 54. num. 3. & 7. & d. decis. 200. num. 8. in fine. Mastrill. decis. 125. in fine. Intrigl. sing. 83. nu. 2. lib. 2. Giurba decis. 36. num. 20.* Quia tunc, omissa articuli decisione, 3 potest Iudex ad vlteriora procedere, non obstante quod fuerit petitum, vt de eo decideretur per interlocutoriam in scriptis, & non per transitum ad vlteriora, etiam præuia existente protestatione, cum comminatione nullitatis sententiæ, *Prouinc. in addit. ad repert. Bertach. in verb. exceptio. Castill. d. decis. 54. num. 3. Intrigl. d. sing. 83. nu. 2. Giurb. d. decis. 36. nu. 20.* Quicquid sit, quando articulus esset dubius, vel in iure, vel in facto, ex *Alleg. per Intrigl. ibid. num. 3. & Castill. d. decis. 200. num. 8.* Et profecto articulus ille, de quo agitur, cauillosus existimandus erat, tum attenta Regni constitutione, tum etiam & iure communi inspecto.

Regni namque constitutio, si ciuiliter agens *tit. de præiudic. sublat.* decreuit vtrãque causam prosequi posse, cùm per eam omnia præiudicialia sint sublata, quæ sunt apta præiudicare iudicio tentato. 6 Hinc est, vt dixerit *glos. & Isern. in d. constit.* dispositionem *l. fin. C. de ordin. Iudic.* sublatam esse.

Sic pariter, & considerata iuris communis dispositione dicendum est; licet enim Imperator in *dicta l. fin. C. de ord. Iudic.* prohibeat, ne procedatur in causa ciuili, criminali adhuc pendente, quem *text.* sequitur *Anchar. cons. 62. & post innumeros Frarinat. quæst. 100. cap. 2. nu. 59.* nihilominus quampluribus modis illius textus dispositio limitatur.

Et primò, quando merita causæ non consistunt tantum in testibus, sed tantummodo in ea ipsi adminiculantur, & causam coadiuuant; quo in casu minimè supersedendum esse in causa ciuili, voluit *Bald. in l. fin. C. de fid. instrum. idemque Bald. & Cin. l. 1. C. qui accus non poss. Afflict. decis. 229. circa fin. Capic. decis. 25. num. 3. Gramm. decis. 60. num. 24. Rolan. à Vall. cons. 13. nu. 17. vol. 2. Farin. d. quæst. 100. cap. 2. nu. 101. & sequ. & decis. crim. 79. cum Addit. Rot. Rom. decis. 206. part. 2. & alij allegati à Mastrill. decis. 220. sub nu. 9.* Hic autem ius totius causæ nequaquam à testibus accusatis pendebat: Probatum namque extitit, Clientem vnc. 24. pro alimentis consequutum fuisse, & ninil ominus fuit de illis absolutus.

Limitant secundò Doctores textus præ 9 dicti dispositionem, quoties præter testes accusatos, remanerent alij, qui plenam fidem facerent, & in eis intentio producentis fundata remaneret: tunc enim haud supersedendum esse docuit *Bald. & Cin. in d. l. 1. C. qui accus. non poss. & l. 1. C. de quæst. Capic. d. decis. 25. nu. 3. & decis. 11. nu. 13. sequ. Mastrill. in d. decis. 220. in fine.*

Quamuis autem hoc in casu testes omnes fuerint de falso accusati, non tamen contra omnes fuit processum, sed contra nonnullos tantum; qua in re solam accusationem litis pendentiam non operari, ex multis inferius comprobabo. Sed si demus quod contra omnes testes fuisset processum (prout expresse negatur) & quod pa- 10 riter contra omnes penderet iudicium criminale, ex hoc tamen non sequeretur supersedendum esse in ciuili causa: sententia namque lata contra testes tanquam falsos, non præiudicat producenti, nec diminuit probationes eius, ex *Bart. in l. si veteris. C. de fid. instrum. Morot. cons. 17. nu. 11.*

Abb.

Abb. conſ. 16. vol. 2. Rol. d. conſ. 13. num. 11. 14. & 15. vol. 2. Gramm. d. deciſ. 60. Capic. d. deciſ. 25. Afflict. d. deciſ. 229.

11 Quemadmodum nec confeſſio teſtis aſſerentis ſe falſum depoſuiſſe, producenti præiudicat, ex *Cin. & Bald. vbi ſupra, quos refert, & ſequitur Maſtrill. in d. deciſ. 220. nu. 5. Intrigl. deciſ. 40. nu. 16.* Oportet ſi-

12 quidem vt ſuperſedeatur in cauſa ciuili, q̃ Iudicium criminale pendeat, tũ contra teſtes, tum etiã & cõtra producentẽ, ex *Rol. d. conſ. 13. vol. 2. & alijs ſupra relatis.* Quo in caſu limitandam eſſe dictam conſtitutionem ſi ciuiliter agens, ex *Afflict. in eadem conſtitut. num. 16. circa fin. & Farin. in d. quæſt. 100. nu. 94. refert Maſtrill. in d. deciſ. 220. num. 3.* tunc enim ſuperſederi debet in cauſa ciuili, quouſq; criminalis contra teſtes, & producentẽ fuerit terminata.

Nec quia accuſatio de falſo fuit propoſita contra producentem, dicendum eſt ex illa ſola accuſatione criminale iudi-

13 cium pendere. Donec enim Rei nomen inter Reos non fuerit receptum, accuſatio ipſa litis pendentiam operari non poteſt, ſic conſuluit *Socc. alios referens in conſ. 38. num. 8. vol. 1.* inquit enim ibi ex *tex. in l. amplius non peti. ff. rem ratam hab. & ex cap. ex parte cum ſimil. de verb. ſign.* litis pendentiam non niſi per conteſtationem litis

14 induci. Quæ nec per ſolam ſideiuſſionem per nõnullos teſtes prẽſtitam, nec per eorum ſubitiones cõteſtata dicitur, niſi tunc demum, quando Reus in iuſtitia remittitur; omnia autem quæ præcedunt, præparatoria iudicij potius dicẽda ſunt, ex *Cum. in cap. rit. 70. in fin.* Apertiſſimi enim iuris eſt, ſolum delicti titulum non operari, quem eſſe reum, ex *text. in l. quod ad ſtatum. ff. de pœnis. Angel. in l. Athletas. §. calumniator. in princ. ff. de ijs qui not. infam. Franch. deciſ. 330. nu. 7. Maſtrill. de indult. cap. 29. num. 20. Rouit. tit. de cuſtod. reor. num. 4. pragm. 1.* Nec ſtatim ac, quis accuſatur, reus iudicandus eſt, *cap. ſciſcitantibus. 15. quæſt. 8. cap. non ne 8. quæſt. 4.* & ibi *gloſ. verſ. non ne.* inquiens, ſolam accuſationem, quem reum ſiue criminoſum non facere, ad *text. in l. fin. C. de quæſtion. l. diuus Adrianus. ff. de cuſtod. reor. Tuſch. lit. D. concluſ. 141. nu. 8. Placent. conſ. crim. 25. Maſtrill. de indult. d. cap. 29. ſub nu. 19. Rolan. conſ. 24. nu. 61. vol. 1.* Vnde non immeritò ad Regni poſtulationem decreuit Ferdinandus Rex *cap. 23.* criminalibus in cauſis, veritatem ipſam, ac delicti propoſiti probationem conſiderandam fore, non autem qualitatem accuſat oris.

Sic etiam & in Aſſaſſinij crimine definitũ legimus, ſolam Aſſaſſinij imputationem non ſufficere, vt quis vt Aſſaſſinus iudicetur, ex *Ioan. Andr. cap. 1. de homicid. in 6. Bart. l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 2. ff. de iniur. Pariſ. conſ. 166. num. 4. & 5. vol. 4. Farin. quæſt. 7. num. 11. quæſt. 8. num. 85. & 86. Gratian. diſcept. 619. nu. 17. Rolan. d. conſ. 24. num. 62. Alex. conſ. 166. nu. 5. vol. 7. Plac. lib. 1. delict. cap. 19. num. 27.* Ac proinde non prius Aſſaſſinij ſpecialia proceder, inquit *Gram. vot. 11. nu. 7. & Angel. conſ. 14.* niſi tunc demum, cùm de eius qualitate plene conſtiterit, ſequitur *Cephal. conſ. 621. num. 28. Felic. alleg. 3. num. 4. & 41. part. 1.*

Inſuper, quando manifeſtè conſtat, te-

15 ſtium proſequutionem eſſe cauilloſam, ac minus rectè tentatam, nec ſuperſedendum in cauſa ciuili putat *Bald. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. col. vlt. Capic. d. deciſ. 25. nu. 4.*

16 Ex quo illam fieri præſumendum eſt ad inuoluendam litem ciuilem, & ad ius actoris elongandum, ex *Franch. deciſ. 147. in fine. Maſtrill. d. deciſ. 220. nu. 8.* Latet autem neminem, accuſationem prædictam eſſe cauilloſam, & ad ſubuertendam cauſam ciuilem propoſitam. Quandoquidem poſt accuſationem non fuit ad vlteriora proceſſum per accuſantem, nec aduerſus teſtes, nec aduerſus producentem. Quin immo adhuc ſilet, licet ab accuſatione propoſita octo menſes decurſi ſint.

Alterum fuit tentatum nullitatis caput ex aduerſo, quia ſcilicet fuit datus terminus ad reprobandum, & inde abbreuiatus. Friuola quidem obiectio. Potuit enim ter-

17 minus ob periculum peremptionis inſtantiæ abbreuiari, vt animiſit quotidie Regni praxis, & eò fortius hoc in caſu, in quo iuſsit Princeps ſtatim, abbreuiatiſque terminis procedendum eſſe.

Immò & quod magis eſt, ſi terminus prædictus datus non fuiſſet, nec proceſſus nullitatem operari potuiſſet. Ritus enim 134. vnicum ad reprobandũ terminũ dari decernit, qui cũ in hac cauſa, ſemel fuerit datus, voluntati Ritus prędicti ſatisfactũ fuiſſe cenſeo, ciuſq; formam adimpletam. Itaque termini ad reprobandum omiſsio

18 nihil aliud operaretur, niſi quod deducta in iudicio non probarent. ex *Marſil. ſing. 81. Bart. in extrauag. ad reprimendum. verb. de plano. nu. 3. Rom. conſ. 519. Ferret. conſ. 95. nu. 2. & conſ. 99. nu. 3. & conſ. 219. num. 3. Soccin. iun. conſ. 134. nu. 4. lib. 2. Cum. ſuper Rit. cap. 47. nu. 3.* etiam ſi cauſa ſuiſſet commiſſa terminis omiſsis, ex

Marſil.

Marsil. d. singul. 81. Pedemon. decis. 1. nu.
19 *47. cum sequ.*

Et denique sententiam dixere nullam, quia præcipitanter lata, & vnico die omnia peracta fuere. Quæ tamen considerandа non sunt, quoties adest timor peremptionis instantiæ, ex *Vant. qui alios refert tit. de nullit. ex defect. proces. sine ordine Iudic. nu. 33.*

Et insuper prædicta locum sibi minimè
20 vendicant, quoties sententia fertur parte presente, & non contradicente; ex quo sibi imputandum esse, dixit *Lup. alleg. 28. Vant. vbi supra num. 36. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 42. in fin.* Ex quibus concludo sententiã latã, validam declarandam fore.

Anno 1606. tam Curia Primarum Appellationum, vbi primo loco nullitatis iudicium tentatum fuit, quàm exinde Magna Regia Curia ad fauorem Clientis pronunciauit.

SVMMARIVM.

1 *Creditori posteriori ius offerendi competit ratione hypotecæ.*

2 *Ius offerendi ex æquitate introductum fuit.*

3 *Creditor posterior tenetur offerre anteriori creditori, non solum vniuersum creditum, verum etiam & expensas. Amplia, vt etiam teneatur soluere omne ius, & creditum anterius, num. 4.*

5 *Creditor vti volens remedio iuris offerendi, tenetur sosuere ne dum prætium, verum etiam & eius augmentum. Amplia nu. 6.*

7 *Ius offerendi non est concedendum cum damno primi creditoris, quia is debet remanere illesus.*

8 *Testibus mætu excommunicationis deponentibus maxima est adhibenda fides.*

9 *Contractus celebrati eodem die, pro eadem summa, & coram eisdem Notario, & testibus, correspectiui dicuntur, & alter alterius contemplatione factus. Amplia, nu. 10.*

11 *Debiti remissio facta per creditorem cessionario, ipsi debitori principali facta censetur.*

12 *Dilatio concessa per creditorem cessionario, debitori concessa intelligitur.*

13 *Creditor offerens, subintrat in locum primi emptoris, & gaudet iisdem dilationibus, & alijs concessis eidem emptori.*

14 *Retrahens subintrat in emptoris locum, & gaudet ijsdem terminis, & dilationibus concessis emptori, & eisdem obligationiaus ligatur. Fallit, nu. 15.*

16 *Solutio prætij, diminuta censetur, per solutiones diuisas.*

17 *Retentio non competit, quando pro illiquidis benefactis fuit data fideiussio. Fallit, si possent in promptu liquidari, nu. 18.*

19 *Fidecommissarius possidens, si cautionem præstat de soluendo hæredi, id quod detrahere potest, liberatur. Et si non possidet, data prædicta cautione, est in possessionem mittendus, nu. 20.*

ARGVMENTVM.

Creditor posterior quid teneatur offerre, vt ad ius offerendi admittatur. Et an, & quando creditori anteriori retentio cõperat pro pecunijs per eum solutis. Creditor posterior offerens quomodo dicatur subintrare in locum emptoris.

CONSILIVM LXXVI.

IESVS MARIA.

PRofecto nõ satis erit mihi elaborandum, vt doctissimis viris persuadeam, Donnæ Paulæ Abbati, Don Pauli vxori ius offerendi competere, aduersus adiudicationem per Franciscum Mannamo, & consortes factam de bonis illorum de Rijcano Iugalium; siquidem latet neminem, eam esse creditricem posteriorem hypotecam habentem super bonis ipsis adiudicatis. Et iuris est, ratione hypotecæ
1 posteriori creditori ius offerendi competere, ad *text. in l. potior. § fin. ff. qui potior in pign. hab. & ibi Bart. l. 1. C. si antiquior creditor. vbi Salic. in quæst. fin. DD. omnes in l. cum secundus. §. fin. cum l. sequ. ff. de distract. pign. cum alijs concordantibus. Fab. de Ann. quæst. 37. nu. 2. Grauett. cons. 298. Franch. decis. 69. Fan. de pignor. 3. membr. 5. part. num. 1. & 7. vers. 3. fallit Morot. de secund. cred. offer. nu. 12. Cum super Rit. cap. 18. num. 4. Capic. decis. 202. nu. 5. Castill. decis. 91. num. 1. Intrigl. sing. 201. num. 13. & 48. lib. 2. Mastrill. decis. 78. num. 1. & decis. 119. nn. 1. & decis. 201. nu. 1.*

Quod ius offerendi (vt inquiunt præcitati Patres, quibus adde *Rimin. iun. cons. 3. nu. 13. Mart. vot. 36. nu. 21. Giurba decis. 58. nu. 3. Mastrill. d. decis. 201. nu. 4.*)
2 æquitas introduxit. Etenim si pignoris distracti valor ad eam summam vsque ascẽderit, vt priori creditore integraliter satisfacto, aliquid supersit, quo secundus etiã creditor satisfieri possit, suadet æquitas, vt vtrique creditori consultum sit, si

prior

prior à posteriori creditum acceperit, eiq; pignus dimiserit, ex vulgari illo adagio, [Tolle quod tuum est, & vade. Proinde
3 depositauit Cliens vniuersum creditum, pro quo distractio facta fuerat, & insuper expensas iuxta id quod voluit *text. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. l. acceptam. C. eod. Fan. d. tract. de pignor. 3. membr. 5. part. princip. nu. 17. Morot. de secund. cred. offeren. nu. 69. Cum. cap. Rit. 18. nu. 5. & cap. 112. Salic. l. 1. quæst. fin. C. si antiqu. cred. Castill. decis. 52. sub nu. 2.*

His itaque sic præmissis, in eo difficultas consistit, an cùm ille de Mannamo creditor post ipsam adiudicationem certam pecuniarum summam nonnullis creditoribus soluerit, eidem ius retentionis super eisdem bonis adiudicatis competat, donec pecuniæ prædictę sibi solutę fuerint;
4 Quandoquidem tunc demum posteriori creditori iuris offerendi remedio leges subueniunt, si is non solum pecunias in distractione contentas, & expensas satisfecerit, verùm etiã & omne ius, ac creditum anterius soluerit, ad *text. in l. 1. C. qui potior. §. fin. ff. eo. l. secundus. C. de pignor. Milan. decis. 12. num. 120. lib. 2. Castill. d. decis. 52. num. 1. Intrigl. d. singul 201. num. 49. Mastrill. d. decis. 119. num. 3. & 4.*
5 Quinimmò non solum prætium tenetur soluere, verùm etiam, & eius augmentum in valore, & beneficio temporis, ex *Alb. cons. 469. num. 17. Grauet. cons. 692. nu. 5. Morot. cons. 40. nu. 19. in fin. & in tract. de secund. credit. offer. nu. 69.* Etiam si contra minorem iure offerendi vtatur, ex
6 communi omnium Doctorum sententia, *in l. pen. C. de solut. Neuiz. cons. 7. quem refert, & sequitur Mastrill. decis. 101. num.*
7 18. Idque ex ea ratione, quia ius offerendi non est concedendum cum damno primi creditoris, qui omninò illesus debet remanere, ex multorum sententia, & præsertim *Lanar. cons. 29. nu. 9. Tiraqu. de retract. lignager. §. 29. glos. 4. num. 1. & de retract. conuent. §. 6. glos. 2. nu. 1. & 2. Caroc. de oblat. part. 2. quæst. 11. nu. 6. Surd. cons. 514. num. 14. lib. 4. Anna alleg. 24. num. 4. part. 1.*

Qua in re nonnulla prius in facto considerandа sunt; & primò, debitum illi de Giarrotta solutum, nequaquam fuisse bullale, ac proinde nec vnquam feciisse, nec facere fructus. Vbi enim capitale in debitum conuersum fuit, infra tres annos per debitorem soluendum, illico bullalis contractus resolutus fuit; & quamuis confessio, & pariter cessio, de capitali, & iuribus ex eo decurrendis, facta appareat; in contrarium nihilominus fuit veritas, prout testantur nonnulli parte citata producti; quorum depositio incorrupta est existimanda, cùm non sponte ad deponendum accesserint, sed vi monitorij coacti, ac me-
8 tu excommunicationis impulsi, in Iudicio Ecclesiastico deposuerint, quo in casu maiorem esse adhibendam fidem, voluere *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 109. & Addit. ad Alb. in cons. 15.* Inquit enim idem *Alb. in cons. 209. num. 31.* non parum augeri fidem deponentium in manibus Ecclesiasticorum sub excommunicationis mætu, cùm palam sit, quod quicquid attestati sunt, id ex sincero conscientiæ affectu processit, *sequit. Surd. cons. 119. nu. 8. Lazar. de monit. sect. 4. quæst. 9. num. 6. & 14.* Eoque magis, cùm aduersus illos fuerint parti dati omnes termini, iuxta doctrinã *Bart. in extrauag. ad reprimend. & Marsil. sing. 81.* Quorum testium dicta ex eo comprobari videntur, nam cessio, & obligatio pro eademmet summa, eodemque die facta fuit, & coram eisdem Notario, & testi-
9 bus: Qua de causa huiusmodi contractus correspectiui iudicandi sunt, & alter alterius respectu, & contemplatione censetur celebratus, sic vnanimiter concludunt Doctores, & præsertim *Bald. Salic. & Dec. in l. petens. C. de pactis. Corn. cons. 306. vol. 3. col. 4. Beninten. decis. 29. in princ. Martin. Mont. decis. Aragon. 32. num. 38. Apont. cons. 69. Honded. cons. 7. num. 15. cons. 32. nu. 14. vol. 1. Giurb. post hæc decis. 85. nu. 18. & sequ. vbi alios refert.* Etiam si non
10 inter easdem personas, sed inter diuersas stipulati sint contractus, sic in puncto dixit *Alex. cons. 90. nu 9. vol. 3. Paris. cons. 55. num. 44. vol. 1. Menoch. præsumpt. 12. num. 31. & 32. & quamplures alij, quos refert, & sequitur idem Giurb. in d. decis. 85. num. 20.*

Nec pro iuribus decursis ante cessionem aliquid nobis dicendum remanet,
11 cùm pro eis nulla cessionario competat actio, siquidem fuerunt illa ipsi cessionario relaxata, & per consequens debitori; cum fuerit cessio facta partim ex causa lucrativa, & partim ex causa onerosa, ad *text. in l. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. mandat. & ibi DD. omnes.*

Secundò est etiam cõsiderandum, quod pro soluendis illis vnc. 40. fuit data dilatio dicto cessionario annorum trium,
12 quæ dilatio per consequens intelligitur data ipsi debitori, ex eadem textus dispositione in *l. per diuersas, & dd. ab Anastasio.*

Quamuis

Quamuis tempore, quo fuit tentatum, ac petitum illud ius offerendi, fuisset facta solutio omnium dictarum vnc. 40. cùm
13 clarum sit de iure, quod secundus creditor offerens subintret in locum primi emptoris, & quod solutum est in promptu per primum emptorem, eodem modo soluendum sit per offerentem secundum creditorem: reliquum verò ijsdem terminis,
14 ijsdemque conditionibus tenetur soluere, quibus ab emptore debetur, sicut dicimus in retractu ex *l. fin. C. de iur. emphit. cap. 1. §. porro. tit. qualiter feudum potereat alienari. & cap. 1. §. 1. per quos fiat inuestit. Alb. cons. 107. Tiraqu. lib. 1. retr. §. 1. glos. 18. num. 32. Caball. cons. 112. num. 3. Vinc. de Franc. decis. 506. num. 18.* Is enim, qui retrahit, eisdem obligationibus adstrictus censetur, eademque temporis dilatione gaudere debet quæ emptori, in cuius locum ipse successit, concessa fuit; (Quam-
15 uis *Tiraquel. vbi supra nu. 48. vers. si verò tempus.* tunc demum id locum habere sentiat; quando in ipsomet venditionis contractu tempus, siue dilatio emptori concessa fuerit, secus si seorsum ab ipso contractu, vel aliquo particulari respectu dilatio concederetur, quia tunc retrahenti minimè prodesset) Quoniã si Donna Paula Cliens, dum se ad ius offerendi admitti petijt, cogeretur supradictas pecunias in vnica massa soluere, vtique graueretur, non enim plus soluere tenetur, quam ille tenebatur, ad *text. in l. mulier. §. si hæres. ad Trebell. l. ait. Prætor. §. si cum in diem. & §. pactum. & l. omnes. § fin. ff. quæ in fraud.*
16 *cred.* Cum per dilationem, & per solutionem in plures vices, dicatur diminuta solutio pretij, *l. circa leg. & l. in quantitate. §. in diem. ff. ad leg. falcid. Alb. d. cons. 107. num. 3.*

Itaque cum absolutissimi iuris sit, remissionem debiti cessionario factam, ipsi debitori factam censeri, & dilationem eidem cessionario concessam, ipsi quoque debitori concessam intelligi, necessario fatendum est, Clientem iuris offerendi remedio vti volentem, non aliter teneri ad solutionem dictarum vnc. 40. nisi cum eadem annorum trium dilatione, quemadmodum per præfatum de Mannamo solutæ fuere. Quare incassum laborat pars aduersa, dum sibi ius retentionis competere instat, quia tempus solutionis nondum aduenit, nec dies cessit, ad *text. in l. cedere. idem de verb. & rer. signif.* Idcirco non est cur impediatur Cliens rem suam consequi, cùm de præsenti ad nihilum teneatur, & cum pro debito de futuro satisfactionem offerat, ad *text. in l. 5. ff. de stat. liber. l. seruus si hæredi. §. vltimo. ff. eodem titulo.*

Quam bonorum retentionem, etiam pro prętensis beneficiis, nequaquam ei cõpetere dicimus; etenim pro illis idoneam Cliens, ac sufficientem pręstitit fideiusio-
17 nem; Certi namque iuris est, pro illiquidis benefactis, data fideiussione, nullam competere retentionem, cuius exceptionẽ media cautione tolli, refert *Rot. Auegn. decis. 140. Thesaur. lib. 2. Forens. quæst. 96. num. 8. in fin. Surd. decis. 46. in fin. Intrigl. decis. 1. num. 8. Facchin. lib. 7. controuers. iur. cap. 91.* vbi dicit verissimam, & ab omnibus approbatam sententiam, *Giurb. decis. 60. num. 27. & 30. & alij, quos idem longa serie recenset ad statut. Vrb. Meßan. cap. 15. glos. 11. part. 1. sub nu. 11.* Quamuis
18 idem *Giurba ibid. ex Gozad. Scrader. Rosental. Menoch. Farinac. & alijs*, putet minimè recipiendam esse cautionem pro illiquidis benefactis, si ea possent in prontu
19 liquidari. Sicut dicimus in fidecõmissario, qui si possidet, prętita cautione de soluẽdo hæredi detractiones prætensas, liberatur à restitutione prædij. Immò si non possidet, non impeditur immitti propter tales prætensas detractiones; sicut decisum in Senatu *Pedam. refert Osasc. decis. 34. in fine. & in Senatu Mantuano Surd. decis. in fine.* & quamuis ipse contrarium tenuerit, & cogatur defendere, tamen *nu. 7.* refert *Corn. cons. 232. col. penult. in fine. lib. 4. Gabr. cons. 45. num. 27. lib. 2. Fusar. tract. de fideicomm. quæst. 613. in fine.*

Ex quibus omnibus non dubito fore dedecidendum Clientem ad iuris offerendi remedium admittendam esse.

Fuit decisum in fauorem Clientis anno 1606. per Curiam Straticotialem, & cum fuisset appellatum, fuit confirmata sententia, quæ & tertio fuit confirmata per Magnam Regiam Curiam anno 1609. Et cum fuisset petita reuisio, fuit per Clientem missum ad effectum, quod non audiatur, quia non licet tertio prouocare, vt in *C. ne liceat tertio prouocare.* qui articulus pẽdet, sed Cliens obtinebit, quia alias me patrocinante anno 1604. fuit decisum in Magna Regia Curia pro Ioan. Simeone Insigneri, & Leonora Romano iugalibus, contra Franciscum la Melfa.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Depositarius tenetur statim instante creditore redepositare.*
2 *Actio cui conceditur, multo magis conceditur exceptio.*
3 *Protestatio contraria facto nihil releuat.*
4 *Protestatio contraria facto, quæ dicatur.*
5 *Arbitrorum sententia, liquidat, & declarat debitum.*
6 *Executio causatur in Regno, tum vigore sententiæ Arbitrorum, tum vigore actus compromissi.*
7 *Hæres qui compromisit, de proprio tenetur, non obstante inuentario.*
8 *Legatum relictum in pecunia, in pecunia soluendum est ab hærede, licet in hæreditate pecunia non extet. Amplia, etiam si hæres sit cum beneficio Inuentarij, nu. 9.*

ARGVMENTVM.

Condemnatus per sententiam super bonis hæreditarijs, an teneatur de proprio, si in actu compromissi promiserat de proprio soluere id, ad quod fuerit per sententiam condemnatus. Legatum in pecunia relictum, quomodo sit soluendum per hæredem, si pecunia in hæreditate non extet. 1

CONSILIVM LXXVII.

IESVS MARIA.

AD instantiam Stephani de Alberto, fuit citatus ad executionem faciendã Illustris Ioseph Marchio Pintidattilo eius frater, iuxta dispositionem *Cap. Rit.* 179. Is verò pro executione sententiæ latæ per Arbitros compromissarios, penes Tabulam nummulariam huius Vrbis, ad nomen ipsius Stephani fratris vnc. 2441. depositauit. Iussit exinde alter ex Iudicibus Curiæ Stratigotialis, quod pecuniæ prædictæ tradantur eidem Marchioni, qui eas penes se loco depositi teneret, cum clausula vt bancus informa, ac proinde mandatum fuit expeditum pro Illustri Marchione. Quod ægrè ferens Iulius Cæsar de Ioanne, Stephani Procurator, porrecta Iudicibus Curiæ prædictæ supplicatione, instanter petijt, mandatum nullatenus exequendum, ac pecunias depositatas, Illustri Marchioni pacto vllo tradendas. Ille verò audacter replicat, pecunias prædictas liberè sibi tradendas fore, sine vlla fideiussione; eam afferens rationem, quia depositum de propriis pecunijs factum fuerat, cum tamẽ ipse (demptis vnc. 450.) fuerat per sententiam condemnatus super bonis hæreditarijs, non autem proprijs reliquum soluere. Et quamuis de proprio pecunias deposuerit, nihilominus coactè per ipsum ad illas deponendas deuentum fuerat, vt scilicet promissa seruaret quibusdam militibus Sacræ Hierosolymitanæ Religionis; de quibus omnibus constare asserit in ipso depositi, in quo clausulas apposuit protestatorias, ac præseruatiuas.

Quibus in aliquo minimè refraganti-bus, mandatum prædictum de detinendo dictas pecunias loco Curiæ Depositi, ad fauorem Illustris Marchionis emanatum, tanquam iniustum omninò reuocandum esse, de iure sentio. Iniquum enim esset, inuito, & contradicente domino, de facto bona auferre, & alteri dare. Animaduertendum etiam est, absolutissimi iuris esse, si pecuniæ depositatæ Marchioni traderentur sub fideiussione, vt eas tanquam depositarius penes se detineret, instante exinde, & reclamante Stephano, cogendus esset eas iterum redepositare; cum non posset os aperire: *l. si quis. vbi DD. C. depos. alios refert Mastrill. decis.* 126. *nu.* 1. 2. 3. 4. *&* 24. multo fortius itaque potest impedire Stephanus, ne tradantur, rè adhuc integra existente. Non enim est nouum, vt cui conceditur actio, eidem facilius concedatur exceptio, ad *text. in l. inuitus nemo. §. cui damus. vbi Cagnol. num.* 1. *ff. de regul. iur. l. quia æquitate. ff. de dol. except. §. certe. instit. de rer. diuis. Surd. decis.* 277. *nu.* 16. *Cum. cap. Rit.* 17. *num.* 51. *Craff. except.* 16. *num.* 23. 2

Nec etiam in eo, quod petit Marchio audiendus est, etenim cum fuerit ipse citatus ad executionem faciendam, cupiens illam euadere, pecunias depositauit: satisfecit ergo id, ad quod ex sententia condemnatus fuerat, & executionem, ad quã faciendã citatus fuerat, impediuit. Nihil itaq; releuat protestatio in ipso depositi adiecta, tanquã contraria facto, ex *text. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred. DD. omnes. in l. non solum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat. Canonistæ. in cap. cum. Ferrarien. de constit. Rimin. iun. cons.* 306. *nu.* 20. *vol.* 3. *Laderch. cons.* 182. *nu.* 10. *Honded. cons.* 89. *nu.* 35. *cons.* 96. *nu.* 16. *vol.* 1. *Cancer. in* 3. *resol. cap.* 16. *nu.* 7. *Mastrill. decis.* 141. *nu.* 6. *Castil. decis.* 22. *nu.* 41. *&* 3

alij, quos refert Giurb. decis. 85. nu. 1.

4 Illam autem appellant Doctores protestationem facto contrariam, quæ contrariatur facto, prout directo sonat in ius, & in factum; vt si quis se velle obligare dicat, animo non obligandi, & de proprio soluere, animo non soluendi de proprio; sic exemplificant *Honded. cons. 96. num. 16. vol. 1. Menoch. cons. 674. num. 20. & idem de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 112. nu. 23.* Igitur non debuit Marchio se protestari, quod solueret pro executione sententiæ, cùm potius soluerit ad impediendam ipsius sententiæ executionem, ad quam fuerat citatus. Nec pariter se protestari, quod de suo solueret, animo non soluendi de suo; quia sub hac verborum forma, clarum est, conceptam fuisse protestationem facto contrariam, ac proinde eam nihil releuare.

Rursus dico, mandatum prædictum reuocandum esse, & pecunias prædictas minimè ipsi Marchioni tradendas esse. Is enim rectè soluit de proprijs pecunijs. Duplici namque obligatione id facere tenebatur, tum vigore actus compromissi inter ipsum, & Stephanum initi, tum etiam & vigore legati, in pecunia relicti, & vigore sententiæ confirmati. Ambo enim in ipso actu compromissi id omne soluere promiserunt, ad quod per Arbitros condemnati fuerint, obligantes se ad inuicem tum in persona, tũ etiam & in bonis proprijs. Quin immò Stephanus dedit fideiussores, qui personalem, & realem obligationem præstitere. Quamuis autem sententia exinde lata, Marchionem in bonis hæreditarijs condemnauerit, non ex hoc sequitur de persona non teneri, quia id expresè repugnaret obligationi per eundem factæ in compromisso; Sententia namque ad id, quod natura iudicij suadebat, condemnauit, & sic super bonis hæreditarijs. Condemnationis tamen executio, tum ex ipsa compromissi sententia fit, tum etiam ex ipsomet compromissi actu. Inde est, vt dixerit *Bart. in l. 2. nu. 1. ff. de recept. arbitr.* 5 sententiam liquidare, & declarare debitum. *sequit. Mut. cap. Rit. 179. nu. 10 allegans Bongiorn. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* qui inquit, seruare Regni praxim, 6 vt in huiusmodi casibus fiat executio, tum vigore sententiæ Arbitrorum, tum etiam & vigore actus compromissi, & hoc iure vtimur omnes, & præsertim Magna Regia Curia. Quem agendi modum, non in dissimili negotio, etiam pars aduersa approbauit, dum diebus nuper elapsis, executionem exercuit contra fideiussores, quos in actu compromissi Stephanus dederat, illamque exercere dixit, & sententiæ virtute, & cõpromissi; quamuis Arbitrorum sententia, non fideiussores, sed Stephanum condemnauerit, immò nec de eis mentionem aliquam fecerit & nihilominus adhuc hodie currit contra eos quindena. Iure optimo igitur Marchio pecunias de proprio deposuit, quia ex actu compromissi de proprio tenebatur, sic in simili tenet *Angel. cons. 31. nu. 8. Rol. à Val. de confect. inuentar. quæst. 183. num. 2. & alij, quos referens sequitur Surd. decis. 297. num. 11. & sequ. & decis.* 7 *183. in fin.* Hæredem scilicet qui compromisit, de proprio teneri, etsi inuentarium confecerit.

His adde, quod etiam ex legati lege adstrictus erat Marchio de proprio pecunias 8 depositare. Certi namque iuris est, in pecunia legatum à testatore relictũ (quemadmodum hic) in pecunia soluendum esse, quamuis pecunia in hæreditate non extet. Inquit enim *Iurisconsul. in l. si pecunia. ff. de legat. 2.* si pecunia legata, in bonis legantis non sit, soluendo tamen hæreditas sit, hæres pecuniam legatam dare compellitur, siue de suo, siue ex venditione rerum hæreditariarum, siue vnde voluerit, quem *text.* ad literã refert *Mantic. in tract. de inuentar. quæst. 236. nu. 52.* Cuius legis. 9 decretum ampliandũ esse putat ibi *Bald.* in hærede cum beneficio inuentarij, *sequ. Castr. Corn. Rol. & alij, quos refert. Surd. decis. 30. per totam. Moroi. responsi. 13. num. 12.* Prædicta autem hæreditas, non solum est soluendo, verum etiam & ex communi omnium iudicio, & ex ex ipso inuentario constat opulentissimã esse. Quinimmò manifestè satis demonstrant quãplures actus, de hæreditate satis vltra vnc. 9000. pecuniarum ad Marchionis manus peruenisse. Nec pariter est dubitandum, quin legatũ in pecunia relictum fuerit, quia & id legatum ipsum demonstrat, & sententia comprobat, dum statuit per Marchionẽ, vnc. 2997. depositandas esse, iuxta formã testamenti. Quod etiam & partes ipsæ approbarunt, quando in actu compromissi personalem, ac realem in bonis proprijs obligationem promisere, vbi Arbitrorum sententia eos condemnauerit.

Ex his satis superque demonstrasse censeo, mandatum veluti iniustum fore reuocandum, & insuper pronunciandum esse, pecunias per Illustrem Marchionem Pintidattilo ad nomen Stephani in Tabula de

positatas nullo modo ipsi Marchioni tradendas esse.

Die 8. Aprilis 1606. Pronunciauit Curia Straticotialis in Clientis fauorem, sed iussit compensandas esse expensas, pro quibus appellauit Cliens, & Appellationis Iudex pro Cliente sententiam protulit, quam confirmauit Magna Regia Curia, & expensas obtinuit.

SVMMARIVM.

1 *Inferior non potest se intromittere in illis, in quibus Princeps, vel supremus Iudex manus apposuit. Amplia nu. 2. & 3. & quid seruet Magna Regia Curia. num. 4.*
5 *Principis de potestate disputare Sacrilegiũ est.*
6 *Principes Christiani an vti debeant absoluta, vel ordinaria potestate.*
7 *Princeps qui vtitur potestate absoluta, peccat apud Deum. Declara num. 8.*
9 *Princeps non solum ex causa necessitatis, sed etiam ex causa publicæ vtilitatis potest tertio præiudicare. Amplia num. 10.*
11 *Princeps ex causa publicæ vtilitatis potest contractum alterare.*
12 *Creditor qui erat sub deputatione, si obtinuit licentiam posse agere ad distractionem feudi, & egit, concreditores vtique possunt agere, esto licentiam non petierint.*
13 *Princeps ex causa puplicæ vtilitatis potest interdum aliquid statuere contra naturalem æquitatem.*
14 *Creditor per edictum, vel per proclama citatus, si in termino non comparet, ius pignoris amittit*
15 *Citatio per edictum, & citatio per proclamæ an differant inter se remissiue, & quid quoad effectum. num. 16.*
17 *Possidens authore Prætore, securus esse debet.*
18 *Creditor ad comparendum citatus, excluditur per vnicam citationem, quia non requiritur terminus peremptorius. Et quid quando non sit citatus ad contradicendum venditioni fiendæ de rè ipsi creditori obligatæ, sed ad docendum de suo credito, alias sit excluſus.*
19 *Creditor sciens, vel præsens in venditione rei sibi obligatæ, & non contradicens sibi non præiudicat. Ratio ibid.*
20 *Creditores certi, an sint citandi personaliter, vel sufficit eos citare perpublicum proclama.*
21 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
22 *Citatio quæ personaliter fieri debebat, potest fieri per proclama ex Principis mandato, vel eius Delegato.*
23 *Citatio per Principem tolli non potest.*
24 *Citationis modum potest Princeps alterare, licet penitus non tollere.*

ARGVMENTVM.

Creditores citati ad comparendum, si in termino non comparent, an excludantur à iuribus suis. Creditores certi an sint citandi personaliter, & non per proclama.

CONSILIVM LXXVIII.

IESVS MARIA.

SPectabilis V. I. D. Vincentius Romano Regius Consiliarius meritissimus emit in publico incantu ad extinctum candelæ à quibusda m. de Azarello domum magnam existentem in hac Vrbe, collateralem Monasterio sanctissimi Saluatoris; qui agnoscens domum prædictam quamplurimis censibus Bullalibus, aliisque creditis obnoxiam esse, timens propterea, ne quid in futurum occasione prædictorum pateretur, litteras à S. E. exorauit, illasque obtinuit sub visione Mag. Reg. Cur. per quas iussit Prorex citandos esse per publicum edictum, tam Creditores Bullales, quàm etiam ex quacunque alia causa ad comparendum infra certum terminum, quibus non comparentibus, ius super domo amississe censerentur. Fuerunt itaque per proclama citati Creditores omnes, ac proinde emptor sub verbo Regio tutus, ac omni tempore liberatus à quacunque futura euictione, & molestia, soluto prius per eundem emptorem prætio, iuxta formam prædictarum litterarum. Quibus omnibus peractis alias obtinuit à præfata Sua Excellentia litteras, nè vllo vnquam futuro tempore molestaretur. Hodie vero post vigesimum annum comparet quidam Creditor Bullalis, qui tunc temporis in termino per edictum præfinito minime comparuit, qui cum sit anterior illorum creditorum, qui in termino comparuere, & satisfacti fuere, prætendit sibi quoque solui debere per emptorem omnia Iura bullalia decursa. Consultus ideo, vt quid de Iure sentiam responderem, emptoris partes subſtinens, illum ex infra breuiter dicendis nequaquam molestandum esse sentio.

Primo namque animaduertendum est, non prius iussisse Proregem per vltimas literas, ne molestaretur emptor, quin cognouerit, vigore primarum literarum, ex-

cluſos fuiſſe Creditores omnes in termino non comparentes. Donec ergo literæ prædictæ excluſionis reuocatæ non ſint, non poteſt inferior Iudex, in cauſa ſe intro-
1 mittere, quia non valet manus apponere ad ea, quæ Princeps ſiue, ſupremus Iudex prius appoſuit. *ad tex. in cap. vt noſtram. de appellat. cap. cũ veniſſent. de Iudic. Gram. deciſ. 46. num. 1. Berou. conſ. 14. nu. 7. Anchar. conſ. 225. Rol. à Vall. conſ. 80. nu. 14. lib. 2. Peregr. conſ. 24. num. 21. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 239. nu. 30. & ſequ. Caualc. deciſ. 4. nu. 31. lib. 2. Surd. conſ. 501. num. 18. & conſ. 558. nu. 2. vol. 4. Gabr. conſ. 166. nu. 6. Burſat. conſ. 291. Becc. conſ. 55. nu. 27. Illuſtris Regens meritiſſimus Valenz. conſ. 4. nu. 13. & conſ. 34. nu. 151. conſ. 81. in fin. Maſtrill. deciſ. 286. in fin. & deciſ. 176. nu. 6. Caſtill. deciſ. 130. nu. 3.* Quam iuris cõcluſionem ampliant prędicti Patres, etiã
2 ſi Superioris geſta eſſent iniuſta, ſiue nulla adnotauit *Crauet. conſ. 148. num. 3. Anchar. conſ. 57. Roman. conſ. 335. col. 2. verſ. cæterum. Dec. in cap. cum acceſſiſſent. col. 6. verſ. 2. concluſ. de conſtitut. & in conſ. 393. col. 4. ad fin. & conſ. 699. col. 2. in fin.*
3 Quinimmo nec conſuetudo valeret, per quam inferior poſſit cognoſcere de geſtis per Superiorem. *ex Anchar. conſ. 132. col. 2. in 1. dub. Præpoſ. in cap. dilecto. col. 10. de Appellat. Bertach. in 1. part. repert. verſ. conſuetudo quando valeat. num. 84. Gozad. conſ. 76. col. 2. poſt medium. Crauet. d. conſ.*
4 *148. num. 4.* Hinc eſt, vt quotidie ſeruet Regni praxis, & præſertim Mag. Reg. Cur. in reuocãdis litteris prædictis vt nõ prius cognitionem adhibeat, quin Principis cõmiſſio præcedat.

Secundò non eſt dubitandum, rectè in hoc caſu potuiſſe Principem mandare excludendos eſſe creditores non comparentes in termino eis aſſignato per publicum proclama, cũ clauſula perentorie; Etenim
5 circumſcripta illa iuris quæſtione, quam communiter Doctores omnes pertractãt, an ſcilicet ſit ſacrilegium de Principis poteſtate diſputare, quod etiam noſtræ intentionis numquam fuit, *iuxta text. in l. diſputare. C. de crim. ſacrileg. & in l. digna vox. C. de legib. & iuxta tradita per Bald. in cap. Eccleſia. num. 7. vt lit. pendent. Caſſan. in Catalog. glor. mund. part. 3. conſid. 4. col. 4. cum plurib. ſequent. & latè Mieres de maior. part. 4. quæſt. 1. à num. 84. cum plurib. ſequentib. Caſtill. deciſ. 129. nu. 1. Maſtrill.*
6 *deciſ. 205. num. 4.* Et an abſoluta poteſtas conſiderari poſſit in Principe Chriſtiano, vel tantum ordinaria, & ea quidem, quæ rationi, & iuris dicta mini conuenire magis videatur, de qua latius *Giurb.* innumeros referens *in conſ. crim. nu. 37. ſequ. Caſtill. deciſ. 129. nu. 2. Valenz. conſ. 93. nu. 5.*
7 Cum teneant nunuulli Principes vtentes poteſtate abſoluta apud Deum peccare, licet hominem non habeant, qui ſua facta dijudicet, vt aduertit *Andr. de Iſern. cap. 1. verb. flumina nauigabilia. col. 1. quæ ſint Regal. quem ſequ. Pariſ. de Put. tract. de ſindic. tit. de exceſſib. Imperat. col. 2. in fin. Cannet. in extrau. ſi aliquẽ. verb. & quia. n. 111. d. Regens meritiſſimus Valenz. conſ. 99. nu. 119.*
8 quod intelligit procedere *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. quæſt. 1. nu. 5.* quando ſine cauſa ea vterentur. Idcirco in *nu. 6.* ſubdit *ex Bart. in l. Aemilius col. vlt. ff. de minor. & Alex in l. vinum. col. vlt. ff. ſi certum. pet.* poſſe Principes ea vti, vt litibus finem apponerent, quod hoc in caſu rectè ada-
9 ptari poteſt. Fatentur nihilominus omnes quemadmodum ex cauſa neceſſitatis, ſic etiam ex cauſa publicæ vtilitatis poſſe Principem aliquid mandare, quo tertio præiudicium inferatur, prout meminit *Caſtill.* referens omnes, qui quæſtionem hanc degustarunt *in lib. 2. controuerſ. cap.*
10 *28. & lib. 3. cap. 6. & cap. 28.* Quinimmo tenet *d. Regens meritiſſ. Valenz. conſ. 69. nu.* 110. poſſe Principem ex cauſa publicæ vtilitatis cuiquam inuito ius ſuum tollere.
11 Quẽadmodum & ex eadem publicæ vtilitatis cauſa poſſe contractum alterare, voluit *text. in l. quod ſemel. ff. de decr. ab ordin. faciend. cap. in noſtra de iniurijs. Alciat. conſ.*
12 *165. num. 5.* Et interdum propter publicam vtilitatem, contra naturalem æquitatem ſtatui poſſe, firmat *gloſ. in l. 1. ff. de vſucap. Rainald. Corſ. lib. 3. indagat. iur. ciuil. cap. 7. nu. 2. Loffred. conſ. 14. nu. 22. quos refert, & ſequitur Valenz. conſ. 99. num. 35.*

In Regno autem ſemper conſueuit huiuſmodi venditiones fieri; & preſertim ab emptoribus feudorum; idque etiam obſeruant in dies Baroniarum, & feudorum deputationes publicæ vtilitati conſulentes, ne de emptores feudorum prædictorum, cum à creditoribus bullalibus priuilegio Pragmaticæ inſtarentur feuda ipſa inculta deſererent, ita vt pernecceſſarius ſeminandi vſus relinqueretur, in quo vtilitas publica præcipuè conſiſtit: & de fructibus ſoluuntur gradatim, vnde vnus ex creditoribus obtinuit exinde à S. E. poſſe pro eius credito diſtrahere feudum, & cùm egiſſent alij creditores nulla obtenta licentia fuit deciſum po-

tuiſſe

tuisse; nam quando vnus postulat in bonis debitoris se mitti, & immittitur, ceteri non petentes immissi dicuntur, & ideo immissio vnius ceteris prodest. *l. si vnus. ff. de bon. author. iudic. possid. & l. fin. C. eodē. Pappon. cons. 75. nu. 29. Mastrill. decis. 126. num. 14. & 19.* Non obstante igitur sub his solemnitatibus tot in Regno venditiones celebratæ fuere, in quibus obseruatum semper extitit, quòd Creditores, qui in termino eis per edictum assignato non comparuere, penitus excluſi remanserunt. Nec vnquam auditum est, Creditores aduersus huiusmodi venditiones aliquid prætendentes obtinuisse.

Sed si demus in venditione prædicta nullam interueniſſe Principis authoritatem, quæ cùm in rei veritate interuenerit ad ipsam conualidandam sufficiens existimanda est. Nihilominus attenta etiam iuris communis dispositione dicendum
13 est, Creditores, qui per publicum proclama citati in termino eis præfixo non comparuerunt, penitus excluſos intelligi, circumscripta Principis gratia, vel auctoritate, sed tantùm legis ministerio. Inquit enim expressè *text. in l. si eo tempore. C. de remiss. pign.* (Si eo tempore, quo prædium distrahebatur, programmate admoniti Creditores, cùm præsentes essent, ius suum exequuti non sunt, possunt videri obligationem pignoris amisisse) quod verbum [programmate] declarat ibi *Glos.* intelli-
14 gi pro scriptura publicè proposita, quod est citatio per edictum; Inter quam citationem, & inter eam, quæ fit per publicū proclama, licet sentiat *Bonell. in summa decis. tit. 44. num. 76.* aliquam posse constitui differentiam, quo ad effectum tamen
15 putant Doctores nullum inter eas consistere posse discrimen, ita vt intelligant omnes verbum illud [feci præconizare] in figuratione casus appositum, intelligendum esse de citatione, quæ fit per publicum proclama, prout etiam animadnuertit *Puteus in decis. 76. per totam.* Vsque adeò, vt siue per edictum, siue per proclama citentur Creditores, vtroque in casu excluſi censeantur, si in termino non com-
16 paruerint. Cuius rei rationem affert *Faber in d. l. si eo tempore. num. 6.* quia scilicet oportet emptorem esse securum, cùm Prætoris authoritate possideat. Quam sententiā comprobat *Boer. in decis. 112. n. 10. 11. & 14. Cravet. cons. 148. Rebuff. de liter. oblig. art. 11. glos. 2. & in tract. de præcon. gl. 1. art. 5. n. fin. Tepat. lib. 2. tit. quib. mod. pign. vers. Creditor. 1. & 2. vol. 2.* latè *Puteus d. dec. 266. nu. 6.* vbi sentit ad excludendos Cre-
17 ditores non requiri terminum peremptorium, sed sufficere vnicam citationem ex *Salicet. in l. si ea. vers. quæro quando dicatur. C. qui accusar. non poss. Alsan. in collect. 1326. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio. tit. 31. lib. 11. nu. 42. & 43. Pancirol. cons. 20. nu. 33. vers. vltimum. Anton. Faber in Cod. eodem titulo. de remiss. pignor. defin. 2.*
18 Quicquid sit quando per proclama vocantur Creditores, vt compareant ad docendum de suis creditis, aliàs censeantur excluſi, non vt veniant ad contradicendum venditioni, sed absque causa, vt est casus *Pancirol. in d. cons. 20. nu. 34. Alsan. in loco citato, & Mantic. vbi supra.* vel quan-
19 do non essent per huiusmodi citationes vocati Creditores, sed tantum essent præsentes in venditione, & scientes, quo in casu putat *Anton. Faber in d. definit. 2.* præsentiam, & scientiam Creditorum, non operari eorum exclusionem, ex quo sciunt ius eorum durare.

20 Porrò etsi hæc omnia vera sint, dubitari tamen contingit, an etiam locum sibi vendicent, vbi Creditores essent certi; an sufficiat tunc eos citari per publicum proclama, vel potiùs essent personaliter citandi, vt exinde non comparentes, rectè iudicentur excluſi; Qua in rè licet nōnulli senserint personaliter Creditores certos citandos esse, non autem per edictum, siue per proclama; attamen eorum sententiam non puto procedere posse, quando Creditores essent incerti quo ad emptorem, licet quo ad venditorem essent certi, Cùm enim in venditione iudiciali, Iudex vendat, consideratur incertitudo respectu emptoris, & ideò citatio rectè fit per publicum proclama, ex *Bart. in extrauag. ad reprimendum, & in d. l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. Paris. cons. 501. nu. 128. lib. 1. Berou. cons. 19. lib. 1. Surd. cons. 181. n. 32. & decis. 26. Menoch. de recuper. remed. 7. num. 105. & remed. 15. num. 229.*

Sed quicquid sit, cùm tamen *text. in d. l. si eo tempore.* indistinctim disponat, Creditores præsentes, vel per publicum proclama, vel per edictum citandos esse, nullo constituto discrimine, siue adiecta distinctione de certis, vel incertis Creditoribus, dicendum est habere locum iuris
21 vulgatam regulam, quod vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Verùm hæc omnia cessent necesse est, vbi
22 Principis, vel eius Delegati authoritas interuenit; possunt enim ipsi mandare, vt etiam illis in casibus, in quibus personalis

lis requireretur citatio, fieret nihilominus per edictum, vel per proclama, ad *tex. in Clement. 1. de Iud.* Et dixit *Felician. in cap. quoniam frequenter. §. porrò. num. 13. vt lite non contestat.* Et in Delegato Principis loquitur *Ioan. Andr. in cap. si quis contra Clericum. in glos. pen. de for. competen. Menoch. cons. 100. num. 95.* vbi *num. 97. 98. & 99.* respondit obiectioni, quæ hoc
23 in casu fieri solet, quod scilicet citatio sit defensio, quæ minimè per Principem tolli potest. Et licet hoc verum esse fateatur ibi *Menoch. post alios.* Attamen
24 neque negandum est, inquit, alterare modum citationis posse Principem, quamuis non penitus eamdem tollere. Vbi autem Princeps imperat, citationem, quam lex iubet personaliter fiendam, per edictum, vel per proclama fieri, non ex hoc defensionem tollit, sed modum ipsius alterat. *sequ. Surd. d. cons. 181. num. 33.*

Ergo ex his omnibus concludendum est, nullatenus molestandum esse. Spectabilem de Romano, qui ex parte sua omnia in literis Viceregijs contenta adimpleuit. cùm Prætoris auctoritate possideat.

Messanæ, 1613.

SVMMARIVM.

1 *Ius Patronatus quot modis acquiratur, & quid nulla facta reseruatione, nec expressa remissione, num. 2.*

3 *In fundatione Beneficij Episcopi requiritur authoritas, qua sine simplex erit Cappellania. Amplia etiam in Beneficio perpetuo. nu. 4.*

5 *Cappellaniæ, Pontificis, vel Episcopi authoritate, si non sunt constitutæ, nec Beneficia dicuntur, nec possessores ad horas Canonicas obligant. Amplia etiam si sint perpetuæ, & in eis sit eligendus Clericus de parentela habens omnia requisita, nu. 6. Et etiam si fuerint per Episcopum proprio nomine de bonis suis erectæ num. 7.*

8 *Cappellania absq; Pontificis, vel Episcopi authoritate fūdata, sub Beneficiorum reseruatione non comprehenditur.*

9 *Capellaniam etiam Laicus possidere potest.*

10 *Ordinarij authoritas superueniens in Cappellanijs inter viuos constitutis non sufficit, secus in vltima voluntate, testatore non contradicente.*

11 *In fundatione Beneficij superueniens Ordinarij potestas sat est. Ratio num. 12.*

13 *Beneficium consequi valet quælibet Ecclesiastica persona, quamuis non sit Clericus.*

14 *Laici à Beneficijs excluduntur, si non sint Clerici, nec Religioso statui abdicati.*

15 *Beneficia consequi possunt Religiosi, qui sunt Laici respectu aliorum Religiosorum, si in in propriis Ecclesijs conferuntur.*

16 *Beneficiorum in consequutione prima tonsura sufficit.*

17 *Beneficium Sacerdotale is consequi potest, qui ea est ætate, vt infra annum ad Presbyteratum possit promoueri.*

18 *Beneficium requirens ex Fundatione, Statuto, vel Consuetudine, Sacrum, vel Sacerdotalem Ordinem non nisi illum habenti conferri valet.*

19 *Sacri Ordinis, siue Sacerdotij qualitas in Beneficijs obtinendis requisita, electionis tempore vt interueniat necesse est, nec prodest si superueniat.*

20 *Rector in Beneficio Ordinem Presbyteratus habere debet.*

21 *Consuetudo dubiam voluntatem declarat, omniumque dispositionum fida est interpres.*

22 *Obseruantia interpretatiua ex vnico actu inducitur.*

23 *Episcopi authoritatem ex longissimo temporis cursu in Beneficij fundatione præsumitur interueniße. Amplia existente etiam vnica collatione, seu Institutione ab Ordinario facta. num. 24.*

25 *In Beneficijs vltimus status attenditur.*

26 *Solemnitas extrinseca in quolibet actu præsumitur ex temporis diuturnitate, quamuis Notarius eam in actu non expresserit.*

27 *Solemnitas ex sola visione actus non excluditur, si ea potuit actum vel præcedere, vel subsequi.*

28 *Institutio ab Ordinario facta non seruata iuris forma, & sollemnitate, est nulla.*

29 *Institutio facta, omissis edictis, est nulla.*

30 *Consuetudo vltima attenditur in Beneficijs.*

31 *Præsentans in Beneficio potest venire pro suo intereße ad causam, & petere ius præsentandi ad se spectare, etiā præsentato mortuo.*

32 *Episcopus potest prorogare quatrimestre laicis ad præsentandum concessum, si de solo ipsius Episcopi præiudicio agitur. Aliàs secus, num. 33.*

34 *Quatrimestre laicis concessum ad præsentandū non currit à die vacationis, sed scientiæ.*

35 *Scientia vt currat quatrimestre laicis ad præsentandum, debet eße certa & concludens, non autem præsumpta, & verisimilis.*

ARGVMENTVM.

Ius Patronatus quot modis acquiratur. Cappellania absque Pontificis authoritate, vel Episcopi constituta, an dicatur Beneficium. Quæ personæ consequi possint Beneficia. Ex diuturnita-

te

re temporis an præsumatur authoritas Ordinarij, & omnis alia extrinseca solemnitas. Quatrimestre tempus laicis concessum ad præsentandum an possit Ordinarius prorogare, & à quo decurrat.

CONSILIVM LXXIX.

IESVS MARIA.

1 NOn semel scriptum vidimus, Ius Patronatus tribus modis acquiri, Fundatione, Constructione, & Dotatione. *cap. piæ mentis. 16. q. 7. vbi Glos. & DD. post Lãbert. & alios, Garz de Benefic. part. 5. cap. 9. nu. 36.* Etiam nul-
2 la facta reseruatione, dummodo expressè non fuerit remissum, prout animaduertit *idem Garz. num, 62. cap. nobis extra. de Iur. Patron. Ricc. in prax. Iur. Patron. resol. 123. num. 4.* Voluit autem *glos. & communiter DD. in Clement. 2. de decim. in verb. Beneficiorum in fin.* In fundatione Beneficij ne-
3 cessariam esse Episcopi authoritatẽ, & ea deficiente, simplicem potiùs dici Cappellaniam, quàm Beneficium. *sequ. Abb. cap. significatum. nu. 5. de præben. Felin. cap. ex parte. nu. 2. de rescript. Guid. Pap. decis. 187. nu. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. nu. 7. Garz. d. cap. 9. nu. 71. Ricc. d. resol. 123. num. 2.* Quamuis perpetuum sit benefici-
4 um; Vbi enim Ordinarij authoritas deficit, minimè dicetur Beneficium Ecclesiasticum. *Ita post Nauar. Azor. & alios retulit Garz. d. tract. de Benefic. part. 1. cap. 2. num. 102. & 103.* Hinc est, quod huiusmodi Cappellanię citra Summi Pontificis
5 seu Episcopi authoritatem constitutæ, nõ sunt collatiuæ, nec Beneficia, nec obligant possessores ad horas Canonicas, vt *post Cordub. Ludou. Rodor. Couar. & alios quam plures, scripsit idem Garz. d. cap. 2. nu. 104. Gonzal. d. Glos. 5. num. 22.* Inquiens
6 etiã, quòd licet Cappellania sit perpetua & Clericus de parentela sit in ea eligendus à patrono laico, in quo etiam omnia concurrant requisita; nihilominus ne quaquam erit Beneficium, si Ordinarij authoritas in fundatione non interuenerit. *allegat post alios Paris. cons. 34. num. 9. Velasc. cons. vlt. 60. n. 12.* Addit q; *in nu. 21.* quod
7 licet Episcopus nomine proprio de bonis suis eam fundauerit, attamen non erit Beneficium. Idcirco subdit *num. 22.*
8 sub Beneficiorum reseruatione eam non comprehendi. Cappellania namque etiam
9 à laico possideri potest, *ex Velasc. d. cons. vlt. 60. nu. 13. Rot. decis. 182. nu. 2. & decis. 264. nu. 1. & 2. part. 1. Gonzal. regul. 8. glos. 5. num. 26. & sequ.*
10 Quinimmo, nec in his Cappellanijs, inter viuos constitutis, superueniens Ordinarij authoritas sufficit, quamuis secus esset in constitutis in vltima voluntate, testatore minimè contradicente, *Garz. d.*
11 *cap. 2. num. 111.* In fundatione autem Beneficij satis erit, si Ordinarij authoritas
12 superuenerit. Etenim quotiescunque consensus requiritur, is si superueniat satis est. *ex tex. in cap. veram. & in cap. suggestum. de Iur. patron. Gonzal. d. glos. 5. num. 56. Lambert. part. 1. lib. 1. quæst. 12. art. 12. Coras. de Benefic. part. 4. cap. fin. num. 25.* Sic fuisse decisum refert *Garz. d. cap. 9. num. 72. Ricc. in dicta resolut. 123. num. 3.*
13 Sufficit enim, vt quis Beneficium obtineat, quòd sit persona Ecclesiastica, quamuis Clericus non sit; vt *post Nauar. voluit Garz. d. cap. 2. num. 4.* Inde est, vt dixerit *Lambert. part. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 7. nu. 8.*
14 tantummodo à Beneficijs excludi laicos, qui non sint Clerici, nec alicui Religioso statui abdicati. Religiosi enim qui sunt laici, respectu aliorum Religiosorum, non
15 sunt incapaces Beneficiorum, quæ in propriis Ecclesijs conferuntur. *Lambert. vbi supra. & artic. 13. num. 17. Archid. Ioann. Andr. & Gemin. in cap. Ecclesijs. de elect. in 6.*
16 Quinimmo ad ea suscipienda sufficit prima tonsura. *Gonzal. ad regul. 8. d. glos. 5. num. 90. & sequ.* Et in his, in quibus Sacerdotes vocantur, obtinendi capacitas satis
17 est, sufficit enim vt in ea sint ætate, vt infra annum ad Presbyteratum promoueri possint. *cap. 2. de institut. in 6. cap. licet Canon. & cap. cum ex eo. de elect. Gonzal. d. glos. 5. nu. 104.* Beneficium namque, quod
18 ex Fundatione, Statuto, vel Consuetudine, non nisi habenti Sacrum Ordinem, vel Sacerdotium conferri valet, nemo alius consequi potest, nisi qui vel Ordine sacro, vel Sacerdotio sit insignitus. *Barbat. cons. 33. num. 8. & sequ. lib. 2. Lambert. part. 1. lib. 2. quæst. 10. nu. 3. Guttier. cons. 1. nu. 11. & sequ. cons. 2. nu. 20. & cons. 44. nu. 6. Farin. decis. Rot. 570. & in recent. decis. 15. nu. 1. & sequ. part. 2. tom. 3. Mastrill. decis. 2. num. 7. 8. & 9. Cenall. quæst. 693. nu. 13. in fin. Spin. de testam glos. 4. nu. 67. Garz. de Benefic. part. 7. cap. 1. nu. 57. & sequ.* referens in *n. 66.* varias Rotæ decisiones. Et Sacri Ordinis, siue Sacerdotij

qualitas

19 qualitas in obtinendis beneficiis requisita, electionis tempore vt verificetur necesse est, vsque adeò, vt superueniens nil operetur. Quare duobus super Beneficio collitigantibus, si altera pars appellet, ex quo illi non fuerit facta collatio, & appellatione pendente, alteri qualitas requisita superuenerit, vt puta, Sacerdotium; vel quid simile, minimè prodesset, cùm is electionis tempore ob illius defectum incapax esset, *ad text. in l. si quis cùm haberet. ff. de suis & legit. hær. l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognat. Ceual. vbi supra num. 21. & sequ. Spin. d. glos. 4. Princip. nu. 70. Garz. 7. part. cap. 1. nu. 73. & cap. 4. nu. 85. & 86. Farin. decis. 236. nu. 8. part. 2. tom. 3.* Hoc autem in casu, iussit fundator neminem præter Sacerdotem in Beneficio eligendum: ibi (quod semper, & in perpetuum Rector, & beneficialis sit Sacerdos) Sed circumscripta hac expressa Sacerdotij qualitate, cùm tamen Beneficialem eligendum, appellauerit Rectorem clarè nimis colligitur voluisse fundatorem Beneficium in Sacerdotem conferri. Re-
20 ctor enim Presbyteratus Ordinem habere debet. *cap. cùm in cunctis. §. inferiora. de elect. cap. 1. de ætat. & qualitat. Rebuff. in prax. benefic. tit. de requisit. ad collat. bon. nu. 31.* His adde considerandum esse, quid in huius Beneficij electione hactenus fieri consueuit. Illud namque tantummodo Sa-
21 cerdotes assecuti sunt. Nec est nouum per consuetudinem, quamcumque dubiam voluntatem declarari, omnemque actum ancipitem, eamque dispositionum omnium fidam interpretem esse, ex traditis per *Menoch. cons. 341. nu. 23. lib. 4. Surd. cons. 140. num. 43. & sequ. cons. 297. num. 8. & cons. 335. num. 26. & 27. Farin. decis. 194. num. 4. part. 2. tom. 3. & decis. 216. nu. 2. eod. lib. & decis. 419. num. 6. part. 1. tom. 1. Mantic. decis. 129.* vbi ex obseruantia subsecuta dixit Beneficium non-
22 esse Sacerdotale. Quinimmo vnicum actũ sufficere ad inducẽdam obseruantiam interpretatiuam, consuluit *Paul. de Castr. cons. 347. num. 4. vol. 1. Decian. resp. 44. num. 28. vol. 4. Becc. cons. 101. num. 50. Mastrill. decis. 52. num. 14.*

Consensum autem Episcopi, & authoritatem in huius Beneficij fundatione clarè nimis constat interuenisse. At vbi de-
23 eius interuentu non constaret, ex longissimo tamen cursu temporis ducentum annorum, & vltra putat, & recte interuenisse *Lambert. de Iur. patron. lib. 1. part. 1. art. 7. 2. quæst. princ. à nu. 3. & sequ. per totum. Mascard. de probat. conclus. 416. nu. 4. Menoch. lib. 3. præsumpt. 90. num. 17. & sequ. & lib. 6. præsumpt. 79. num. 4. Garz. 5. part. cap. 9. num. 73. & 74. Ricc. in dicta praxi Iuris patronatus. resolut. 123. num. 3. Gonzal. ad d. regul. 8. glos. 5. num. 50.*
24 qui in *num. 51. & 52.* eò magis id procedere inquit, stante quasi possessione Superioris, ad alterius præsentationem instituendi, vel vbi constaret de aliqua institutione iam facta, quæ debitum effectum-
25 fuerit sortita, constito enim de vnica collatione, vel institutione Ordinarij, in dubio Cappellania, censetur Beneficium. *Rebuff. de pacific. possess. nu. 349. Rot. decis. 106. nu. 1. 2. & 3. part. 2. diuers. Crescent. decis. 12. de probat.* vbi dicit satis esse, si status Beneficij probetur, & de eo tanquam de Beneficio fuisse factas collationes per Ordinarium, quæ effectum-
25 fuerint sortitæ; Vltimus namque Beneficij status attenditur. *sequitur Garz. de Benefic. part. 1. cap. 3. nu. 113. vers. Rursus. Gonzal. d. glos. 5. num. 51. & 52.*

Hinc est, quod omnes communiter sen-
26 tiant, solemnitatem extrinsecam in quolibet actu interuenisse præsumi, etsi Notarius de ipsa nullam in actu mentionem fecerit, prout adnotarunt *Alex. & Ias. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. idem Ias. in l. qui aliena. §. sed si non adierit. ff. de acquir. hæred. Dec. cons. 409. num. 12. Gam. decis. 48. nu. 3. & decis. 83. nu. 2. Afflict. decis. 345. nu. 5. Surd. decis. 131. nu. 19. & sequ. Menoch. cons. 90. num. 29. Gonzal. ad reg. 8. glos. 12. nu. 78. & 79.* Non enim sola
27 actorum inspectio probat solemnitatem minimè interuenisse, quando potuit solemnitas vel actum præcedere, vel subsequi. *Surd. decis. 334. nu. 20. allegans Dec. Rol. & alios.*

Vnde cùm ex his fateri cogamur nos in vero Beneficio, non autem in Cappellania versari: nulliter ergò fuit facta institutio à Reuerendissimo Vicario contra formã *Cap. fin. de elect. in. 6.* vbi Bonifacius Pontifex declarat irritam, & ipso iure nullam confirmationem, seu institutionem Beneficij, factam in personam alicuius non-
citatis coelectis, nominatim, vel generaliter per edictum affixum in Ecclesia, vt si quid aduersus institutionem fiendam haberent, comparerent assignato illis peremptorio termino, quæ solemnitas cùm
28 seruata non fuerit, vt patet ex literis ipsis Igitur ipso iure nulla fuit institutio, facta omissa iuris forma, & sollemnitate. *glos. in d. cap. fin. in verb. Electione. vbi cæteri*

Canonistæ

Canonistæ. Lambert. de Iur. Patron. 2. & 3. artic. 6. quæst. principali. part. 2. lib. 2. cum aliis sequ. artic. Bart. decis. 298. lib. 11. Cranet. cons. 177. num. 1. Lap. alleg. 8. col. fin. Vini. decis. 309. lib. 2. per totum. refert decis. Crescent. decis. 12. aliàs 58. de Iur. Patr.

29 Et huiusmodi institutiones fuisse pluries nulliter declaratas ob omissionem edictorum, & quòd ipso iure corruant, per *Rot. Rom.* resolutum testatur *Caputaquen. decis. 95. part. 1. & decis. 128. part. 2. Serafin. decis. 399. alias Rotæ decis. referens & sequitur Ricc. in dicta prax. Iuris patronatus. resol. 143. num. 1. & 2.* Et tandem fuit decisum in vna Parmensi die 28. Nouembris 1586. coram Gipsio, vbi fuit annullata institutio facta ab Ordinario eodem die resignationis, ex quo edicta apposita non fuerunt, *Caual. decis. 17. num. 91. part. 2. Farin. decis. 181. in recentioribus nu. 4. part. 2. Garz. d. part. 5. cap. 5. num. 99. & part. 9. cap. 4. num. 1. & sequ. Filuc. tom. 3. tract. de Benefic. cap. 4. num. 164. vers. Quarto quæro.* Et hoc in casu nõ semel ex scripturis constat fuisse promulgatum edictum, sed pluries iuxta iuris Canonici dispositionem, & præsertim in in-

30 stitutione vltimi Rectoris, & Beneficialis, quo casu vltima consuetudo attenditur. *Gracian. discept. 126. lib. 1. num. 8.* maximè quando consuetudo est conformis iuri communi, *Gratian. discept. 482. num. 13. lib. 3.* Nec contraria consuetudo denegaret audientiam interesse habentibus, seu non citatis, ne possint postea venire ad contradicendum, ex quo non fuerunt citati per edictum, & ad dicendum de nullitate, & inualiditate electionis, ac institutionis non factæ in personam Sacerdotis, & sic contra testatoris mentem, voluntatemque, *ex Abb. & Præpos. in d. cap. fin. dixit. Lambert. de Iur. patron. art. 14. quæst. 6. Princip. 2. part. 2. lib.* Et quod

31 patronus præsentans pro suo interesse possit prosequi, & venire ad causam, etiam mortuo præsentato per eum, & petere ius præsentandi ad eum pertinere, & aduersarium remouendum, dixerunt *Lambert. d. tract. 2. part. 2. lib. art. 3. quæst. 8. princip. nu. 2. & 4. Coccin. decis. 112. nu. 2. & decis. 355. num 3.*

Vltimum quod quæritur est, an quadri-

32 mestre datum patronis laicis ad præsentandum possit Episcopus prorogare, qua in rè affirmatiuè respondit *Crescent. decis. 11. num. 1. & sequ. de dilat. Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 29. in fin. Ludou. decis. 177. num. 5. & 8. in addit. allegat Lambert. d. tract. 2. part. 2. lib. art. 27. p. quæst. princip.* qui loquitur, vbi de solo Episco-

34 pi præiudicio agitur, & sic non procedit in præiudicium Clientis, qui in tempore fuit præsentatus, vt clarè animaduertit *Ludou d. num. 5. in fin.*

34 Quadrimestre autem non currit à die vacationis, sed à die scientiæ, *Seraf. decis. 380. num. 1. Veral. decis 248. nu. 1. part. 3. & decis. 186. sub nu. 1. part. 2. in recentior.*

35 quæ scientia debet esse certa, & concludens, & non sufficit præsumpta, & verisimilis, *Lap. alleg. 78. num. 12. Seraf. decis. 1178. num. 3. & Rot. decis. 173. sub nu. 1. & decis. 186. sub num. 2. part. 2. in recentior.* vbi alij cumulantur, quos refert, & sequitur *Ludou. d. decis. 177. nu. 9. in addit.* Et hæc satis existimo pro Iustitia præsentis causæ. Messanæ die 14. Septembri 1619.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis priuilegium ad descendentes ex linea fœminina non extenditur. Amplia etiam non extendi ad masculos ex fœminis descendetes, num 2. Limita vt in num. 4.*

3 *Fœmina dicitur de sanguine, sed improprie.*

5 *Immunitatis priuilegium à Fœmina concessum etiam ad descendentes ex Fœminis extenditur. Ratio num. 6.*

7 *Verba sunt intelligenda secundum proferentis qualitatem,*

8 *Donatio Regni facta à Regina suæ posteritati Fœminas non excludit.*

9 *Posteritatis nomine, non veniunt Fœminæ, salt, quando Fœmina est, quæ de posteritate mentionem facit. num. 10.*

11 *Substitutio facta à naturali sub conditione si hæres sine filijs decesserit, non habet locum mortuo hærede relicto filio naturali.*

12 *L. 1. §. fin. ff. de Iur. immun. non procedit quoties à Fœmina immunitatis Priuilegiũ concessum fuerit. Et loquitur in Priuilegio, non autem in Beneficio, num. 19.*

13 *Immunitatis concessio facta posteris à Fœmina, extenditur ad descendentes ex Fœminis.*

14 *Meßanæ Vrbi propter merita Immunitas concessa fuit. Et sic ex causa onerosa nu. 15.*

16 *Immunitas in meritorum remuneratione concessa, Fœminas quoque comprehendit.*

17 *Feudum, quod de sui natura ad Fœminas non transit, ad easdem tamen venire potest, si ob remunerationem sit concessum. Amplia stante obseruantia subsequuta, num. 18,*

20 *Beneficium dicitur, & non Priuilegium immunitatis, quoties ex alterius exemptione*

non

non exempti non agrauantur, sed immunitatem concedens sibi assumit id, quod exempto competit.

31 *Immunitatis Priuilegium Messanæ Vrbi concessum fuit motu proprio.*

32 *Immunitatis Priuilegium ob remunerationem concessum, in dubio præsumitur motu proprio conceßum.*

33 *Immunitas concessa Ciuitati, & Ciuibus, Fęminas etiam comprehendit.*

34 *Immunitas concessa Patri, & Filijs, non expirat mortuo Patre.*

35 *Feudum conceßum pro masculis cum fęminis, æquè principaliter ad masculos, & fęminas pertinet.*

26 *Immunitas in dubio dicitur concessa, etiam quoad bona postea quæsita.*

27 *Meßanenses Ciues etiam pro mercantijs sunt immunes.*

28 *Res quælibet transit cum suo onere. Declara, num. 29.*

30 *In collectis personæ conditio si mutatur, rei quoque conditio mutatur.*

31 *Iason. cons. 83. vol. 3. declaratur.*

32 *Immunitas superueniens postquam bona fuerint in æstimo adnotata, non iuuat, secus si ante.*

33 *Immunitas quæ non est concessa cum clausula [non obstantibus legibus] Iuri communi non derogat.*

34 *Statutum de soluendis gabellis nemine excepto, non ligat eos, qui habent amplissimum Priuilegium, vt in omni loco sint exempti.*

35 *Immunitas simpliciter conceßa, in dubio censetur de extraordinarijs, non de ordinarijs gabellis.*

36 *Immunitatis Priuilegia Ciuibus Meßanæ concessa, intelliguntur tam de extraordinarijs, quàm de ordinarijs gabellis.*

37 *Pater habens duodecim filios viuos efficitur immunis. Amplia etiam si vnus moriatur antequam fuerit petita immunitas, vel expeditum Priuilegium, num. 38. Ratio, nu. 39. Amplia secundò etiam si vnus matrimonium contrahat, vel Religionem ingrediatur, num. 40.*

41 *Mater est immunis propter duodecim filios, etiam quoad bona propria, & patrimonialia per eam posseßa.*

42 *Immunitas conceßa propter duodecim filios, comprehendit dumtaxat onera publica, non autem priuata.*

43 *Priuilegium Immunitatis concessum parentibus propter duodecim filios, an competat filijs, parentibus mortuis.*

ARGVMENTVM.

Immunitatis Priuilegium, an & quando ad descendentes ex Fęminis extendatur. Et an compræhendat bona postea quæsita, & multa de Priuilegio Immunitatis propter duodecim filios.

CONSILIVM LXXX.

IESVS MARIA.

DVo principaliter in prę senti causa discutienda duxi, quorum primum est, an Immunitatis Priuilegium Antonio N. Ciui Messanensi concessum, comprehendat descendentes ex linea fęminina.

Alterum, an esto Priuilegium, Petrum ex linea fęminina descendentem comprehēdat, Is etiam gaudeat pro bonis emptis, quæ erant descripta in extimo pro soluendis collectis.

Scio autem, quod attinet ad primum

1 Regulare esse, concessam Immunitatem, nequaquam ad descendentes ex linea fœminina extendi, *ad text. in l. 1. ff. de Iur. immunit. l. solidorum. C. de excusat. muner.* Quod speciale esse in Immunitatis Priuilegio, *dixit glos. in l. si ita scriptum. ff. de legat. 2. Andr. cap. Filij. nu. 3. in fin. de succeß. feud. Dec. cons. 222. Tiraqu. de retract. lignag. glos. 9. §. 1. nu. 242. Surd. cons. 140. num. 3.* Vbi *in num. 1. & 2.* inquit, quod Immunitas est contra publicam vtilitatē, & sui natura talis concessio est restringi-

2 bilis: Et in feudo concesso generi alicuius quod nō transeat ad masculos descendentes ex Fęmina, *dixit Menoch. in cons. 1036. num. 6. ex authorit. Isern. Curt. Iun. & aliorum. Illustris Aponte Regens in suo opere feud. lect. 15. num. 3. quæst. 10. & 13. & decis. 5.* Vbi sic decisum refert in supremo Italiæ Consilio, & fuisse denegatam immunitatem Sereniſſimo Duci Palmæ circa solutionem directuum Regij Sigilli,

3 quia descēdebat ex Fęmina, *Molfes. in comment. ad consuet. Neapol. part. 4. quæst. 30. num. 2. Thor. in compend. decis. verb. Immunitas. fol. 268.* Etenim etsi Fęmina dicatur de sanguine, *ex text. in l. 2. ff. vnde cognat.* Impropriè tamen, non autem propriè, *latissimè Amod. de Pont. cons. 139. vol. 2. inter cons. vlt. volunt.* Vnde rectè dixerit

4 *Apont. d. decis. 5. num. 11. DD.* qui tenuere, etiam comprehendi descendentes ex linea Fęminina, loquutos fuisse in vltimis voluntatibus, in conceſſionibus, & in

Beneficijs,

Beneficijs, non in Priuilegio Immunitatis, *sequitur Molfes. ad consuet. Neapol. part. 4. de succes. ab intest. quæst. 30. num. 2. 3. & 6. in addit. ad quæst. 30. num. 1. fol. 145. vol. 2. part. 4. eodem tit.* Verùm enimuerò, etsi id regulare sit, locum autem minimè sibi vendicat, vbi à fœmina exemptionis, & immunitatis priuilegium concessum fuerit, prout Messanensibus à Sereniſſimis Regina Ioanna, Regina Maria, & Imperatrice Constantia huiusmodi priuilegia concessa fuisse constat; tunc enim etiam descendentes ex fęminis immunes existunt; Præsumendum namque est, proprium sexum nequaquam odisse. Hinc dixit *Iurisconsul. in l. plenum. ff. de vsu, & habit. & tex. in cap. si de beneficio. de præbend. in 6.* verba iuxta qualitatem personæ, à qua proferuntur intelligenda esse. Quinimmo credendum est non minus proprium sexum dilexisse, quam masculinum. Quia ratione motus concludit in simili *Anchar. in cons. 339. nu. 6. in fin. vers. 3. Quod proles.* Quod donatio Regni facta à Regina suæ posteritati, includit etiam Fęminas. Quia in habentibus symbolum facilior est transitus, *l. nam inutiles. ff. de transact. & idem Anchar.* qui *in d. cons. num. 3. ex l. 1. §. fin. ff. de iur. Immunit.* dicit, posteritatis nomine fęminas nõ cõprehendi, attamen id limitari inquit sub *nu. 6. in fin.* Quando fęmina est illa, quæ de posteritate mentionem facit, quam decisionem sequitur *Socc. in l. Gallus. §. nunc delege. num. 5. in fin. ff. de lib. & posthum.* vbi hanc dicit elegantem decisionem, & notandam, quia est vtilis in concessionibus Dominorum, *Surd. in cons. 140. nu. 25. & sequ.* Vbi ex auctoritate aliorum infert etiam, quod si quis cùm sit naturalis, instituto sibi hæredi aliquem substituerit, sub conditione si hæres sine filijs decesserit, hoc in casu intelligendum erit, filios naturales substitutum excludere, vt verba intelligantur, secundùm proferentis conditionem, qui cùm sit naturalis verisimile non est, naturales, & sic sibi similes voluisse excludere. Vnde idem *Surd. in num. 24. & sequ. ex Anchar. author. & aliorum* inquit, textum *in d. l. 1. §. fin. ff. de iur. Immun.* limitari, vt non habeat locum, quoties Immunitatis priuilegium à fœmina cõcederetur, vt à Regina; et hunc casum in specie determinat *Dec. in cap. in præsentia. nu. 43. in fin. de probat. Anchar. sequitur Curt. iun. in cons. 181. nu. 1. in fin.* vbi dicit continere singularem decisionẽ, *Berou. cons. 120. num. 18. vol. 2.* qui de communi testatur, *Gozad. in cons. 71. nu. 6. Rol. cons. 76. nu. 9. vol. 3.* qui *in nu. 12.* inquit in concessione Immunitatis facta à fœmina posteris, venire, & compræhendi fœminas, *Benintend. decis. Bon. 52. num. 2. Cotta in memor. incip. Immunitates. col. 2. vers. 2. limitatur. Boss. in sua pract. crim. tit. de princ. nu. 145. & Surd.* qui *in d. nu. 28. & sequ.* infert ad multa, vsque ad *num. 58. Molfes. vbi supra num. 2.* & in dies hoc iure vtimur, videmus namque esse exemptos Ciues Messanæ, esto, à fœminis descendant. Idemq; ie quo ad officia fuit seruatum per Illustrissimum Senatum anno 1617. de mense Octobris, nam cùm fuisset electus Iudex R.C. Straticotialis Messanæ Spectabilis D. Antoninus Romeo, qui nec per natiuitatem, nec per lineam masculinam Messanensis erat, sed tantùmmodo eius auię mater erat Messanensis, fuit nihilominus ad illud officium admissus, & tradita possessio, illudque exercuit, tum ex authoritate *Apont. in d. decis. 5.* tum etiam ex supradicta limitatione communiter à Doctoribus approbata, qui proprijs in his terminis loquuntur.

Insuper animaduertendum est, Nobilissimæ Vrbi Messanę, eiusque ciuibus immunitatem propter merita concessam fuisse: Proprium enim sanguinem pro Sereniſſimorum Regum corona tuenda effundere consueuerũt libentissimè, prout ipsimet Reges testantur, & ego latius retuli in *cons. 1. & 2.* vbi comprobaui ex causa onerosa Messanam Vrbem Immunitatem, cæteraque Priuilegia adeptam fuisse, in eis namque, soluitur sibi laboris merces, *ex relata l. si pater §. 1. ff. de donat. l. aquilius regul. cod. tit.* & concedens videtur potiùs naturale debitum soluere, quàm liberalitatem exercere. Cùm igitur sit fauorabilis, & proprios terminos excedat quæcunque dispositio facta in remunerationem meritorum, non mirum, si immunitatis concessio in eandem causam facta, fœminas includat, sic in terminis respondit *Alex. cons. 160. in fin. vol. 2.* Hinc feudum quod alias nõ solet transire ad fœminas, ad eas tamen veniet, si ob remunerationẽ sit concessum. *text. in cap. 1. Quæ feud. ad fil. pertin. Rip. cons. 80. nu. 69. cum relatis à Surd. d. cons. nu. 42.* & eo magis attenta obseruantia subsequuta fica interpretę, de qua latissimè in proprijs terminis *Surd. num. 43. & sequ. & ego latissimè in cons. 1.*

Præterea *text. in d. l. 1. §. fin. ff. de Iur. immunit.* loquitur in Priuilegio, non autem

tem in Beneficio, *Petr. & Cin. in l. fin. ff. de constit. Princip. cum alijs à Surd. num.* 48. Quandoquidem huiusmodi concessio Immunitatis soli Regi concedenti nocet. Nõ enim per eam cæteri Ciues non exempti aggrauantur, nec illis collectarum onus accrescit, siquidem assumit sibi Regia Curia, quicquid exempto Ciui competit, vt latissimè *Bologn. in plen. cons.* 1. *num.* 100. *Et Costa de Port. rat. quæst.* 146. *num.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. Quod seruari videmus in Reuerendissimo Archiepiscopo Messanen si, qui cùm sit immunis à collectis, nihil contribuit, sed id sibi assumit Regia Cu-
20 ria. Beneficium ergo potiùs dicendum est quàm Priuilegium, & per consequens nõ est contra publicam vtilitatem, cùm soli Regi concedenti ipsam immunitatem no ceat, vt in specie *Surd. num.* 49. *& sequ. & nu.* 52. *&* 53. vbi referens multos, opinionem contrariam tunc locum habere inquit, quando grauantur cæteri Vassalli.

His accedat Priuilegium Immunitatis
21 Nobilissimæ Vrbi eiusque Ciuibus concessum fuisse motu proprio, vt clarè legitur in multis Priuilegijs, quæ refert *Bologn. d. cons.* 1. *à nu.* 123. *cum multis.* Quinimmo etiamsi id nõ appareret euidenter, præsumendum tamen esset, cum fuerit facta concessio in seruitiorum remunera-
22 tionem, quo casu præsumitur Principem motu proprio concessisse. *Gugliel. Cin. in l.* 3. *in princ.* vbi dicit *Alex.* menti tenendũ, *ff. quod quisq; Iur. Alberic. in l.* 1. *ff. eodem. multos refert Surd. num.* 61. *&* 62.

Insuper si hanc concessionem Immunitatis consideremus iuxta eius propriam verborum significationem, verumque intellectum, nulli erit dubium, quod in ea fœminæ continentur, quia fuit concessa
23 Immunitas Ciuitati, & Ciuibus, cuius nomine veniunt fœminæ, vulgat Iuribus.

Vnde competit Ciui iure proprio, eo quod effectus est Ciuis, non quia natus, & descendens à Ciue, quia vt talis habet ciuilitatem, & vt Ciuis habet immunitatem, quæ competit iure proprio vt Ciuis. Sic etiam dicimus in Immunitate cõcessa
24 Patri, & Filijs, quia tunc filijs æqualiter concessa est sicut Patri, ita vt mortuo Patre non expiret. *Soccin. cons.* 84. *num.* 9. *vers. postremo adhuc. vol.* 3. *Barbat. cons.* 44. *num.* 6. *& sequ. vol.* 2. *Natt. cons.* 242. *nu.* 2. *Menoch. cons.* 486. *nu.* 4. *Surd. decis* 123.
25 *num.* 8. *&* 9. asserens, concesso feudo pro masculis cum fœminis, venire fœminas æquè principaliter, & eodem tempore cum masculis. *Bald. l. quoties. nu.* 5. *C. de suis, & legitim. hæred. Clarus de feud. quæst.* 73. *Thom. Mar. tract. de feud. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 31. *cum alijs relatis à Surd. dicto num.* 9. Idcirco *text. in d. l.* 1. *ff. de Iur. immunit.* Cuius verba sunt [Sed & generi posteriscque datæ, custoditæque ad eos, qui ex fœminis nati sunt non pertinent] non verificatur quoad Messanenses, quia Immunitas fuit concessa Vrbi, & Ciuibus, & statim ac quis est Ciuis, efficitur immunis, loquitur namque textus ille de immunitate concessa posteris alienis. Hinc aliud habemus Priuilegium, quod nati natorum, & qui nascentur ab illis sint Ciues Messanenses, quod procedit tàm si nascuntur à masculo, quàm à fœmina, quia omnes sunt reputati Ciues Messanæ, & gaudent Priuilegijs vt verè oriundi, & ita semper seruatum vidimus, nec vnquam controuersum fœminas non esse immunes, & ex eis descendentes.

Quo ad secundam, an gaudeat Petrus immunitate pro bonis emptis, quæ erant descripta in extimo, pro soluendis collectis. Qua in rè illam insequor sententiam,
26 Immunitatem in dubio censeri concessam etiam quo ad bona postea quæsita, *cap. nouerint. io. quæst.* 1. *Bar. cons.* 59. *num.* 4. dicens de hoc esse casum *in l. peculium. ff. de leg.* 2. *& in cap. quia circa de priuileg. Bald. cons.* 401. *nu.* 2. *vol.* 5. *& cons.* 112. *nu.* 4. *vers. dici potest. vol.* 2. *Alex. cons.* 178. *nu.* 17. *vol.* 2. *vbi plura similia, & multos refert. sequitur Octau. decis. Pedam.* 136. *num.* 1. Quod in Priuilegijs Vrbis non est dubitandum, ex eis namque manifestè constat,
27 comprehendi omnia acquisita, & acquirenda, ea potissimùm ratione, quia statim ac nascitur Ciuis, immunis est. Quinimmo Ciues Messanenses etiam pro mercantijs immunes esse voluerunt Reges Rogerius, Alfonsus, Henricus Imperator, Fedricus Tertius, & Quartus, Ioannes, Ioanna ibi (vt liberè in eis mercimonia conferãt) quod in multis alijs amplioribus verbis legi, *refert Bologn. d. cons.* 1. *nu.* 126. *post hæc scripta Giurb. cos. crim.* 94. *n.* 19. *cum sequentib.* nõ obstãte Pragmatica Regis Ferdinandi edita, *tit. de offic. secret. fol.* 293. cùm post illum aliter fuit dispositum per subsequentes Reges, & per literas Illustrissimi Ioannis de Vega sub visione Trib. Reg. Patrim. die 29. Septembris 1556. citatis Vniuersitatibus Regni, & pluries fuit decisum esse contra Priuilegia exactiones factas in Regno de Mercantijs Ciuium. Idemq; fuit per me decisum in anno 1617.

pro

pro Gabellis impositis per Excellentiam Illustrissimi Ducis Ossunæ tunc Proregis in Regno, cũ essem Iudex Curiæ Straticotialis Delegatus Regius cum Doctissimis Colleghis Spectabilibus Francisco Angotta, nunc meritissimo Magistro Rationum, & Regio Consiliario, & Io. Baptista Castelli etiam Regio Consiliario meritissimo.

Immunitas autem hæc, an extendatur ad bona empta, quæ descripta erant in extimo pro soluendis collectis, veriss-
28 ima est distinctio apud Doctores, quod tũc res alicui oneri suppositа transit cum suo onere ex *Specul. d. clerici coniug. num.* 11. *vers. alij dicunt. Bal. in l. neminem. num.* 2.
29 *C. de sacrosanct. Eccles.* Quoties prædium est tributarium, vel censuale iure feudi, vel emphiteosis pro solito, & perpetuo tributo, quod est conforme, & certum, quando enim descriptio, seu extimatio quę fit per solidum, & libram, non est perpetua, & certa, sed mutatur pro varietate imminentiũ negotiorũ, tunc onus huiusmodi non durat, & sic non transit cum ipsa rè, postquam venit ad priuilegiatam personam, vt bene distinguit *Bart. in cons.* 180. *num.* 34. *lib.* 1. *Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu.* 77. *d. constit. Brun. cons.* 94. *& cons.* 103. *nu* 6. *post Bal. Archid. Ioan. Andr. Imol. Gemin. Barz. Abb. Cost. & alios per eum allegatos. Alciat. respons.* 168. *num.* 6. *&* 7. *Soccin. cons.* 243. *Natt. cons.* 328. *num.* 2. & veram, & magis receptam opinionem testatur *Osasc. decis. Ped.* 136. *num.* 2. qui ante *num.* 3. inquit, in collec-
30 tis, mutatione personæ, mutari conditionem rei, & ante eum dixit *Guid. Pap. decis.* 382. *num.* 1. *&* 384. *num.* 1. *ex auth. Bart. in l. Paulus respondit per procuratorem. in fin. ff. de acquir. hæred.* vbi sic decisum fuisse testatur *Leon. thes. for. Ecclesiast. part.* 1. *de immunit. bon. Eccles. cap.* 14. *nu.* 28. *&* 29. *qui multos refert.*

Non obstat *Ias. cons.* 83. *vol.* 3. quando-
31 quidem iura per eum allegata loquuntur, & intelligi debent de prædijs tributarijs, ex mente *Felin. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ & Brun. in d. cons.* 94. *&* 103. *nu.* 6. *Osasch. d. decis.* 136. *nu.* 3. *& post alios Leon. in d. thes. for. Eccles. d. num.* 28. Secundò respondetur contra eum esse magis communem opinionem. Tertiò respondetur, quod *Ias.* & alij eum sequentes intelligi debent, quando immunitas esset concessa postquam bona fuerunt in extimo, seu catastro communi allibrata, quia
32 tunc immunitas superueniens non debet nocere, secus verò, si immunitas sit concessa antequam prædia sint in extimo posita, quia tunc allibratio non debet nocere immunitati anteriori, alioquin facile esset oẽs immunitates illudere, statuendo bona in catastris publicis allibrari debere hęc distinctio probatur ex dictis per *Alex. in d. cons.* 178. *nu.* 18. *vers. & non potest dici. vol.* 2. *Brun. cons.* 90. *nu.* 1. *& sequ. Osasc. latè in d. decis.* 136. *nu.* 3. *vers. hæc distinctio.*

Prętera *Ias. in d. cons.* 83. *in vers. Non obstat suprascripta immunitas.* mouetur, quod
33 Priuilegium immunitatis concessum in illo casu, non erat concessum non obstantibus legibus, sed aliquibus statutis. Vnde non intelligitur derogatum iuri communi, *DD. de Rot. in nouiss. decis.* 1. *in tit. de præbend.* 1. *vbi allegant Ioan. Monac. in cap. cum aliquibus. de rescript. in* 6. *& alios.* Priuilegium enim Vrbi Nobilissimæ, eiusque Ciuibus non ita est concessum, sed adeo amplissimum est, vt melius exoptari non possit.

Insuper *Ias. in d. cons.* arguit ex authoritate. *Bal. in l. vnica. col.* 7. *C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer.* quod quemadmodum statutum potest facere, quod omnes ingrediẽtes portum soluant; ita potest facere, quod omnes qui colunt, vel coli faciunt prædia in suo districtu soluant. Nam ex hoc quod ibi colunt, ibi seminant, ibi metunt, quasi contrahere videntur, argumento. *l. omnes. ff. de Iudic.*
34 & quia gaudent possessionibus, cõsequens est, quod soluant onera, vt notatur *in l.* 1. *C. de mulier. in quo loco. lib.* 10. Respondetur tamen procedere id in Burgensibus, qui licet alibi habitent, tamen ratione dictorum bonorum tenentur contribuere, nam parum refert, quod in loco vbi sunt sita prædia, vel in loco vbi ipsi habitent contribuant, cùm semper tenentur contribuere, respectu autẽ eorum, qui nullibi tenentur contribuere, non procedit argumentum, nec prædictum statutum ligat immunes, sed tantùm Burgenses, esto dicat, & sit conditum cum verbis [nemine exempto] nam intelligitur de illis personis, quæ habent Priuilegia modificata per alias leges, non autem trahitur ad illas personas, quæ habent pleniss imam immunitatẽ, ita in puncto pro immunitate Vrbis Messanæ scripsit *Bologn. d. cons.* 1. *nu.* 159.

Item in casu suo illud Priuilegium im-
35 munitatis intelligebatur de extraordinarijs Gabellis, non de ordinarijs, quia cum nihil fuerit expressum, in dubio ita intelligitur, vt *l. ei qui. & l. his honoribus. §. qui*

muneris. ff. de excusat. mun. secundùm Bart. in d. l. 2 ff. de Iur. immunit. Ciuibus verò Mes-
36 sanæ concessa Priuilegia, sunt amplissima, tũ pro Gabellis ordinarijs, tũ etiã pro extraordinarijs angarijs, perangarijs, taxis, collectis, mutuis, & quibuscunque alijs exactionibus, quæ in Sicilia pro quibuscunque causis, & negotijs imponerẽtur in futurum, & latissimis verbis includendo omnes, & quoscunque casus necessitatis, & belli, vt ex Priuilegio Regis Fiderici Tertij, & alijs Priuilegijs constat, de quibus *Bologn. d. cons. 1. num. 123. & sequ.*

Tandem fuit etiam dubitatum, an pater qui habens duodecim filios viuos, propter quos dispositione iuris est effectus immunis, si moriatur vnus ex eis antequã Pater petierit Priuilegium immunitatis, amittat immunitatẽ, & quid si post illud obtentũ moriatur. Itẽ an si moriatur pater, relicta matre cũ filijs duodecim, gaudeat etiã mater imunitate, & an mortuis parentibus, immunitate illa gaudeant filij.
37 Quo ad primum, sufficit patrem habere duodecim filios viuos. *l. si quis Decurio. C. de Decurion. lib. 10. glos. in l. 1. C. de ijs qui num. liber. se excus. lib. eod.* & antea cauebatur *ex l. semper. §. demonstratur. ff. de Iur. immunit.* & quamuis *text.* ibi dicat de sexdecim liberis, non idcirco dicendum erit liberos duodecim non sufficere, quia vt ibidem aduertit *Accurs. in vers. sexdecim* dicit, quod non est, vt sexdecim exigantur, sed quia ita ibidem in facto acciderat. Duodecim namque tantum sufficere tenuerunt *Bart. Andr. de Bazul. Angel. & Io. de Platea in d. l. si quis Decurio. Io. de Anan. in cons. vlt. vbi Ludou. Bologn. in addic. Petr. de Anchar. in cap. 1. de censib. Soccin. cons. 84. vol. 3. Viu. lib. 1. comm. opin. 226. Rol. à Val. cons. 52. nu. 3. vol. 2. Ioan. Bapt. Plot. in repet. l. si quando in iudice. in verb. Decretum Mediolani. de immunit. & Iur. duodec. lib. C. vnde vi. Alex. Raud. de analog. lib. 1. cap. 22. nu. 136. Marant. cons. 81. nu. 1. Ricc. collect. 42. Surd. decis. 123. Menoch. cons 486. Amend. in addic. ad Franc. decis. 259. nu. 5. Fachin. controu. lib. 3. cap. 49. Apont cons. 16. & 17. vol. 1. Anna sing. 241. Pascal. de iur. patr. potest. part. 4. cap. 4. num. 18. Thor. in verb. Immunitas. in compend. decis. fol. 266.* Nec aliquid nocet
38 si vnus ex filijs statim sit mortuus, adeò quod tempore, quo petit expediri priuilegiũ immunitatis habeat pater tm̃ vndecim, vel decem filios, *Bern. Bomb. post cons. dub. 8. alleg. Ias. in l. sciendum. §. si fundũ. in 3. col. ff. qui satisd. cog. qui allegat text. Qui bene ponderatus hoc probat in l. 1. §. 1. in vers. Neque. ff. de excusat. & text. in l. 1. vbi glos. C. qui num. liber. & l. corruptione. C. de vsu. circa med. Castr. & Bald. in l. generaliter. C. de Episc. & Cleric. Dec. cap. cum cessante. qui alios refert. de appellat. Raud. d. cap. 22. num. 142. 146. & 148.* Et ratio est,
39 quia quando Priuilegium, seu gratia fortita est effectum, nihil nocet si aliquis ex liberis moriatur, per ea quæ habentur in *l. Libertinis. ff. de oper. libert. & l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. & Giurb. post hæc scripta super consuetud. Vrbis Messanæ. glos. 4. nu. 11. cap. 10.* quia sufficit, vt immunitati, ac Priuilegio sit locus, eodẽ tẽpore omnes duodecim viuos esse, & si inde vnus, pluresue moriãtur, adhuc Priuilegium, & immunitas durabunt, vt post *Io. Andr. Bart. & alios voluerunt Anan. & Bologn. in d. cons. fin. Martin. Laud. de fisc. §. 198. Rol. à Val. in d. cons. 52.* vbi contrariis respondet, quam opinionem dicit communem *Io. Bapt. Villalob. §. pater. nu. 51. Caualc. decis. 14. num. 29. part. 3. Illustris meritissimus Regens Carolus Tappia l. fin. part. 2. cap. 4. num. 34. Anna singul. 241. Thor. in compend. decis. lib. 1. verb. immunitas. post hæc Illustris meritiss. Regens Fulu. Constant. in d. l. si quis decurio. nu. 20. & sequ.* vbi dicit magis communem, & refert multos. *Camill. Borrell. cons. 28. nu. 9. 10. & 11. vbi multos refert,* & in *num. 13.*
40 *& 56.* inquit, durare Priuilegium immunitatis, etto liberorum aliquis matrimonium contrahat, vel Religionem ingrediatur, ex *Rip. in l. ex facto. num. 19. ff. de vulg. & pupill. substit. Boss. in tit. de princ. nu. 155.* qui dicit sic decisum fuisse, quem etiam refert, & sequitur *Rol. d. cons. 52. nu. 4 vol. 2. Ricc. collect. 42. Franc. decis. 532.*

Quo ad secundum, an mater mortuo viro sit immunis, concludendum est, quod sic, durante viduitate, & ita seruat Tribunal Regij Patrimonij, vt in multis Priuilegijs vidi, videlicet [Durante vita Patris, & post eius mortem durante viduitate eius vxoris, & pro vsu, & substentatione eorum Domus, & familiæ] Quæ conclusio comprobatur ab illa Doctorum quæstione: an mater, viuo adhuc patre, sit im-
41 munis propter duodecim filios pro bonis quæ ipsa vti propria, & patrimonilia de per se possidet. & cõcludũt post multa, q̃ sic, *Franc. decis. 259.* & inquit ita decisum per *S. C. Io. Bapt. de Thor. cõpend. decis. verb. imunitas concessa patri. fol. 262. d. Regẽs Constãt. in d. l. si quis decurio, nu. 15. & sequ. alios refert. & Ricc. collect. decis. 1707. & post hæc*

Giurb.

Giurb. d. num. 11. circa medium. Aduertendum est tamen, quod talis immunitas non intelligitur de oneribus priuatis, sed de publicis, & sic tenetur ad solutionem laudemij, quando emit rem emphiteoticam, & si feudum ad decimam. *Alex cons. 123. nu. 6. vol. 3. Io. Vinc. de ann. sing. 700. Surd. decis. 31. num. 11. Burg. de laudem. part. 1. ĩnspect. 3. nu. 11.* Nec de oneribus, quæ belli, aut pestis causa imponuntur, cũ ab eis nemo immunis censeatur, *Bursat. cons. 16. nu. 51. lib. 1. Thesaur. quæst. for. 13. nu. 5. quos refert d. Regens Constant. in d. l. nu. 44.*

42 Quo ad tertium, quod gaudeant hac immunitate filij, mortuis parentibus, quia adhuc durat causa Priuilegij, videlicet fauor Reipublicæ, cui pater tot filios procreauit, & quia est Beneficium, non Priuilegium, & consequenter latissimè interpretari debet, *Soccin. cons. 84. nu. 9. vol. 3. Menoch. cons. 486. per totum, & præcisè in nu. 17. respondet ad text. in l. fin. C. de his qui num. lib.* & allegat pro hac opinione *Guid. Pap. decis. 389. Io. Andr. Io. Mantic. & Surd.* qui sic decisum asserit in Senatu *Mãt. decis. 123.* licet referat aliquos tenere contrariũ, *Illustris Regẽs Cõstant. in l. si quis decurio. C. de decur. lib 10. nu. 27. Molfes. in d. cõment. part. 4. d. quæst. 30. nu. 9. & 10.* Qui in *Praxi* asserit, Neapoli non seruari, nisi quando filij resident insimul. Verùm quod hoc Priuilegium sit mere personale, & filij etsi insimul cohabitent non sint immunes, sed morte patris cesset, *dixerunt vltra relati à Surd. in d. decis. 127. Anton. Thesaur. decis. 267. nu. 11. Borrell. d. cons. 28. num. 11. Brunor. asol. verb. Immunitas. & alij relati à Giurb. glos. 4. num. 11. & Amend. in addit. ad Franc. d. decis. 259. num. 5.* Et ita seruat Trib. Reg. Patr. An autẽ in numero filiorũ cõnumerentur nepotes, & tã si pater sit viuus, quã mortuus, dummodo sint in potestate aui, & singuli ad numerũ augendũ numerari debeãt, cõcludit quod sic, *Thesaur. decis. 267. quẽ refert, & sequitur d. Regens Constant. in d. l. num. 31. & sequ.* vbi validissimis rationibus id exornat.

Hæc sunt pro iustitia causæ. Messanæ die 14. Septembris 1618.

SVMMARIVM.

1 *Legatum à marito vxori relictum non est cum dote compensandum, & ideo dotem, & legatum consequi potest.*

2 *Compensatio legati cum dote per quæcunque verba generalia non inducitur, nisi fuerit de dote facta mentio. Fallit existentibus in contrarium coniecturis. num. 5.*

3 *Legatum in dubio non dicitur factum animo compensandi cum debito.*

4 *Testator potest legatariũ grauare, sicut hæredẽ.*

6 *Ad inducendã cõpensationẽ legati cũ dote, nõ sufficiunt leues coniecturæ, sed euidentes requiruntur. Et maximè si prætenditur compensatio de specie ad quantitatem. num. 7.*

8 *Compensandi animus deficit, si legatum aliquo respectu relictum fuerit, vt puta, pro alimentis, amore Dei, & alijs.*

9 *Legatum quantitatis non censetur relictum animo compensandi cum debito in specie consistente, quia compensatio non admittitur à quantitate ad speciem.*

10 *Legatum factum filiæ non compensatur cum dote materna.*

11 *Dotis debitum in marito ab initio est voluntarium, quia voluntariè ducens vxorem ad dotis restitutionem se obligauit.*

12 *Legatum non censetur factum animo compensandi cum debito voluntario.*

13 *Legatarius non potest legati partem acceptare, & alteram partem refutare.*

14 *Legatarius an possit legatum liberum recipere. & legatũ cũ onere reijcere. Et quid si legata sint plura distinctim à testatore relicta. nu. 15. Vel sit vna, & eadem res, diuisim tamen, & diuersa oratione legata. num. 16.*

17 *Hæres potest hæreditatem repudiare, & prælegatum accipere.*

18 *Legatarius acceptans legatum, non potst amplius testamentum dicere inofficiosum. Declara. num. 19.*

20 *Legatarius particularis non tenetur factum Defuncti approbare, quando non constat ea mente legatum habuisse, vt factum Defuncti approbaret.*

21 *Legatarius non representat Defuncti personam, sicut hæres.*

22 *Text. in l. ex qua persona. non procedit in legatario, sed in hærede.*

23 *Hæres Vassallus feudalis in rè certa institutus alio relicto hærede vniuersali, quamuis institutionem acceptauerit, potest tamen feudum á Defuncto alienatum repetere, & vindicare. Ratio. num. 24.*

25 *Legatum rei alienæ à testatore factum, an valeat, distingue, vt ibi.*

26 *Legatum à testatore factum coniunctæ personæ de rè, quam putabat esse suam, ex aliquo tamen titulo nullo valet.*

ARGVMENTVM.

Legatum vxori à marito relictum, an, & quando cum dote, vel debito compensetur. Legatarius an possit pro parte tantum testamentum approbare. Legatum rei alienæ, an, & quando valeat.

CONSILIVM LXXXI.

IESVS MARIA.

IN testamento, sub quo decessit Io. Petrus Gambadauro, institutis prius hæredibus, quoddam exinde legatum Vxori reliquit; contendunt hę redes, legatum omninò cum dote compensandũ esse; negat vxor, animo compensandi sibi à viro fuisse relictum, & propterea instat, vtrumque eam consequi debere. Quid Iuris? Vxoris vices gerens, & legatum, & dotem cõsequi posse arbitror; & rectè (ni fallor) ex infradicendis.

Hanc quæstionem terminat *Imperator in l. vnica. §. primum. C. de rei vxor. act. ibi* 1 (ita vt vxor, & à marito relicta recipiat, & dotem consequatur, nisi specialiter pro dote ea maritus reliquit, cùm manifestissimum sit, testatorem, qui non hoc addidit, voluisse eam vtrumque consequi.) Quem *text.* clarioribus verbis ibi *Bald.* ita sumat; Vir legans vxori, in dubio non intelligitur legare pro dote, & ideo vtrumque consequitur, assentit etiam ibi *Salic. sequ. Alex. cons. 19. nu. 12. lib. 6. Signorol. cons. 176. nu. 3. vsq; ad fin. Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. inspect. 1. dub. 6.* 2 *num. 32.* vbi asserit, quod si de dote non est facta mentio, per quæcunque alia verba generalia non intelligitur facta compensatio, *sequitur Afflict. decis. 44. num. 9.* vbi *Vrsill. in addict.* testatur ita decisum per Sacrum Concilium. *Berou. quæst. 92. num. 1. & 6. Menoch. cons. 56. num. 17. & cons. 236. per totum. Cauagnol. decis. 24. nu. 8. & sequ. Peregr. de fideicomm. art. 33. nu. 41. à Pont. cons. 78. nu. 2. lib. 2. Surd. cons. 112. num. 41. cum tribus sequent.* vbi consuluit licere vxori legatum vsusfructus sibi à viro relictum acceptare, & dotes cõ- 3 sequi. Cùm in dubio legatum non intelligatur factum animo compensandi, *Peregr. cons. 43. num. 2. vol. 5. Surd. cons. 237. nu. 25. & 26.* qui licet fateatur, testatorem 4 posse ita legatarium grauare, sicut hæredem, hoc tamen tunc demum inquit procedere, quando manifestè constat voluisse grauare, ordinans legatarium aliquid dare, vel facere, non enim sufficit potuisse facere, si non fecit, secus autem esset, quã- 5 do simpliciter legasset; Et quãuis *Afflict. Menoch. Cauagnol. & Berou. supra allegati* ab hac opinione dissentiant, existentibus in contrarium coniecturis, ex quibus cõprehendi posset, maritum voluisse dotem cum legato compensare, hoc tamen in casu nedum deficiunt coniecturæ pro compensatione; immò si quæ sunt, ex illis potius conijcitur, testatoris animum à compensatione alienum fuisse. Verùm enim- 6 uerò, illud inprimis præsciendum est, his in casibus non leues sufficere coniecturas, sed euidentes requiri ad inducendam cõpensationem, *text. est in l. creditorem. ff. de legat. 2.* ibi (si voluntas testatoris compensare volentis euidenter non ostendatur) quem *text. refert Menoch. in d. cons.* 7 *236. nu. 1. & 24.* Idque præcipuè locum sibi vendicat, quoties agitur de inducenda compensatione, de specie ad quantitatem, vbi videlicet debitum esset in quantitate, & legatum esset in specie, hoc enim in casu vrgentes desiderantur coniecturæ, *ex Menoch. d. cons. 236. num. 27. & cons 162. num. 22. & 24.*

Hic autem dixi, non solum coniecturas ad inducendam compensationem deficere, sed potius ad illam excludendam mul- 8 tas concurrere. Non enim inquit *Turret. in cons. 10. nu. 15. lib. 2.* animo compensandi factum dici legatum illud, quod alio respectu factum fuit, alimentis scilicet, amore Dei, & similibus, quemadmodum & in hoc testamento legitur, maritum vxori legasse pro bono amore. Etenim nõ amoris gratia relictum dici posset, quod ex necessitate obligationis maritus relinquere adstringebatur. Idcirco fatendum est, quod amoris intuitu relictum fuerit, esse quid separatum ab eo, quod ex vi obligationis relinqui debebat, nè verba illa [pro bono amore] otiosè apposita viderentur, & vt aliquid operentur.

Præterea cessat etiam animus compen- 9 sandi, quando dotis debitum est in specie, & legatum in quantitate, cùm à quantitate ad speciem non detur compensatio. *Capr. cons. 164. col. vlt. Oldrad. cons. 297. num. 4. Bald. l. quoniam nouella. num. 9. C. de inoffic. testam. alios referentes. Berou. d. quæst. 92. num. 4. Cabal. cons. 115. num. 8. part. 2. Menoch. d. cons. 162. nu. 24.* Vlterius legatum accipit tamquam vxor ob amorem, & dilectionem, dotem verò petit tamquam extranea creditrix. *Menoch. d. cons. 162. num. 27.* vbi asserit, legatum 10 factum filiæ non compensari cum dote materna, quæ sibi vt hęredi matris restituenda est, *Oldrad. d. cons. 297. & Alex. & Aret. in l. huiusmodi. §. cum Pater. ff. de legat.*

11 *legat.* 1. Insuper debitum dotis in marito est voluntarium, non autem necessarium, quia non cogebatur is vxorem ducere, & se ad dotis restitutionem obligare, sed voluntariè id fecisse initio inspecto, *dixit post alios Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 182. *nu.* 52. *&* 53. *idem Menoch. cons.* 56. *num.* 15. 16. *& sequ. Surd. cons.* 112. *nu.* 41. *& sequ. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 3. *&* 4. vbi quando dicatur vo
12 luntarium, & quando necessarium debitum latissimè explicat. Hoc posito clara est conclusio, non censeri legatum factum animo compensandi cum debito voluntario, *l. Creditorem. ff. de legat* 2. *l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxor. act. Surd. d. cons.* 112. *num.* 41. *& sequ. Menoch. & Peregr. superiori in loco allegati.*

Adeoque veræ sunt conclusiones superius enarratæ ad fauorem vxoris, vt etiã hæredes ipsi id agnoscentes, de compensatione nil vltra verba facientes, alia induant arma aduersus vxorem ipsam, dicentes, quemlibet legatarium teneri in totum testatoris voluntatem approbare, cùm sit illa indiuidua, ac propterea non posse vxorem pro parte testamentum approbare, legata recipiendo, & pro alia parte respuere, cùm refutet vsumfructum domus, eamque iure proprio ad se pertinere dicat, sed in cassum laborant.

Quãuis enim rectè procedat conclusio, respectu eiusdem legati, quod vel in totũ recipi, vel in totum reijci debet, vel respectu plurium legatorum habentium inter se quandã correspectiuitatẽ, vt alterũ alterius cõtemplatione relictum censea-
13 tur, in quibus coæquale debet esse iudicium; statuerunt namque Iura, non posse legatarium legati partem retinere, partẽ autem repudiare, & sic legatum diuidere. *ad text. in l. legatarius. ff. de leg.* 1. *& in l. neminem. de legat.* 2. *& refert Gomez. var. resol. de legat. cap.* 12. *num.* 33. *Surd. cons.* 107. *in princ. Grat. discept. cap.* 248. *num.* 1. *cum sequ. & post alios Marescot. var. resol. cap.* 96. *lib.* 2. Nec pariter posse libe-
14 rum legatum, & absque onere relictum, recipere, alterum verò oneri suppositum reijcere, si fuerint ambo per testatorem sub vnica oratione, ac vno eodemque verborum contextu relicta, *text. est in l. sed duobus. de leg.* 2. *& l. si legatario. ff. de fideicomm. libert. sequitur Corn. cons.* 249. *nu.* 7. *lib.* 4. idque summa ratione, testatorẽ enim, qui sub vna oratione plura reliquit legata fatendum est, ea mente reliquisse, vt omnia à legatario recipiantur, quem si in vno legato voluit grauare, in alio relevatum dimisit. Nihilominus contrariũ
15 dispositum est, vbi duo, vel plura legata distinctim fuerint relicta, potest namque legatarius alterum acceptare, & alterum refutare, nec cogitur totum testamentum approbare, quod bene deducitur *ex d. l. sed duobus. de legat.* 2. vbi Iurisconsultus posuit duo legata sub vnica oratione, dũ dicit [pone eum, cui decem, & sticchus legatus est] ex quibus manifestè patet, sub eadem oratione rem alteram liberè, & alteram sub onere relictam fuisse, ideoque non mirum si vtrumque cogatur legatarius accipere. *Surd. d. cons.* 107. *nu.* 12. *vers. sed non obstat. cum superius allegatis. Grat. & Marescot.* Idque etiam proce-
16 dere docuit *Bart. in d. l. neminem. de leg.* 2. *& Aret. in l. si solus nu.* 5. *ff. de acquir. hæred.* vbi vnica res fuerit legata, sed diuisa in pluribus, diuersisque orationibus, veluti quando legatur primo vna pars fundi, & exinde altera eiusdem fundi portio relinquitur, etenim testator sic legando, voluntatem suam diuisit. *sequit. Surd. d. cons.* 107. *num.* 9. *& idem de alim. tit.* 9. *quæst.* 4. *num.* 33. *Gratian. d. cap.* 248. *num.* 18. *& cap.* 425. *nu.* 35. *cum duobus sequ. Marescot. d. cap.* 96. *num.* 3. & ita refert consuluisse *Cuman. in cons.* 22. *per totum.* in casu, quo testator reliquerat vxori domus habitationem, conditione adiecta [si dotem non exegerit] & deinde per aliud legatum separatim eidem vxori reliquit libras centum, & alia, & tenuit, posse vxorem retento librarum centum legato, alterum habitationis domus repudiare, suamque dotem exigere, quod idem consuluit *Menoch. in d. cons.* 102. *num.* 2. *vers. Secunda dubitatio.* Cuius consilij casus est in *cons.* 160. consuluit ibi in casu filij Ducis Mantuæ, vbi Don Ludouico competebant partes feudorũ, euenit, quod Dux, & Ducissa parentes, in feudis integris instituerunt primogenitum, relinquendo certa legata Don Ludouico, qui illa acceptauit, disputat ibi Menoch. an sibi intulerit præiudicium in petitione partis feudorum, in quibus fuerat institutus Primogenitus, & latissimè quæstionem differendo concludit in fauorem Don Ludouici
17 legatarij. Sic etiam videmus, posse hæredem vniuersalem, cui aliquid prælegatum sit, hoc accepto, hæreditatem repudiare, *ex text. in l. cum responsi. C. de legat. Surd. d. cons.* 107. *num.* 10.

Ideoque quamuis ex agnitione legati videatur vxorem approbasse testamentum

omnemque Defuncti voluntatem, nec posse amplius illud impugnare. *ex Honded. in cons. 67. nu. 35. & cons. 89. nu. 30. cũ sequ. lib. 1. Alb. cons. 17. in princ. Surd. cons. 237. num. 5. Cassan. cons. 29. num. 32.* qui fundant eorum opinionem *in d. l. si pars. §. illud. ff. de inoffic testam. l. cum ab vno. ff. de legat. 2. l. post legatum. ff. de his quibus vt indign.* vbi dicitur legatarium qui legatũ
18 acceptauit, non posse amplius testamentum dicere inofficiosum. Attamen dicta
19 iura procedunt, quando res per testatorem legata fuit sub aliqua causa, propter quam voluit legatarium abstineri à petitione aliorum bonorum, non sic est in præsenti casu, vbi legata prædicta fuerunt relicta pro bono amore, *ex Menoch. d. cons. 102. num. 18. & sub num. 44. vers. non obstat vltimum. Castr. in l. cum à matre. C. de rei vendic. nu. 3. & sequ. Port. Imol. comm. opin. lib. 3. conclus. 8.* qui tertio loco limi-
20 tat, legatarium particularem non teneri factum Defuncti approbare, nisi ea mente relictum videatur legatum, vt omninò teneatur legatarius factum Defuncti approbare, & sic quando animo compensandi relictum sit. *Surd. d. cons. 107.* in pũcto loquens in legato vxori facto, qui in *num. 16.* inquit, falsum esse dicere, legatarium non posse impugnare factum
21 Defuncti, quia legatarius non repræsentat Defunctum, sicut hæres. *auth. de iure iur. à Morient. præstit.* nec factum Defuncti reputatur factum legatarij, sicut factũ hæredis. *l. post mortem. ff. de adopt.* vbi infertur, in legatario non habere locum regulam. *l. ex qua persona. ff. de reg. iur.* quia
22 procedit solum, quando quis capit lucrũ iure hæreditario, non autem titulo singulari. *allegat Castr. & Salic. in l. fin. §. in compensatione. C. de iur. delib. idem Castr. d. l. cum amorem. C. de rei vendic. nu. 3. Surd. cons. 237. num. 22. & sequ. & cons. 466. num. 15. 16. & sequ. vbi post alios allegat Io. Nicol. Arelat. in l. generaliter. nu. 125. & sequ. C. de secund. nupt.* & ibi optime ad materiam, nam in legatario cessant omnes rationes militantes in hærede; obligatio enim testatoris non transit in legata-
23 rium. Hinc est, quod Vassallus hæres institutus, non vniuersaliter, sed in rè certa, feudo scilicet Thusculano, aut quotabonorũ, alijs datis cohæredibus vniuersalibus, non prohibeatur feudum à Defuncto alienatum repetere, ac vindicare, etiã si huiusmodi institutionem amplexus fuerit, *tradit Rosental. de feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 73. num. 1.* qui in *nu. 2.* subdit ra-
24 tionem, quia huiusmodi hæres magis loco legatarij, quam hæredis sit, & ideo Defuncti personam in nulla quota hæreditaria repræsentat, nec in eum transit obligatio Defuncti, & per cosequens eius facto stare non obligatur. Cessant enim, inquit ipse rationes, quare hæres factum Defuncti infringere nequeat, nisi expresse à testatore vetitus fuerit petere rem suam vel in compensationem rei suæ fuerit factum legatum, quia tunc legatarius acceptando, dicitur ratificare, non quia hæres, aut legatarius, sed quia factum defuncti acceptando relictum approbat. Hæc inquit *Rosental. vbi in glos. allegat Castr. vbi supra. Imol. Menoch. Scrader. & alios.*

25 His explicitis, fuit tandem dubitacum pro legato facto dictæ vxori vnciarum trium debitorum singulis annis à Petro Monforte, qui redditus non erat ipsius testatoris, sed eius nepotum, an hæredes teneantur vxori soluere hunc redditũ, vel pretium. Vulgaris est quæstio, & ab omnibus ferè Doctoribus pertractata, & cõcorditer semper placuit eam hac in rè admitti debere distinctionem, quod aut testator rem ab ipso legatam sciebat esse alienam, aut ignorabat. Priori in casu omninò valere legatũ tenuere, & hæredẽ cogi, vel rem legatã emere si potest, vel ipsius prætium legatario soluere, sic expressè statuit *Imperator in §. non solùm. vers. quod autem. Instit. de legat. l. si vnus ex familia. §. si rem. ff. de legat. 2.* Probata igitur per legatarium testatoris scientia, (ipsi enim, qui ad legatum agit hoc onus incumbit, non autem hæredi, vt probet ignorantiam, *ex text. in d. §. non solum. vers. & verius.*) vel rem legatam, vel eius prętium ab hærede consequetur. Posteriori verò in casu sub distinctione nobis vtendum est, vel enim legatur extraneo, & non valet legatum, vel consanguineo, vel vxori, & valet rei alienæ legatum, *text. est in l. cum alienam rem. C. de legat. & ibi glos. & DD. Graff. §. legatum. quæst. 14. num. 2. & 3. Farin. decis. 265. num. 10. & decis. 453. part. 1. tom. 1. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 20. num. 289. Castill. quotid. controu. cap. 9. num. 30. lib. 1. Iaf. latissime in d. l. cum alienam. Menoch. lib. 4. præsumpt. 116. 117. & 118. & melius in cons. 1145. Rol. cons. 16. nu. 44. vol. 3. Bald. cons. 84. in fin. lib. 2. Laderch. cons. 7. in fin.* Quicquid sit, quando res aliena fuerit à testatore titulo institutionis relicta, vel quando legatur alicui Ecclesiæ res aliena, quæ sit alterius Ecclesiæ, pro quorum resolutione

ne adeas. *Curt. Iun. conſ. 13. num. 3. & 8. lib. 1. & Menoch. in d. conſ. 1145.* Hic autem ex quo conſtat, quod ſciebat teſtator alienum eſſe redditum, quandoquidem expreſſit perſonas, quibus debetur; conſequens eſt, vt dicatur valere legatum.

26 Quinimmo cõcludunt Doctores, quod ſi teſtator legat rem, quam credit eſſe ſuam, ex aliquo tamen titulo nullo, valeat legatum factum coniunctæ perſonæ, vel vxori. *Graſs. d. quæſt. 14. num. 4. cum ſequ. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 32. lib. 1.* licet contrarium ſentiat *gloſ. in l. ſi domus. §. 1. ff. de legat. 1. quam ſequitur Corn. Bart. & Conar.*

Hæc ſuffectura puto pro victoria cauſę. Meſſanæ die 15. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Minoris procurator legitimè conſtitutus, poteſt agere contra tutores ad computorum redditionem, nec poteſt cogi minor ad eligendum curatorem, & proceſſus inde factus eſt validus. nu. 2. Sed diſtingue. nu. 4.*

3 *Minori ſemper competit reſtitutio in integrum ſiue agat per procuratorem, ſiue per Curatorem.*

5 *Per viam effectus procedi poteſt, vbi nulla adeſt facti miſtura, ſed articulus Iuris tantum eſt.*

6 *Tutor, & quilibet adminiſtrator tenetur rationem reddere. Amplia in ſocio, qui tenetur alteri ſocio rationem reddere. nu. 7.*

8 *Pro Tutore ſe gerens, rationem reddere tenetur.*

9 *Tutores plures dati, omnes tenentur in ſolidum, ſi non fuerit, vel à teſtatore, vel à Iudice diuiſa adminiſtratio. Amplia etiam ſi inter eos fuerit facta diuiſio, quia non præiudicat minori. num. 10.*

11 *Tutor vnius Prouinciæ tenetur de non exactis in alia.*

12 *Tutores publicum dicuntur gerere negotium, & ideo in ſolidum conueniri poſſunt.*

13 *Tutori quatuor competunt beneficia Ordinis, Diuiſionis, Ceſſionis, & vtilis Actionis.*

14 *Ceſſionis Beneficium Tutori competit ſolutionis tempore.*

ARGVMENTVM.

Minor an poſſit agere per Procuratorem aduerſus Tutores pro computorũ redditione, an verò cogatur Curatorem eligere. Plures Tutores ſi ſunt dati, an omnes teneantur in ſolidum rationem reddere, & reliqua reſtituere.

CONSILIVM LXXXII.

IESVS MARIA.

EGit Procurator Andriottæ Staiti contra Petrum de Fleri per viam effectus, quod condemnetur reddere iuſtum, & legale compotum adminiſtrationis tutelę cum reſtitutione reliquorum; diſſentit Petrus in modo procedendi, aſſerens ſe multa in facto probaturum. Excipit quoque ſe pro rata dumtaxat teneri, ac proinde pro rata contra ipſum proponendam eſſe actionem, ex quo duo fuerunt conſtituti Tutores: quinimmo totum ad Contutorem peruenisſe, illumque ſolum tutelam adminiſtraſſe, offert ſe probaturum. Et denique obijcit, nequaquam poſſe Procuratorem pro minore agere, ſed iudiciarium conſtituendum eſſe Curatorem, alioquin acta omnia nulla eſſe.

His tamen obiectis minimè refragantibus, Procuratoris partes ſubſtinẽs, ipſum ritè, ac rectè in omnibus proceſſiſſe defendo; Et vt exordiar à perſona Procuratoris, dico, illum legitimè fuiſſe conſtitutũ, rectèque cum eo fuiſſe actum, ac ritè cum
1 potuiſſe agere, fuit enim conſtitutus per actum publicum cum auctoritate Iudicis, & cum iuramento, ideoque minimè poteſt cogi Minor ad eligendum Curatorẽ, *ex Bart. in l. Minor. ff. de Procur. Neuiz. in conſ. 17. num. 40. Boer. deciſ. 92.* qui dicit ita fuiſſe deciſum, idemq; teſtatur *Guid. Pap. deciſ. 35. & 494. & conſ. 13. Vant. de nullit. defect. mand. num. 35. & poſt multos Guttier. in auth. Sacramenta puberum. num.*
2 *127. C. ſi aduers vendit.* aſſerens, proceſſum hoc modò conſtitutum eſſe validum. ſequitur *Didac. Perez. lib. 3. comment. ordin. l. 4. tit. 8. Vinc. de Franc. deciſ. 448.* aſſerens rationem, quia diſpoſitio *d. auth. Sacramenta puberum.* tum in contractibus, tũ etiam in iudicijs procedit. Et licet tantorũ Virorũ opinionẽ procedere aduersario, nõ inſtante teneat *Maſtrill. deciſ. 54.* qui ſic deciſum per Conſiſtorium, & confirmatum per M. C. Criminalem teſtatur, attamen Doctores per eum allegati non adhibent hanc diſtinctionem, & eò maximè *Maſtrilli* opinio in hoc non eſt tenenda, cum ibi ſuadeat Aduocatis, vt ſint cauti ne faciant dirigere Minores per Procuratores, quia tunc eis non competit reſtitutio

stitutio, & nihilominus illa ratio non est
3 vera, quia semper competit Beneficium restitutionis, siue agatur per Procuratorē, siue per Curatorē, *ex auth. Vinc. de Franc. d. decis.* 448. *& ibi Amend. in addit. & etiã in addit. ad decis.* 473. *nu.* 4. *impugnatis Bart. & Grammat.* Sed vt verum fatear, illa tantum distinctio passim ab omnibus admit-
4 titur in hac controuersia, quod aut Minor agit, vel conuenitur. Priori in casu, potest per Procuratorem ita constitutum agere, & processus est validus. Posteriori verò in casu, de quo loquitur *Mastrill. decis.* 54. secus est, *ita Marc. decis.* 69. *num.* 2. *part.* 1. *Mandos. de Minor. quæst.* 9. qui testatur de Decisione Rotæ Romanæ, *Fontan. despons. lib.* 1. *nu.* 147. & licet *Virg. de legitimat. person. cap.* 2. *num.* 4. vt refert *Caroc. de except.* reddat dubiam, hanc distinctionem, tamen *Caroc. ipse* nostram tuetur opinionem, pro qua est *Bart. in l. qui habet. §. si pupillus. vbi glos. ff. de tutel.* Et quamuis *Muscatell.* ausus sit aduersus *glos. & Bart.* opinionem arguere *in sua praxi part.* 2. *gl. intimatio. nu.* 58. Ne quis tamen sub eius authoritate deciperetur, in *nu.* 61. lectoribus id cogitandum reliquit, immo protestatus est, se non audere *Glos. & Bart.* opinionem impugnare.

Hoc primo difficultatis capite explanato, ad secundum deuenio, in quo parũ mihi elaborandum puto, frustra enim negatur ex aduerso posse per viam effectus procedi, ex quo intendat reus multa in facto probare: Apertissimi enim iuris est, & à nemine contradicta conclusio, quod vbi punctus nullam habet facti misturam, sed
5 merus iuris articulus est, tũc optimè proceditur per viam effectus. *ex Bald. theorica in l. Arethusa. ff. de stat. hom. Ferret. cons.* 45. *doctissim. Corsett. quæst. forens.* 2. *lib.* 2. Nec est dubitandum circa Actoris intentionem, quasi non fuerit ipsa bene fundata; Etenim arridet Actoris intentioni, tum Diuinum, tum etiam & ius humanũ, ex Euangelio nam que habemus vulgare
6 illud, Redde rationem villicationis tuæ, cuius etiam meminit summus Pontifex in *cap. qualiter, & quando il secundo. de accusat.* quo verò ad ius humanum, tum Ciuile, tum Canonicum nobis fauet. *ex Rolan. cons.* 49. *num.* 1. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 863. *Escob de ratiocin. cap.* 1. *&* 3. vbi in *nu.* 6.
7 idem esse dixit in socio respectu alterius socij, vt alter alteri rationem reddere teneatur, & ante eum consuluit *Soccin. cons.* 213. *num.* 6. *lib.* 2. *Menoch. de arbitr. cas.* 209. *& Ego latissimè in cons.* 30, dixi, hoc idem in quocunque administratore: Quin
8 immo id etiam locum sibi vendicare in eo qui gessit se pro Tutore, voluit *Menoch. d. cons.* 863. *Montan. de Iur. Tut. & Cur. cap.* 39. *num.* 223 *Decian. cons.* 85. *nu.* 30. *lib.* 2. *Cornaz. decis.* 73.

Insuper quando sunt dati plures Tutores, & nihil est expressum quis eorum ad-
9 ministret, licet inter eos sit facta diuisio, omnes tamen tenentur in solidum, nisi administratio fuerit diuisa à testatore, vel à Iudice. *l.* 2. *&* 3. *ff. de administr. tut. Bald. in l.* 1. *num.* 8. *in fin. C. de transact.* vbi inquit, quod tantummodo est diuisum nudum ministerium; Ideo siue omnes administrauerint, siue eorum alter, siue dolo, vel culpa tantum, aliquid commiserint, semper mero iure tenentur in solidum,
10 neque illa diuisio præiudicat Minori, *Siluest. Aldobrand. in §.* 1. *num.* 27. *instit. de satisd. tut. Gratian. discept. cap.* 86. *num.* 14. *&* 17. vbi dicit, quod etiam Tutor
11 vnius Prouinciæ tenetur de non exactis in alia, & in *nu.* 25. dat cautelam Tutoribus administrantibus, vt sibi faciant satisdare ab alijs, qui non administrant. Regulare igitur est, quod plures Tutores insimul constituti non solum viriliter obligantur, sed quilibet eorum in solidum
12 conueniri potest, quia publicum gerunt negotium. *l. tres Tutores. in princ. ff. de administrat. tut. l.* 1. *§. nunc tractemus. ff. de Tutel. & rat. distrab. l.* 2 *ff. de diuid. tut.* ex quibus legibus hanc firmarunt regulam Doctores relati à *Guttier. de Tutel. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. *Montan. de tut. cap.* 39. *nu.* 105. *Escob. de ratiocin. cap.* 4. *nu.* 12. *Galganet. de Tutel. cap.* 25. *lib.* 3. *Conuers. de Tutel. tit. de Attil. tutor. §.* 2 *num.* 60.
13 Quamuis enim Tutores habeant quatuor beneficia Ordinis, Diuisionis, Cessionis, & vtilis Actionis, tamen illud Ordinis, & Diuisionis cessat, quãdo ille qui administrauit, fecit de mandato conuenti, prout in casu isto. *Bart. in d. l.* 1. *num.* 4. *C. de transact. Guttier. d. cap.* 15. *Surd. cons.* 170. *num.* 13. *Eugen. cons.* 19. *Boer. decis.* 59. *Galganet. d. cap.* 25. *num.* 9. Cessat igitur, quod dicitur ex aduerso alium Tutorem fuisse soluendo tempore cessatæ tutelæ, & consequenter cessat velle hoc probare, & per consequens si probatum non releuat, non agendum est ordinariè, sed rectè per viam effectus, vt fuit processum, quia mixturam facti causa non habet. Be-
14 neficium vero cessionis datur tempore solutionis, vnde non impedit hoc iudiciũ *Galganet. d. quæst.* 25. *nu.* 11. Non obstat

Mastrill.

Mastrill. in decis. 41. ex aduerso allegatus, quia loquitur in Tutoribus, quorũ administratio fuerat diuisa per Testatorem, & collata in personam vnius, *vt nu.* 8. & in hoc casu videtur habere locum doctrina *Surd. in cons.* 170. loquentis in eo, qui liberauit administratorem, & deinde cogebat alios *quem sequitur Gratian. d. cap.* 86. *nu.* 33. *& sequ.* sicut etiam in casu *Deciani in cons.* 80. *lib.* 5. vbi administratio fuerat diuisa per Testatorem.

Hæc sunt quæ occurrunt pro decisione præsentis articuli. Messanæ de mense Octobris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus ex propria domo nemo expelli potest.*
2 *Dominio rei suæ nemo priuandus est.*
3 *Princeps ex causa potest quemlibet rei suæ dominio priuare, facta prius rei ablatę satisfactione.*
4 *Pestis est malorum omnium Regina, & est flagellum bello quolibet horribilius, num.* 5. *Deique flagellum nuncupatur. num.* 6.
7 *Citatus ad comparendum in loco vbi pestis adest, non cogitur comparere.*
8 *Citatus ad locum non tutum, non dicitur contumax, si non comparet.*
9 *Citatus ad locum notoriè non tutum, non solum comparere non tenetur, sed nec cogitur appellare à citatione, vel excusationem proponere.*
10 *Absens à Ciuitate propter pestem, dicitur absens ex iustissima causa.*
11 *Conductor potest recedere à domo conducta occasione pestis, nec cogitur residui temporis pensionem soluere.*
12 *Pestis ab omnibus pro viribus fugienda est.*
13 *Bona priuatorum auferri possunt ob publicam vtilitatem, etiam nullo pretio persoluto, nu.* 14. *& possunt comburi ob subditorum salutem. num.* 15.
16 *Bona contaminata, & contagio infecta comburenda sunt, nè Respublica pereat, etiam propriis Dominorum expensis. num.* 17.
18 *Superior cauere tenetur, nè quis sibi mortem conscisca. Et potest prohibere, nè quis domum ingrediatur, in qua bona infecta reperiuntur. num.* 19.
20 *Contagij morbo suspectus, potest à commercio hominum expelli, & pariter à Ciuitate, & si Ciuitatem intrauerit, possunt contra ipsũ exequi banna. num.* 21.

ARGVMENTVM.

Tempore pestis, an possit Straticotus Vrbis Messanæ, eiusdemq; Vrbis Senatus prohibere ingressum in eius Territoria venientibus è locis suspectis.

CONSILIVM LXXXIII.

IESVS MARIA.

ILlustrissimus huius Vrbis Straticotus, eiusdẽque Vrbis Senatus Illustrissimus ea, quæ semper solebant in omnibus ad Felicissimum Reipublicæ statum spectantibus vti diligentia, ad tuendam, ac conseruandam suorum ciuium valetudinem, eo potissimum tempore, quo maior Regni pars contagio afficiebatur, publicis edictis, ac pluries reiteratis Bannis, sub pœnarum comminatione venientibus è locis suspectis indixit, nè eiusdem Vrbis territoria ingredi auderent. Quapropter quæsitum fuit, an rectè id agere potuissent; Ego autem affirmatiue respondendum dixi. Quandoquidem, licet me
1 non lateat, neminem posse è propria domo inuitum extrahi, cùm sit ipsa domus cuique tutissimum refugium, *ad text. in l. plerique. ff. de Iniuf. voc. & l. nemo inuitus.*
2 *de reg. iur.* Nec minus posse rei suæ dominio priuari, *ex l. si priuatus. ff. qui, & à*
3 *quibus.* Quamuis possit id Princeps ex causa facere, facta prius rei ablatæ satisfactione, *ex Bald. in l.* 2. *C. pro quibus caus. ser. liber. accip.* communem dicit *Felin. cap. quæ in Ecclesiarum. num.* 28. *de constitut.* Attamen in materia pestis, cùm
4 illa sit ęgritudinum omnium regina, publicæ vtilitati expedit, vt cito eradicetur, *c. sicut de Simon.* Est namque pestis
5 flagellum, omni alio, etiam bello horribilius. *Bal. in l. cùm notissimi. §. immò. C. de*
6 *præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* Deique flagellum appellatur, cui infirmitas humana resistere non valet, *Bart. & Scribentes in l. naturaliter. ff. de vsucap. Abb. Butr. Felin. in cap. ex transmissa. de præscript.* Ideoque eo in loco, vbi morbus iste suas expandit
7 ruinas, ibi ex quacunque causa quis accedere sit adstrictus, excusatur, citatione ad eum locum comparendum non obstante, cum contumacia, nec pro criminali, nec ciuili causa possit tunc incusari, nec citatus ibi comparere teneatur. *Clem. pastoralis. de re iudic. Clem.* 1. *de for. comp. cap. ex parte. de appellat. l. quæsitum. ff. de re iudic. Rip. in tract. de Peste. cap. de priuileg. contract.*

contract. & de priuileg. vlt. volunt. Moderni in tract. de Gabellis. in 2. part. quæst. 24. Paris. cons. 35. col. 2. vol. 3. & in cons. 28. in princ. vol. 4. Bart. in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebell. Boer. quæst. 228. num. 11. Hinc dixit *Afflict. in constitut. priuilegia. in*
8 *fin.* citatum ad locum non tutum, contumacem esse nunquam, *quem sequitur Rol. à Vall. cons. 68. num. 29. vol. 2.* qui *in nu.*
9 21. voluit citatum ad locum notoriè non tutum, non solùm non adstringi ad comparendum, sed nec etiam ad appellandum à citatione, nec ad excipiendum, nec ad allegandum, nec ad excusatorem mittendum. Inde est, vt absens à ciuitate propter pestem, dicatur absens ex iustissima
10 causa, vt animaduertit *Roman. in cons. 263. col. 1.* admonetque nos *Bart. in l. si in lege. §. si domus. ff. de locat. & in l. 1. §. si pensio.*
11 *ff. de migrando.* Pestem esse causam iustam recedendi de domo conducta ante tempus nulla pensione soluta pro temporis residuo. *sequitur Franc. in d. cap. ex parte de appellat. in 6. Alex. in Apostill. ad Bart. in l. inquilino, ff. de damn. infect. Guid. Pap. quæst. 630. circa fin. Rol. à Vall. cons. 81. num. 34.*
12 *vol. 1.* Nec mirum, quia pestis à quocunque pro viribus fugienda est, tenetur enim quisque quoad potest mortis pericula euadere. *vt per Bart. & alios in l. de ætate. ff. ad Trebell. Bald. & Castr. in l. 2. C. de Summ. Trin. & Fid. Cathol. Alex. in l. casus. C. de testam. Dec. cons. 284. col. 2. Rol. à Vall. d. cons. 81. num. 35.* Inde est, vt & in his deplorandis temporibus seruatum vidimus in Regno aduersus delinquentes ad sententiam Banni minimè processum fuisse. Agitur namq; de publica vtilitate,
13 propter quam quisque bonis suis priuari potest, cùm Dominus liberam habeat statuendi facultatem. *l. 1. & l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. faciend. Bart. in l. 1. ff. de iustit. & iur.* ob quam causam bona priuatorum possunt auferri. *l. Lucius. ff. de euict. Rolan. à Vall. cons. 69. num. 14. vol. Afflict. decis. 361. 2. Manc. decis. 383. num. 3. lib. 1.* Ac licite potest decerni,
15 si ita expedit, vt illa comburantur, cùm ipsismet Dominis magis, quàm alijs pernicioſa esse consueuerunt. Summum enim ius id exigit, vt subditorum saluti prospiciatur. *l. nam & salutem. ff. de offic. præfect. vigil.* Hinc est, vt soleat sæpe sæpius Vrbis Præfectus putridas carnes, corruptos pisces, malum vinum, & alia quæ Ciuium saluti aduersari videntur, vel cõburere, vel proijcere, nullo Dominis pretio persoluto, immo ipsis quoq; pœnã indicere *d. l. 1. § cura carnis. ff. de offic. Præfect.*
16 *Vrb.* exurenda enim sunt contaminata bona, ne totum corpus, omnisq; Respublica pereat. *cap. resecandæ 24. quæst. 3. Georg. Cabed. decis. 93. nu. 7.* Immo Domini ipsorum
17 proprijs impensis cogi possunt comburere eorum propria bona impurgabilia, propter periculum mortis imminentis ex contagione ipsorum bonorum.
18 Proprium enim Superioris est cauere, ne quis sibi mortem consciscat. *l. 1. & per tot. ff. de his qui sibi mort. consciu.* Ideoque
19 potest prohibere, ne quis comum ingrediatur, in qua sunt bona contaminata, nisi prius mundata domo, & combustis bonis quæ in ea sunt, *vt est text. clar. in simili. in cap. ipsa pietas 23. quæst. 4.* Et potest pa-
20 riter, qui suspectus est, à congregatione hominum expelli, & à Ciuitate, ne ex eo morbus contrahatur. *Bald. in l. nullus. num. 2. C. de summ. Trinit. & Fid. Cathol. Rip. d. tract. de furt. 3. part. Princip. cas. 1. Peguer. decis. 8. num. 6.* & si ipsi
21 inuitis custodibus intrauerint Ciuitatem, vel domum, puniri possunt, si ex eo morbus sit sequutus, & contra illos potest agi, *Cabed. d. decis. 93. num. 5.* Idcirco solent promulgari Banna, & Ordinationes, quæ inuiolabiliter seruanda sunt. Et ita in puncto seruatum dicit *Peguer. d. decis. 8. & ibi addic.* vbi ad materiam latissimè, & post eum *Cabed. d. decis. 93. & Peregrin. Iannin. tract. de citat. Real. lib. 1, cap. 2. num. 193. vsque ad nu. 198.* & sic vidi seruatum Panormi hoc anno, vbi ego vocatus pro seruitio Regis, vt non obstante, quod iterum ibi pestis inualuit, deberem accedere ad exercendum officium Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ, accesi, & summa ratione, cùm seruire teneamur omni tempore Suæ Catholicæ Maiestati.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio anteriovitatis ex causa æquè pariter priuilegiata admittitur etiam in prima iudicij parte.*

2 *Aduersus exceptionem anteriovitatis ex causa pariter priuilegiata, potest replicari de tituli nullitate notoria, & coram quocunque Iudice, etiam inferiori. num. 3.*

4 *Nullitas notoria est illa, quæ adeo euidenter ostenditur, vt nulla possit tergiuersatione celari, & debet ostendi ex sola actorum inspectione, absque extrinseca probatione. num. 5.*

6 *Decretum interpositum vigore executionis causatæ pro debito vltra decennium, nullũ est.*

7 Decre-

7 *Decretũ interpositũ vigore pacti ad discursum cùm de eo non constet in contractu nullũ est.*
8 *Felinus, & Zabarella relati à Corsetto quæst. Forens. 4. declarantur vt procedant quando nullitas non est notoria, & euidens.*
9 *Decretum non interpositum, iuris, & ritus ordine seruato dicitur nullum.*
10 *Decreti nullitas rectè tentatur, non reuocata sententia, si de his quę obijciuntur non fuerit cognitũ in ipsa sententia secundi Decreti.*
11 *Decreto renuntiare videtur Creditor, qui debiti partem in decreto contentam recipit à debitore, & ideo iure pignoris possidere dicitur, & fructus suos non facit, sed tenetur bona cum fructibus restituere, num. 12.*
13 *Protestatio contraria facto, & incompatibilis, nihil operatur.*
14 *A Priuilegio receditur per pactum contrarium, etiamsi sit vnicum, num. 15.*
16 *Creditor recipiens partem debiti, facit actum contrarium à decreto interposito, pro eodem debito, & ad hoc plura exempla recensentur.*
17 *Protestatio contraria, quæ est contraria Iuri, non valet.*
18 *Decretum interpositum super pluribus bonis pro vnico pretio distractis, est indiuiduum.*
19 *Contractus in parte resolutus, in totum dicitur resolutus.*
20 *Enormissime lesus recuperat rem vnà cum fructibus.*
21 *Pretium iustum ex subastatione arguitur*
22 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*
23 *Fructus percepti, à possidente bona iure pignoris, extenuant sortem.*
24 *Rei pignoratæ fructus exigens, committit vsuram, ideoq; in sortem computantur, quamuis ex conuentione partis id fecerit. nu. 25.*
26 *Exceptio anterioritatis ex causa æque pariter priuilegiata admittitur in prima instantia, si proponatur per possidentem vigore decreti, secus si per possidentem ex datione insolutum extraiudiciali.*
27 *Possidens partim ex causa anteriori, & partim posteriori, tenetur ad debita medio tempore contracta.*
28 *Redimens infra quatrimestre, pignus resoluit, & rem in pristinum statum restituit.*

ARGVMENTVM.

Nullitas tituli notoria, an possit replicando proponi aduersus excipientem de possessione anteriori, ex causa pariter priuilegiata in prima instantia. Creditor, qui vigore secundi decreti bona debitoris distraxit, an recipiendo partem debiti, à decreto recessisse dicatur.

CONSILIVM LXXXIV.

IESVS MARIA.

QVamuis neminem lateat, passim ab omnibus, & præsertim in Regno, receptissimam esse opinionem, anterioritatis exceptionẽ, ex causa æque pariter priuilegiata in
1 quacunque, ac etiam in prima Iudicij parte admitti, vt dixerunt *Milan. decis. 1. num. 173. lib. 2. Mastrill. decis. 37. num. 1. & in addic. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. num. 93.* vbi idem asserit, etiamsi ex æquali causa possideat, *Castill. decis. 51. nu. 4. & 5. & decis. 78. num. 4. Giurb. decis. 22. nu. 2. post alios ab eo relatos, & Ego latius dixi in cons. 63. nu. 1.*

Attamen potest replicando dici de nul-
2 litate ipsius tituli, quando notoria, & euidens est nullitas, ex *Intrigl. decis. 2. num. 5. & 6. & sing. 147. lib. 1. Muta cap rit. 112. nu. 75.* qui in *nu. sequ.* inquit, quod potest
3 replicari de ea, coram quocunque Iudice, etiam inferiori, quandoquidem Iudex nõ decidit super nullitate, sed cognoscit aduersus titulum, cum quo venit, *Milan. decis. 9. num. 81. lib. 2. Muta decis. 74. num. 27. idem Intrigl. d. sing. 147. & sing. 146. lib. 1.* vbi asserit de hac nullitate posse quẽlibet tertium replicare, quamuis nollet principalis, dummodo tertij tangat interesse, & post hæc *Giurb. decis. 62. num. 21.*
4 Vt autem notoria dici possit nullitas, debet ita clarè, & euidenter demonstrari, vt nulla possit tergiuersatione celari, *Surd. cons. 405. num. 18. & sequ. Cabal. cons. 81*
5 *per totum.* Et debet apparere ex sola Actorum inspectione, sine aliqua necessaria extrinseca probatione, *Gabr. cons. 28. nu. 5. lib. 2. Grat. discept. cap. 103. nu. 18. & 23. Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 16. nu. 6. Cum. super rit. cap. 17. nu. 67.* Verùm obiecta nullitas ex duobus clarissimè elicitur. Primo namque executiuè fuit actum pro censibus vltra decennium decursis. Secundo, quia fuit deuentũ ad secundum decretum ex pacto ad discursum, de quo tamẽ
6 non constat in contractu. De primo nullitatis capite loquitur *Giurb. d. decis. 62. nu.*
7 *22.* De secundo *Cum. cap. rit. 17. num. 169. Nepit. ad consuet. Catin. tit. 26. nu. 14. & 15. Bongiorn. in allegat. impressa in decis. Castill. 7. fol. 52. num. 27. Giurb. d. decis. 62. num. 34. vers. rursus.* vbi *in num. 21.* in-

indiuiduo

indiuiduo dixerat nullitatem ex his duobus capitibus prouenientem dici notoriam, & euidentem, declaratque dictum *Felin. & Zabarell.* relatum *à doctissimo Cor-*
8 *setto quæst. for.* 4. procedere, quando nullitas non est euidens, & notoria; Pro-
9 cedendum itaque erat iuris, & ritus ordine seruato præcedente extimatione, iuxta *text. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* & cum pingueualenti iuxta dispositionem *Rit.* 112. quod cùm minimè factum fuerit, remanet nullum secundum decretum, vt tenent *Imol. & Alex. in d. §. in venditione. Afflict. decis.* 358. *vbi Vrsil. Marant. in praxi. in verbo post omnia. num.* 9. *Asin. tract. de execut. cap.* 49. § 9. *nu.* 40. *in fine.* Eoque magis subsistunt hæc nullitatis capita, cùm aduersus executionem causatam, ac cedulam primi decreti, nullas præsentauerit oppositiones reus, & ideo propter quindenæ lapsum fuit deuentum ad secundi decreti sententiã, nulla adhibita cognitione super his quæ ho-
10 die proponuntur, & consequenter rectè in præsentiarum obijciuntur, vt ex *Cum. Bongiorn. Mariano de Giulia. & alijs tradit Mastrill. decis.* 11.

Insuper animaduertendũ est, D. Franciscum creditorem, post domus cæterorumq; bonorum omnium distractionem, pro vnc. 150. conuenisse cum Petro debitore, durante adhuc quadrimestri tempore ad redimendum, vt solutis per ipsum Petrum vnc. 75. residuum infra duos annos se solutorum promitteret. Annuit Petrus conuentioni, soluitque Don Franisco prædictas vnc. 75. & quod soluendum supererat, infra conuentum terminũ satisfacere promisit, qui ob id bonorum omniũ adiudicatorum possessionem restituit, cõditione tamen adiecta, quod si statutis temporibus residui solutionem non fecerit, nullatenus possessio restituta censeretur. Cessit tandem solutionis dies, Petrus autem promissis minimè stetit, quapropter adiudicatis bonis iterum se immiscuit D. Franciscus authoritate propria, & de facto, ex conuentionis virtute. Sed minus rectè (ni fallor) etenim licet ab initio tanquam creditor ex secundo decreto bona omnia ritè possederit, ex quo tamen
11 exinde crediti partem à debitore recepit, à secundo decreto dicitur recessisse, & pariter à possessione bonorum, *ad text. in l.* 2. *C. de iur. domin. impetr.* cuius verba sunt [Si creditor pignoris iure dominij à nostra serenitate possidere petijt & post formam rescripti, alio anno vsuras à vobis accepit, à beneficio impetrato recessisse videtur] vbi *Bald.* firmat, idem esse, si creditor partem crediti receperit, quod intelligatur renunciatum secundo decreto; dixit etiam *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. §. 16. *nu.* 15. comprobans
12 ex multis, quod si creditor post adiudicationem recipit partem debiti, recedit à decreto, & incipit possidere iure pignoris, & non facit amplius fructus suos, sed rem adiudicatam vnà cum fructibus restituere tenetur, *allegat text. in l. si creditor. C. de pact. l. Aemilius Largianus. ff. de Minor. l. à diuo pio. §. si pignora. ff. de re iudic. l.* 2. *§. generaliter. ff de dol. except. idem voluit Alex. in cons.* 110 *nu.* 2. *vol.* 5. *quem refert Surd. in cons.* 104. *nu.* 8. *& 9. vol.* 1. *& idem in decis.* 92. *sub num.* 11. Nec pactum expressum prodest, vt illo mediante possit substineri possessio vigore decreti, illud namque fuit resolutum, statim ac debiti partem creditor recepit, ac pro-
13 inde protestatio nihil potuit operari, cum fuerit contraria facto, & pactum incompatibile. *Bald. cons.* 500. *nu.* 2. *vol.* 3. *& firmat Bart. in d. l. si creditor. C. de pact.* per
14 actum enim contrarium inquit ibi *Bart.* receditur à priuilegio, quam legem reputat *Bald.* singularem, idemque notauit ibi
15 *Salic.* quod per vnicum actum contrarium receditur à priuilegio, & amittitur beneficium. Si ergo supradicti Doctores con-
16 cludunt, quod receptio partis debiti, est actus contrarius à decreto, & incompatibilis protestatio, nihil potuit operari, tanquam contraria facto. *Oldrad. cons.* 107. *num.* 10. *vers. ad sextum. & cons.* 302. *num.* 10. *vers. & quod dicitur. Crau. cons.* 24. *nu.* 15. *in fin. & cons.* 463. *nu.* 18. *Cephal. cons.* 1. *num.* 10. *Surd. cons.* 8. *num.* 28. *& cons.* 136. *num.* 42. vbi ex pluribus exemplis id comprobat, inquit enim, quod recipiens pretium renunciat resolutioni contractus & pariter qui petit restaurum approbat locationem, irecpiens quoque implementum transactionis, remittit pœnam; tum
17 maximè, quia protestatio contraria, est contraria iuri, quæ non valet. *Bald. cons.* 326. *lib.* 2. *vers. sequitur quædam.* Et non potest tollere effectum, & dispositionem iuris. *glos. in l.* 1. *ff. de acquir. hæred. vbi Paul. de Castr. D. Cardin. Tusc. litt. P. conclus.* 944. *num.* 20. *&* 22.

Quæ tum fortius procedunt, cùm si-
18 mus in decreto super pluribus bonis interposito, cuius virtute bona omnia fuerunt vendita vnico pretio, quod proinde est indiuiduum, *ex Bart. Bald. Castr. in si l.*

non

non sortem. §. si centum. ff. de condic. indeb. Grat. discept. cap. 671. num. 22. vol. 4. Afflict. decis. 218. num. 4. vnde ratione indiuiduitatis non potest pro parte subsistineri. Quemadmodum dicimus etiam, contra-
19 ctum in parte resolutum in totum resolui, vbi contractus vnicus est, *ex Bald. in l. eodem. C. locat. Bart. cons. 159. sub num. 8. Alex. cons. 106. nu. 24. vol. 3. Felin. in cap. cum semper. n. 6. de offic. deleg. & alijs, quos allegat Bursat. cons. 340. num. 2. & 3. & num. 103. vol. 3.*

Præterea considerandum quoque est, Petrum ex adiudicatione ista non enormiter, sed enormissimè lęsum fuisse; apertissimè enim id demonstrant tum venditionum, & locationum contractus, tum etiam & fructuum, gabellarum, & pensionum perceptiones; ex his namque constat bonorum distractorum pretium, ad summam vsque vnciarum bis mille ascendere, quæ tamen pro vnc. 150. adiu-
20 dicata fuere; qua in rè vnanimiter voluerunt huius Regni Patres, siue annullanda, siue rescindenda veniant decreta, vtroque in casu bona omnia cum fructibus restituenda esse, *ex Mastrill. decis. 33. part. 1. & decis. 247. part. 3. Castill. decis. 14. & latissimè Giurb. decis. 105.* Eo addito, quia pretium arbitratum à Iudice (præsupposito pacto ad discursum) fuit vnc. 150.
21 illudque fuit pretium iustum distractionis bonorum, cùm arguatur ex subastatione, *Bald. in l. 2. num. 63. C. de rescind. vendit. Gratian. discept. cap. 545. num. 30. & 31. vol. 3.* Et eò magis, quòd cùm exinde fuerint solutæ Don Francisco vnc. 75. cępit possidere dicta bona minori pretio, & sic non iusto, vnde cùm bona sint maioris pretij, quam esset creditum, illud plus
22 possidetur absque titulo, & absq; pretio, & ideo vtile per inutile vitiatur, maximè in indiuiduis, *ex communi decreto DD. in d. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indebit. Afflict. decis. 218. num. 3. Vrsil. in addit. ad decis. 178. num. 9. Surd. cons. 217. num. 16. & 17. Apeguer. decis. 33. nu. 13. latissimè Farin. decis. 10. nu. 6. & in addit. lit. B.* Concludendum est igitur, bona per
23 Don Franciscum possessa post receptionē partis debiti, remansisse loco pignoris, & fructus extenuasse prędictum creditum, *Osasch. decis. 115. nu. 11. Marc. decis. 167. part. 2. Rot. Gen. decis. 4. Afflict. decis. 373. Gaball. in milleloqu. 538. Petr. Ruis. decis. 5. num. 356. in decis. diuers. tom. 2.* Nam vsu-
24 ra est lucri facere fructus rei pignoratæ, ideo in sortem debent imputari, *cap. 1. &*
25 *2. de vsur.* pacto in contrarium non obstā te, cum illud sit à iure reprobatum. *Thesaur. decis. 78. Teopac. de pignor. & Hipot. tit. 501. col. 1. in fin. tom. 2.* Quibus minime refragatur id, quod in contrarium replicatur, subsistineri, nempe ex conuentione extraiudiciali, vigore dationis in solutum, quandoquidem omissis superius adductis, quod scilicet lex statim operata est resolutionem decreti, & fructus extenuasse creditum, tamen si in solutum datione subsistineri posset, quod somnium est, tunc non dicetur possidere ex decreto, sed ex datione extraiudiciali, vnde nō est exceptio pariter priuilegiata sicut actio, & ideo non admissibilis in prima reiectiui iudicij instantia; Oportet namq;
26 opponentem de possessione æquè priuilegiata, & ex causa anteriori, docere possessionem ex decreto acquisiuisse, aliàs si ex datione extraiudiciali, reijciuntur oppositiones. *Milan. decis. 1. nu. 173. lib. 2. Mastrill. in addit. ad Petr. de censib. quæst. 6. n. 93. vers. 2. respōdetur Ant. de Bal. de censib. quæst. 2. n. 10. & quæst. 9. n. 6. allegat. Bald. Tiraqu. & Cagnol* Et summo quidem iure, quia res data extraiudicialiter, nō dicitur data iusto pretio, ita vt prędiudicet tertio interesse habenti, cùm pretium inter partes taxatum non dicitur iustum, sed illud quod fit iudiciariè præcedentibus subastationibus, vt ex multis comprobauimus & præsertim cùm tangatur manibus, bona esse maioris pretij, cùm fuerint distracta pro vnc. 150. & inde fuerit soluta medietas debiti, & sic pretium remanet iniustum, cum retineat illa pro maiori pretio quàm sit eius creditum, & sic pro eo pluri dicitur possidere sine titulo, & consequenter est infectum obligatione Clientis, quę super quolibet cespite effectum fortitur, vt possit agi contra omnia bona, esto habeat in partim creditum anterius, quia reliquum possidet absque credito, *faciunt adducta per Mastrill. decis. 37.* vbi qui pos-
27 sidet partim titulo anteriori, & partim posteriori, tenetur pro censu medio tempore contracto, primi crediti anterioritate non obstante. Item cùm venerit de-
28 bitor infra quatrimestre resoluit pignus, & res in pristinum statum restituitur, nulla habita consideratione cuiusuis protestationis. *Milan. decis. 9. num. 53. lib. 2. Castill. decis. 37.* Hæc sunt quæ occurrunt pro victo causæ. De mense Iunij, 1620.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ. Fallit in causa spectante ad eius mensam. num. 3.*
2 *Iudex potest cognoscere de iniuria sibi illata intuitu dignitatis.*
4 *Episcopus non potest esse Iudex, vbi tractatur de proprio quæstu bonorum.*
5 *Iudex in causa propria nemo potest esse. Fallit in Pontifice, & Imperatore, num 7.*
6 *Comites, & Barones non possunt cognoscere de causis inter eos, cum eorum subditis, nec possunt Iudices deputare ad illas cognoscendas, num. 10.*
8 *Sententia lata in causa propria est nulla.*
9 *Episcopus non valens causam cognoscere, nec illam alteri cognoscendam cõmittere potest.*
11 *Vicarius non potest esse Iudex in causa, in qua Episcopus non est Iudex.*
12 *Episcopo suspecto, sunt in consequentiam eius Officiales suspecti.*
13 *Vicarij Tribunal est vnum & idem cum Tribunali Episcopi.*
14 *Appellari non potest à Vicario Generali ad Episcopum.*
15 *Episcopus vbi est suspectus, potest etiam recusari eius Vicarius vt suspectus. Amplia. num. 16.*
17 *Vicarius Episcopi nullam habet iurisdictionem de per se, sed quã habet, ab Episcopo habet.*
18 *Vicarius dicitur quasi alterius vices gerens.*
19 *Iurisdictionem quam quis non habet, alteri demandare non potest. & num. 21.*
20 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam in se habet.*
22 *Iurisdictionem tribuere non est priuati iuris.*
23 *Iurisdictio est publici iuris.*
24 *Episcopo mortuo, Vicarij iurisdictio extinguitur, & eo excommunicato vtraq; iurisdictio suspenditur, num. 25.*
26 *Iudex vbi agitur de causa propria, caret iurisdictione.*
27 *Metropolitanus non solum est Iudex in secundis causis ciuilibus, verùm etiam in primis vbi suffraganeus nõ est Iudex, ex quo agitur de causa propria; quod procedit, quando conuenitur Episcopus, nu. 28. Secus quando est actor, quia tunc dantur arbitri n. 29. referuntur decis. alias facta, nu. 30. & 34. & ad quem appellatur. num. 31.*
32 *Pontifex solus cognoscit causas criminales Episcoporum.*
33 *Dispositio Concilij Tridentini seruatur in Regno ex commissione expressa Suæ Catholicæ Maiestatis.*
35 *Iudex suspectus in decidendo non est suspectus in delegando, intellige num. 37.*
36 *Prorex potest recusari in suspectum, & an totum Consilium sit suspectum.*
38 *Iudex & pars nemo potest esse in eadẽ causa.*
39 *Recusationis causa æqualis, operatur, vt non possit Iudex recusari. Idem in teste, num. 40. Quid in æquali inimicitia, num. 42.*
41 *Argumentum de teste ad Iudicem quoad recusationem validum est, immò à fortiori, cùm facilius remoueatur Iudex quàm testis.*

ARGVMENTVM.

Episcopus in causa ciuili, in qua est conueniendus an possit esse Iudex, & an illam possit cognoscere eius Vicarius, vel dandi sint Arbitri, vel an debeat adiri Metropolitan⁹ superior ipsius Episcopi, & quid quando est actor cum suis subditis. Et quid in causa criminali. Iudex an possit recusari vt suspectus ex capite inimicitiæ, si vtrique parti sit æqualiter inimicus.

CONSILIVM LXXXV.

IESVS MARIA.

DVÆ fuerunt propositæ difficultates. Prima, an causa, in qua Episcopus est conueniendus, possit tẽtari in Tribunali eius Vicarij, vel potius Metropolitanus ipsius Episcopi superior adeundus sit. Secunda, an in pari causa inimicitiæ possit recusari Iudex vt suspectus. Quamuis enim, quod ad primam attinet difficultatem, Episcopus
1 possit esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ, *ex glos. in cap. si quis erga. in vers. priuetur. 2. quæst. 3. glos. in cap. cum veniissent de iudicijs quã sequutus est Hostiensis in summa de sententijs. §. si quis debet. Innocent. in cap. rostri in princip. de elect. Cinus in l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet.* vbi vult,
2 quod Iudex possit cognoscere de iniuria sibi illata intuitu dignitatis, *quem sequitur Oldrad. in cons. 7. cum alijs adductis à Surd. in cons. 50. num. 1.* vbi ex veriori opinione firmauit, quod recusari minimè possit, quamuis contrarium notabiliter affirmet *Ricc. collect. 1706.* Nihilominus vbi agi-
3 tur de causa spectante ad eius mensam, non potest esse Iudex. *Collect. in d. cap. cum veniissent. vbi Butr. Abb. num. 9. Felin. & Dec. col. penult. in fin.* ea potissimum ratione moti, quia cùm principaliter commodum,

dum, & incommodum spectat ad eundem Episcopum, dicitur causa eius propria. *cap. biduum. 2. quæst. 6. Innocent. in cap. in parte. de verbor. signific.* Proinde cùm de proprio interesse agatur, inconueniens esset, vt possit sibi ipsi ius dicere. Inde est, vt dixerit idem *Hostiens.* & rectè *in cap. procurationes de censib. & Bald. cap. literas. num. 1. vers. sed non nè. de præsumptionibus*, non posse Episcopum esse Iudicem, vbi tractatur de proprio quæstu bonorũ. Idemque consuluit *Alex. conf. 79. num. 8. vol. 1. Felin. in cap. insuper. nu. 9. de testib. Rimin. sen. conf. 539. nu. 8. & per totum.* Est namque generalis regula, neminem posse in propria causa sibi ius dicere, *vulgat l. Iuliana. 2. ff. de iudicijs. l. qui iurisdictioni ff. de iurisdict. omnium Iudicum. d. l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet. vbi glos. plures allegat concordantes.* quod expresè notandum docuit *Bart. in d. l. qui iurisdictioni.* contra Comites, & Barones, qui minimè cognoscere valent causas inter eos cum eorum subditis. Dixit propterea *Oldrad. in conf. 124. nu. 3.* specialissimum dumtaxat esse in Pontifice, & in Imperatore, vt cognoscant de causis ad Ecclesiam, & Imperium pertinentibus. *Socc. in conf. 99. nu. 16. vol. 3.* Ex quo enim nemo potest imperare sibi ipsi, constituendam esse differentiam inter Iudicem, & partem, adeò vt non possit quis de re propria iudicare, *scripsit plures referens Vant. de nullitate ex defectu Iurisdictionis. nu. 93. & sequ. Mavant. de ord. Iudicior. part. 6. vers. & quandoque appellatur. num. 32. Roland. conf. 16. num. 1. vol 2.* Hinc est, quod sententia lata in causa propria est nulla, *ad text. in l. pen. ff. de arbitr. & l fin. ff. de off. Præt. Hostiens. in d. Summ. de Iudicijs. §. quæ sint. vers. in causa propria. Abb. in d. cap. cum venissent. Surd. d. conf. 50. nu. 10. Anchar. conf. 154. col. 1.*

Quod cum ita sit, animaduertendum est, quod sicut Episcopus non potest iudicare in causa propria, ita nec alteri potest causam cognoscendam demandare; ex *Bart. d. l. qui iurisdictioni. col. 1.* vbi infert Comites, & Barones, qui non possunt iudicare in causis, quas habent cum subditis, nec pariter posse deputare iudices ad eas cognoscendas; quod *Bart.* notabile dictum refert etiam *Rol. à Val. d. conf. 16. nu. 6. lib. 2. sequ. Caualc. decis. 28. nu. 114. lib. 2. Osasc. conf. 69.* Ac ideo neque Vicariũ posse esse Iudicem in causa, in qua Episcopus non est Iudex, tradidere *Imol. Abb. & Felin. in cap. insinuante, de offic. deleg. Paris. cap. postremo. nu. 12. de appellat. Beltrãd. conf. 184. nu. 2. vol. 2. Cranet. conf. 6. num. 33. Roland. d. conf. 16. num. 8.* vbi ex aliorum opinione firmat, quod eo ipso, q̃ Episcopus est suspectus, sunt etiam in consequentiam suspecti eius officiales; cum Tribunal Vicarij sit vnũ, & idem cum Tribunali Episcopi, *cap. 2. de consuet. in 6. Surd. d. conf. 50. nu. 14. & 27. vers. demum.* vbi impugnat *Rimin. d. conf. 539.* Hinc legimus prohibitam esse appellationem à Vicario Generali ad Episcopum, ex traditis per *Glos. in d. cap. 2. de consuetud. in 6. in verb. Officiali. quam refert. Ricc. in prax. Excommunicationis resol. 431. nu. 7.* Ex quo idem est vtriusque Auditorium, eademque iurisdictio. Quinimmò cùm habeat ipse iurisdictionem ab Episcopo, dicitur subditus Episcopi ratione iurisdictionis; Idque solum sufficit in causa suspectionis, ad remouendum eum tanquam suspectum, vbi Episcopus est suspectus. *cap. accedens il primo, vt lite non contestat. Giurb. decis. 27. nu. 10.* vbi id ampliat procedere non solum quo ad ea, quæ tamquam Vicarius cognosceret, sed etiam quo ad causas Episcopo, & Vicario delegatas, quia esset idem, ac si Episcopus iudicaret, cùm dicatur facere per alium, quod à iure non permittitur. *ex Bart. & alijs in d. l. qui iurisdictioni.* Vicarius enim Episcopi nullam de se habet iurisdictionem, sed si quam habet, illam habet ab Episcopo, vt ex superius allegatis satis constat, & ideo dicitur Vicarius quasi eius gerens vices. *Hostiens. in tit. de offic. Vicar. in princ.* Vnde est, vt si Episcopus in aliquo casu non habeat iurisdictionem, in eodem casu, nec illam habebit Vicarius; Iurisdictionem namque, quam quis non exercet, alteri demandare non potest, *ad text. in d. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. Rodens. conf. 180. vol. 1. Felic. allegat. 26. num. 4. part. 2. Maresc. lib. 2. var. resolut. cap. 33. num. 12. Eugen. conf. 22. num. 52.* ne plus iuris in alium contulisse videatur, quam in se habeat, *l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. cap. nuper de donat. inter virum, & vxorem. Ant. sol. ad decret. Sabaudiæ. tit. de gratia, & Indulgent. glos. 2. num. 2. Scraderius conf. 1. num. 85.* qui enim de causa cognoscere non valet, alteri illam committere prohibetur, *Scrader. conf. 13. nu. 390. Aldou. conf. 20. nu. 52.* Regulare etenim est, vt propriam quis mandare possit iurisdictionem; non alienam, *l. fin. & ibi glos. ff. de offic. eius. l. more. ff. de iurisdict. omnium Iudic. Cost. conf. 45. nu. 18.* Hinc dixere nonnulli, iurisdictionem

nem tribuere, priuati iuris non esse, *l. priuatorum. C. de iurisd. omn. Iud. Amat. decis. 83. num. 8. Cephal. cons. 480. nu. 37.* cùm
23 iuris publici sit iurisdictio. *glos. in l. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic. Valenz. cons. 43. num.*
24 *134.* Inde est, vt mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguatur, *ex glos. fin. in Clement. final. de Procur. vbi Imol. & Cardin. in penult. quæst. & Vitalin. num. 38. Ias. in*
25 *d. l. more. num. 18.* Et sicut per excommunicationem Episcopi, suspenditur eius iurisdictio, ita etiam suspenditur iurisdictio Vicarij, *cap. 1. de offic. Vicar. in 6. vbi Franc. Ioan. Andr. in cap. ne aliqui. num. 9. de hæretic. in 6. latissimè Vgolin. de offic. & potestat. Episc. §. 6. tit. de his quæ Episcopus facere potest. fol. 18. à tergo in fin. Ricc. in d. prax. excommunicationis resol. 431. nu. 5.* Episcopus ergo, vbi agitur de re pro-
26 pria, caret iurisdictione, quod est generale in quocunq; Iudice, *vt latè Surd. d. cons. 50. num. 33.* Dicendum est igitur causam esse dirigendam coram Metropolitano Episcopi, cùm non solum iurisdictionem
27 exerceat Archiepiscopus in secundis causis, quæ ad ipsum deuoluuntur per viam appellationis à sententijs latis ab eius suffraganeis inter subditos ipsorum suffraganeorũ, *ad text. in cap. 3. per tot. & præsertim in §. debet autem. & §. fin. de appellat. in 6. latissimè Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 8. num. 86.* Verùm etiam & exerceat iurisdictionem, etiam in primis causis ciuilibus, in quibus suffraganei non sunt Iudices, sed partes *per text. in §. si quis vero. Auth. de sanctissim. Episc. collat. 9. Lel. Giord. tract. de Rom. sed. Orig. cap. 13. & vlt. num. 7. tom. 13. part. 1. quos refert. & sequitur. Scacc. vbi supra num. 98. vers. declara tertio*, qui in *vers. secus est.* inquit,
28 procedere, quando Episcopus conuenitur, prout hic dum conuenitur, vt fideicõmissarius, & protector hereditatis; secus verò quando est actor cõtra suũ subditũ, quia non decet Episcopum conuenire subditum coram Archiepiscopo, cùm is non sit Iudex subditorum Episcopi, at neque Episcopus debet esse iudex in causa propria, & ideo dicit eligendos fore arbi-
29 tros authoritate iuris, & allegat seipsum in *quæst. 7. nu. 107. limit. 15. vbi allegat. Gemin. Franc. Marant. Bredor. & alios.* & se-
30 cundum hanc sententiam fuit alias terminatum per Magnam Curiam in causa Reuerendissimi Archiepiscopi Montis Regalis, cum eius subditis, in qua fuerunt dati arbitri, *vt refert Capic. decis. 137. nu. 4. & per tot.* quod adeò verùm est, vt si
31 Metropolitanus conueniat subditum Episcopi suffraganei nõ appellabitur ad Metropolitanũ, neq; ad eius Vicarium, neq; eligentur Arbitri, sed appellabitur ad superiorem Metropolitani (omisso eo) ita scribunt *Archid. in cap. 28. anterior. sub num. 12. in 2. casu. 2. quæst. 6. Abb. in cap. dilecti. il tertio. vers. sextus casus. num. 13. Franc. limit. 3. num. 17. & limit. 4. nu. 18. de appellat. Gemin. in d. cap. 3. Roman. §. ab Archidiaconis. sub. nu. 4. cas. 2. & Franc. sub num. 4. limit. 8. de appellat. in 6. Soccin. reg. 23. Fallent. 8. Bredel. tract. de appellat. part. 1. tit. 18. in verb. ab Archiepiscopo, & in verb. ab Episcopo. Osasc. d. cons. 69. nu. 13. Scacc. d. quæst. nu. 7. 10.* Quicquid sit in cau-
32 sis criminalibus Episcopi, quas Pontifici tantum datum est cognoscere ex *Abb. cap. Pastoralis. de offic. ordin. sub. num. 2. vers. nota primo.* Idemq; disposuit sacrum Concilium Tridentinum *cap. 5. sess. 24. de reformat. vt refert. Scacc. d. quæst. 8. nu. 98. vers. secus etiam est.* Dispositionem au-
33 tem prædictam Sacri Concilij Tridentini seruandã mandauit Catholicus Rex Philippus Secundus sanctæ memoriæ, vigore Regiarum literarum datarum Madrid die 28. Decembris 1571. Hæc autem quæstio, fuit aliàs disputata, & terminata per
34 tres sententias cõformes in causa Patrum Societatis Iesu contra Don Lucianum de Rubeis Episcopum Mazarien sem, qui cũ fuisset relictus insimul cum alijs executor, & protector hæreditatis Donnę Franciscę Sanclementi conuertendæ in constructione operis pij, fuit conuentus d. Episcopus coram Metropolitano, à quo cum fuerit oppositum de incompetentia, & quod deberet procedi coram eius Vicario, fuit inde decisum, quod procedatur coram Metropolitano, quæ sententia fuit confirmata per Reuerendissimum Don Ioannem Torres de Osorio tunc Iudicem Regiæ Monarchiæ, nunc meritissimum Episcopum, à qua cum fuisset iterum appellatum fuit per Iudicem Ecclesiasticum cum voto Tribunalis Consistorij confirmata; tunc sedentibus in dicto Tribunali Illustrissimo Don Lucio Denti Barone Ranerij nũc meritissimo Præside dicti Tribunalis Viro doctissimo, & integerrimo, & Spectabilibus de Lombardo, & Vanni doctissimis Consiliarijs.

Et cùm aliàs contigisset iterum disputari de alia huic non dissimili causa inter Don Vincentinum Laliotta, & Rectores Domus Orphanorum Ciuitatis Marsalæ, cuius erat Fideicommissarius, & Protector

ctor Episcopus Mazaræ, qui cùm fuisset conuentus coram Metropolitano, & per eum oppositum de incompetentia, fuerũt reiectæ oppositiones, quæ sententia quãuis fuerit reuocata per Reuerẽdissimũ Iudicem Monarchiæ, ac pariter per Iudicẽ Ecclesiasticũ cum voto Tribunalis Concistorij, illam Regiæ Monarchiæ confirmantẽ. Nihilominus de mẽse Iunij 1626. per alium Iudicem Ecclesiasticum, cũ voto Trib. Mag. Cur. Sedis Criminalis, quo inter alios ego eram Iudex, fuit confirmata prima sententia, reuocatis medijs.

Nec est considerabilis illa conclusio,
35 quod Iudex suspectus in decidendo, non sit suspectus in delegando. *cap. si quis contra de for. compet. vbi Abb. & Osasc. d. cons. 69. num. 16. Capic. d. decis. 137. num. 10. in fin. Castrens. Dec. & alij in l. Prætor. & in d. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. Iud. Menoch. de arbitr. cas. 458. nu. 19. Mastrill. decis. 151. nu. 81.* vbi disputat materiam
36 recusationis, & concludit, posse Prorege recusari in suspectum, & differit an totum Consilium sit suspectum, recusato Domino Prorege, & quid per Supremum Italiæ fuerit conclusum, cuius quæstionis affirmatiuam refert sententiam, *Giurb. in decis. 27. num. 9. allegans post alios Lancell. de attent. post recusat. part. 2. cap. 6. num. 37.* Quandoquidem dicta conclusio
37 procedit in eo qui est Iudex, & potest procedere in causa, quia habet iurisdictionem, qui quantumcunque sit suspectus, est tamen Iudex & potest sententiam proferre, nisi fuerit recusatus vt suspectus, cùm suspitio habeat à iure suum remedium, quod est, vt proponatur recusatio, vt dixit *Steph. Quar. in summ. Bullar. in verb. Archiepiscopi authoritas. fol. 60. nu. 19. & Surd. d. cons. 50. num. 36.* Episcopus enim vt supra firmaui, vbi agitur de causa propria, caret iurisdictione, quod est generale in quocunque Iudice, qui dum partes actoris seu conuenti assumit, iudiciariam
38 potestatem, quam primo habebat, amittit, cùm in eadem causa quis esse non possit Iudex, & pars. *l. nemo. C. de assessor.* & in causa propria nullam habeat iurisdictionem. *DD. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. Iud. Surd. d. cons. 50. nu. 33. vbi alios refert. & in num. 36.* infert in causa Episcopi, nec Vicarium posse esse Iudicem, etenim cùm Episcopus iurisdictionem nullam ab initio in ipsa causa habuerit, nec pariter Vicarius potuit habere, cùm idem defectus iurisdictionis, qui militat in Episcopo, eius quoque Vicarium afficiat, *& dixi supra nu. 15. & seqq.*

Secunda autem, quam ab initio proposui difficultatẽ ea est; Litigãt fratres inter se, & vnus ex eis vult Iudicem recusare in suspectum, tamquam inimicum communis parentis, negat alter licere fratri
39 Iudici recusare, cùm par recusationis causa, recusationem excludat, exemplo Iudicis, qui pariter esset consanguineus, affinis, vel amicus vtriusque partis, qui non potest ab altera parte recusari, altera cõtradicente, *Abb. cap. postrema. nu. 5. de appellat. vbi Franc. nu. 16. Rol. à Val. cons. 16. num. 20. lib. 2. Graff. de except. cap. 24. num. 53. Ball. ad pragmat. de recus. Iud. nu. 9. fol. 204. Apicell. de suspic. offic. sub nu. 88. fol. 172. & num. 137. fol. 180. & in addic. fol. 60. nu. 7 29. alleg. post alios Aponte. decis. 30. num. 14. & 15. d. Card. Tusch. concl. 908. lit. S. nu. 35. Gratian. discept. 500. num. 16. & sequ. Farin. in fragment. verb. Iudex. num. 842.* Mouentur etiam
40 exemplo testis, qui quando est pariter vtrique parti coniunctus, à testimonio minimè repellendus est. *Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. de probat. delict. sub nu. 14. vers. item etiam limita. Graff. d. cap. 24. nu. 54. Farin. de testib. quæst. 53. num. 66.* Et
41 validè arguitur de teste ad Iudicem, imò à fortiori, cum facilius remouetur Iudex quàm testis, & ita in specie sentire videntur, nam dicunt seu alterius qualitatis, vt ibi *Franch. sub num. 16. & Farin. nu. 183.* vbi asserit, id esse generale in qualibet alia suspitione, *& Graff. d. cap. 24. nu. 54.* sentit idem esse in pariter inimico.

Hæc autem etsi procedant in pari causa affectionis, & parentelę, tamen contrariũ est in pari causa inimicitiæ, nam licet
42 prima facie appareat de paritate inimicitiæ, ex quo Iudex fuerat communi horum parenti inimicus, non tamen potest negari, quin alter ex istis collitigantibus fratribus, potuerit reconciliari, & sic non est considerabilis paritas inimicitiæ, coq; magis reconciliatio præsumenda est, vbi vnus recusat, alter verò recusatum Iudicem habere desiderat, eumque non suspectum prætendat, pro vt in individuo, dixit *Io. Andr. in addit. ad speculat. tit. de Iudice delegato. vers. de vno. quem refert, & sequitur Rebuff. tract. de recusat. glos. vnica art. 9. num. 17. & 18. Apicell. in addic. ad comment. de suspic. Iudic. num. 730. post hæc visus.* Et hæc mihi videtur vera opinio, cùm respectu vnius posset considerari reconciliatio, & respectu alterius inimicitia. Messanæ de mense Decembr. 1618.

SVMMARIVM.

1 *Interusuria competunt marito substinenti matrimonij onera.*

3 *Maritus substinens onera matrimonij, dicitur adimplere ex parte sua contractum dotalem, constituitque dotantem in mora.*

3 *Renunciatio iuris proprij non præsumitur, nisi expressè sit facta.*

4 *Interusuria iure actionis marito debentur, & per dotis receptionem nequaquam remissa censentur.*

5 *Creditor sortem recipiens, non censetur remittere interesse iure actionis sibi debitum.*

6 *Interesse in contractu promissum, nunquam censetur remissum per capitalis receptionē.*

7 *Clausula in contractu dotali posita (cum refectione expensarum, & interesse) important expressam interusuriorum promissionem in casu non factæ solutionis.*

8 *Vxor conuolans ad secunda vota potest reuocare vincula in primo matrimonio adiecta, non obstante præiuditio filiorum. Amplia, si reuocat ad fauorem secundi matrimonij, vt facilius nuptias contrahat, num. 9.*

10 *Frater dotans sorori de bonis propriis ipsius sororis, non potest dotem vinculare, nec pacta apponere. Fallit si consenserit mulier. num. 11.*

12 *Fideicommissarius an possit viuo grauato agere, vt declaretur sibi competere bona fideicommisso subiecta post mortem grauati, distingue num. 13.*

ARGVMENTVM.

Maritus recipiens dotem absque interusuriorum protestatione an censeatur illa remisisse. Vxor secundo nubens, an possit reuocare pacta, cōditiones, & alia apposita in primo dotali instrumento. Fideicommissarius, an possit præueniendo agere ante mortem grauati, vt eo mortuo bona ad eum declarentur spectare.

CONSILIVM LXXXVI.

IESVS MARIA.

1 AB undè satis diximus in *cons. 10. nu. 1. cum alijs sequentib.* marito substinenti onera matrimonij ob retardatam dotium solutionem interusuria competere, idq; ex vtriusque Iuris tum Canonici, tum Ciuilis dispositione; eaq; deberi non solū si dos cōstat in prædijs fructuosis, vel in reditibus, sed etiam in iogalibus, cęterisq; mobilibus cum extimatione fienda promissis; Cuius occasione demonstrauimus, ad quam vsque summam taxari consueuerunt, præsertim in Regno: de quibus omnibus etiam tetigimus in *cons. 11. nu. 14. cum duobus sequent. & in cons. 47. num. 14.* illamq; Doctorum præcipuam rationem
2 placuit afferre, quia maritus matrimonij oneribus deseruiendo, dotale instrumentum ex sui parte adimpleuisse dicitur, & dotis promissorem omninò in mora constituisse, si *Gratian.* deferendum sit in *discept. 455. nu. 4. Fontan. de pact. dotal. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 6. num. 10.*

Quod autem hodie in dubium reuocatur, illud est, an ex quo maritus recepit dotem absque interusuriorum protestatione, dicatur illa remisisse. In qua quæstione negatiuam partem tuendo, ex infra dicendis, interusuria nullo iure remissa censeri, concludimus. Regulare namque
3 est, proprij iuris, renunciationem nunquam inductam censeri, nisi id expressè actum sit, *ad text. in §. si minus. inſtit. de act. Bald. l. si ex toto. §. si ita. num. 3. ff. de legat. 1. Sess. deciſ. 202. nu. 23. lib. 2. Ludou. deciſ. Lucc. 46. Seraf. deciſ. 1197. num. 2. Surd. conſ. 224. num. 4. & 13. Caroc. de oblat. part. 2. quæſt. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 3. cap. 45. num. 11.* & in puncto loquitur *Bald. nou. de dot. part. 2. ſub nu. 11. col. penult. & in repet. l. 1. num. 17. ff. ſol. matr. Palat. rub. in repet. cap. per veſtras. in 6. notab. §. 8. nu. 6. fol. 176. de donat. inter vir. & vxor. Velaſq. deciſ. 8. num. 9. Surd. de alim. tit. 6. quæſt. 3. nu. 12. & ſequ. Magon. deciſ. Flor. 83. num. 5. Ant. Queſad. quæſt. iur. cap. 26. col. 3. verſ. hiſce ſic viſis. Farin. deciſ. Rot. Rom. 80. part. 2. tom. 3. quæ eſt repetita apud Ludou. deciſ. 93. Rugin. pract. quæſt. cap. 14. num. 31. & ſequ.* Eaque validissima ratione præcitati Patres mo-
4 uentur, quia hæc interusuria iure actionis debentur marito, quæ principaliter & iure actionis dotis exstipulatu, quandocumque per maritum peti possunt, nec vnquā dotis receptione censentur remissa, *l. ſi marito. §. fin. ff. ſol. matrim. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 43. num. 2. & 3. & tit. 6. d. quæſt. 3. num. 12. & ſequ. Anell. de Amat. conſ. 39. num. 19. Gratian. diſceptat. 726. num. 22. lib. 4. Magon. d. deciſ. 83. num. 5.*
5 Generalis enim est conclusio Creditorem recipientem sortem, nunquam censeri renunciasse interesse sibi iure actionis debi-

to,

to, quicquid sit, quando officio Iudicis debetur. *l. centum Capuæ. vbi DD. ff. de eo q. cert. loc. Vinc. de Franc. decis. 21. nu. 5. & 6. Rouit. cons. 36. Honded. cons. 30. nu. 52. & 53. lib. 1. Rugin. pract. quæst. d. cap. 14. Surd. cons. 500. nu. 5. Rot. Auen. decis. 101. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit de solut. resol. 9. num. 5. 6. & 13.* Quæ conclusio quamuis absolutè tutissima sit, & ve-
6 rissima, eò tunc maximè locum sibi vendicat, vbi interesse in ipso contractu, & stipulatione deductum promissumque sit, tunc enim nunquam censetur remissum per receptionem debiti principalis. *Barbos. l. quæ dotis. nu. 50. ff. sol. matr. Roder. de ann. reddit. lib. 3 quæst. 7. nu. 69. in fin. Scacc. de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 299. Caualc. decis. 35. sub num. 11. part. 1. & decis. 22. num. 47. & sequ. part. 4. Rol. cons. 62. num. 6. & sequ. vol. 4. Fontan. de pact. dotal. d. Clauſ. 6. glos. 2. part. 6. nu. 36. & 47. vol. 2. Rugin. d. cap. 14. num. 10. Viu. decis. 425. Gratian. discept. 33. nu. 13. discept. 130. nu. 35. discept. 143. nu. 17. & discept. 244. num. 39. Claud. in in addit. ad Bertazol. cons. 262.* Cùm ergo in his tabulis nuptialibus interesse sibi solui in casu non factæ dotium solutionis
7 stipulatus sit maritus ibi (cum refectione damnorum, expensarum, & interesse.) *ex Boniorn. super rit. 189. in fin. Bolognet. cons. 13. num. 24. & 27. Bursat. cons. 68. nu. 5. cons. 103. nu. 18. & sequ. cons. 120. nu. 38. & 39. & cons. 184. num. 24. 25. & 29. lib. 2. Osasch. decis. 129. sub num. 12. Honded. cons. 30. num. 51. & 52. lib. 1. Mutarit. 189. sub num. 8. Milan. decis. 15. num. 91. lib. 1. Mastrill. decis. 287. num. 54. & sequ. lib. 3. Gratian. discept. 634. num. 14. & 15. & post hæc copiosius Antõ. de Amat. resol. 44. num. 75.* Concludendum est, nequaquam voluisse illud remittere, quamuis dotem ipsam acceperit.

Superiori discussa quæstione, reliquum est videre, an vxor isthęc reiteratis nuptijs rectè potuerit in instrumento dotali, vincula in primo matrimonio adiecta, & constituta reuocare. Quà in rè affirmatiuam
8 placet amplecti sententiam, ac proinde concludo dotẽ mulieri liberam, demptis vinculis restituendam esse, nè eius conditio deterior reddatur ad secundas nuptias contrahendas, allegato præiuditio filiorum primi matrimonij non obstante. *l. cum pater. §. pater certam. vbi glos. & DD. ff. de legat. 2. l. 2. ff. de pact. dotal. l. 3. C. de pact. conuent. super dot. l. 1. ff. de dot. præleg. Barbos. l. 2. part. 1. num. 141. & sequ. ff. solut. matrim. Fontan. de pact. dotal. clauſ. 4. part. 5. glos. 9. nu. 180. & sequ. & clauſ. 5. glos. 10. part. 1. nu. 4. lib. 2. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 88. & lib. 3. cap. 7. num. 203 & cap. 15 num. 101. Anton. Fab. in C. lib. 5. tit. 9. definit. 1. & 2. Mastrill. decis. 74. Petr. de Greg. de dot. de parag. quæst. 35. num. 2. Polid. Rip. obseru. 20. num. 6. Molfes. ad consuet. Neapol. part. 6. quæst. 8. nu. 32. & posthæc latius Giurb. ad consuet. Messan. cap. 8. glos. 1. num. 15.* Quod clarissimè procedit in causa ista, ex
9 quo mulier transiens ad secunda vota, expressè reuocauit pacta, quæ erant in primis capitulis matrimonialibus, contemplatione secundi matrimonij, vt voluit, *Cancer. d. l. b. 3. cap. 7. num. 204. & Fontan. de pact. dotal. d. clauſ. 4. glos. 9. part. 5. num. 183. & 185.* Quæ conclusio duobus corroboratur medijs; alterum est, ex quo pacta, & vincula tantummodo casum separationis matrimonij per mortem sponsæ respiciebant, qui casus non accidit, cùm ipsa sponso superuixerit, & sic sumus in claris. *l. ille. aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 1.*

Alterum verò illud est, quia frater dotauit de bonis sorori competentibus ex
10 parte parentum, quo in casu non licuit fratri onus adijcere in casu restitutionis, & eo non obstante, posse mulierem de dote disponere, consuluit *Anchar. cons. 434. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 51. Lucas de penna. in l. 1. col. penult. vers. hæc faciunt ad quæstionem. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. Loffred. cons. 26. num. 34. Menoch. præsumpt. 10. nu. 24. & 25. lib. 3. ex Bald. in l. si ania. num. 10. C. de iur. dot. Vinc. de Franc. decis. 196. Anna. alleg. 116. nu. 2. part. 2. Thesaur. lib. 1. quæst. for. 63. num. 13. Anell. de Amat. cons. 54. num. 4. Gratian. discept. 556. num. 25. & 26.* Non obstante *decis. Seraf. 815. num. 5.* cùm loquatur in fratre dotãte de bonis proprijs, vt respondit *Gratian. d. num. 26. Milan. decis. 11. num. 24. lib. 1. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 13. glos. 6. num. 38.* Et licet
11 aliter dicatur, quando mulier consentit oneribus per fratrẽ adiectis, *ex l. cum maritus. §. fin. ff. de pact. dotal.* per quem textum dicit *Bald. in l. pro hæreditarijs. C. de hæredit. act.* mulierem non posse de dote testari, quando est ad alium applicata, vigore contractus, & interest non reuocari, & ex *DD. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. Osasch. decis. 20. nu. 6. & sequ. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 28. num. 4. & 60. latissime Milan. d. decis. 11. nu. 26. vsq;*

ad

ad num. 58. lib. 1. Attamen in casu isto, ex quo non ratificauit vxor dotale instrumẽtum, & ex quo præmortuus fuit maritus, corruunt omnia pacta, & fortius nè vxoris conditio fiat deterior ad secundas nuptias contrahendas, vt latissimè supra fuit deductum. Rectè igitur potuit secundo nubens illa reuocare.

Quod autem possit vxor viuens nondũ resoluto secundo matrimonio, agere, ac petere in iudicio declarari validam esse prędictam reuocationem, non est ambigen-
12 dum; Postposita illa controuersia, an competat actio Fideicommissario, ad sibi declarari faciendum competere bona fideicommisso subiecta eueniente casu, post mortem grauati, & sic dum viuit grauatus, cuius negatiuam amplexus est opinionem *Suarez. alleg. 3. Gamm. decis. 6. num. 6. vsque ad finem.* vbi sic decisum inquit in Cancellaria Valledolid, *& decis. 202. num. 3. Ludon. conclus. 8. col. 5. vers. amplia 11. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. fin. Marzar. de Fideicom. quæst. 61. part. 3.* Vbi sic pariter decisum asserit, & quamplures relati à *Mastrill. decis. 118. nu. 5.* quia tractus futuri ad Iudicem non spectant. Sed contrarium tenet idem *Suarez. in alleg. 4. quem refert Ludou. vbi supra, & post eum Fab. de ann. cons. 11. & cons. 126. Mastrill. d. decis. 118. nu. 29. & 30.* Verùm *Viu. decis. 403. nu. 10. vol. 3.* concordando opiniones distinguit, proce-
13 dere negatiuam, quando tempus fideicommissi fuisset omninò incertum, atque penitus incertam diem contineret. Affirmatiuam verò procedere, quando contineret certum tempus restitutionis, etiam quod esset fideicommissum conditionale, exemplificat in eo, qui debet restituere post mortem, quia huiusmodi conditio non est omninò incerta, secus in eo, qui debet restituere, si sine filijs decesserit, vel alia simili conditione potestatiua, & penitus habente incertam diem, quam opinionem dicit communem, & fundatam *in l. inter omnes. ff qui satisd. cog.* amplexam à *Ias. Vrsil. Ludou. Cefal. & alijs. & Ego dixi in cons. 71. nu. 31.* Hic autem sumus in muliere quinquagesimum, & vltra ætatis suæ annum agente, de qua non sperantur filij, & sic esset locus distinctioni. Sed quicquid sit de huius quæstionis veritate, nos in hac nequaquam versamur; non enim hic agitur, quod declaretur spectare post mortem tamquam fideicõmisso subiecta dos sed quod pacta adiecta in primo contractu declarentur legitimè fuisse reuocata in secundo matrimonio. Hęc sunt pro victoria causæ. Messanæ de de mense Octobris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias testamentum facere non potest, neque cum consensu patris, nec legare, nec fideicommittere, nu. 2. neque de bonis profectitijs, neq; de aduentitijs, etiam ipsi filiofamilias pleno iure spectantibus. num. 3.*

4 *Filia familias maritata non potest de dote testari, etiam cum consensu Patris.*

5 *Matrimonium patriæ potestatis vincula non rumpit.*

6 *Filiusfamilias testamentum non valet, non obstante clausula codicillari, nec etiam si sit dictum, quod substineatur in vim donationis causa mortis, si pater est absens.*

7 *Filius familias non habet integram personam explicandi ea quæ sunt iuris publici.*

8 *Dos succedit loco legitimæ, ideoque nullum recipit onus. Declara mortuo patre, num. 15. quia tunc assumit naturam legitimæ.*

9 *Pater dotans potest in ipso actu dotandi legem, & conditionem quam vult imponere.*

10 *Paternum est officium filias dotare.*

11 *Pater potest stipulari, sibi dotem restitui, nec requiritur ad id filiæ consensus.*

12 *Dos data filiæ potest à patre grauari, & filiæ remanet saluum ius petendi legitimam.*

13 *Dos differt à legitima in multis.*

14 *Pactum doti appositum, viuente patre nunquam reijcitur, secus autem mortuo Patre, quia tunc sortita est naturam legitimæ.*

16 *Si filia dotata patri præmoriatur, dos naturam legitimæ non assumit, sed retinet naturam dotis, & potest recipere onus.*

17 *Restitutio dotis promissa à marito patri dotanti, & filiæ dotatæ censetur promissa secundum iuris ordinem, vt si pater præmoriatur, restituenda sit integra dos filiæ, si filia præmoriatur patri sine filijs, patri dumtaxat restituenda sit.*

18 *Pacta in contractibus dotalibus apposita seruanda sunt.*

19 *Vxor non potest de dote testari, quando est ad alium applicata, vigore contractus, & interest non reuocari. Amplia stante consensu vxoris. num. 20.*

21 *In donatione causa mortis facta à filio, requiritur expressus consensus patris.*

22 *Quot requirantur ad validitatem donationis causa mortis.*

23 *Statutum, seu Princeps si concedat alicui facultatem testandi, intelligitur secundum iu ordinem.*

AR-

ARGVMENTVM.

Filiafamilias maritata an possit de dote testari, & quando. Dos an & quando succedat loco legitimæ, vt onus non possit super ea imponi. Quæ requirantur, vt Filiusfamilias possit causa mortis donare.

CONSILIVM LXXXVII.

IESVS MARIA.

THomas Gambadauro dotem, quam Nimphæ filiæ, ac Bernardino Saluago genero ad summã vsque vnc. 2000. constituit, in casu separationis Matrimonij, sibi, filiæque restitui, stipulatus est, facultate dumtaxat eidem filiæ attributa, disponẽdi, ac testandi de vnc. 200. Viuo adhuc patre dotante, viam vniuersæ carnis ingressa est Nimpha filia, nullis relictis filijs, instituto tamen in vniuersa dote hærede vniuersali Bernardino viro. Comparet in iudicio Thomas pater, dotemque à Viro petit sibi restitui, excipit ille se nullatenus teneri ad eius restitutionem, vxoris testamentariam dispositionem allegans. Ego verò dotantis patris causam subsistinens, ad illum integram dotem pertinere ostendam, illumque rectè egisse ad dotis recuperationem.

Et vt exordiar à testamento filiæ, quis neget illud nullitatis vitio subiacere, si
1 eum non lateat, absolutissimi iuris esse, filiumfamilias neq; accedente patris consensu testari posse? ad textum expressum in *l. qui in potestate. ff. de testam. vbi DD. l. l. senium. C. qui testam. fac. poss. §. 1. instit. qui testam. fac. poss. l. filiusfamilias. §. tam*
2 *is. ff. de donat. caus. mort.* Nec pariter posse legare, vel fideicõmittere. *l. 2. ff. de legat. 1.*
3 Nec de profectitijs, vel aduentitijs, etiam pleno iure filiofamilias spectantibus, etiã in quibus patri non quæritur vsufructus vt ipse latiùs dixi in *cons. 12. num. 8. post multos ibi allegatos*, & in puncto in filiafamilias maritata, quod non possit de dote
4 testari, etiam accedente consensu patris, *consuluit. Alex. in d. l. senium. nu. 3. Honded. cons. 32. nu. 79. & 81. lib. 1. Gratian. discept. 382. Iul. Clar. & ibi addic. in §. testamentum. quæst. 5. in fin. & Ego probaui in d. cons. 12. nu. 16. & 22.* ea ratione
5 motus, quia matrimonium patriæ potestatis vincula dissoluere non valet, *Viu. comm. opin. lib. 1. verb. filiusfamilias. num. 4. Thesaur. decis. 150. num. 1. & sequ.* Vbi
6 etiam inquit in *num. 12.* nec per clausulam codicillarem testamentum substineri posse, nec in vim donationis causa mortis, nisi quando fuisset dictum in vim donationis causa mortis, patre tamen præsente, & consentiente, quod non fuit dictum in casu nostro. Idque summa ratio-
7 ne, quia filiusfamilias non habet integrã personam, vt explicare possit ea, quæ sunt publici iuris, *glos. in d. l. qui in potestate. Vinc. de Franc. decis. 546. num. 5. Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 34. de patr. potest. defin. 3. num. 2. & Ego in d. cons. 12. nu. 13.*
8 Non obstat dotem successisse loco legitimæ, & per consequens patrem onus non potuisse super ea imponere, *vulg. l. quoniã in prioribus. de inoffic. testam.* & maximè istãce clausula codicillari dispositionẽ filiæ substineri posse in vim donationis causa mortis, pro qua consensus Patris saltem pro vnc. 200 extitit. Respondetur enim, indu-
9 bitatam esse iuris conclusionem, patrem dotantem posse apponere legem quam voluerit in ipso actu dotandi. *Anton. Fab. in C. de pact. defin. 9. Camill. de medic. cons. 161. num. 1. & sequ. & Ego. in cons. 19. nu. 45.* cùm dicatur de bonis proprijs dotasse,
10 ex quo paternum est dotare. *l. fin. C. de dot. promiss. & Ego in cons. 18. num. 23. &*
11 *cons. 19. nu. 44.* Immò quod sibi restituatur dos soluto matrimonio stipulari potest, nec requiritur filiæ consensus. *l. quoties. ff. sol. matrim. l. cum dos de pact. dotal. Barbos. l. si cum dotem. num. 15. ff. sol. matrim.* subdens rationem, quod propter stipulationem incontinenti factam, concurrunt eodem tempore & ius filiæ, & stipu-
12 latio paterna, & in puncto, quod doti possit apponi grauamen, cùm filiæ saltum sit ius petendi legitimam voluit *Suarez. ad d. l. quoniam in prioribus. 15. ampliat nu. 2. & 4. Menchac. de success. creat. §. 10. num. 465.* multisque exornat argumentis.
13 esse inter se dotem, & legitimam diuersas, ac distinctas, *Brunor. ad sol. propos. iur. verb. dos, & legitima. & Seraf. decis. 815. vol. 1.* posse patrem stipulari dotem sibi reddi, nec obstare conclusionem, quod dos succedat loco legitimæ, quia licet illa vera sit, tamen procedit mortuo patre, quia
14 tunc competit legitima, & assumit naturam legitimæ, siue ad effectum imputationis, siue retentionis, siue reiectionis oneris, seu petitionis supplementi, ita vt

de ea

de ea ſicut de legitima ſit iudicandum, & infert in *num.* 5. quod pactum appoſitum
15 doti numquam reijcitur, cùm effectum ſuum ſortiatur viuente patre, antequam dos inceperit ſortiri naturam legitimæ, ſecus mortuo patre, quia tunc ſortita eſt naturam legitimæ, & non poſſunt hæredes petere, ſed tenentur vel remittere conditionem filiæ, vel legitimam ei ſoluere, idem dicit *Anton. Fab. in. C. lib. 2. tit. 3. de pact. defin. 15. præciſè nu. 9. & 20. & lib. 3. C. tit. 19. de inoffic. teſtam. defin. 21. nu. 4. defin. 22. 23. & melius defin. 27.* & quod
16 quando filia præmoritur patri, tunc dos non tranſit in legitimam, ſed retinet naturam dotis, in qua potuit imponi omne grauamen, dixi *in d. conſ. 19. num. 49. vbi allegani Gabr. conſ. 116. nu. 27. & ſequ. lib. 2. Honded. conſ. 75. num. 51. & ſequ. vol. 2. Peregr. conſ. 79. num. 12. lib. 1.*

Dotis igitur reſtitutio cùm ſit promiſ-
17 ſa per ſponſum patri dotanti, & Nimphę filiæ, tunc talis ſtipulatio cenſetur facta ſecundum iuris ordinem, & amplectetur ambas perſonas in ſolidum fauore dotis, adeò vt ſi cõtingat patrem præmori, tota dos filiæ erit reſtituenda, ſin autem filia præmoriatur ſine filijs, prout hic, tunc ſtipulatio pro patre duntaxat cenſebitur facta, *Bart. in l. vxorem. §. teſtamento. ff. de leg. 3. Nouell. de dot. part. 6. priuil. 28. nu. 2. & priuil. 29. in princ. Barbos in l. Gaius. num. 21. & 22. ff. ſol. matrim.* Vbi plures adducit rationes, nempe ordinem Charitatis, & Affectionis, adeo vt prius cenſeatur ſtipulatum patri, eiąue reſtituatur ſi viuat, & poſt eius mortem filiæ. Item ordinem Neceſsitatis, ſcilicet quod mortua filia ante patrem, dos reſtituatur patri, *l. dos à patre. C. ſolut. matrim.* vbi *gloſ.* multa alia iura allegat *Theſaur. deciſ. 190. nu. 2. Cephal. quæſt. 378. in princ. Molfeſ. ad conſuet. Neap. part. 1. cap. 3. nu. 5. Facchin. controu. iur. lib. 3. cap. 71. in princ. verſ. Primum. & Ego in d. conſ. 19. nu. 58.* Idem eſt ſi ſit mortuus dotans, nam reuertitur ad hæredes dotantis, *poſt gloſ. & alios Surd. deciſ. 272. num. 17. Molfeſ. d. cap. 3. nu. 3.* At hic nulla eſt controuerſia, quia non remanſerunt filij, aliàs conſolidetur in perſonam filiæ. *l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. act. allegat alios. Gabr. conſ. 58. num. 15. vol. 1. Decian. conſ. 55. num. 4. lib. 2.*

Vnde pro Cliente eſt clara diſpoſitio iu
18 ris communis, item & lex contractus dotalis, quæ ſeruanda eſt, *l. 1. C. de pact. cõuen. Seraph. d. deciſ. 815. num. 3. & ſequ.* non obſtante prætenſa inſtitutione in perſonam maritꝛ ab vxore facta: *ex text. in l. cũ maritus. §. fin. ff. de pact. dotal.* per quem *text.* dicit *Bald. in l. pro hæreditarijs. C. de*
19 *hæredit. act.* quod mulier non poteſt de dote teſtari, quando eſt ad alium applicata vigore contractus, & intereſt non reuocari, *Angel. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi omnes DD. & conſ. 74. poſt multos Oſaſch. deciſ. 20. num. 6. Milan. deciſ. 11. num. 25. vſque ad 58. & ſequ. lib. 1.*
20 maximè ſtante conſenſu dictę Nimphæ, & alijs clauſulis in dicto contractu, vt deciſum refert *Gaſp. Theſaur. in addic. ad patrem. deciſ. 150. num. 17.* maxima cum diſcuſſione, & viſo *conſ. Crau. 84.* quod eſt contra. Ea præſertim ratione, quod aliàs daretur occaſio maritis extorquendi iſtas donationes ab vxoribus ſuis.

Quod autem ſtante clauſula codicillari ex conſenſu præſtito in contractu matrimoniali per patrem, quod ſaltem valeat diſpoſitio quo ad vnc. 200. Reſpondetur
21 quod ad validandam donationem cauſa mortis, requiritur conſenſus ſpecialis, & expreſſus, & non ſufficit genericus, & præſumptus, *Bart. in l. tam is. ff. de donat. cauſ. mort. Caualc. deciſ. 42. nu. 36. part. 1. Bald. in l. filiusfamilias. ff. de donat. Gall. conſ. 1. num. 12. & 13. Franch. deciſ. 546.* Item
22 quatuor requiruntur, vt donatio cauſa mortis à filiofamilias facta ſubſiſtat. Primò, quod pater conſentiat, *d. l. tam is. §. Filiusfamilias. ff. de donat. cauſ. mort.* Secundò, quod pater expreſſè concedat licentiam donandi cauſa mortis, *Anton. Fab. in C. de ſacroſanct. Eccleſ. defin. 40.* Tertiò, quod conſenſus patris præcedat actum. Quartò, quod ipſe cui donatur ſit præſens, aut Notarius pro eo ſtipuletur, quicquid ſit in homine ſui iuris, quia etiã abſenti poſſet donare, & valeret ſaltim, vt fideicommiſſum, *Guid. Papa. quæſt. 223. n. 2. Franch. deciſ. 4.* qui refert ſic deciſum ſtante abſentia donatarij ſolius teſtamẽtum non potuiſſe ſubſtineri cum clauſula codicillari in vim donationis, quia defuit præſentia donatarij, ex particulari doctrina *Bald. in l. eam quam. C. de fideicõm. col. 3. quem ſequitur Fulgoſ. Iaſ. & Barboſ. l. quæ dotis. num. 123. ff. ſolut. matrim.* In tantum, quod ob ſolum defectum præſentiæ donatarij fuit in caſu Vincentij de Franchis declarata nulla donatio cauſa mortis facta per filiũfamilias de expreſſo conſenſu patris, & idem aſſerit deciſum *Gaſp. Theſ. in addic. ad d. deciſ. 150. in verſ. ſed ſi is cui donatur.* At hic maritus fuit abſens

sens, & ita etiam ius præsumit nisi aliter exprimetur. *Castr. l. illud. C. de sacrosanct. Eccles. Mascard. conclus. 565. verb. donatarius. lib. 1. qui alios refert.* Et licet statuto Messanæ cap. 20. Filiusfamilias cum consensu patris possit testari, & hic adsit consensus, nam in dicto contractu matrimoniali permisit filiam posse disponere, & testari de vnc. 200. & tale statutum habet locum, esto matrimonium sit secundum ius commune contractum, *vt Ego dixi in d. cons. 12. num. 34. & sequ.* tamen tale statutum intelligitur secundum
23 naturam rei, cùm statutum, seu Princeps quando concedit intestabili facultatem testandi, esto dicat [liberè] intelligitur iuxta terminos iuris, instituendo, vel exhæredando ex causa, & adhibendo alias sollemnitates, est *text. in l. si quando. C. de inoffic. testam. & Bald. ibi nu. 1. vers. 3. noto & Ego in d. cons. 12. nu. 37. & 38. alios adduxi.* Vnde pater qui permisit filiæ posse testari de vnc. 100. intelligitur iuxta terminos iuris, & sic dum maritum instituit hæredem non relinquendo filios, nec descendentes, sed superstitem eius pa-
24 trem quem præterijt, testamentum est ipso iure nullum nullitate insanabili, *Angel. §. aliud quoque capitulum. vers. siue igitur. nu. 23. & vers. quæro an hęc constitutio in Auth. vt cum de appell. cognoscit. Rimin. iun. cons. 811. num. 55. vol. 7. & Ego in d. cons. 12. nu. 39. cum multis. vbi allegaui Gratian. Thesaur. Curt. iun. Ambroxin. & alios. &*
25 *in num. 51. cum multis* dixi, nihil operari clausulas ordinarias Notariorum in testamento, & in *cons. 63. num. 33. cum sequ.* adduxi multas authoritates.

Et rectè fuit actum executiuè, cùm obligatio restituendi dotem sit facta ipsi patri actori per generum contra quem fuit causata executio, & dum excipit se Hæredẽ vxoris replicatur de nullitate testamẽti vitio visibili, cũ sit factũ à filiafamilias in potestate patris existente, quod legitur in ipso testamento, & plenè est ostenla, &
26 comprobata nullitas ipsius. Et replicando potest dici de nullitate etiam coram Iudice inferiori, nam Iudex non decidit super nullitate, sed est aduersus titulum, cum quo venit *Milan. decis. 9. nu. 81. lib. 2. Muta decis. 74. num. 27. & in cap. Rit. 112. num. 76. Intrigliol. decis. 4. num. 81. lib. 2. & sing. 146. lib. 1. & 147. eodem lib. & Ego in cons. 84. n. 2. & post hæc Giurb. decis 62. n. 21.* qui loquitur in eo, qui se opponit de
27 dominio, & possessione, & inquit posse replicando dici de nullitate decreti, quando
28 nullitas est euidens. Exemplum dat in eo, qui distraxit cum pacto ad discursum, & tamen non aderat tale pactum in contractu, vt in *num. 34. vers. rursus. Cum. cap. Rit. 17. num. 199. Nepit. consuet. Catin. tit. 26. num. 14. & 15. Bongiorn. alleg. nu. 27. impressa in decis. Castill. 7. fol. 52.* Idem si fuit actum executiuè, cum non potuisset, *idem Giurb. d. decis. 62 num. 21.* vbi declarans dictum *Felini, & Zabar. relatum à doctissimo Corset. quæst. for. 4.* procedere, quando nullitas non est euidens, & notoria, sed velata.

Ex quibus concludo fore decidendùm in fauorem Clientis.

Messanæ de mense Augusti, 1619.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vniuersalis executiue conueniri potest. Fallit in Fideicommissario particulari. nu. 4.*

2 *Successor in feudo via executiua conuenitur.*

3 *Pragmatica Comitis de Castro circa modum procedendi contra, & ad instantiam Fideicommissarij, vniuersalis recensetur.*

5 *Tertius executiue non conuenitur, sed ordinariè, & facta discussione, quatenus agat mulier ad dotis restitutionem pro re indiuiduali-ter hypotecata.*

6 *Fideicommissarius vniuersalis, non adhuc facta sibi restitutione non conuenitur via exequutiua.*

7 *Dotarium vxori non debetur, si dos promissa viro soluta non fuerit.*

8 *Dotarium est octaua pars dotis realiter solutæ.*

9 *Statutum declarans ius antiquum, quod erat controuersum, etiam præterita comprehendit.*

10 *Alienationis prohibitio facta in actu inter viuos, validissima est. Ratio num. 11.*

12 *Auth. res quæ. C. commun. de legat. habet locum in fideicommisso inducto ab ascendentibus, & descendentibus, non autem inducto à Collaterali. Amplia num. 13.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius vniuersalis an executiue conueniri possit. Dotarium an debetur, dote non soluta. Alienationis prohibitio facta in actu inter viuos, an sit potens, etiam ad præiudicium legitimæ.

CON-

CONSILIVM LXXXVIII.

IESVS MARIA.

IN Tabulis Nuptialibus placuit Sponsæ certam dotẽ non constituere viro, sed omnia, quæ habebat sub generali sermone dotauit; Ille verò dotarium Sponsæ sub obligatione bonorum se soluturum promisit; Verùm bona omnia, quæ Vir possidebat, vinculo, & fideicommisso subiecta erant, nec alia præter isthæc habebat.

Dubitauimus idcirco, an rectè potuisset vxor agere aduersus fideicommissarium vniuersalem, pro dotarij consequutione, cùm nulla de dote solutio appareret.

Scio autem quod attinet ad modum procedendi, ex multis firmasse *Castill. in decis. 24. post Mastrill. in decis. 122.* vniuersalem fideicommissarium sub dispositione *cap. Rit. 103.* comprehendi, ac proinde contra ipsum viam executiuam legitimè dari. Ad instar etiam successoris in feudo, qui cùm dicatur successor vniuersalis, rectè executiuè conuenitur ex *Petr. de Greg. de dot. de parag. quæst. 38. nu. 5. 6. & 7. & alijs relatis à Castill. d. decis. 24. num. 19. Mastrill. d. decis. 122. nu. 13.* Et hodie habemus in Regno expressam ordinationem Illustr. Comitis de Castro olim Proregis meritissimi, qui in §. 21. decreuit, Instrumentum posse exequi, tam aduersus fideicõmissarium vniuersalem, quàm ad eius instantiam; Quãuis aliter dicendum sentiat *Castill. vbi supra* in fideicommissario particulari, & ante eum *Mastrill. decis. 120.* Is enim, cùm tertius dicatur, nequaquam executiuè conueniri potest, sed ordinariè præcedenti excussione, etiam ad instantiam mulieris ad dotis restitutionem agentis pro rè indiuidualiter hypotecata, vt post multos firmauit *Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 18. Surd. cons. 513. Mastrill. decis. 109. num. 9.* Quicquid dicant alij in fideicommissario vniuersali, cui adhuc restitutio facta non fuerit, qui nullum interim ius reale habere dicitur in bonis fideicommisso subiectis, quo in casu loquutos fuisse negatiuam sententiam tenentes refert *Mastrill. d. decis. 122. num. 6. ex text. in l. 1. §. restituta. ff. ad Trebell. & glos. in l. penult. §. fin. C. eod.* quam communiter à Doctoribus approbari testatur *Socc. iun. cons. 273. lib. 1. & idem videtur. sentire Castill. in d. decis. 24. num. 10.* Ad propositam igitur quæstionem redeundo, dotarium minimè deberi firmarunt quamplures, si de dotis solutione non constet. Iuris namque est promissa dote non soluta, dotarium ab vxore peti non posse, quemadmodum animaduertit *Bartolom. de cap. in cap. Regis Caroli 2. fol. 330. & alia Apostill. ibi. Ioan. Anton. de nigr. nu. 8. fol. 149. & post Isern. Afflict. in constit. mulier quæ dotarium. n. 3.* vbi refert ita decisum, idemque testatur ex auctoritate Sacri Concilij *in decis. 242. & decis. 333. Gram. decis. 97. & decis. 103. num. 121. Iacob. Gall. cons. 123. nu. 6. & 7. Menoch. cons. 1124. num. 36. vol. 12. Gamm. decis. 320. in 2. dubit.* & ita decisum refert *Velasqu. decis. 3. num. 3. & 5. Pellic. in cons. Auers. cap. 4. nu. 187. Fontan. de pact. nupt. claus. 7. glos. 1. part. 2. nu. 39. fol. 531. Io. Pappon. lib. 15. tit. 14. arrest. 13.*

Hinc postea edita fuit lex Regni municipalis Regis Caroli cap. 246. quę statuit, & dotariũ sit octaua pars dotis realiter solutæ. Quod statutum cũ sit declaratoriũ iuris antiqui varietate opinionum controuersi, etiam præterita comprehendit, *Alderan. Mascard. de general. statut. interpret. conclus. 13. num. 41. Gasp. Thesaur. quæst. for. 113. num. 5. lib. 3.*

Cæterũ aliud inde excutere oportuit, fuit namque in donationis cõtractu, & sic in actu inter viuos expressè vetitum, ne domus magna alienetur, nec prætextu cõstitutionis, nec restitutionis dotium, vel dotarij; quo in casu pacto vllo alienari, aut distrahi posse, voluit *Glos. in l. nulla. C. de iur. dot. Alb. cons. 522. nu. 4. & ibi Add. Rimin. iun. cons. 514. nu. 31. Viu. decis. 18. num. 9. & conclus. 663. Apetr. de fideicomm. quæst. 8. num. 439. Intrigliol. de substit. cent. 3. quæst. 73. num. 260. & nu. 322. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 186. & cons. 923. nu. 2. Fusar. de fid. substit. quæst. 531. num. 64. & 80.* Ratio est, quia qui alienat in contractu, tunc non tenetur donare, & sicut liberè potest alienare, etiam in præiudicium legitimæ filiorum, dummodo non abutatur, ita non potest impediri alienando, ne adijciat obligationem bonis ne alienentur; quod non est hic, cùm non simus inter ascendentes. Vnde dispositio *Auth. res quæ, C. comm. de legat.* non procedit in hoc fideicommisso instituto non ab ascendentibus descendentibus, sed à Collaterali, quæ tum maxime indubitabilis est conclusio, cùm ab eo

fuerit

fuerit facta prohibitio, qui non tenebatur dotare, nec donationem propter nuptias constituere. Recte igitur concluditur valere fideicommissum, etiam in præiudicium constitutionis, & restitutionis dotis & dotarij, stante expressa prohibitione prædicta, vt docuit *Bart. in d. auth. res quæ. num. 4. Ias. nu. 11. & 32. Curt. iun nu. 17. communiter DD. relati à Peregr. de fideicom. art. 42. num. 49. Addit. ad Thesaur. decis. 192. Sforz. Odd. de fideicomm. quæst. 38. nu. 38. art. 3. Menoch. cons. 110. nu. 13. & præsumpt. 189. num. 39 à Petr. de fideicomm. quæst. 8. num. 412. Intrigl. sing. 53. num. 3. lib. 3. & de substit. cent. 3. quæst. 73. num. 220. decis 4. num. 13. & 20. Grat. discept. 65. num. 8. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 10. Ludou. decis. Luccens. 28 num. 9. Fontanell. de pact. dotal. part. 2. claus. 5. gl. 1. num. 6. & 7. Fusar. quæst. 531. num. 95. & 114. & sequ. & quæst. 532. Surd. decis. 62.* Et hæc satis pro victoria causæ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula [Iuris francorum] in feudi concessione existens, operatur, vt feudum dicatur in forma stricta & primogenito acquisitum.*

2 *Feudum in forma stricta non potest alienari, nec pro dotis constitutione, nec restitutione, nisi in subsidium. intellige vt nu. 3. & 4.*

3 *Capitulū Regni 246. Sereniſſimi Imperatoris Caroli V. procedit in restitutione dotis, non autem in constitutione.*

4 *Feuda possunt alienari, obligari, & subiugari pro constituenda dote de paragio, stantibus literis Sereniſſimi Regis Philippi, nulla facta excussione.*

5 *Res fideicommisso subiectæ, & alienari prohibita, non debet pro dote constitui, si extant alia bona, vnde filia potest dotari.*

6 *Auth. res quæ. C. commun. de legat. procedit in subsidium.*

7 *Fideicommissum resoluitur per alienationem necessariam. Declara, num. 8.*

9 *Mulieri agenti pro dote super bonis vinculatis incumbit onus probandi alia bona non extare. Fallit, si iam ipsi fuerit facta dotium restitutio super bouis vinculatis. num. 10. Ratio num. 11.*

12 *Pater facto fideicommisso ad fauorem masculorum si ordinauerit filias fœminas dotandas esse, intelligitur non existentibus bonis liberis, vbi de ratione.*

13 *Feuda si permittat Princeps alienari, vel hypotecari, intelligitur in subsidium, aliis non existentibus bonis.*

14 *Text. in l. Creditoris arbitrio. ff. de distract. pign. non habet locum in feudis.*

15 *Creditoris arbitrium censetur regulatum iuxta formam iuris, si ei fuerint hypotecata bona libera. & feudalia.*

16 *Feuda in subsidium obligantur, aliis non existentibus bonis. & nu. 24.*

17 *Feudum alienari potest nulla facta discussione allodialium, si illa fuerint litibus intricata.*

18 *Vxor contra legatarios non potest executiuè ad dotem agere, etiam si res legata indiuidualiter pro dote reperiretur hypotecata.*

19 *Vxor quæ ex duobus causis sit creditrix in bonis mariti, tenetur recipere in duriorem causam. Et pro dote censetur facta compensatio pro concurrenti quantitate. num. 20.*

21 *Regula quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest, quomodo intelligatur.*

22 *Compensatio fit ipso iure ad euitandas vsuras.*

23 *Alienatio rei feudalis nulla est, non facta discussione bonorum allodialium.*

25 *Alienatio rei feudalis subsistinetur pro ea parte, pro qua bona libera non extant. Declara. num. 26.*

ARGVMENTVM.

Feuda, & res fideicommisso subiectæ, an & quando possint alienari pro dotis constitutione, & restitutione. Vxor creditrix in bonis mariti ex duabus causis, vt puta legati, & dotis, si bona partim sunt libera partim vinculata, in quam causam recipere debet solutionem allodialium.

CONSILIVM LXXXIX.

IESVS MARIA.

1 NVlli dubium, quod cum in Baronia, de qua agitur adsit clausula [Iuris francorum] dicatur illa in forma stricta ex pacto, & prouidentia Principis acquisita filio primogenito, ex *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque. de succeſſ. feud. & in cap. 1. an agnat. & cap. 1. de alien. feud. pat. refert. gloſ. notab. in cap. 1. §. cum Conradus. in verb. Frater, qui feud. dar. poſſ.* quam opinionem recipi in Magna Regia Curia testatur *Blasch. Lanz. & Sept. in cap. volentes. sequitur Petr. de Greg. de conceſſ. feud. quæst. 8. part. 2. verſ. & aduertendum est primo. & latius in quæst. 3. part. 4.* vbi *Addic.* dicit, hanc opinionem in Regno esse indubitatam. *Cum. in prælud.*

cap. si aliquem. num. 275. & sequ. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 49. nu. 92. & sequ. Cannet. in d. cap. volentes. §. sed magna fuit. D. Octau. Corset. cons. 5. num. 1. dicens veriſſimam, & indubitatiſſimam eſſe opinionem in Regno, feudum eſſe in forma ſtricta, & in Magna Regia Curia non audiri diſputationes, quæ antiquitus fiebant & ibi Illuſtris Dominus Regens in *Addic.* vbi Doctores de Regno contrarium tenentes refert, & opinionem Neapolitanorum. Quæ Baronia nec pro conſtituenda
2 dote ſororis, nec pro reſtitutione dotis poteſt alienari, niſi in ſubſidium, quando non ſuperſunt alia bona allodialia, vt habetur in *conſtit. in aliquibus, & de ſucceſſionibus. & in conſtit. ſi quis poſt litem. §. in feudalibus. verſ. in feudalibus autem. & ibi Andr. de Iſern. & in conſtit. Fratribus ibi.* [in fratribus ob dotes ſororum ſuarum, ſi mobilia vel dictagia non habent, partem feudi permittimus obligari] *idem Andr. in cap. 1. qui ſucc. ten. & in d. conſtit. in aliquibus. in verb. & in ſubſidium. & in cap. 1. §. quid ergo. de inueſtit. de re alien. fact. & in cap. 1. §. donare qualiter. olim feudum alien. pot. Afflict. in conſtit. ſi Dominus Vaſſallorum. num. 10. & 110. Camer. in cap. Imperialem. fol. 19. lit. E. & F. de prohib. alien. per Feder. Capicc. in inueſtit. in verb. feudorum. ex cap. ibidem. verſ. quid verò. idem Afflict. in conſtit. ſi dominus Bavo. & in conſtit. Fratribus. nu. 6. Cum. cap. ſi aliquem. verb. antiquis. nu. 486. & ſequ.* vbi *ex auth. Blaſch. Lanz.* dicit ita in Regno pro liquido ſeruari, & ſequitur *Milan. deciſ. 7. nu. 39. lib. 1. Intrigl. de feud. art. 7. num. 77. cent. 2.* Et in Regno pro reſtitutione dotis, quod poſſit in ſubſidium tantum feudum alienari, adeſt diſpoſitio Sereniſſimi Caroli Quinti Imperatoris in
3 eius *Cap. Regn. ſub. num. 246.* & dixit *Milan. d. deciſ. 7. num. 53. & 54. alleg. Ioan. Vinc. de Ann. alleg. 66. num. 14. & alios.* *lib. 1.* Quod Capitulum Regni 246. fuit reſtrictum, & declaratum procedere in reſtitutione tantum dotis, non autem in
4 conſtitutione, cùm pro ea conſtituenda non ſit neceſſaria excuſſio, ſed facta taxatione dotis de paragio poſſint feuda obligari, ſubiugari, & alienari, vt ex declaratione Catholicæ Maieſtatis Sereniſſimi Regis, & Domini noſtri Regis Philippi edita per ſuas literas datas in Oppido Madrid vltimo die Aprilis 1576. præſentatas, & executoriatas Panormi die 18. Iulij 1576. quas refert per extenſum *Milan. deciſ. 5. num. 63. 64. & 65. lib. 1.* vnde quo ad feuda pro conſtituenda dote de paragio ceſſat remedium ſubſidiarium.

5 Hæc autem concluſio in fideicommiſſis probatur etiam de iure communi, nam ſi ſupereſt vnde filia poſſet dotari, vel dos reſtitui, non licet euertere fideicommiſſum, nec rem alienari prohibitam. *tex. in l. mulier. §. cum proponeretur. ibi* [in euerſurum fideicommiſſum etiam factum] & in fine ibi [vt non poſſit doti ſatisfieri] *ff. ad Trebell. vt declarat Iacob de Aren. & Salic. in l. voluntas. C. comm. de fideicomm. in fin. & idem in auth. res quæ. C. cõm. de legat.*
6 *col. 2.* vbi vult, quod illud, & permittit dicta *auth. res quæ.* quod poſſint bona prohibita pro dote alienari, eſt ſubſidiarium remedium, quando non extant alia bona ad dotem ſufficientia; ſic etiam tenet *Alex. conſ. 86. vol. 1. Franc. Curt. conſ. 27. col. 9. verſ. ſed contra præmiſſam concluſionem. Menoch. præſumpt. 189. lib. 4. num. 8. & 9. Bim. conſ. 13. nu. 11. & 12. Sforz. Odd. de fideicomm. quæſt. 46. nu. 48. vbi de communi teſtatur. Conar. var. reſol. lib. 3. cap. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 18. & ſequ. Theſaur. deciſ. 192. num. 3. à Pont. conſ. 45. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 6. nu. 2. & ſequ. & cap. 7. nu. 2. Fontan. de pact. dotal. part. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. num. 11. Intrigl. de feud. cent. 3. quæſt. 73. nu. 170. Milan. d. deciſ. 7. nu. 40. Fuſar. de fideicom. quæſt. 531. num. 121. vbi refert multos. Giurba poſt hac viſus deciſ. 31. num. 10.*
7 Illud namque quod paſſim Doctores admittunt, alienatione ſcilicet neceſſaria fideicõmiſſum reſolui ex *Ripa in l. filius fam. §. Dini. nu. 25, cum multis ſequ. de legat. 1. à Petr. de fideicom. quæſt. 8. nu. 255. Peregr. eod. tract. art. 4. nu. 28. Guttier. alleg. 7. nu. 7. Turr. conſ. 25. nu. 53. vol. 2.* Tunc ve-
8 rum ſi nulla interueniat fraus, quam adeſſe dicimus, ſi alia extent bona ex *alleg. per Giurb. d. deciſ. 31. per totam.* Quæ concluſio adeo vera eſt, vt mulieri agenti ſuper
9 bonis vinculatis incumbat onus probandi non exiſtere bona libera, ex *Molin. Fontan. Conar. & à Pont. ſuperius allegatis, quibus addo Oſaſc. deciſ. 165. & 174. Rot. Rom. diuerſ. deciſ. 210. part. 2. Barz. deciſ. 105. Coſta de remed. ſubſid. remed. 6. nu. 4.* licet
10 contrarium ſit, quando mulieri facta fuit reſtitutio, & pro dote fuit facta feudi aſſignatio, & per ſucceſſorem in feudo agatur ad nullitatem, ſeu reſciſſionem aſſignati feudi, nam tunc actori incumbit onus probandi adfuiſſe bona libera tempore factæ aſſignationis prædictæ. *l. creditoris. ff. de diſtr. pign. Molin. d. cap. 7. nu. 36. Ma-*

strill. decis. 253. nu. 10. Portul. de consu. cap. 46. num. 19. vbi dicunt præsumptionem
11 esse in fauorem possessoris, & ita *Raud. decis. Pisan. 29. num. 177.* vbi conciliat opinionem in prædicta distinctione, prout referendo dictam opinionem in sequenti distinctione, tenet *Fusar. d. quæst. 521. nu. 123. cum duobus sequ.* Imò si pater fecisset
12 fideicommissum ad fauorem masculorum & inde ordinasset filias dotandas, vtique intelligeretur in subsidium nõ extantibus bonis liberis, alios referens pro & contra dixit *Fusar. vbi supra num. 128. & sequ.* Ratio est, quia testator præsumitur secundum leges, quæ in subsidium prouident fœminas dotari. *Molin. d. cap. 7. nu. 2.* qui in antecedenti, & subsequentibus insunt ad multas quæstiones, præcisè si Princeps
13 concedit facultatem alienandi, & hypotecandi maioratũ, intelligitur si bona libera non sunt. Inde cùm in subsidium feuda
14 possint alienari pro dote sequitur, quod dispositio *l. creditoris arbitrio.* non habet locum in feudis, quandoquidem hypoteca contracta super bonis liberis, & super feudo intelligitur iuxta naturam
15 rei, & sic arbitrium creditoris regulatum esse censetur iuxta formam iuris, ita vt creditor prius cogatur eligere bona libera, & horum defectu ad feudalia deuenire, vt optimè firmat *Bald. in l. certarum. sub num. 1. vers. secundò nota. ff. de milit. testam. Minad. constit. in aliquibus. in verb. Comitum. num. 42. fol. 32. & sequ. quem sequitur Milan. d. decis. 7. sub num. 56. Vinc. Ann. alleg. 141. num. 6. vers. quinto dico. & alleg. 66. num. 15. lib. 1. vbi sic decisum refert. & in repetit. constitut. Diuæ memoriæ.*
16 *num. 239. & sequ.* cùm secundum receptam, & seruatam opinionem feuda obligentur in subsidium.

17 Quibus sic positis, duæ proponuntur obiectiones; prima, quod bona allodialia erant multis litibus intricata, & inuoluta. ideoque ad illa recipienda minimè cogi poterat, cum potius ex hoc excussionem factam fuisse censeatur. secunda, quod maritus legauit omnia allodialia, & multa etiam ipsi vxori, idcirco nil vltra remansit in hæreditate. Priorem obiectionem defendunt ex *Molinæ authoritate de primogen. d. lib. 4. cap. 7. num. 31. Milan. decis. 5. nu. 68. lib. 1. Anton. Fab. in suo C. l. 8. diffin. 29. tit.* constat esse multos creditores in hæreditate. Posteriorem verò tuetur, *Couar. lib. 3. var. resol. cap. 18. Surd. cons. 513. Mastrill. decis. 109. num. 9.* firmantes vxorem pro dote aduersus legatarios executiuè nequaquam posse agere, quamuis res legata, fuerit specialiter ad dotis restitutionem obligata.

Quo verò ad legata facta vxori, in hoc est difficultas, nam cum duos ipsa habebat titulos: alterũ legati, & sic hęreditariũ alterum verò dotis sibi restituendæ, & sic
19 onerosum, ipsa pro dote accipere debet in duriorem causam, *Bart. in l. creditor. §. Valerius. ff. de solut. Surd. decis 186. nu. 3. Franch. decis. 164. nu. 13. & est text. in l. 1. & 2. C. de solut.* Immò dicitur statim
20 de dote soluta, vel facta compensatio pro concurrenti quantitate. *Socc. iun. cons. 119 nu. 17. vers. Tertio, & vltimo. vol. 2. Bald. nouell. tract. de dot. 8. part. priuil. 1. in fin. vers. Tertio limita. quem sequitur Petr. Molin. de Rep. quæst. 20. in medio. vers. idem notat Neguss. & spectabilis Consiliarius Regius Io. Fanc. Castill. eruditissimus. decis. 61. num. 8. Surd. decis. 217. nu. 29. & in tract. de alien. tit. 1. quæst. 42, num. 85. Barbos. in l. diuortio. §. ob donationes. sub nu. 6. vers. Item deposito. ff. sol. matrim.* qui loquuntur in bonis donatis à marito, vt fiat retentio, & compensatio pro dote, siue consistant in pecunia, siue in corporibus, quia
21 licet aliud pro alio solui non possit, id tantum locum habet ex iuris dispositione iuxta *text. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Surd. cons. 224. nu. 15.*

22 Cæterum ipso iure fit ipsa compensatio ratione euitandi vsuras, & damnum, quod resultaret, si compensatio facta nõ diceretur, vel quando posset distrahere pignus. *Tindar. tract. de compens. part. 1. art. 6. num. 48. in fin. & nu. 49. Medic. de compensat. part. 1. quæst. 22. nu. 3. Tiraqu. de retr. lignag. §. 3. glos. 3. num. 8. Scacc. de commer. §. 2. glos. 5. num. 421. & nu. 431.*
23 Quare omninò dicendum est, feudi alienationem non facta discussione bonorum allodialium ipso iure nullam esse. *Paul. de Castr. in l. mulier. §. cum proponeretur. col. 2. ff. ad Trebell. Corn. cons. 4. col. 2. lib. 3. Ruin. cons. 137. nu. 18. lib. 2. Rolan. à Vall. cons. 85. nu. 9. lib. 1. Peregrin. de fideicom. artic. 42. num. 60. Fusar vbi supra nu. 122.*
24 Feudi namque obligationem subsidiariã esse, etiam iure communi inspecto, dixerunt ex *constit. si quis post litem. Isern. & cap. 1. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. Ann. alleg. 127. num. 3. & d. alleg. 141. num. 9. & in sing. 208.* Verùm si pro parte
25 constiterit extitisse bona libera, alienatio feudi erit nulla pro illa parte, pro qua po-

euerat fieri solutio super allodialibus *Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. d. cap. 7. nu. 6. & Fusar. vbi supra num. 173. allegando Raud. decis. Pisan. 30. num. 227. & sequ. & decis. 31. nu. 275. & sequ.* asserit, alienationem factam, vltra id quod erat necesse non annullari in totum, sed solum pro excessu, quod intelligit procedere, quando prædium fideicommissi commodè alienari non potuisset, pro parte tantum suffieit ad dotis constitutionem, quia tunc tantũ prædium erit alienandum, & prætium: quod supereſt erit inuestiendum in alio minori fundo, qui tanquam fideicommisso suppositus eueniente casu erit fideicommisso restituendus, *Rimin. iun. cons. 483. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 67.* vbi dicit ita vidisse seruari *Alex. Raud. d. decis. 31. num. 280. Rot. Rom. in nouiss. 171. nu. 18. & Gall. de except. tit. 2. except. 4. num. 97. & sequ. part. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum maiori denegatur aduersus tres sententias conformes, quod Siculis sancitum est per Cap. Regn. 7. Regis Petri. num. 2.*

3 *Statuto rectè decerni potest, vt alicui restitutio in integrum non concedatur. Ratio nu. 4.*

5 *Restitutio in integrum ob sententiæ iniustitiam petita, non conceditur, quin prius de iniustitia constet, quæ ex ijsdem actis constare debet. num. 6. & plenè de ea re constare oportet, num. 7.*

8 *Sforz. Odd. opinio de restit. in integr. quæst. 72. in qua tenet sufficere, si fumus iniustitiæ appareat ad constitutionem refutatur. Ratio, num. 9.*

10 *Minor, Ecclesia, & his similes restituũtur in integrum, ex causſa, quæ post sententiam superuenit, si ante illam proposita sufficiens esset ad obtinendum.*

11 *Restitutio in integrum etiam priuilegiatis personis denegatur, si de læsione non apparet. Et læsio debet esse manifesta. num. 12. Ratio num. 13.*

14 *Restitutio in integrum ob læsionem non conceditur, nisi Iudicis sententia præcedat, quæ pronunciet super læsione, vel bono iure petentis eam. Amplia num. 15.*

16 *Probationes clare requiruntur ad ostendendam læsionem, vt restitutio in integrum concedatur.*

17 *Maioribus ex legitima causa in integrum restitutio conceditur.*

18 *Qui alterius opera vtitur, eidem salarium solnere tenetur.*

19 *Salarium à principio non constitutum, non debetur. Amplia etiam si quid incertum promissum sit, num. 20. Fallit duobus concurrentibus, quæ ibi expressantur. num. 21.*

22 *Famulo salarium debetur ob seruitia, quod si non fuerit taxatum, id quod alijs solui consueuit debetur. Ratio. num. 23.*

24 *Salarium abinitio non constitutum de æquitate seruitia præstanti debetur. Declara. num. 25. & 29.*

26 *Consanguineo, alteri consanguineo seruienti sine expressione salarij, illud non debetur, nisi ea mente seruierit, vt salarium consequatur.*

27 *Salarium non debetur illi, qui precibus aliquẽ coegit ad se domi detinendum.*

28 *Filio Patri seruienti, salarium non debetur.*

30 *Parentes possunt filiorum suorum operas locare ad alteri certa mercede seruiendum. Amplia pro discenda arte num. 31.*

32 *Filius sine parentum consensu obligari potest causa artis discendæ absque mercede, quia fit compensatio. Ratio, num. 33.*

34 *Filius qui suas locauit operas ad discendam artem, tenetur etiam mortuo Magistro, eius hæredibus inseruire. Declara, num. 35.*

36 *Filius qui alteri pro arte discenda promisit seruire absque consensu patris, potest carcerari, vt inseruiat.*

37 *Mater potest filium locare, vt artem discat, quamuis illum in potestate non habeat.*

38 *Famulus tenetur interpellare dominum pro salario, si abinitio non fuerit inter eos conuentum, vt pro salario seruiat.*

Salarium abinitio non taxatum, non debetur famulo, qui non continuò seruiuit.

40 *Seruiens absque vlla spe salarij, sed sub spe remunerationis, si remunerationem non consequitur, salarium petere non potest.*

41 *Testis falsum deponens, efficitur de illius Iudicis foro, coram qno falsum deposuit.*

42 *Text. in l. nullum. C. de testibus. cumulatiuè procedit, non priuatiue.*

43 *Falsum dicens testimonium potest accusari vel coram Iudice ordinario, vel coram Iudice apud quem falsum deposuit, & datur præuentioni locus.*

44 *Episcopus non potest inhibere Iudici seculari, ne se intromittat in cognitione falsæ depositionis coram eodem Episcopo factæ, quia potest à Iudice etiam seculari cognosci, vbi apud eum fuerit reus accusatus.*

45 *Iudex Ecclesiasticus non potest amplius cognoscere de crimine falsi coram eo patrati, post sententiam in causa datam.*

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum, an, & quando, & quibus concedi debeat, & quæ probationes requirantur, vt concedatur salarium abinitio non constitutum, an, & & quando debeantur seruitia præstanti, etiam de æquitate. In crimine falsi, quis sit Iudex competens, ad intellectum text. in l. nullum. C. de testibus.

CONSILIVM XC.

IESVS MARIA.

RECeptissima est, & ab omnibus ferè appprobata sententia, Maiori aduersus tres sententias conformes restitutionē in integrum nullatenus concedendam esse, vnde etiam ad dirimendam litium immortalitatem, decreuit Rex Petrus in Cap. Regni 2. aduersus diffinitiuas sententias eam denegandam esse. Nec de validitate Capituli hæc disponentis dubitari potest, cum doceat *Bart. in l. cum hi. §. si cum. ff. de transact. in fin.* statuto, aut alio quouis decreto restitutionem in integrum rectè prohiberi posse, sequitur quam plures referens *Odd. Sforz. de restit. in integr. quæst. 15. num. 4. & per totam.* ea potissimum ratione motus, quia in integrum restitutio pro maiori parte à iure prætorio fuit introducta, & ideo tolli, ac mutari potest per ea, quæ habentur in *§. sed ea. instit. de iur. nat. gen. & ciu.*

Quod autem hac in re à DD. hæsitatum vidimus, illud est, quando scilicet ab Ecclesia, minore, cæteriséque personis à Iure restituibilibus in integrum restitutio peti possit. Er firmant quam plures, quod si ea petatur aduersus sententiam, sub prætextu, quod ipsa iniustitiam contineret, hoc in casu non aliter concedendam putant, quin prius de iniustitia constet, *Innoc. in cap. cum ex literis. de restit. in integr. & post eum multos refert Mastrill. decis. 45. nu. 2.* quinimmò addit in *nu. 2.* ex eisdem actis iniustitiam constare debere; adeoque manifesta necesse est, vt appareat, inquit ipse, vt non possit quoquo modo offuscari, nec in dubium reuocari. Idem animadnertit *Honded, cons. 28. num. 48. & sequ. vol. 1. Rot. Bonon. decis. 85.* quæ dixit, quod de ea plenè constare oportet, ac de communi testatur impugnato *Odd. Sforz. de restit. in integr. quæst. 72.* asserente, tantum sufficere, si iniustitiæ fumus appareat, de quo satis est, vt summariè liqueat, sed contra eum est magis communis opinio, de qua testatur *Lancell. de attent. part. 2. cap. 18. num. 33. cum. sequ.* qui sic decisum refert in *Rot. Rom.* & nouissimè post hæc visus scripsit *Giurb. decis. 67. num. 8.* inquiens expressè, restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam nequaquam competere, si iniquitatis, & iniustitiæ dubia reddatur probatio rationem afferens, quia in dubijs nulla læsio considerari potest, allegat *Caball. cons. 115. num. 6. Crauet. cons. 142. nu. 8. & Dec. cons. 564.* in restitutione in integrum loquentes.

Cæterum dixerunt *Anton. Gamm. decis. 110. num. 11. & Magon. decis. Florent. 10. num. 23.* si post sententiam causa aliqua superuenerit, quam si minor, Ecclesia, & his similes, inter quos sunt Seminaria. *Novar. cap. 1. de restit. in integr. sing. 1. & quæst. For. 31. part. 1. num. 5.* cum sit locus pius. *num. 6. in fin.* ante prolationem eiusdem sententiæ allegassent, obtinuissent, ex quo tunc de læsione apparet, etiã aduersus tres conformes restitutionem in integrum concedendam esse. Ieque summa ratione, quia certi iuris est, restitutionem nunquam concedi, nisi de læsione appareat, priuilegio minoris, pupilli, Ecclesiæ, & Ciuitatis. non obstante *ad text. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de Iur. iur. vbi Bart. & DD. Osasc. decis. Pedam. 158. num. 9. multos refert. Mastrill. d. decis. 45.* subdens *in num. 7.* læsionis causam, quæ de nouo allegatur, debere esse incoloratam, & quod apparenter demonstretur. Semper namque pro sententia præsumitur, & quod iustè prolata sit, & fortius, cum sint conformes, pro quarum iustitia adest præsumptio iuris, & de iure ideoque ad hanc præsumptionem eliendam, oportet, vt apparenter de iniustitia constet. *Idem Mastrill. d. decis. 110. præter alios, quos ipse allegat in d. decis. 45.* in qua etiam firmat in *num. 12.* Iudicis declaratoriam requiri, an constet de huiusmodi læsione, vel bono iure petentis restitutionem in integrum, alioquin semper denegãda est, prout aliàs fuisse decisum refert aduersus minorem, cùm de læsione non solum non constabat, sed potiùs de iustitia sententiarum, quæ opinio & si passim à Doctoribus recepta est, receptissima nihil ominus semper fuit, vbi de con

cedenda restitutione aduersus tres confor
mes actum sit, ad tradita per *Lancell. de attent. part. 2. d. cap. 18. num. 33. & sequ.* Cæterùm inquit *text. in l. fin. vers. luce. C. si minor se maiorem dixerit.* ad ostenden-
16 dam læsionem, non dubias, sed claras requiri probationes, aliter aduersus rem iudicatam in integrum restitutio non conceditur, multos allegat *Torrett. cons. 11. num. 2. & nu. 34. vol. 3. & cons. 54. nu. 4.* & ibi *Addic.* dicens hanc opinionem indubitatam, & canonizatam in Rota Florentina, siue dubietas sit iuris, siue facti, Et secundum eam vidimus aliás in Regno decisum contra Roccum Salemi per Illustrissimum, & Eruditissimum Ioannem Franciscum Rao Præsidentem meritissimum, & Spectabiles Iudices in causa, quæ sententia fuit inde approbata per Illustrissimum, ac Doctissimum Præsidentem Don Ioseph de Neapoli, nunc meritissimum in supremo Italiæ Consilio Regentem, aliosque Iudices in causa, & quamuis edixerit *Odd. Sforz. in d. tract. de rest. in integr. quæst. 73. in princ.* Maioribus ex
17 iusta, & legitima causa aduersus res iudicatas restitutionem concedi, & in specie in causa petitionis salarij fuisse concessam restitutionem in integrum ex causa absentiæ, quia constabat de bono iure, refert fuisse decisum in S. C. N. *Ioan. Bapt. de Toro. in compend. decis. part. 2. in verb. salarium an debeatur famulo paruo. fol. 718.* hic tamen nulla legitima causa inueniri potest, sed tantummodo qui eam petit conqueritur de sententiarum iniustitia, sed pro læsione nihil deducit.

Verùm enimuerò, ad dignoscendam negotij realitatem non perperam laborare existimo, si nonnulla de meritis iustitię prædictarum sententiarum discutiam. Petit igitur iste de Maiorana salarium octo annorum, ad rationem vnciarum quatraginta quolibet anno, pro tot seruitijs, quæ Roccho la Preuitera præstitisse asserit, cuius est hæres dictus Conuentus, verùm eius petitio deficit in multis.

18 Quamuis enim sit de iure verissimum, quod quoties quis alterius opera vtitur, eidem pro remuneratione tenetur soluere salarium, vt legitur in Euangelio [Dignus est mercenarius mercede sua] & multa alia quæ allegari possunt, tam in foro cõscientiæ, quàm in foro fori. Nihilominus verissima est etiam omnium Doctorum opinio, loquentium de salario famulorũ,
19 quod salarium à principio non conuentum non debetur, *ex l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. l. 1. in fin. & l. salarium. C. mand. pot. decis. 45. lib. 2. Rot. in nouiss. decis. 559. part. 1. Mart. vot. 99. num. 1.* qui
20 in sequentibus ampliat, etiam si aliquid promissum sit sed incertum, videlicet, benefaciam tibi, vel retribuam tibi, quod vtique non potest petere taxari, *alleg. d. l. salarium. & l. qui mutuam. §. salarium. ff. mand. & alia iura, & authorit.* nisi duobus
21 concurrentibus, videlicet, quod famulus sit solitus suas locare operas, & Dominus sit solitus conducere mercede interueniente, *ex Alex. in cons. 109. lib. 6. & post Rebuff. Azeued. Lopez. Nauar. & alios. Flores de men. variar. quæst. lib. 1. §. 2. quæst. 8. num. 1. Gratian. in suis discept. cap. 257. num. 1. vol. 2. Mantic. decis. 266. & Seraph. decis. 849. num. 20. Granut. Theoremat. 12. num. 1. Mart. d. vot. 99. nu. 5.* Et ita pluries fuisse decisum testatur *Rot. diuersor. apud Ricc. collect. 2466. part. 6.*
22 Prænarratis namque requisitis interuenientibus, licet ab initio nulla fuerit constituta merces, attamen id, quod alijs mensatim solui consueuit, seruitia præstanti soluendum est; indubij enim iuris
23 est iuxta consuetudinem, quem locasse operas suas. *l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædilic. ædic. Carpan. ad Stat. Mediolan. 379. nu. 31. tom. 2 Menoch. cons. 228. nu. 39. & de arbitr. cas. 515. nu. 2. & 5. Rim. sen. cons. 358. nu. 29. vol. 2. Alex. d. cons. 109. num. 1. vol. 6. Surd. cons. 460. nu. 30.*

Itaq; cùm iste de Maiorana actor, non solùm non probauerit, operas suas alteri se locare consueuisse, immo ex his, quæ conatus fuit probare, contrarium potiùs colligi potest, probauit enim, se non vulgaris conditionis esse, ac commodè in domo sua viuere, tum ex proprijs fortunis, & redditibus, tum etiam ex prouentibus ex industria sua, & quod ad ei seruiendum famulos solitus sit conducere. Et cùm nec etiam probauerit, Rocchum la Preuitera famulos conducere consueuisse certa mercede constituta, quinimmò per Clientem totum oppsitum fuerit probatum, præfatum nempe Rocchum quàm plures absque salario famulos, sub spe remunerationis detinuisse, rectè igitur conueniunt ea, quæ præcitati Patres asserunt, salarium scilicet à principio non constitutum non deberi.

Quamuis autem nonnullis Doctoribus
24 præmissa conclusio nequaquam placeat, tamquam nimis rigorosa, nec illam præcedere dicant attenta æquitate, quæ suadet, vt Iudex ex officio iuxta personarum quali-

qualitatem illud taxare teneatur, vt refert *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 512. *lib.* 2. *centur.* 6. *num.* 4. *Paccian. cons.* 153. *nu.* 6. *Riminald. iun. cons.* 478. *lib.* 4. *& post omnes Rebell. de iust. & iur. quæst.* 13. *lib.* 14.

Attamen animaduertendum est, eorũ sententiam non ita simpliciter procedere, sed infrascriptis declarationibus intelligendam esse. Quare sciendum est, omnes Doctores tenentes, salarium non constitutum, magna suadente æquitate deberi, ex p æsumpta famuli voluntate tantum 25 moueri, & in ea omne fundamentum ponere, qui dum non habet aliunde, vt viuat nisi ex suo labore, non præsumitur gratis velle seruire, vt bene aduertit *Rot. Gen. decis.* 115. *num.* 4.

Igitur præsumpta famuli voluntas eiusque paupertas sunt in causa, quare potiùs æquitati consulens Iudex teneatur salarium non constitutum taxare.

Verùm hic manifestissimè constat, nequaquam actorem animum habuisse consequendi salarium, nec ea mente seruitia præstitisse, vt mercedem inde reciperet pro seruitijs, quandoquidem fuerit mens eius, qualisuè sui animi motus in seruiendo in suo libello clarè nimis patefecit, dixit enim apertè non alia ex causa se pro seruitijs salarium petere, nisi quia se mirum in modum deceptum sentiret à præfato Roccho la Preuitera, qui cum eius filiæ Monachandę succurrere promisisset; promissis minimè steterit, nihilque in testamento reliquerit. Quamobrem abinitio defuit voluntas consequendi pro seruitijs salarium, eademque voluntas defuit etiam medio tempore, dum seruitia præstabantur, sed tantummodo superuenit illa post mortem dicti de la Preuitera, qua voluntate deficiente, cessat supradictorum Doctorum fundamentum, ex quo cessat æquitas. Cessat etiam & æquitas ipsa proueniens ex paupertate Actoris, ipse enim est, qui probat ex proprijs redditibus, & ex propria industria in eius domo tempore seruitij præstiti commodè vixisse; ex his ergo, & ex hoc tantum capite, cum nulla sit considerabilis æquitas, deficiente voluntate, & paupertate, firma remanet superior sententia, quam tenent illi Patres, salarium scilicet abinitio non taxatum non deberi.

Ex alio etiam validissimo capite debet Cliens penitus liberari, quandoquidem erat ille de la Preuitera sororius dicti de Maiorana actoris, ideoque quicquid sit de veritate cõclusionis superius enarratæ, cùm inter extraneos agatur, minus rectè 26 tamen conuenit, vbi seruitia fuerint per aliquem coniunctæ personæ præstita. Consanguineus namque consanguinitatis intuitu seruire præsumitur, nec is propterea salarium, siue mercedem aliquam expectare dicendum est, quemadmodum consuluit *Alex. in cons.* 109. *sub num.* 4. *vol.* 6. *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 88. *num.* 60. *Azeued. in constit. Hispan. lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 9. *sub num.* 5. *vers. secus verò. & clarius sub num.* 45. *vers. ibi despues.* quo in loco manifestè dixit, quod si amicus, vel propinquus absque salarij constitutione negotia amici expedierit, nullum debetur salarium, nisi animo repetendi id faceret. Et vltra prædictos idem etiam firmauit, ac de communi testatus est post *Speculat. & Didac. Peres, Ceuall. Comm. contr. comm. quæst.* 288. *num.* 6. *lib.* 1. Qui quidem animus ex factis, & personarum qualitatibus facillimè solet deprehendi: Hoc autem in casu qualitas personarum repugnat, tum si seruientis personam consideremus, tum etiam & si recipientis seruitia personam inspiciamus, ille namque operas suas alteri locare nunquam consueuit; & eò fortius, cum supra demonstrauimus ex illa libelli oblatione ex parte actoris, ipsum nunquam animum habuisse consequendi salarium, nec ea mente seruitia præstitisse, sed tantummodo illud petijsse, postquam fidem sibi seruare non vidit, promissumque subsidium in casu monachatus filiæ non recepit à Preuitera.

Rursus adnotandum est id, quod in probationibus deduxit Cliens, quod scilicet non semel dictum de la Preuitera rogauerit actor, & per alios rogare fecerit, vt ipsum domi reciperet, & ibi detineret, quorum precibus motus gratiosè illum 27 recepit, quo in casu nullum debetur salarium in vtroque foro, dixit *Flores men. variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 2. *num.* 5. *& num.* 24. vbi loquitur de filio patri inseruiente, & concludit, nullum filio deberi 28 salarium, idem tenet *Mausor. de caus. executionis, ampliat.* 32. *num.* 27. *lib.* 1.

Pariter considerandum est, Doctores 29 qui æquitati studentes salarium deberi putant, non de illa æquitate loquutos fuisse, quæ ex Iudicis capite oriatur, sed de æquitate scripta, ac legibus approbata, & ita decisum per *Rot. Rom. refert Carroc. de locat. & conduct. part.* 1. *tit. de merced. famul. quæst.* 10. *nu.* 9. Et licet *Cubed. decis.* 162. *part.* 1. *num.* 1. dicat, omni iure deberi

salarium

salarium famulo, & *glos. in cap. vlt. 7. quæst. 1. vt refert Thor. compend. decis. Neapol. vbi supra fol. 619.* quo in loco rectè infert, pa-
30 tres, & matres posse locare filios ad seruiendum pro certa mercede, ex *authorit. Luc. de penn. in l. quicunque paruuli. C. de fugit. colon. nu. 3. lib. 11.* & quod, vt plu-
31 rimum locant ad addiscendum artem aliquam, quod etiam facere possunt, *Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 307. num. 4. & 5. Anna. singul. 336. quos refert Pascal. de vivib. patr. potest. part. 1. cap. 1. num. 23. immò in cap. 8. nu. 29. vers. ex hoc autem. in Addit. nouiss.* tenet hoc casu etiam sine
32 patris, & matris consensu obligari posse, causa discendi artem, & isto casu quamuis salarium non consequatur à magistris, tamen compensari videntur, vt refert *Thor. in d. loco.* & fuisse concessã restitutionem in integrum, & condemnatum dominum ad soluendum ducatos viginti quinque. Quibus adde *Mar. Mut. ad consuet. Panorm. cap. 21. num. 75.* quo in loco ex *authorit. Anton. Xibecc. referentis Iason.* concludit etiam posse filium absque patris sui consensu operas suas locare ad discendam artem, quod præcipuum esse
33 innuit fauore artis, expedit namque Reip. vt ipsa artificibus sit plena, & tanto magis, inquit ipse, cum filij obligatio circa bona minime versetur, sed circa personã, quam obligare posse inquit *ex Roder. Suares in l. 13. de las deudas. sub num. 17.* quod
34 adeo verum est, vt etiam mortuo artis magistro possint eius hæredes discipulum cogere ad eam artem prosequendam,
35 quod tamen tum demum intelligendum putat ibi *Muta*, si hæredes eamdem exercuerint artem, eiusdemque fuerint peritiæ, *alleg. Alber. de commun. testantem. in l. inter artifices. ff. de solut. Ioan. de Amic. cons. 110. & alios.* Idque summo iure, maximum namque beneficium is recepit ex
36 ipsa arte: Inde est, vt contra eum recusantem inseruire rectè fiat executio, etiam ad carcerationem vsque, ex allegatis per eumdem *Mar. Mut. nu. 76.* & loquendo
37 de matre in *nu. 77.* fatetur, posse matrem filium fauore artis locare, quamuis ipsum in potestate non habeat.

Tamen ex superius adductis hęc firmissima sit sententia, quod vbi famulus non probauerit, quod ipse sit solitus locare operas suas, nec dominus conducere, quinimmò vbi famulus ipse tempore seruitij tacuerit, quo tempore nec vnquam animi sui motum, quod vellet pro seruitijs salarium consequi, patefecerit, nullum de iure debeatur salariuum, iuxta *decis. Rot. Rom. in nouiss. 559. part. 1. idem tenet. Carroc. vbi supra. num. 7.* vbi expresse di-
38 cit, quod si famulus diu inseruiuerit, & tacuerit, & nunquam dominum interpellauerit pro salario, sibi præiudicat, vnde ad cautelam interpellandum est: sed iste de Maiorana non solùm tacens seruiuit, & de salario verbum nullum vnquam fecit, verùm etiam expressè declarauit in eius libello, nunquam talem intentionem habuisse consequendi pro seruitijs mercedem. Inde est, vt non solùm interpellauerit, sed nec interpellare potuerit, cùm animum à consequutione salarij penitus alienum habuisset.

His addendum est, actorem nequaquã in seruitijs assidue perseueraſſe, cùm is, neque id probet, quinimmò interruptis temporibus seruitia præstitisse probauit.
39 Ex quo sequitur, quod si quis continuis temporibus, & absq; temporis intermissione non seruiuerit, nec eum pauperem esse constiterit, nec fuisse solitum locare operas, nec dominum conducere, præsumitur ex amicitia, & gratis seruire voluisse; inde est, vt nullum etiam in vtroque foro debeatur salarium. *Flor. de men. d. quæst. 8. num. 11.*

Tandem non optimè potest argumentari, & ex argumento minus recta elicitur consequentia, si ita arguatur. Promiserat ille de la Preuitera filijs illius de Maiorana in monacatu, vel nuptijs subsidium præstare, qui hac promissione motus, & sub hac spe seruitia promissori præstitit, ille promissa non seruauit, ergo iste tamquam deceptus potest petere salarium negatur enim ista consequentia, quòd ex infrascriptis deduco, & maxime in casu nostro, in quo multa concurrunt.
40 Primò, quia seruiens sub aliqua spe remunerationis, si sua opinione fuit deceptus, nihil petere potest, *in puncto Mantic. decis. 266. num. 6.*

Secundò, quia ab eodem Rocco ipsemet actor in seruitiorum remuneratione multa consequutus fuit, quæ seruitiorum valorem satis vltra excedunt, vt ex testiũ depositionibus apertissimè constat.

Tertiò, & vltimo, quia idem Rocchus in suo testamento reliquit multa legata etiam pia, & præcisè vncias viginti quolibet anno pro eius consanguineis maritandis.

Verùm cùm ipsa causa ad tertium vsq; Iudicium peruenerit, fuerunt in illo accusati de falso nonnulli testes, qui in primo

Iudicio

Iudicio depoſuerant. Quare in dubium revocauimus, an cauſę falſitatis cognitionem ad hos Iudices pertineret; qua in re dubium faciebat *text. in l. nullum. C. de teſtibus.* in quo apertiſſimè diſponitur, teſtem periurum de illius Iudicis foro effici, coram quo falſum depoſuit, quamuis is de ipſius Iudicis ordinaria iuriſdictione nec eſſet, quam concluſionem latiſſimè ex *Bart. Bal. & alijs* exornat *Couar. pract. quæſt. cap. 18. nu. 8.* Ceterum dixit *Vinc. de Franch. deciſ. 147. nu. 3. & 4. & deciſ.* 722. *num. 24.* Superius allegati textus diſpoſitionem, nequaquam priuatiuè procedere ad alios Iudices ordinarios, ſed cumulatiuè. Poteſt namque teſtis, falſi criminis reus, non ſolum accuſari coram Iudice illo, cuius aures offendit falſum dicens teſtimonium, verùm etiam & coram eius Ordinario, eſtque inter eos prævention locus. Hinc rectè ediſſerit *Boſſ. in tit. de falſis num. 106. & ſequ.* vbi ſic deciſum refert, quod teſtis, qui falſum commiſit, poteſt rectè accuſari in alio Tribunali, & apud alium Iudicem, coram quo falſum non depoſuit, Iudice illo prætermiſſo, coram quo falſum dixit, quam ſententiam ſequutus eſt *Farin. quæſt. 67. nu. 29. & 30. præter alios, quos ipſe alegat.* Quinimmò *Afflict. deciſ. 219. nu. 2.* grauiorem referens caſum expreſſe teſtatur, quod ſi quis teſtis in Curia Epiſcopi falſum depoſuerit, poteſt is nihilominus coram ſeculari Iudice accuſari, & criminaliter conueniri, quo in caſu, Curia quæ prævenerit, falſitatis pœnas aduerſus Reum recte animaduertet. Et quamuis in Tribunali Epiſcopi falſitatis delictum patratum fuerit, non ideo Eccleſiaſticus Iudex inhibere poterit, ne ſecularis Iudex in cognitione ipſius criminis ſe intromittat, & ſecundum prædicta *ex auth. Bald.* fuiſſe deciſum per M. R. C. Neapolitanam refert *Afflict. in ſuperiori citata deciſ. quam ſequuti ſunt Marant. in ſpec. par. 6. duodecimo actu. num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 147. & ibi Amend. in addic. num. 7. d. deciſ. 222. nu. 8. Rol. à Vall. conſ. 12 num. 17. lib. 2. Couar. d. cap. 18. num. 8. verſ. ſedet in hac re. Farin. d. quæſt. 67. nu. 30. & ſequ. Caball. conſ. 261. nu. 5. Fab. de Anna conſ. 107. num. 7. lib. 2. Maſull. in addic. ad Capic. deciſ. 5. num. 9. & deciſ. 142. num. 12. Graſſ. d. effect. Cleric. cap. 1. num. 1153. refert alios, & latiſ. ad materiam d. l. nullum.* & ita obtinuit Regni Praxis, & præſertim in hac facti contingentia, ex iuribus, & authoritatibus antedictis. Aduertendum eſt tamen quod Eccleſiaſticus poſt latã ſententiam non poteſt punire teſtem laicum qui coram eo dipoſuit, ex quo fũctus eſt officio ſuo. *Baiard. ad Clar. in quæſt. 38. nu. 38. ex author. Butr. Bald. & Soccin.* refert deciſumper S.C.N. *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 219. nu. 4. verſ. ſed hic etiam.*

41 42 43 44 45

SVMMARIVM.

1 *Cauſſa feudalis, an poſſit ſine conſenſu domini compromitti, vtraque opinio refertur. De Iure autem Regni non poteſt. num. 2.*

3 *Cauſſa petitionis vitæ militiæ, an poſſit compromitti in requiſito domino feudi. Diſtingue num. 4.*

5 *Vita, & Militia à quo fuit introducta.*

6 *De Iure feudorum, æqualiter omnes filij ad feudi ſucceſſionem vocantur, & quilibet in proprietate, non autem in portione fructuum, num. 7. Fallit. nu. 8.*

9 *Feuda de Iure Francorum ſunt indiuiſibilia, & in eis primogeniti tantum admittuntur, quod etiam eſt de Iure Regni nu. 37.*

10 *Vita, & militia ſecundogenitis debetur, ratione excluſionis à feudo, ad quod prius admittebantur.*

11 *Vita, & militia, eſt loco portionis hæreditariæ à qua ſecundogenitus per primogenitum excluditur, & in eius compenſationem datur, & nu. 14.*

12 *Vita, & militia in quibus à legitima differat, & an alimentis aſſimiletur, vel tertiam ſpeciem conſtituat num. 13.*

15 *Vita, & militia reſpectu ſummæ, æquiparatur legitimæ, ſed quia morte ſecundogeniti finitur, alimentis aſſimilatur.*

16 *Vita, & militia, quare ſic dicta.*

17 *Primogenitus de Iure diuino ad omnia ſuccedebat; ſed tenebatur alimenta præſtare ſecundogenito num. 18.*

19 *Filio ex ſecundo genito competit vita, & militia patre præmortuo.*

20 *Primogenitus in feudo aui ſuccedens, tenetur dare ſecundogenito vitam, & militiam.*

21 *Vita, & militia debetur ſecundogenito effecto Clerico, & religioſo, amplia num. 23. contraria opinio refutatur num. 24.*

22 *Vita, & militia etiam deſcendentibus ex linea tranſuerſali debetur.*

25 *Vita, & militia debetur ſecundogenito ſuper feudo, quod primo genito peruenit non ex titulo ſucceſſiuis ſed alio particulari.*

26 *Secundogenitus vitam, & militiam conſequitur ſuper feudo peruento ad primogenitum, eſto ei per patrem aliquod feudum fuerit relictum, declara vt ibi.*

27 *Quantitas vitæ, & militiæ maturatæ in vita ſecun-*

secundogeniti, transmittitur ad hæredes, affertur ratio. ibi.

28 *Vitæ, & militiæ ius an possit secundegenitis alienare sine assensu Domini.*

29 *Vita, & militia realis est præstatio, & ideo transit ad emptorem feudi onus eam præstandi.*

30 *Vita, & militia est onus feudi, & ius reale feudo annexum, habetque illud hypotecatum.*

31 *Feudum pro interusurijs vitæ militiæ alienari potest.*

32 *Feudum cum clausula [iuris Francorum] ex legitima causa potest alienari. Et super eo census Bullalis imponi in successoris præiudicium, num. 37.*

33 *Feudum pro diuersis vitæ, & militiæ subiugari potest.*

34 *Vita, & militia ad instar legitimæ taxatur iuxta dispositionem auth. nouissima. C. de inoff. testam.*

35 *In taxanda vita, & militia, attenditur valor reddituum feudi attento mortis tempore. Quamuis postea reddituus crescerent, vel decrescerent. num. 36.*

38 *Primogenitus succedens in feudo, pecunia empto, tenetur super bonis burgensaticis æstimationem conferre si extant, tenetur partem pretij pro rata vnicuique ex filijs soluere.*

39 *Constitutiones Regni [Comitibus] & [in aliquibus] procedunt etiam in feudis nouis sed non in feudis pecunia emptis à communi parente.*

40 *Legitima debetur super feudo empticio, sed debetur in æstimatione, & in pecunia. Amplia etiam in feudo donato ob seruitia. num. 41.*

42 *Prætium quod debetur alijs filijs super feudo pecunia empto, an taxandum est inspecto valore mortis tempore, vel potiùs quanti feudum fuit emptum.*

ARGVMENTVM.

Causa feudalis, & vita militia an possit compromitti irrequisito Domino. Vita, & militia, quæ, & quanta sit, quibusue debeatur, & an competat super feudo nouo pecunia empto late discutitur, vbi an prætium sit taxandum inspecto valore mortis tempore, vel quanti fuerit emptum.

CONSILIVM XCI.

IESVS MARIA.

1 CAusa feudalis an possit sine consensu Domini in arbitros compromitti, ardua quidem, ac perdifficilis est quæstio, vtraque enim sententia innumeros habet authores. Affirmatiuam namque tenuerunt *Iacob Ardizon. in summa feud. cap. 138. incip. dictum est supra. col. 3. vers. si vero ex vna parte. Hostiens. in summ. tit. de arbitr. §. de qua re. vers. sed nunquid specul. tit. de arbitr. §. restat. vers. sed nunquid Vassallus. Bald. l. fin. §. fin. in fin. C. comm. de legat. Curt. iun. de feud. part. 4. num. 94. Afflict. Constit. Regni. incip. Constitutionem Diuæ memoriæ num. 56. Io. Thom. de Marin. de gen. & qualit. feud. tit. de feud. ex pact. & prouid. antiqu. sine patern. num. 26. & alij, quos longa serie recenset Borrell. in summ. decis. tit. 63. de compromiss. num. 110.*

Negatiuam autem sententiam, quod immò irrequisito superioris Domini consensu feudalis causa in arbitros compromitti non valeat amplexi sunt *Andr. de Isern. in cap. 1. § si autem inter partes. col. 2. vers. hodie putamus de lege. Corrad. Hostien. in summ. titt. de arbitr. § de qua re. idem Hostien. Io. Andr. Anton. de Butr. & Io. de Iuuol. cap. cum tempore. vbi Abb. nu. 13. eodem tit. idem Hostien. in summ. tit. de de feud. §. apud quem vel apud quos Indices. col. 2. vers. sed quid si quæstio. Afflict. decis. 138. & in constit. Diuæ memoriæ. col. 1. vers. Hic est sexta pars. Menoch. cons. 1. nu. 268. & cons. 2. num. 239. Rosental. Molin. Mandell. Scrader. & quamplures relati à Borrell. in num. 109. quos sequutus est Milan. decis. 1. num. 7. lib. 1. Intrigl. de feud. art. 5. nu. 148. lib. 2.* Et hanc opinionem veriorem
2 testatur *Borrell. num. 111.* Sed quicquid sit de iure, ex constitutione tamen Regni sine Regis assensu compromitti causas feudales vetuit Federicus Secundus Imperator in *Constit. Regni, incip. Diuæ memoriæ. §. arbitria. vbi Marin. glosator. Andr. de Isern. Afflict. & alij. idem Afflict. d. decis. 138. Milan. d. decis. 1. nu. 7. lib. 1. Io. Vinc. de Ann. in repetit. de constit. nu. 278.* Idemq; statuit Rex Ferdinandus in Pragmatica *incip. odia. tit. de arbitr. & in cap. Regn. 85.* confirmauit Carolus Quintus Imperator.

Cæterum

3 Cæterùm, an etiam vbi agatur de vita militia procedat negatiua sententia, pluries quæsitum fuit; sed eam posse compromitti negat *Afflict. decis.* 43. *nu.* 2. *& d. decis.* 138. *Io. Anton. de Nigris in cap. Regn. alien. act. num.* 18. *Marant. in Spec. aur. part.* 2. *art.* 2. *num.* 23. *Bartol. Cammerar. in cap. Imperialem. fol.* 13. *lit. D. Io. Vinc. de Ann. d. constit. incip. Constit. Diuæ memoriæ. num.* 284. *&* 285. *Borrell. d. tit. de vit. milit. num.* 28. *quamplures referens Andr. in cap.* 1. *§. inter pares. de lege Conrad.*

4 Hoc tamen, tunc demum locum obtinere inquit idem *Borrell. eodem tit. nu.* 29. vbi esset controuersia, an vita militia competeret, secus si super quantitate esset quæstio, allegat ibi *Minad. & Ioan. Vinc. de Ann. & comprobat Afflict. d. decis.* 138. *nu.* 3. *& ibi Vrsil. Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. de vit. & Milit. quæst.* 9. *in lit. A. qui sequitur eandē distinctionē ex authoritate multorum.* Cùm igitur circa quantitatem versetur quæstio nostra, quanta scilicet sit vita militia, rectè potuit compromitti in Dominos arbitros.

Hoc posito, discutiendū remanet, quanta sit vita militia, & an in feudo nouo à patre empto competat, vel prætium quanti fuit emptum, an quanti valeat tempore
5 mortis. Illud tamen ante omnia pręscien-dum est, vitam militiam fuisse introductā per *Constit. Regn. incip. Comitibus.* De iure
6 namque feudorum, cùm omnes filij ad feudi successionem æqualiter admitterentur, *cap.* 1. *§. omnes filij, si de feud. defunct. milit. fuer. contr. & in cap.* 1. *§.* 1. *qui feud. dar. poss. & cap.* 1. *de grad. succes. in feud. Octau. Bammac. tit. si de feud. defunct. nu.* 181.
7 *& nu.* 183. vbi inquit, quod iuxta prędicta iura succedebant omnes in proprietate, & quilibet in eius portione proprietatis, non autem in portione solius fructus, ex-
8 ceptis titulatis, in quibus primogeniti soli succedunt. *cap.* 1. *de succes. feud. l. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. alien.*
9 *per Feder.* De iure verò Francorum, cùm feuda indiuidua constituta sint, & ad primogenitum deferri fuerit introductum,
10 Iure optimo sancitum extitit, vitam militiam secundogenitis assignandam esse, quæ illius portionis feudalis vices obtineret, à qua ipsi fuerant excluſi, vt apertissimè demonstrat prædicta *Constit. Comitibus. & refert Petr. de Greg. de vita, & milit. quæst.* 1. *Molfes. cons.* 9. *nu.* 27. *Eruditissimus Io. Andr. de Georg. alleg.* 9. *nu.* 18. *& seqq.* Itaque successit vita, & militia loco portionis feudi, ad quam omninò secundogenitus admittendus erat. Hinc
11 dixit *Andr. in d. constit.* vitam, & militiā esse loco partis hæreditariæ, à qua secundogenitus per primogenitum excluditur, & inquit *Minad. cons.* 1. *ante num.* 56. Imperatorem in compensationem exclusionis à tota parte iussisse filio secundogenito tradi vitam, & militiam, quam addidit sub *nu.* 44. loco portionis hæreditarię, vel rei feudalis succedere, quæ de iure Longobardorum erat debita, & tandem
12 in *num.* 56. negat expressè, eam loco legitimæ subrogatam esse, cùm hæc sit quota bonorum, sed vita, militia sit quota fructuum, concludítque *Vinc. de Ann. alleg.* 23. *num.* 5. eam obtinere locum portionis illius, à qua secundog-nitus excluditur, idemque affirmat *Afflict. d. decis.* 138. *num.* 2. *Surd. de alim. tit.* 7. *quæst.* 15. *num.* 26. *Io. Andr. de Georg. d. alleg.* 9. *num.* 16. *vers. quia est loco portionis. Bammac. vbi supra. num.* 181. *&* 182. vbi dicit veram, & communem opinionem, impugnatis alijs contrarium tenentibus. *Menoch. cons.* 1005. *num.* 30. vbi varias ad hoc Doctorum opiniones recensēt; nonnulli enim,
13 inquit ipse, hanc vitam, & militiam alimentis æquiparari, affirmant, alij putant legitimæ potiùs assimilari, alii verò tertiam quandam speciem constituere dixerunt, & quamuis ipse *Menoch.* secundam opinionem magis receptam asserat, attamen in *num.* 51. sententiam *Minad. in d. cons.* 1. *num.* 67. insequens, concludit esse
14 portionem quandam loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, in qua iure Longobardorum fratres secundogeniti succedere debebant, æqualiter cum primogenitis, sequitur *Mart. de uridict. cas.* 23. *num.* 11. 31. *&* 33. *part. cent.* 1. referens opinionem multorum, & inquit, hanc esse veriorem, & esse DD. antiquiorum, & non esse dubitandum *Andr. de Isern.* fuisse istius opinionis. *Mastrill. decis.* 165. *num.* 1. *&* 16. *vbi quamplures refert. Surd. cons.* 31. *nu.* 16. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *art.* 73. *nu.* 3. *&* 19. *præter innumeros, quos refert Giurb. post hæc visus decis.* 24. *num.* 24. *doctissimus Octau. Corsett. cons.* 16. *& adnotauit Eruditissimus Regens filius ibi in addit. & latissime in addic. ad cons.* 27. *nu.* 2. *vsque ad nu.* 13. vbi in *nu.* 11. hanc veriorem esse opinionem testatur, quamuis ipse dicat quæren-
15 ti cui magis æquiparanda sit vita militia, modò legitimæ, modò alimentis respondendum esse; Etenim respectu summæ, legitimæ naturam sequitur, sed quia hæc ad hæredes transmittitur, illa autem,

morte

morte secundogeniti finitur. Hoc attento potiùs alimentorum conditioni adhæret, sic refert *Mastrill. in addic. ad Petr. de Greg. de vita milit. quæst. 2. lit. A. Masul. in addit. ad Capic. decis. 211. num. 7.* qui degustata aliorum opinione, quamuis ipse videatur residere in illa, quæ dicit, vitam militiam sapere alimentorum naturam, nihilominus ad indagandam veritatem se remittit ad ea, quæ scripsit *Petr. de Gregor. in d. tract. de vita, & militia.* Dicitur
16 autē vita militia, idest, vita militi condigna, & condecens, *Fab. de Ann. post alios cons. 4. num. 47. Mart. d. cap. 23. num. 7.*
17 qui in *num. 1.* asserit, quod de iure Diuino primogenitus succedebat ad omnia, vt patet *Genes. cap. 25. & 27. & in Epist. ad Hebr. cap. 12. & cap. quam periculosum. 7. q. p. DD. in cap. licet. de voto.* & is tenebatur præstare alimenta secundogenito,
18 *alleg. Io. Andr. Anchar. & Canon. in d. cap. licet.*

19 Hæc autem vita, & militia competit etiam filio ex secundogenito, patre tamē præmortuo in vita aui, ex *Petr. de Greg. in eod. tract. de vita, & militia. quæst. 4. in fin. Vinc. de Franch. decis. 542. Mastrill. d. decis. 165. nu. 2. Ricc. in Collect. decis. 26. Thor. in d. compend. decis. in ver. vita, & militia. fol. 530. & 531. in fin. ex authorit. Isern. & alleg. Io. Andr. de Georg. d. alleg. 9. num. 24. & posthæc Anton. de Amat. var. resol. resol. 2. num. 15. & 57.*

20 Competit pariter secundogenito aduersus primogenitum succedentem in feudo aui, per ea quæ dixit *Minad. d. cons. 1. referens in fin. decis. Francisc. de Amic. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. §. & veniendo ad primam. fol. 162. Masull. in addic. ad Capic. d. decis. 211. nu. 7. à Pont. de potest. Proreg. tit. 8. nu. 41. Thor. in d. compend. fol. 532. in verb. vita, & militia.* qui *in ead. col.*
21 testatur, etiam deberi secundogenito effecto Clerico, & Religioso, qui iam professionem emiserit, cùm is possit seruire per substitutum *alleg, Minad. d. constitut. in aliquibus. vers. filiorum. nu. 7. Intrigl. de feud. cap. 57. nu. 22. & 23. Franch. decis. 20.* qui loquitur in Cardinale, & dicit sæpius iudicatum, & de hac opinione hodie non dubitatur. *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13. nu. 71. & 93. Mart. d. cap. 23. num. 12. cum sequ.* qui in *num. 20. &*
22 *sequ.* asserit deberi etiam in linea transuersali, & refert multos, quamplures etiam allegat *Octau. Bāmac. tit. si de feud. defunct. quæst. 10. num. 162. à Pont. d. tract. tit. 7. §. 4. num. 28,* vbi sic pluries decisum refert, *sequ. Molfes. d. cons. 9. nu. 4. idem Thor.*
11 *vbi supra. fol. 531.* qui loquitur etiam in Presbytero, vel Prælato, & allegat *Paris. de Put. & Mormill. sing. notab.* qui in *nu. 5.*
23 loquitur in militibus Hierosolymitanis, S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & in Cardinale loquitur *Fab. de Ann. in cons. 120. in princ. & cons. sequ. quod est Menoch. quod est in vol. 11. 1005.* qui consulerunt contra Illustrissimū Cardinalem Columnā, quod non competebat, stante legato facto per patrem pro omni, & quocunque
24 Iure, & quod nihil vltra posset petere, & licet *Bammac. vbi supra.* conetur opinionem contrariam defendere, & in *nu. 212.* asserat in collaterali Consilio fuisse decisum cōtra Illustrissimum Cardinalem Columnam, dicens hęc verba [in qua causa etiam testatoris prohibitio concurrebat, ne aliquid super feudis posset petere] inferens fuisse decisum, nō pro sola prohibitione, sed per rationes per eum adductas, quia Clericis non competit vita militia, nisi alimenta, quando non habent vnde viuere, tamen veritas est contra eius opinionem, vt clarè *ex Fab. de Ann. & Menoch.* apparet, qui contra dictum Illustrissimum Cardinalem scripserunt, dum *Menoch.* de hac quæstione, vt indubitabili non loquitur, sed tantum defendit solutionem factam per patrem in legato, & *Fab. de Ann. in princ. cons. 61.* inquit de iure deberi vitam militiam, sed illam sibi fuisse solutam, & pro hoc adducit rationem. Quinimmò dixit *Mormill. d. singul. notab. ad. constit. comitibus. fol. 97. num. 6. vers. Et quid si feudum est refutatum.* Vitam mi-
25 litiam secundo genito etiam deberi super feudo ad primogenitum peruento per refutationem factam à patre in vita, contemplatione matrimonij, allegat *Fab. de Ann. alleg. 23.* contra quem fuit ita decisum
26 per S.C.N. Et competit super alio feudo, esto pater reliquisset vnum feudum secundogenito (dum non dixerit expressè reliquisse in compēsationem vitæ, & militiæ sibi debitæ super feudis antiquis) *Afflict. decis. 138. Petr. de Greg. de vita, & militia. quæst. 5. num. 10. & idem in tit. de dot. de parag. quæst. 35. num. 4.* loquens in dote de paragio. *Tiraqu. de primogen. quæst. 75. num. 9. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 15. nu. 22. & 23. Intrigl. de feud. quæst. 57. nu. 35. cent. 1. Io. Andr. de Georg. de alleg. 9. nu. 36.* vbi dicit S.C. ita terminasse, ex *Afflict. d. decis. Muta super Cap. Reg. Iacobi 33. num. 188. tom. 1.*

Non obstant *dicta duo cons. Menoch. & Fab.*

Fab. de Ann. nam ipsi defendunt præcisè causam contra Illustrissimum Cardinalem; ex quo potest legauit multa Castra, & dixit, quod nihil possit petere de bonis suis, & cognoscentes difficultatem quod alia feuda non dicuntur de bonis testatoris, & consequenter non nocent dicta verba defendunt, esse de bonis testatoris, quia feuda in illo Regno sunt hæreditaria, & alias adducunt rationes semper fortificando dictam prohibitionem testatoris. Nec consideranda est opinio *Vrsill.* cùm contra eum fuit decisio S. C. & sunt authoritates tantorum Patrum contrarium tenentium. Item & militia maturata
27 in vita, transit ad hæredes pro illa quantitate. *Bammac. vbi supra. num.* 204. *vers. item & militia.* Ratio est, quia debetur ex *l. dispositione per d. constit. Regni Comitibus. Vrsill. in d. addit. num.* 4. & narrant *DD. in d. constit. Comitibus. Afflict. in* 4. *colum. quæst.* 5. *Petr. de Greg. d. tract. de vit. mi-*
28 *lit. quæst.* 9. *num.* 2. Immò & secundogenitus potest alienare ius vitæ, & militiæ, sine assensu Domini, vt ex authoritate *Aluar. in cap. Imperialem. in princ. de prohib. feud. alien. per Feder. & cap.* 1. §. *ex eadem lege. de Conradi.* dum dicit, quod fructus feudi durante vita feudatarii possunt alienari sine consensu Domini, & *Card. in præallegato loco dixit Mormill. vbi supra nu.* 1. *vers. an secundogenitus.*

Insuper adnotandum est, quod feudum etsi primogenitus vendat, nullum tamen præiudicium infert secundogenito, cui vita militia debetur. Apertissimi enim iuris
29 est, eam esse præstationem, & obligationem realem, ac proinde transire ademptorem cum onere suo, ac rectè agi posse contra quemcunque possidentem bona feudalia, cùm à quolibet præstari debeat, in quem feudum transierit, vt post *Andr. Afflict. Giurb. & alios dixit Thor. in compend. decis. Neapol. part.* 2. *in d. verb. vita militia. fol.* 735.

30 Retentu itaque prædicta veriori opinione, clarissimum est, vitam, & militiam esse onus feudi quemadmodũ ex *Isern. Cannet. Minad. & alijs*, concludit *Bammac. in cap. qui Clericus. num.* 192. *si de feud. de funct. contr. Fab. de Ann. cons.* 4. *num.* 17. *& sequ. cons.* 75. *num.* 3. *& cons.* 120. *nu.* 32. *Surd. d. cons.* 351. *nu.* 17. *&* 18. *Thor. vbi supra fol.* 735. *part.* 2. *Minad. decis.* 10. *nu.* 2. *Paris. de Put. de reintegr. feud. fol.* 176 *num.* 7. 10. *&* 16. vbi dicit, esse ius reale annexum feudo, *Ann. alleg.* 85. *num.* 2. *Niger. super Cap. Regn. Neapol. cap.* 216. *nu.* 7. & habet illud hypotecatum, ex *Vinc. de Franch. decis.* 714. *nu.* 1. *&* 2. Ideoque
31 pro interusurijs decursis vitę militiæ feudum alienare posse dixere *Petr. de Gregor. d. tract. quæst.* 10. *Cannet. d. cap. volentes* §. *est etiam onus feudi. fol.* 102. *Milan. decis.* 5.
32 *num.* 38. *lib.* 1. Et quemadmodum ex causa legitima feuda cum clausula [Iuris Frãcorum] alienari posse, cautum est per *Constit. Comitibus. & per constit. Fratribus. vbi*
33 *Afflict. & alij.* ita etiam & in successorum præiudicium, bullalem censum super eis imponi, ac constitui posse, scripserunt *Milan. decis.* 8. *nu.* 367. *lib.* 1. *&* *decis.* 7. *num.* 15. *&* 43. *lib.* 2. *Intrigl. de feud. centur.* 2. *art.* 5. *num.* 920. *& de censib. quæst.* 26. *Cannet. in d. cap. volentes.* §. *successiue. num.* 8. *fol.* 164. Immò & pro præteritis vitæ militiæ decursis subiugari possent, *Giurb. in d. decis.* 24. *num.* 26. Quam
34 vitam militiam attento numero liberorum taxandã esse, dicimus iuxta legitimã computationem, quæ fit in portione filiorum succedentium ab intestato parentibus in allodialibus bonis, secundum dispositionem *auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* vt si sint quatuor filij, vel infra, legitima erit medietas. *Petr. de Greg. d. tract. de vita, & militia. quæst.* 7. *Mastrill. decis.* 64. *nu.* 2. *&* *decis.* 85. *num.* 16. 17. *&* 18. *Capic. d. decis.* 211. *num.* 2. *& ibi in addic. num* 8. *Thor. in d. compend. in verb. vitæ militia. fol.* 533. *col.* 1. *Molfes. d. cons.* 9. *nu.* 16. *in fin. Mart. d. cas.* 23. *num.* 32.

35 Taxatur autem, considerato valore redditu feudi, qui per Baronem percipiuntur, inspecto mortis tempore, ex *Andr.* & *Afflict. in d. const. Comitibus. & Petr. de Greg. superiori loco allegat. in quæst.* 3. *&* *quæst.* 10. *&* 11. *Mastrill. d. decis.* 64. *nu.* 9. *Vinc.*
36 *de Franc. decis.* 61. Nihilque interest, si redditus ipsi vel crescunt, vel decrescunt per ea quæ dicunt *à Pont. cons.* 79. *num.* 4. *Petr. de Greg. de concess. feud. quæst.* 25. *nu.* 14. *&* *quæst.* 28. *Intrigl. de feud. cent.* 1. *quæst.* 51. *num.* 242. *& sequ. Surd. cons.* 216. *nu.* 11. *Afflict. decis.* 382. *& ibi Vrsill. & Decian. cons.* 54. *num.* 24. *vol.* 1. *&* *cons.* 17. *num.* 9. *vol.* 2. *Lanar. cons.* 70. *nu.* 5. *&* 5. *Io. Vinc. Ann. alleg.* 70. *alleg. num.* 3. qui loquitur in taxanda dote de paragio. *Borrell. in summ. decis. d. tit. de vita, & militia. nu.* 32. *Mormill. in d. singul. notab. ad constitut. Comitibus. num.* 7. *fol.* 98.

His explicitis, videndũ remanet, quid Feudistæ omnes, & reliqui senserint in feudo nouo, quod pecunia fuerit emptum, & licet in Regno feuda sint indiui-
37

sibilia, ex dispositione *d. constitutionis Diuæ memoriæ. & d. cap. volentes.* Et quamuis vtrobique dicant Doctores, ad vnum tantum necesse esse, vt perueniat corpus feudi, ad primogenitum scilicet masculum, vt inquit *Blasc. in d. cap. volentes. in 2. notab. vers. hodie in Regno. & in 4. notab. post Andr. in cap. Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per Feder. & post Saccuraf. in compend. feud. Io. Aloiſ. de Septimo. in d. cap. volentes. fol. 16. vers. circa primum. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 2. quæst. 10. vers. sextus effectus. & quæst. 13. part. 4. Franc. decis. 65. num. 13. & doctissimus Corsett. in cons. 28. num. 2.*

38 Attamen ipse primogenitus cogitur in successione aliorum bonorum burgensaticorum, si ea extent, conferre extimationem, si autem alia non extent bona, tenetur partem pretij pro rata vnicuique ex filijs, & cohæredibus assignare *Afflict. d. §. præterea. num. 27. alleg. Andr. & Lucam de pen.* nec respectu illius feudi considerantur duo patrimonia, sed vnum, quia perinde est, ac si pecunia remansisset in hæreditate, *Frecc. lib. 1. de subfeud. quæst. 33. quæ est vltima.* Nec in hoc feudo habe-

39 tur consideratio vitæ, & militiæ, vel dotis de paragio, de quibus in *constit. Comitibus. & in constit. in aliquibus.* nam tametsi tales Constitutiones procedant etiam in feudis nouis, nihilominus non procedunt in feudis pecunia emptis à communi parente. *Andr. d. §. præterea. num. 39.* quam opinionem receptã in Sacro Consilio, & nullatenus ab ea recedendum testatur *Liparal. ad Andr. vers. & scias.* licet ipse dubitet, verùm opinionem Andreæ recte procedere in feudo empticio, dixerunt *Capic. decis. 2. num. 6. & ibi Addic. num. 10. doctiss. Corsett. d. cons. 28. num. 3. qui refert multos,* & in *nu. 4.* inquit, super ta-

40 li feudo deberi legitimam, quamuis in æstimatione, & in pecunia, *alleg. Nact. cons. 216. num. 10. Marzar. cons. 22. vers. circa tertium.* magis cõmunem dicit *Alex. cons. 29. col. 2. vers. sed vbi fuißent. vol. 5.* sic decisum per Sac. Conc. Neap. refert *Vinc. de Franc. decis. 368. Intrigl. de feud. quæst. 51. nu. 135. Scrader. de feud. cap. 5. nu. 45. vers. tertio concludo. Berou. cons. 113. num. 38. vol. 2. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 2. quæst. 10. effect. 6. in fin. vers. dum loquitur de collatione noui feudi. Surd. cons. 427. num. 6. cum multis sequ. vol. 3.* Idemque iudicium esse asserunt in feudis donatis ob seruitia, *Anna sing. 201. Borrel. in summ. decis. tit. 34. de feud. num. 704. & sequ.* vbi refutat opinionem *Fab. de Ann. in Apostill. ad patrem.* & sic decisum per dictum Sac. Conc. Pretium verò, an taxandum sit emptionis tempore inspecto, an verò quanti valeat feudum tempore mortis. Hac in re *Afflict. in d. cap. Imperialem. §. Præterea Ducatus. nu. 91. de prohib. feud alien. per Feder.* tenet, quanti valet tempore mortis deberi. *Tiraqu. de primogen. quæst. 51. num. 3. communem refert Fab. de Ann. cons. 26. quem refert Masul. in addic. ad Capic. decis. 2. nu. 10.* Contrarium autem, quod immò debeat inspici valor quanti fuit emptum; nam quod emptum fuit, abest ab hæreditate, dixerunt *Andr. in d. §. præterea Ducatus. in fin. in addic. Minad. in repetit. constit. in aliquibus. in rubr. in vers. successione. nu. 32. Franc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dar. poß. §. ex his causari potest. in fin. fol. 96. Io. Vinc. de Ann. sing. 200.* vbi dicit pluries fuisse decisum per Sacrum Concilium Neapolitanum, *sequ. Io. Bapt. de Thor. compend. decis. Neapol. in verb. feudum an debeat conferri. part. 1. fol. 217. Borrell. vbi supra. num. 703.*

Hæc sunt pro iustitia præsentis causæ. Messanæ de mense Octobris 1619.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quo cautum est emptori statim lite mota, & nondum re euicta, posse agere ad pretium rei emptæ, validum est.*

2 *Emptor prædij cum accollatione reddituum, potest pacisci, vt in casu molestiæ, non sequuta euictione, possit vti interusurijs solutis creditoribus.*

3 *Emptor nondum sequuta euictione potest etiã contra tertium possessorem agere ad restituendum bona iure pignoris, donec molestia tollatur. Amplia. num. 4.*

5 *Sententia lata contra minorem indefensum, est nulla. Amplia etiam, si abinitio fuisset defensus, sed in medio litis destitutus, num. 6. Ratio. num. 7.*

8 *Tutore non existente in Iudicio, in principio, vel in medio litis, contra minorem motæ, omnia acta sunt nulla.*

9 *Sententia diffinitiua lata in Iudicio appellationis contra minorem indefensum non est nulla.*

10 *Sententia lata contra minorem indefensum non est nulla, si eius Tutori fuerint dati omnes termini necessarij. Ratio num. 12.*

11 *Restitutio in integrum competit minori indefenso, quando eius Tutori fuerunt dati omnes termini, sed is illum defendere neglexerit.*

13 Fran-

13 *Fraudibus occurrendum est.*
14 *Adiudicatio quæ fit ad instantiam creditoris debet fieri præsente pecunia, aliàs est nulla. Contraria opinio refellitur num. 15.*
16 *Verbum oportet, necessitatem denotat.*
17 *Iudex, vel quisuis alius Executor nõ potest rẽ debitoris ad instantiam creditoris vendere, habita fide de prætio. Declara num. 18.*
19 *Decretum interpositum, habita fide de prætio, non est nullum, quoties creditori, qui executionem causauit bona adiudicantur.*
20 *Text. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re Iud. non procedit in creditore exequente, cui bona adiudicantur, sed in tertio licitatore.*
21 *Creditor bona debitoris distrahens, tenetur ad commodum debitoris deponere superfluum suæ executionis, quod obstulit in subastatione aliàs decretum erit nullum. Fallit. nu. 22.*
23 *Text. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re Iud. non procedit vbi nullitas venditionis tentatur post solutum prætium. Ratio. num. 24.*
25 *Legis ratione cessante, cessat eiusdem legis dispositio.*
26 *Adiudicatio facta tertio licitatori habita fide de prætio, consentiente tamen Creditore exequente, non est nulla. Ratio. nu. 27.*
28 *Præsẽtia sola in Iudicialibus cõsensũ inducit.*
29 *Consensus tacitus in Iudicijs idem operatur quod expressus extraiudicialis.*

ARGVMENTVM.

Adiudicatio facta per emptorem de bonis venditoris stante molestia, sed ante euictionis euentum, vigore pacti in contractu adiecti; an sit nulla, ex quo emptor possidet bona distracta cũ nondum Creditori molestiam sibi inferenti satisfecerit. Sententia siue secundum decretum interpositum contra minorẽ indefensum, an & quando sit nulla. Adiudicatio facta non præsenti pecunia, sed habita fide de pretio, an & quãdo sit nulla.

CONSILIVM XCII.

IESVS MARIA.

AD Tria tantum Capita totam præsentis causæ difficultatem reducendam esse existimo. In primo namq; discutere oportet, an pacto existente inter contrahentes, vt eorum alter in casu cuiusuis simplicis molestiæ illatæ, nondum lata sententia, nec re ipsa euicta, possit aduersus alterum sua iura experiri, valeat hoc in casu molestiam passus absque nullitatis incursu ante rei euictionem, bona defensionem promittentis distrahere, ita, vt ipsum distractionis nullitatem petentem sub colore, quod non solum bona distracta possideat, sed etiam illa, super quibus lis, ac molestia iam mota fuit, nec dum Creditori molestiam inferenti soluerit, legitimè possit expellere.

In secundò videndum est, an saltem alia ex ratione, præmissa distractio sit nulla iudicanda, quippe quod fuerit facta aduersus Minores, qui licet Tutores haberent, indefensi tamen periere, cùm nullas Tutores ipsi pro eis defensiones fecerint.

Et denique in tertio capite videbimus, an adiudicatio ipsa nullitatis vitio laboret, ex quo vendita bona sub hasta tertio licitatori adiudicata fuere, habita fide de prætio, cùm pecunia præsens minime fuerit.

Et vt ad primi capitis resolutionem deueniam, admonet expressè Iurisconsultus
1 in *l. si in libertatem. C. de euict.* validissimã de iure esse conuentionem illam inter emptorem, & venditorem super seruo vendito constitutam, vt quæstione mota, & nondum seruo euicto, valeat emptor à venditore prætium consequi, qua in *l.* hoc idem adnotarunt *Bald. Bart. & cæteri DD.* quorum sententiam sequuti sunt *Addic. ad Bertaz. cons. 177. Carocc. decis. 96. num. 8. & 9. Cravet. cons. 682. vol. 4.* dixitque
2 *Intrigl. decis. 8. num. 8. & 9.* approbatum de iure, esse pactum illud, quo prædij emptor cùm accollatione annorum reddituum, expresse cauit, vt in casu molestiæ, etiam non sequuta euictione possit vti interfurijs solutis creditoribus, præmissa accollatione non obstante, & fuisse etiam decisum in Pedamontano Senatu, refert *Thesaur. decis. 85.* valere huiusmodi pactum, quinimmò inquit nondum re euicta posse emptorem hypotecaria agere,
3 etiam contra tertium possessorem ad remittendum bona Iure pignoris, & hypotecæ, quousq; molestia tollatur, quod licere ait, quia ea loco cautionis emptor possidebit.

4 Nec sanè obstat, non dixisse emptorem, ea mente bona distrahere, vt creditori satisfiat; veruntamen nec pacto dispositum hoc fuit, nec lege sancitum videmus, continet namque distractio ipsa, ex præmisso pacto procedens, cautionem quandam emptoris, molestiam passi, qua adiudica-

tione mediante, cautus remanet ipse, vbi molestia suum sortiatur effectum, reali euictione sequuta. His positis, concludendum censeo, iure permittente, ante euictionis euentum, sed vbi lis mota fuit, ad bonorum distractionem deuenisse Clientem, qui ob id à possessione adiudicatorum bonorum, ex capite nullitatis prædictæ remouendus nec est.

Quod autem pertinet ad secundum caput, in quo prætenditur sententiam latam contra Minorem indefensum esse nullam, *ad text. in l. cum & minores. C. si aduersus rem iudic. vbi Salic. n. 6. & tenent reliqui, quos allegat Mastrill. decis. 101. num. 5. & sequ. & post eum Castill. decis. 8. num. 11. & decis. 80. nu. 61.* Respondetur hanc iuris regulam negandam non esse, quando omninò pupilli indefensi fuissent. Quam ampliandam dixit idem *Salic.* quando Minores fuissent abinitio optimè defensi, sed in progressu litis destituti. Rationem subnectens, quia paria sunt, nullum habere Tutorem, & habere nolentem defendere, vel abinitio tantum eos defendere, medio autem iudicio derelinquere, quod approbauit *glos. not. in l. acta, in fin. vers. non habentes. ff. de re iud. Bart. in l. cùm & Minores, num. 3. C. si aduersus rem iudic. & ibi Castr. num. 4. idemque dixerunt Alber. Angel. Aret. & alij in l. contra pupillum. ff. de re Iud. & consuluit Ruin. conf. 36. circa nu. 4. lib. 5. Becc. conf. 12. nu. 37.* asserentes, acta contra pupillum indefensum, esse ipso iure nulla, quando Tutor non adfuit in principio, nec in medio litis. Quicquid sit in sententia diffinitiua lata in Appellationis Iudicio cõtra Minorẽ destitutũ, & indefensũ, quo in casu limitandã esse præmissã regulã, dixit *Bart. in l. alienũ. nu. 1. in princ. C. de procur. Alex. in d. l. contra pupillum. nu. 6.* Cęterùm, vbi fuissent datæ dilationes Tutoribus, omnesque termini competentes, quamuis ipsi ad Iudicium lacessiti non venissent, tunc cessant penitus ea, quæ dicta sunt de sententiæ nullitate, contra minorem indefensum latæ, nec sententia nulla est, nec pupillus, siue Minor indefensus dici potest, teste *Bald. in d. l. cum & minores. num. 7. vers. quæritur ergo. & ibi Castr. num. 4. C. si aduers. rem. Iud. Afflict. decis. 28. num. 5. sequitur Turret. plures referens conf. 35. nu. 26. lib. 1.* & hanc esse communem opinionem, dixit *Mastrill. d. decis. 101. nu. 27. Castill. d. decis. 8. nu. 14. & d. decis. 80. num. 62.* Et nouissimè post hęc scripta visus *Petr. de Lun. in conf. 28. diuers. Sicul. nu. 9.* vbi putat Minori hoc in casu restitutionem in integrum concedendam esse, si optimum Ius in meritis foueret. Ratio autẽ huius limitationis ad regulã est manifestissima, quia aliàs nullo modo daretur litigandi modus contra Minores, quos ex industria Tutores relinquerent indefensos, in Iudicio eos defensuri minimè comparentes, cùm ob id scirent sententiam inde ferendam, nullam fore, nec ideò melius consilium pro minoribus capere possent, quam eos omni auxilio destitutos relinquere, quod nulla suadet ratio, cum fraudibus via aperienda nec sit, *ad text. in l. in fundo. vbi glos. in verb. indulgendum. C. de rei vendic. & adnotauit Rimin. Iun. conf. 370. num. 6. Magon. decis. Lucen. 88. nu. 16.* publicæ namque, & priuatæ vtilitatis est, fraudibus occurrere, hominumque malitijs obuiare, *ex Rim. iun. conf. 355. num. 30. & 32. & conf. 766. nu. 6.*

Et tandem pro resolutione tertij, & vltimi capitis, dicendum est, quod licet verissima sit iuris conclusio, nullam esse adiudicationem, quæ non præsenti pecunia fit, sed habita fide de prætio, vt notant Doctores in *l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. & refert Intrigl. decis. 15. num. 14. & sing. 173. lib. 2. Castill. decis. 7. nu. 1. Ferdin. Bongiorn. in alleg. post d. decis. Castill. impress. nu. 23. Franc. Prouinc. in conf. post d. decis. impress. num. 9. & idem Castill. in decis. 109. nu. 51. Giurb. decis. 53. nu. 1. & Ego in conf. 69. num. 2.* Impugnatis *Fulgos. in d. §. sed si emptor. & Tepat. lib. 2. var. tit. de distract. pign.* quorum meminit *idem Giurb. vbi supra.* qui tenent validam esse distractionẽ, quamuis pecunia oblata præsens non fuerit, cum possit licitator ad eam deponendam carcerari, quam sententiam reprobandam censuit *Giurba* ex vi illius verbi [oportet] de quo in *d. §. sed si emptor.* ibi [oportet res captas pignori, & distractas præsenti pecunia distrahi] quod necessitatem denotat, ex *Gratian. discept. 146. num. 10. & Marcrab. conf. 69. nu. 57. & ex alijs Iuribus per ipsum ibi allegatis.* Et ad id dicendum validissima suadet ratio, quam refert *Alex. in d. §. sed si emptor.* quia scilicet neque Iudex, neque alius quisuis executor, vendere possunt, habita fide de prætio, *quem sequitur Castill. d. decis. 7. num. 2.* Quam conclusionem putat *Ferd. Bongiorn. d. alleg. nu. 24.* procedere, si fidem habuerit Iudex de prætio illo, pro quo executio causata fuit, non autem pro accollatis oneribus.

Nihilominus præmissa conclusio, quæ

decretum

decretum non præsenti pecunia interpositum, nullum declarat, casui nostro minimè conuenit, sed ipsi magis conueniunt limitationes, quas passim admittunt omnes, ad *d. §. sed si emptor.* quem primò limitari inquit *Masuer. de subhastat. nu. 35.*
19 *& 36.* vbi bona non tertio licitatori, sed ipsi creditori, qui executionem causauit, adiudicata fuerint; etenim pecunia satis præsens dicitur, si cum offerentis credito ris credito compensetur. Proinde *text. in*
20 *d. § sed si emptor.* loqui in tertio, & extraneo licitatore, non in creditore ipso, dixerunt *Intrigl. d. decis. 15. num. 58. & 59. Castill. d. decis. 7. num. 7.* vbi rationem affert, *sequ. Prouinz. d. cons. num. 11. Giurb. d. decis. 53. sub. num. 3.* Quamuis contrarium putat dicendum *Nicol. Saccan. in cons. manuscript. 41. incip. In causa nullitatis. vers. vltima dicta liberatio. quem allegat Giurb. d. decis. 53. num. 4. & repetit. nu. 9.*
21 vbi creditor maius prætiũ offerret, quàm in sua executione est, tenetur, namque plus illud vel præsenti pecunia soluere, vel ad debitoris commodum deponere, si nullitatem incurrere nolit, sicque fuisse aliàs decisum in Magna Regia Curia, testatur ipsemet *Giurba*, aliosque refert; nisi
22 superfluum, quod est oblatum in compensationem alterius crediti, etiam executiui, & in ipso decrero accollati voluerit reditor recipere, ex *Intrigl. d. decis. 15. num. 51. Giurb. nu. 10.* vel cum expensis liquidis compensauerit, quia tunc nullum dici posse decretum, negat *Cum. Rit. 17. sub num. 149. Intrigl. d. decis. num. 5.*

Porrò in casu nostro, quamuis distractio non videatur facta creditori ipsi, nihilominus ille, cui fuere bona liberata, à Creditore suppositus fuit, quod clarè nimis dignoscitur ex compensatione facta cum creditoris credito, & ex possessione ab ipso creditore capta, ac stante actu declaratorio; Nec est nouum, vt subsequentes actus, præcedentes declarent, vulgat.
23 Iuribus. Secundò, decisionem *d. §. sed si emptor.* limitandam esse dixit *Ias. ibi.* quotiescunq; nullitas ex defectu prętij præsentialiter non soluti, post factã solutionem
24 tentatur. Cessat etenim ratio introductæ nullitatis, ex *d. §.* Qua ratione mouentur etiam Doctores omnes dicentes, factam venditionem prætio non soluto, ideò nullam esse, quia cogeretur creditor iterum pro pecunia litigare, cùm post factam venditionem sine prætio conquiescat Iudicis officium in prætio exigendo, nec vlla competat creditori aduersus emptorem actio, cum quo nihil gesit. Inde est, vt dixerit *Castr. in d. §. si emptor.* ab emptore prætiũ non soluente, rem auferendam iterumq; alteri vendendã esse. Idẽ firmat *Ias. num. 2. Angel. & alij relati à Castill. d. decis. 109. num. 57. & d. decis. 7. num. 8. Prouinz. d. cons. num. 10.* Ergo dispositio *d. §. si emptor.* fundata est in difficultate, quam habet creditor, ad cuius vtilitatem res vendita fuit, ipsius rei venditæ prætiũ consequendi. Ideoque prætio ipso soluto,
25 oportet, vt omnia præmissa cessent, cum regulare sit, vt legis ratione cessante, cesset, eiusdẽ legis dispositio, vulgat. iuribus.
26 Tertiò, limitatur *d. §. si emptor.* dispositio, vt non procedat, vbi accedente creditoris consensu, in tertiũ licitatorẽ distractio fiet, sic iudicasse *Rot. Rom.* testatur *Farin. decis. 247. nu. 6. Apost. ad Intrigl. d. sing. 123. nu. 64. declar. 2. Masuer. in d. tit. de subhastat. num. 36. Giurb. Castill. & alij superiori loco allegati.* Idque ex potissimum ratione, quia decisio *d. §. sed si emptor.* in
27 fauorem creditoris est introducta, qui pecuniam consequi debet, cum ad ipsius vtilitatem debitoris sui bona vendantur, *ex Castill. d. decis. 7. nu. 8.* idcirco potest ipse fauori suo renuntiare. Consensus autem creditoris ex eo hic manifestissimè elicitur, cum pro capienda distractorum bonorum possessione, fuerit ipsemet creditor à tertio illo licitatore procurator instructus, ac destinatus. Indubij enim iuris est, in iudicialibus, in quibus versamur, ex sola præsentia consensum induci
28 ad tradita per *Surd. decis. 47. num. 9. Cephal. cons. 110. num. 12. Berou. cons. 190.*
29 *num. 30. vol. 1.* Idem enim operatur in iudiciis tacitus consensus, quod expressus extraiuditialis operatur. *ex Menoch. de recup. poss. remed. 1. num. 162. & dicunt alij passim.* Vlterius hoc idem colligitur ex actu declaratorio subsequuto, cuius vigore tertius licitator declarauit bona omnia ipsi tanquam vltimo offerenti liberata, à sui initio ad creditorem pertinere.

Ex quibus omnibus satis resolutas de iure præsentes difficultates existimo ad fauorem Clientis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus exilij fines si frangat post dimissum habitum Clericalem à Iudice laico cognoscitur. Ratio. num. 2.*
3 *Delicti tempus, non sententię attendendũ est.*
4 *Laicus frangens exilium post susceptos ordines Clericales, ab Ecclesiastico Iudice punitur.*

5 *Ecclesiasticus Ordo superueniens causam criminalem à seculari Iudice eximit.*

6 *Sacerdotium superueniens tollit munus publicum iam iniunctum.*

7 *Exemptus non dicitur à foro, quem quis habebat lite iam cepta.*

8 *Priuilegium est lex singularis.*

9 *Lex, futura respicit, non præterita.*

10 *Princeps concedens alicui iurisdictionem intelligitur respectu causarum futurarum.*

11 *Clericale Priuilegium laico post delictum superueniens, liberat illum à seculari iurisdictione. vbi de ratione.*

12 *Laicus effectus Clericus post delictum, & post propositam accusationem, an eximatur à Iudice seculari, remissiuè.*

13 *Clericus qui ad Clericatum post delictum dolo, & fraude deuenit, an gaudeat priuilegio fori. Distingue, vt num. 14.*

15 *Laicus, qui post delictum, existens carceratus ordinatus fuit, non declinat forum. Ratio. num. 16. Fallit. num. 17.*

18 *Laicus post delictum si ordinetur, in fraudem præsumitur Ordines suscepisse.*

19 *Delinquens qui post delictum Religionem ingreditur, & ibi vt conuersus residet, non declinat forum.*

20 *Nouitius durante anno professionis dicitur persona Ecclesiastica.*

21 *Laicus si fiat Clericus pendente causa ciuili, cogitur litem prosequi in seculari Curia.*

22 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit, si quis in fraudem Ordines Clericales susceperit.*

23 *Degradatio non requiritur in Clerico primæ tonsuræ tantum.*

24 *Iudex Ecclesiasticus tenetur punire delinquentem laicum, qui post delictum Clericus fuit effectus.*

25 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare sententiæ contra reum latæ in seculari Curia, tempore quo laicus erat, nec è contra. Amplia. num. 28. Fallit in hæretico condemnato per Iudicem spiritualem. nu. 26. Et in criminibus mere Ecclesiasticis. num. 27.*

29 *Iudex laicus non tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, quã scit esse iniustam.*

30 *Iudex vnius fori non tenetur sequi, & exequi sententiam alterius fori.*

31 *Iudex Ecclesiasticus in determinatione remissionis delinquentis ad Curiam secularem, an teneatur stare processui Iudicis secularis. Et quid si aduersus testes Fisci aliqua vrgeret suspitio. num. 32.*

33 *Princeps solus vitæ spiritum insufflat instantiæ peremptæ.* (*Iurisdictionis.*

34 *Instantiæ lapsus facit expirare præuentionem.*

35 *Reus laicus, si post peremptam instantiam fiat Clericus, non potest dici amplius de iurisdictione seculari.*

36 *Principis gratia continet clausulam (saluo Iure tertij.)*

37 *Ad fundandam Iurisdictionem, delicti tempus est attendendum.*

38 *Initium in delictis fauore rei spectandum est. Ratio num. 39.*

40 *Clericus si commisso delicto vxorem duxerit, per Iudicem Ecclesiasticum est puniendus pro delicto patrato tempore Clericatus.*

41 *Miles pro delicto commisso tempore quo erat miles, priuilegio militis gaudebit, quamuis paganus effectus fuerit.*

42 *Arma apponere super ædificijs, potest vniuersitas, quæ propriis sumptibus ædificia construxit.*

43 *Arma designant rem esse illius, cuius sunt Arma.*

44 *Arma apposita in ballis Mercatorum faciunt præsumptionem, Ballas esse illius Mercatoris, cuius sunt arma.*

45 *Arma Regis, eiusque Proregis, & Vrbis apponuntur in opere, quod publicis sumptibus construitur. Et possunt describi nomina Senatorum. num. 46.*

47 *Arma Regis, eiusque nomen prius inscribendum est in quolibet opere construendo.*

48 *Ius patronatus habens in fundatione alicuius Ecclesiæ potest apponere sua arma.*

49 *Construens Cappellam, vel sepulturam, potest ibi eius arma apponere, & si quis illa eripit, vel abradit, punitur.*

50 *Ius patronatus fundatione, constructione, & dotatione acquiritur, & horum quilibet potest in Ecclesia eius arma depingere. nu. 51.*

52 *Casale Galterij Oppidum est in Vrbe Messanę quod regitur per Straticotum, eiusque Officiales cum mero, & mixto imperio.*

53 *Arma Domini iurisdictionem ciuilem habentis in aliquo loco apponi possunt.*

54 *Vrbs Messana ex Arcadij imperatoris Priuilegio apponit arma in ædificijs, aliisque locis æqualia armis Regum. & recensentur loci, in quibus sunt apposita arma.*

ARGVMENTVM.

Laicus si post delictum efficiatur Clericus & relegationem frangat, ad quam à Iudice laico condemnatus fuerat tempore quo erat laicus, à quo debeat puniri. Clericus effectus post instantiam peremptam illius iudicij, in quo reus erat, an declinet forum, si per insufflationem Spiritus à Principe reuiuiscat instantia. Clericus si post delictum, habitu dimisso, vxorem duxerit, an declinet forum pro delicto commisso Clericatus tempore. An & cui liceat arma, & insignia

insignia ponere super ædificijs, alijsque operibus ab eo constructis.

CONSILIVM XCIII.

IESVS MARIA.

REuerendissimus D. Antonius de Franchi Abbas Ciuitatis Sanctę Luciæ, quæ est in districtu Nobilissimę Vrbis Messanæ, propositis infrascriptis quæstionibus, à me petijt, vt illas secundum veras Iuris conclusiones resoluerem, cui talia petenti cupiens ego quàm maximè satisfacere, ad earundē explanationem libenter deueni.

Prima igitur fuit dubitatio, an laicus effectus Clericus post sententiæ executionem, quæ ipsum condemnauerat, vel ad exilium, vel ad relegationem sub pœna duplicati temporis, si illam frangat, à seculari, vel potius ab Ecclesiastico Iudice sit puniendus.

Secunda, si peremptа instantia, laicus, qui in illo Iudicio reus erat, Clericalem militiam susceperit, si deinde vitæ spiritum peremptæ iam instantiæ insufflauerit Princeps, an possit fori declinatoriam petere.

Tertia, si Clericus post delictum, Clericali ordine abiecto, vxorem duxerit, seculari, an Ecclesiastico Iudici subiaceat pro commissi sceleris punitione, quod Clericatus tempore patrauerat.

Quarta, & vltima, fuit controuersia, an idem Reuerendissimus Abbas ad instantiam cuiusdā personæ, id ab eo deposcentis posset ritè, rectèque tollere arma, seu insignia Vrbis Messanæ, quæ supra portā Ecclesiæ Ruris Galterij affixa erant.

Primam autem quęstionem videtur terminare *Alberic. in l. meminisse. nu. 5. vers. Item quæro officialis. ff. de off. Proconſ.* cōcludens ibi, quod si aliquis Clericus, cum fuerit ab Ecclesiastico Iudice relegatus, cum comminatione dupplicandi tempus, laicus efficiatur, & inde fines relegationis rumpat, secularis Iudex fracti exilij pœnam in eum animaduertet, vti competens in causa, *quem sequitur Marc. Ant. Genuen. prax. Archiep. cap. 9. nu. 3.* Idque maxima suadente ratione, cū enim de nouo agatur delicto, nouumq; dicatur factū, ac noua sit personæ conditio, oportet vt nouus etiam Iudex vindicet, quam *Alber.* doctrinam vt notabilem refert *Mastrill. decis. 274. nu. 2.*

Iuris namq; est in delictis puniendis, non sententię, sed patrati criminis tempus inspici debere, *ad text. in l. 1. ff. de pœn. & consuluit Fab. de Ann. conſ. 140. nu. 14. lib. 2. ex gloſ. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. comprobat Franch. deciſ. 417. num. 4. Farin. laudatissimè quæſt. 8. nu. 105. Graſſ. iura, & authoritates referens. de effect. Cler. cap. 1. nu. 1072.* Et pariter secundum prædicta iudicauit, *idem Franch. deciſ. 395.* quod si laicus fuerit à seculari Iudice relegatus, & relegatione pendente fieret Clericus, ac inde fines exilij rumperet, ad Ecclesiasticum Iudicem omninò remittendus est, cùm nullam habeat potestatem secularis illum cognoscendi; quod repetit idem *Franch. deciſ. 656. num. 2.* quam sententiā sequutus est etiam *Fab. de Ann. d. conſ. 140. nu. 12. 13. & 14. Velaſq. conſult. 48. Caſſan. ad conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. in verb. ſilua grace. num. 105. fol. 53. Maſull. in addic. ad deciſ. Capic. 115. num. 15. Caball. reſol. crim. cap. 180 nu. 3. Amend. in addic. ad deciſ. Franch. 384. nu. 1. & in deciſ. 209. num. 5. Gratian. diſcept. for. 226. num. 34. vers. adde quod etiam laicus relegatus ad Inſulam. Graß. d. tract. de effect. Cleric. cap. 1. nu. 1140. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 71. num. 31, Guazz. reor. defenſ. 33. cap. 27. num. 15.*

Cæterùm quamuis absolutissima sit conclusio, ad fundandam Iurisdictionem, delicti tempus attendendum esse, si tamen essemus in delinquente laico, qui post peractum scelus Clericalem militiam assumpserit, præmissam conclusionem conquiescere, nec isto in casu locum sibi vendicare fatemur; etenim Ecclesiasticus Ordo ipsius criminis causſam à seculari Iurisdictione eximit. Liberat namq; superueniens priuilegium ab onere, quod alicui incumbebat, *ad text. in l. Spadone. §. ſi autem quis tutor. & l. Iureperitos. in princ. ff. de excuſat. tut.* Hinc dicimus superueniens Sacerdotium tollere munus publicum iam iniunctum. *l. prætor. in princ. ff. de vacat. & excuſat. muner. cum alijs allegatis per Oldrad. conſ. 4. num. 1. incip. quod laicus.* Et licet natura priuilegii exemptionis fori non respiciat præterita, sed tantummodo futura, ideoque non dicitur exemptus is à foro, in quo iam lis est cępta, *ex Anchar. cap. 1. notab. 12. & ibi Franch. nu. 6. de Priuil. in 6.* Ex quo Priuilegium est lex singularis. *gloſ. & DD. in rubr. de Priuileg.* Natura autem legis est, futura, non præterita respicere, *l. leges. la ſecunda. C. de legib.* Et ad rem confert, quod scribit *Signorol.*

10 *gnorol. conſ.* 87. quod ſi Princeps concedit ſuo priuilegio alicui iuriſdictionem, intelligitur reſpectu cauſarum futurarum, non autem præteritarum, de quo latiſsime diſſerit *Menoch. alia adducens conſ.* 466. *nu.* 20. *& ſequ.* Tamen cùm ſimus in Iudice Eccleſiaſtico præmiſſam opinionem veriorem eſſe dixit *Gratian. diſcept. for.* 226. *num.* 19. *verſ. quamuis autem cum aliis ſequ.*

11 vt ſcilicet Clericale Priuilegium laico poſt delictum ſuperueniens illum eximat à ſeculari iuriſdictione, quia in illo ex mutatione ſtatus, mutatur forus, cùm ſit Clericus prorſus exẽptus à ſecularis Iudicis poteſtate, qui omninò eſt incapax. ex *Gratian. d. diſcept.* 226. *num.* 40. *Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap.* 19. vbi diſputat, quid

12 ſi poſt propoſitam accuſationẽ fieret Clericus. *Fab. de Ann. d. conſ.* 140. *lib.* 2. *Decian. in tract. crim. lib.* 4. *tit. de mutat. ſtat. perſon. cap.* 24. *num.* 5. *part.* 1. *Baiard. ad Clar. quæſt.* 36. *num.* 41. *Surd. deciſ.* 110. *num.* 3. quamuis dicat circa hanc quæſtionem neminem hactenus aptè reſpondiſſe.

13 Quam veram iuris concluſionem tunc demum procedere, inquit *Bart. in l.* 1. *ff. de pœn ſub. num.* 3. ſi Clericus nulla fraude interueniente, nulloque dolo Eccleſiaſticos Ordines ſuſceperit, nec ea mente vt ſecularis gladij poteſtatem euaderet, cui ſententiæ aſſentit *Couar. pract. quæſt. cap.* 32. *ſub. num.* 4. *verſ. prima concluſio. Farin. quæſt.* 8. *num.* 104. *&* 105. *verſ. limita nono. Gratian. d. diſcept.* 226. *num.* 29. *&* 30. *Caball. d. reſol.* 108. *num.* 1. qui in

14 *num.* 2. ſingularem illam adhibet diſtinctionem, vt Clericus, qui doloſè Ordines Eccleſiaſticos aſſumpſit, quoad pœnã pecuniariam ſuper bonis exequendam, ipſorumque bonorum amiſsionem, à ſeculari Iudice cognoſcatur. Quo verò ad pœnam corporalem omninò Eccleſiaſtico Iudici ſubiaceat. *ſequ. Boß. in pract. crim. tit. de for. compet. num.* 144. *verſ. primo caſu. & latius tit. de pœnis. num.* 38. *verſ. & quia regula eſt.* vbi de communi teſtatur, ſic referens ſeruatum fuiſſe in facti contingentia dum quidam de crimine inquiſitus fuerat, pro quo pœna pecuniaria erat imponenda, qui cum fraudolenter ſe monachauerit, fuit nihilominus à ſeculari Iudice condemnatus, & in bonis exequutus, vt etiam refert *Vinc. de Franch. deciſ.* 209. *& melius deciſ.* 384. *qui in deciſ.* 709. teſtatur, fuiſſe remiſſum Officialibus ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ quo ad pœnam, ac diſtrictionem corporalem tantum, quemdam, qui poſt patrata ſcelera habitum eiuſdẽ Religionis aſſumpſerat, quam

15 uis in principio dictæ deciſionis, ex *auth. Io. Andr. in cap.* 1. *de obligat. ad ratioc.* negat etiam quo ad diſtrictionem perſonalem poſſe remitti delinquentem illum, qui in carceribus ordinatus fuerit, ibique Cle

16 ricatum aſſumpſerit, quod tamen tribus rationibus exornat, ac comprobat. Primò, quia tunc non ſolum eſt præuenta cauſſa, ſed etiam perſona. Secundò, quia Ordo illum liberum non inuenit. Tertiò, quia ſi contrarium fieri cõtingeret, quàm maximè iuſtitia læderetur, & eſſet res magni, peſſimiq́ue exempli. Quidquid ſit,

17 quando à carceribus aufugiens, vel ſub fideiuſsione habilitatus, aut de detinendo certum locum pro carcere, à quo exiens Clericalem Ordinem ſuſceperit, quibus in caſibus omninò remittendum eſſe, dixit *idem Franch. d. deciſ* 709. Ex quo nec in carceribus, nec in loco ei pro carcere aſſignato ordinatus fuit, ſed in loco vbi Eccleſia illum liberum inuenit, & ita intelligendum eſſe *Alber. de Roſ. de ſtatut. lib.* 3. *quæſt.* 41. *ad fin. dixit Caball. vbi ſupra d. num.* 2. dum ſimpliciter dixit, hoc in caſu delinquentem puniri per Iudicem Eccleſiaſticum, & refert *Decian. Clar. Farin. Cartar. & reliquos. & in nu.* 7. inquit, Præ-

18 ſumptionem eſſe in fraudem Ordines ſuſcepiſſe, & ob timorem ſæcularis punitionis, *ex Plac. per Farin. relato in d. quæſt.* 8. *num.* 111. *verſ. ſed quid ſi nulla præcedit. refert Couar. Bald. & alios*, dicentes eſſe recurrendum ad conjecturas, & in *num.* 17. *verſ. & procedunt prædicta.* inquit ſecus

19 eſſe in eo, qui poſt delictum Religionem ingreditur, manens in ea vt Conuerſus, quia is nullo modo forum ſeculare euadit. *ſequ. Farin. d. quæſt.* 8. *nu.* 106. *verſ. ſub limita primò*, & inquit, priuandum eſſe primò illius Ordinis inſignijs, & in *nu.* 20.

20 addidit, id, quod dicitur de Clerico, procedere, etiam in Nouitio infra annum profeſſionis exiſtente, ex quo interim di-

21 citur perſona Eccleſiaſtica. Verùm in cauſa ciuili, ſi laicus pendente lite efficiatur Clericus, coram Iudice laico ſequenda eſt lis. *ad text. in l. cùm quædam puella. ff. de Iuriſdict. omn. Iud. l. ſi quis poſtea. vbi Bald. ff. de Iudic. Surd. deciſ.* 110. *num.* 3. *Caſtill. deciſ.* 2. *ſub nu.* 3. *alios refert Graß. d. tract. de effect. Cleric. cap.* 1. *num.* 1240. qui in *num.* 1075. Doctorum diſtinguentium ſententiam ſequẽdo inquit, quod ſi maiores Ordines ſuſceperit, tunc ad Eccleſiaſticum omninò cognitio ſpectabit, ſi verò vel primam Tonſuram, vel minores Ordi-

nes

nes assumpserit, & constat in frandem ad
22 illos promotum fuisse (quamuis ad Iudicem Ecclesiasticum pertineat declarare an in fraudem fuerit promotus, *vt in nu. 1079. & 1129. vers. & licet hæc opinio. & nu. 1133.*) & tunc si corporaliter veniret puniendus, vtiq; ab Episcopo degradatur,
23 sed si est primæ Tonsuræ, nõ requiritur degradatio, sed potest à seculari Iudice ad mortẽ vsq; puniri, si ea dignus existimabitur, *allegg. Foller. super constit. Regn. in tit. de Episc. & Cler. cap. ascriptitios. nu. 7. vers. si tamen Clericus. fol. 53. Conar. d. cap. 32. nu. 4. vers. tertia conclusio. Menoch. cons. 912. nu.*
24 *20. & 21.* In casu autem quo per Iudicem Ecclesiasticum cognoscendus sit, tunc omninò ab eo puniendus est, ne delicta remaneant impunita, post *Oldrad. Abb. Ferret. & alios. Graff. d. cap. 1. num. 1134.*

Residet autem omnis difficultas præmissæ quæstionis in eo, an scilicet Iudex Ecclesiasticus cogatur stare sententiæ latæ contra reum in seculari Iudicio tempore quo laicus erat, & teneatur delinquentem adstringere ad implendum exilij tempus, ac pœnam dupplicati. Qua in re veram, ac communem esse iuris conclusio-
25 nem profitemur; In criminalibus nec secularem Iudicem Ecclesiastici Iudicis sententiam amplecti debere, nec è contra, si *Bart.* doctrinæ deferendum est *in l. Magistratibus. ff. de iurisd. omn. Iud. & in l. Diuus. de custod. reor. Imol. in cap. 1. de offic. ordin. Felin. in cap. etsi Clerici. num. 4. de Iud. Velasc. d. consult. nu. 10.* quamuis ipse
26 dissentiat, vbi de hæretico cõdemnato per Ecclesiasticũ Iudicẽ ageretur, quam condemnationis sententiam omninò secularis Iudex sequi tenetur, *ad text in cap. inquisitionis. §. prohibemus de hæretic. in 6. impugnato Bartol. in d. l. magistratibus. per Abb. in d. cap. 1. de offic. ordin. num. 12.*
27 vbi hoc idem seruari inquit in alijs criminibus mere Ecclesiasticis. Præmissam autem conclusionem quàm maximè procedere inquit *Anchar. cons. 382. & Felin.*
28 *vbi supra.* quando constaret, sententiam Iudicis laici, vel nullitatem, vel iniquitatem continere, tunc etenim vllo modo eam insequi debet spiritualis Iudex, *sequ. Dec. cap. at si Clerici. in princ. num. 14. & ibi Mantua nu. 22. Felin. cap. causam. quæst. 1. col. 1. de test. Abb. in d. cap. 1. num. 12. vers. sed si Iudex.* vbi de auxilio, quod à seculari Iudice petitur, pertractat, & de-
29 cidit, quod vbi laicus Iudex sententiam iniustam non ignorat, non tenetur illam exequi; cùm non teneatur nec debeat esse executor ad malum contra conscientiam, *ex cap. fin. de exceptione in 6.* quo in loco
30 disponitur, non teneri vnius fori Iudicem sententiam alterius fori exequi, si periculum animæ imminere cognouerit, *Velasc. d. consult. num. 13.*

Porrò aliter dicendum est, vbi quæstio
31 esset, an Ecclesiasticus Iudex, ad quem pertinet ex Gregorij XIII. Bulla, cognitio remissionis delinquentium ad secularem Magistratum, teneatur secularis Iudicis processui stare, vel potiùs de delicto, probationes teneatur etiã ipse recipere. Etenim hac in re ex traditis per *Marc. Anton. Genuen. prax. Archiep. cap. 94.* qui mouetur ex literis à Clemente VIII. in forma Breui ad Panormitanum Archiepiscopum datis 6. Februarij 1597. Pontificatus sui Anno Quinto, fatendum nobis est, teneri Ecclesiasticum Iudicem stare processui secularis Iudicis prout refert etiam *P. Gambacurt. de immun. lib. 6. cap. 16. nu. 8. & 9.* quorum omnium nouissimè posthæc meminit *Giurb. cons. crim. 50. num. 2.* Quid-
32 quid sit secundum eum, quando aduersus secularis Fisci testes aliqua vrgeret suspitio circa criminis qualitatem, quæ ab immunitate reum excluderet.

Quoad secundam dubitationẽ, licet sit
33 verissima, soli Principi competere insufflationẽ spiritus vitæ, & dicitur quasi resuscitari licẽ extinctã. *glos. in l. ab hostib. §. sed quid simpliciter. in verb. restitutionis. vers. sed hic vtilis suscitatur. ff. ex 6. caus. maior. & ibi Bald. glos. §. rursus ex diuerso. in verb. rescissa instit. de act. Marant. de Ordin. Iudic. part. 5. nu. 32. Rit. Neap. 243. vbi Carau. alia iura, & authoritates refert Mart. de Iurisd. part. 4. cent. 2. cas. 141. nu. 3. & alij quos congerit Giurb. posthæc decis. 36. nu. 11.*
34 Tamen in hoc casu per lapsum instantiæ iurisdictionis præuentio expirat, quia finiuntur acta ordinatoria, & quia non perit ius partis, tunc potest actor nouam causam incipere. *l. properandum. §. fin. vbi glos. in verb. vigorum. C. de Iudic. quam DD. communiter sequuntur. & Marant. d. part. 5.*
35 *nu. 47.* quo tempore reus non est amplius de iurisdictione secularis, & succedit regula *cap. cum sit generale de for. compet. & l. fin.*
36 *C. vbi in rem actio.* Et gratiæ Principum habent clausulam [saluo iure tertij] *Afflict. decis. 334. nu. 3.* & in puncto ac quo agitur latissimè post *Io. Vinc. de Ann. sing. 129. incip. Clericus effectus. Mart. d. iurisd. d. cap. 141. per totum. Masull. in addic. ad Capic. decis. 109. num. 7. & decis. 115. num. 15. Carol. de Graff. tract. de effect. Cleric.*

cap.

cap. 1. *num.* 1241. *fol.* 298.

Quoad tertiam, ad cognoscendum ad quem forum spectet cognitio criminis, ante omnia supponendum est id, quod su-
37 pra retulimus, indubij nempe iuris esse ad fundatam iurisdictionem attendendũ statum, in quo quis reperitur delicti tempore. *ad text. in l.* 1. *ff. de pœn. l. quid ergo. ff. de his, qui not. infam. Abb. in cap. final. num.* 2. *de sent. excomm. Ias. in l. more. ff. de iurisd. omn. Iud. Rol. cons.* 100. *nu.* 28. *vol.* 2. *cons.* 77. *num.* 6. *vol.* 4. dixit enim doctissimus Regens *Valenz. cons.* 4. *num.*
38 20. in delictis mitium spectandum esse fauore rei. Idque non absre, eò enim,
39 quod delictum patratur, illi quæsitum ius est, cuius subiacet potestati. ad *text. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. oport. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum. num.* 18. *de constitut. Gratian. d. discept.* 226. *nu.* 10. *Bald. in l. officiales. num.* 1. *C. de Episc.*
40 *& Cler.* Vnde si Clericus delinquens declinauit forum Iudicis secularis, & postea deposito habitu, & tonsura laicus efficiatur, & ducat vxorem, non potest puniri per secularem Iudicem, quamuis qualitas Clericatus fuerit consumpta, & Clericus fuerit depositus à Canone, cùm non consideretur quo ad præterita, nisi tempus delicti, quare supposito est Episcopo respectu pœnæ, & fori, ita notabiliter concludit *Bald. in l. affinitatis. in fin. vers. casus de quo hodie. num.* 5. *&* 7. *C. de succes. & l. affines. C. commun. vtriusque Iud.* quod tanquam singulare sequitur *Alex. cons.* 149. in causa inquisitionis *col.* 2. *ad medium. vers. pro ista opinione. num.* 8. *lib.* 6. *Marsil. singul.* 480. *apud DD. in fin. veriorem dicit opinionem. Grammat. decis.* 10. *vbi sic decisum refert pluries. Vinc. de Franch. decis.* 417. *num.* 4. *Masul. in addic. ad Capic. decis.* 115. *num.* 17. *Caball. resol. crim. cap.* 147. *nu.* 1.
41 *& sequ.* qui in *num.* 12. *&* 28. extendit in eo, qui delicti tempore erat miles, licet postea talis esse desiperit, iudicabitur ac si in militia permansisset, quem refert, & sequitur *Grat. discept. Forens.* 226. *num.* 1. 2. *&* 3. aliud autem est in Iudice Ecclesiastico, qui tanquam capax iurisdictionis in laicos poterit Clericum relegatum postea effectum laicum punire, si rangat relegationem, quasi tunc mutatio fori post sententiam non mutet prioris Iudicis iurisdictionem, intelligendo quoad Ecclesiasticum, qui capax est iurisdictionis, secus quoad Iudicem laicum, qui incapax est iurisdictionis, quoad personas Ecclesiasticas, vt ibi *Gratian.* ad materiam, vide quæ latiùs post hæc scripsit *Giurb. cons. crim.* 15. vbi quàm plurimis illationibus illam exornat.

Quoad quartam, & vltimam quæstionem, per literas Suæ Deminationis Reuerendissimæ dicitur Ecclesiam constructam fuisse expensis populi, & per eundẽ populum dicta arma fuisse apposita. Vnde
42 dico, nequaquam posse dicta arma tolli, quandoquidem licerit Vniuersitati, quæ proprijs sumptibus ædificauit, apponere arma ipsius, *text. in l.* 3. *ff. de oper. public.* quo prouisum est, operi publico, aliud nomen quam Principis, seu eius cuius pecunia opus factum est, non licere inscribere, *Vinc. de Franc. decis.* 443. *num.* 2. Et quia arma propria non habet, sed suæ Ciuitatis dominantis, voluit propterea illa apponere. Quando enim propria pecunia opus fit, cuilibet licet inscriptionem propriam ponere, eiusque arma, &
43 insignia, cùm res illa videatur designari esse illius, cuius sunt arma, *l. qui libertatẽ. §. fin. & l. fin. ff. de oper. public. Capic. decis.* 27. *num.* 40. *in fin. Rol. à Vall. cons.* 84. *num.* 23. *vol.* 2. *Bouadill. qui iura, & authoritates refert, in sua Politic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 58. *in lit. A. Dom. Card. Tusc. lit. A. conclus.* 516. *num.* 11. *&* 12. qui *in nu.* 13.
44 inquit, Ballas Mercatorum præsumi eius cuius sunt signacula, seu arma; *Grat. cons.* 9. *num.* 10. *lib.* 1. *Negus. de pignor. part.* 2. *membr.* 3. 5. *part. princip. num.* 14. Si verò
45 opus publica pecunia fit constructum, tunc ponitur nomen Regis eiusque arma, & insignia, & arma Illustrissimorum Proregum, qui constructionem mandarunt, & insimul Ciuitatis, *Apont. de potest. Proreg. tit. de insign. & arm. nu.* 5. *&* 7. *in fin. fol.* 511. qui *in num.* 6. inquit, quod po-
46 nuntur etiam & nomina Senatorum, *l. si qui Iudices. C. de oper. public.* quæ non pos-
47 sunt poni, nisi prius posito Regis nomine, eiusque armis, & ita de consuetudine seruari testantur *Cassan. Casal. glor. mund. part.* 1. *concluſ.* 16. *Bouad. d. cap.* 5. *nu.* 58. *vsque ad fin. Alber. l.* 2. *ff. de oper. public. Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap. fin.* & ita seruatur in hac Vrbe. Est tamen verum, quod arma Ciuitatis ponuntur subtus arma Regis, vt clarè asserit *Bouadill. vbi supra, in vers. Lo qual no pueden hazer si, no, es poniendolo de baxo dellas.* Licet in Messana Vrbe eius arma ponuntur æqualia à latere Regis, vt in multis locis ipsius manifestè patent, & hoc stante Priuilegio Serenissimi Arcadij Imperatoris anno Natiuitatis Domini 407. ibi [Arma gesta-

bis

bis æqualia noſtris] de quo dixi in *conſ.* 23. *num.* 134. Arma verò Officiales deputatos ad opus publicum non poſſe apponere, teſtatur *Franch. d. deciſ. & Apont. d. num.* 7. *Thor. compend. deciſ. lib.* 1. *fol.* 48. *verb. arma officialis.* vbi quod affixa remouentur.

Item ſi conſideramus fundationem ipſius Eccleſiæ, vt conſtructam à populo, dicimus fundatores habere ius patronatus, & conſequenter eius arma potuiſſe apponere, *Lambert. de iur. patronat. lib.* 3. *art.* 4. *quæſt. quinta princip. &* quod in Eccleſia iuris patronatus in ædificio facto proprijs ſumptibus in ſepultura poſſint apponi propria arma, & inſignia, & illa eripientes, vel radentes poſsint caſtigari, dixit *Bouadill. vbi ſupra. Auendan. de exequend. mand. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. Et cum ius patronatus acquiratur fundatione, conſtructione, & dotatione, vt dixi in *conſ.* 79. *nu.* 1. & omnes ius habeant æquale, *ex Lambert. vbi ſupra. quæſt.* 4. *princ. lib.* 3. *& artic.* 2. *quæſt.* 2. *lib.* 1. *& eodem lib. quæſt.* 5. *art.* 22. ſequitur quod arma, & inſignia depingere poſſunt omnes, ſi in vna Eccleſia reperiuntur fundatores, conſtructores, & dotantes, *vt dixit Apont. vbi ſupra num.* 10.

Rectè igitur Caſale Galterij appoſuit arma Vrbis, cum in eo Illuſtris Straticotus, & Iudices habeant iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, & merum, mixtumque imperium, quo in caſu Domini iuriſdictionem ciuilem habentis arma ſunt ponenda, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in* 47. *authorit. in princ. Thor. in d. compend. fol.* 48. *verb. arma Baronis.* vbi ponit, cuius arma ſint ponenda in muris ciuitatis Baronis habentis iuriſdictionem ciuilem, an criminalem, & *allegat vltra Frecc. Capicc. & Fab. de Ann.* Et hodie apparent à fundatione Maioris Eccleſiæ iſtius Nobiliſſimæ Vrbis Meſſanę in Porta magna appoſita arma Regis, & ab vtroque latere æqualia arma ipſius Vrbis. Sic & in porta Eccleſiæ Sancti Ioannis Baptiſtæ, vbi Corpora, & Reliquiæ Sanctorum Placiti, & Sociorum conſeruantur. Idem & in porta Eccleſiæ S. Mariæ de la Pileri, & in multis alijs Eccleſijs. Idem vidi in porta magna maioris Eccleſiæ Fœliciſſimæ Vrbis Panhormi, & in multis alijs Eccleſijs in Ciuitatibus Regni. Et in Caſale Caſtaneæ, quod eſt Oppidum Vrbis, ſunt arma Regis, & arma ipſius Vrbis æqualia ab vtroque latere ſupra portam Eccleſiæ Sancti Ioannis Baptiſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei omnes ad retractum admittuntur ex ſtatuto Vrbis Meſſanæ. Si tamen fuerint infra decimum gradum, num.* 3.

2 *Conſtitutio Imperialis ab omnibus Imperio ſubditis ſeruanda eſt.*

4 *Vicinus conſanguineo non vicino in retractu præfertur ex Conſtitutione [Sancimus] Fiderici.*

5 *Conſanguineus ex ſtatuto Meſſanæ præfertur vicino, ſi fuerit infra tertium gradum, à quo res venalis peruenisſe dignoſcitur.*

6 *Retrahens depoſitare tenetur pretium rei venditæ penes Magiſtrum Notarium. Quod integrum debet eſſe, num.* 7.

8 *Pretium ab initio non integrum in retractu pendente lite poteſt reintegrari.*

9 *Conſanguineus, ſeu vicinus, etiam nullo facto depoſito, agere poteſt, vt declaretur ſibi ius retractus competere.*

10 *Creditor poſterior petere poteſt, vt declaretur ſibi ius offerendi competere facto depoſito.*

11 *Depoſitum in retractu poteſt reintegrari, quando non eſt elapſum tempus retractus.*

12 *Depoſitum poteſt fieri per retrahentem in vltimo momento, de nocte, & die feriato, & debet infra terminum notificari, nec ſufficit depoſitare infra terminum, & illud notificare extra tempus. Fallit. num.* 13.

14 *Depoſitum in parte pretij non impedit ſecundum aliquos curſum ſollemnis, & retrahens dicitur moroſus. Sed non eſt vera opinio, vt num.* 18.

15 *Ex depoſito non integro nullus oritur effectus & perit periculo depoſitantis.*

16 *Tempus trium dierum datum ad ſollemnizationem contractus, ad excluſionem habentium ius retractus, currit irreparabiliter.*

17 *Lite pendente ſuper retractu terminus currit irreparabiliter.*

18 *Pars prætij depoſitata in termino impedit terminum ne currat lite pendente.*

19 *Pretium integrum depoſitatũ operatur acquiſitionem fructuum perceptorum pro deponente à die integri depoſiti.*

20 *Sollemne ſi non eſt exhibitum in Iudicio iuxta conſuetudinem Vrbis Meſſanæ, habet vicinus, & conſanguineus triginta annos ad retrahendum. Amplia. num.* 21.

22 *Poſt publicationem Banni habent vicinus, & conſanguineus quinquennium ad retrahendum ex priuilegio Caroli V. conceſſo Vrbi Meſſanæ.*

23 *Bannum quo vocantur vicini, & conſanguinei ad retractum, ſi non continet omnia ſubſtantialia expreſſata in contractu venditionis, illegitimum eſt. Amplia ſtante conſuetudi-*

ne

ne sic publicandi, num. 24.

25 *Statutum generaliter loquens: an comprehendat minorem remissiuè.*

26 *Restitutio in integrum competit minori ad retrahendum, si tempus retractus in minori ætate concurrisset. Declara, si ea infra quatriennium petat à die quo effectus est maior num. 27.*

28 *Minori ex lege Hispaniarum currit nouennium ad retrahendum, cui nec restitutio in integrum conceditur, quod etiam seruatur in Gallia. num. 29.*

30 *In retractu agitur de damno vitando.*

31 *Minori non currit retrahendi tempus, quia agitur de damno vitando. Si tamen ageretur de lucro, curreret tempus, sed in integrum restituitur, num. 32.*

33 *Minor restituitur non solum aduersus damnũ, sed etiam aduersus lucrum.*

34 *Minor ex amissione iuris retradendi per lapsum temporis, dicitur damnum pati, & læsionem.*

35 *Restitutio in integrum dicitur petita ex illis clausulis petens, ius, & iustitiam in præmissis, omni meliori modo.*

36 *Minor vt restituatur in integrum in tetractu, non cogitur probare habuisse sufficientes pecunias ad retrahendum, vel retractum vti pro eo fuisse.*

37 *Minor consanguineus vt possit restitui in integrum in retractu, sufficit si probet rem retrabendam fuisse suorum maiorum.*

38 *Minor dicitur enormissimè læsus ratione affectionis tantum, quam habebat ad rem retrahendam.*

39 *Restitutio in integrum competit Minori ad retrahendum, eò ipso, quod constet affectionem habere ad rem, quamuis nulla adesset vtilitas, & quod sit elapsum tempus retrahendi.*

40 *Ius sanguinis habens non excluditur à retractu per cessationem litis factam ab adstrictioni qui ad retractum admitti petierat facto depositio, sed tenetur soluere emptori, id quod ipse vltra pretium soluit astrictiori vt liti cederet.*

41 *Ad retractum nemo admittitur in alterius beneficium.*

42 *Præsumptio tollitur per aliam præsumptionem.*

43 *Iudex si dubitat vicinum, vel consanguineum retrahere ad commodum alterius debet pronuntiare, quod admittatur pro se ipso tantum.*

44 *Directus in retractu præfertur cuicunque volenti retrahere, & num. 47.*

45 *Directum dominium ex lege, & possessione ciuili, tribuit prælationem.*

46 *Venditor in venditionis instrumento potest apponere pactum prælationis.*

48 *Ius Prothomiseos sanguinis habens, si est de comprehensis in inuestitura præfertur directo. vbi de ratione. num. 49.*

50 *Laudemium soluere non tenentur comprehensi in inuestitura. Ratio, vt ibi.*

ARGVMENTVM.

Depositum ab initio non integrum in retractu, an possit pendente lite reintegrari, si interim est elapsum tempus retractus. Restitutio in integrum an, & quando competat minori volenti retrahere. Retractus an possit fieri ad vtilitatem alterius. Directus an & quando præferatur in retractu.

CONSILIVM XCIV.

IESVS MARIA.

1 SAncitum est Messanensibus in Statut. 31. 53. & 54. vt consanguinei omnes ad retractum admittantur. Idemque Fidericus Imperator statuit in Constitut. Sancimus quam ab omnibus Imperio subditis seruandam esse, dixerunt post alios *Rendell. super d. Constitut. in rubr. num. 16. & sequ. Anell. de Amat. cons. 93. nu. 55. & Axxi. decis. 179.* Vocantur autem ad retractum illi omnes, qui infra decimum consanguinitatis gradum reperiuntur, vt animaduertit *Cepoll. cons. ciu. 23. Lanar. cons. 53. num. 12. Bart. & alij à Cum. relati, cap. vit. 106. num. 21. & Ego in cons. 50. num. 2.*

4 Verùm et si ex dicta Constitutione Sancimus. dispositum sit, vt vicinus consanguineo non vicino præferatur, vt etiam in dicta Constitutione refert *Afflict. §. 8. in princ. Rendell. ibi §. in primis. verb. parentes, num. 14. & sequ. fol. 106.* Nihilominus placuit Messanensibus in præmisso Statuto sub cap. 31. consanguineum vicino præferendum statuere, si is infra tertium gradum per lineam descendentem fuerit, à qua res venalis peruenisse dignoscitur; Quamobrem cùm manifestissimè constet Don Petrum Don Andreæ venditoris Nepotem esse, nulli dubium est, ad retractum admittendum esse. Tum maximè cùm is penes Magistrum Notarium rei venditæ pretium deposuerint, sicuti ex lege retractus astringebatur *Caball.*

cons.

conſ. 159. *nu.* 12. *Peregr. deciſ.* 22. *nu.* 7. *Io. Bapt. Coſta de port. rat. quæſt.* 121. &
7 *in conſ.* 64. *nu.* 23. & illud integrum, iuxta *text. in l. obſignatione. C. de ſolut. l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur. Milan. deciſ.* 18. *num.* 33. *lib.* 2. *& Capit. Regni Rit. nu.* 165. ibi [totum integrum pretium configner]
8 Quamuis pendente lite depoſitum ab initio non integrum reintegrari potuiſſet, *ad text. in l. ſi rem. §. fin. ff. de pignorat. act. Tiraqu. lib.* 1. *retr. §.* 1. *gloſ.* 18. *num.* 13.
9 Quinimmò etiam nullo abinitio facto depoſito potuiſſet in Iudicio comparens petere, vt res vendita ſibi iure retractus adiudicetur, oportet enim, vt Iudex pronuntiet, admittatur facto prius depoſito, per ea quæ habentur in *l.* 4. *§. illud. ff. de fideicomm. libert. Tiraqu. lib.* 1. *retract. gloſ.*
10 6. *num.* 13. Inde eſt, vt etiam in iuris offerendi remedio dixerit *Afflict. deciſ.* 16. *& Minad. conſ.* 19. *nu.* 12. poſſe ſecundum creditorem petere, quod declaretur ſibi facto depoſito ius offerendi competere, *ſequitur Cal. de mod. artic. & prob. §.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 42. *Maſtrill. deciſ.* 201. *num.* 19. vbi *præter Cannet. & alios* refert nonnullas deciſiones factas in Regno, &
11 poſthæc *Giurb. deciſ.* 77. Et licet multi teneant poſſe reintegrari depoſitum in retractu, quando non eſt elapſum tempus retractus, vel ſollemne factum in iudicio, elapſis tribus diebus, iuxta conſuetudinem ſub dicto cap. 31. & 52. vt dixerunt *Ludon deciſ.* 470. *Ioan. Bapt. Coſta. d. conſ.* 64. *in fin. Aldouin. conſ.* 35, *num.* 105. *in fin.* & ſentit clarè *Peregr. deciſ.* 19. *nu.* 25.
12 dum aſſerit poſſe fieri in vltimo momento, etiã de nocte & die feriato, & debet notificari infra terminum, nec ſufficit ſi fiat depoſitũ in tempore, & notificatio extra
13 tempus, allegat *Tiraqu.* quoniam tunc nõ poteſt reintegrare depoſitum, ſi tamen in tempore ſciuit totum pretium, *Io. Bapt. Coſta d. conſ.* 64. *nu.* 24. *& Maſtrill. d. deciſ.* 148. *num.* 14. Nam ſtatutum ſub dicto capite 31. dicit, integro pretio reſtituto, *Rol. à Vall. conſ.* 63. *num.* 29. *vol.* 1. *& conſtit. Sancimus.* inquit [vt intra triginta dies ſoluendo iuſtum pretium ſine mora, aut quantum quiuis emptor ſine fraude dederit] & replicat [verùm ſi intra ſtatutum terminum iuſtum pretium non ſoluerit, de cætero non habeat ius]
14 & ſic pars pretij depoſitata non impedit curſum ſollemnis, & ipſe retrahens dicitur moroſus, *Feron. in conſuet. Burgund. §.*
15 1. *ſub tit. de retract.* ex quo depoſito non integro nullus oritur effectus, & perit periculo depoſitantis. DD. *in l. acceptam. C. de vſur.* & tali caſu, quod tempus retractus labatur dixit *Maſtrill. deciſ.* 148. *nu.* 18. *ex authorit. Dec. & Cagnol.* vnde cùm non ſit integrum, nullum eſt, *gloſ. in l. acceptam C. de vſur. & l. obſignatione. C. de ſolut. multos refert Menoch. conſ.* 756. *nu.* 9.
16 *vol.* 8. cùm illi tres dies currant inreparabiliter, taliter, quod illis elapſis, remanet ſollemne, & ſi depoſitum in illo triduo fuit, integrum remanet ſollemne pro depoſitante, & clauſa eſt porta omnibus prætendentibus ius retractus; Et quod pẽ-
17 dente lite ſuper retractu terminus currat irreparabiliter, dixit poſt alios *Rendell. in d. conſtit. verb. triginta dies. nu.* 4. *verſ. tamen diſtingue fol.* 135. *& in verb. docentur. num.* 15. *verſ. ego ab eis diſſentio. fol.* 100. *Ludou. d. deciſ.* & amplius res non dicitur integra, vt dixit *Coſta de re integr. quæſt.* 69.
18 *num.* 3. Verùm quicquid dicant prædicti Doctores. Et poſtpoſitis conſiderationibus ad intellectum dictorum Statutorũ ſemper fuit practicata opinio, quod ſufficit veniſſe in termino illius triduj, vel triginta annorum, quia dicitur facta interruptio, & terminatur quod procedat adiudicatio reintegrato depoſito, & ad hoc faciunt omnia adducta per *Maſtrill. deciſ.* 148. *& melius deciſ.* 201. in quibus, licet quæſtio fuerit iniure offerendi, tamen progreditur ad idem, & adducit authoritates in iure retractus, & rationes quæ militant in iure offerendi, ſunt eædem, quæ in retractu, & latiſſimè ad omnia reſpondet, & ita fuit deciſum.
19 Et non operatur aliud integritas depoſiti, niſi acquiſitionem fructuum perceptorum per emptorem à die integri depoſiti, vt conciliando opiniones dixit *Milan. deciſ.* 4. *num.* 102. *vol.* 2. *Facchin. controu. iur. lib.* 2. *cap.* 42. *verſ. poſtea tuz eſt ſententia. ex authorit. Tiraqu. de retract. conuent. §.* 4. *gloſ.* 6. *num.* 4.

Et infra terminum comparuit, ex quo, cum non fuerit ſollemne exhibitum in iudicio iuxta dictam conſuetudinem Vrbis
20 cap. 31. & 52. infra triginta annos, conſanguineum, ſeu vicinum admitti ad retractum, non eſt dubium. *Cepol. conſ.* 43. *Tiraqu. lib.* 1. *retract. §.* 1. *gloſ.* 10. *nu.* 10. *& §.* 36. *gloſ.* 2. *num.* 36. *Peregr. conſ.* 65. *nu.* 30. *vol.* 1. *cum aliis relatis á Giurb. d. deciſ.* 75. *nu.* 1. *qui in nu.* 3. *& ſequ.* inquit,
21 eſto ſi à primo emptore alteri tertio fuiſſet facta venditio, confutata opinione *Tiraqu. Caualc. & aliorum tenentium*, tunc ſpatio decem annorum præſcribi, attento

Statuto sub dicto capite 31. & 52. & *Ego in cons.* 37. *num.* 23. & 30.

Et licet pars replicet, sollemne fuisse instrumentum stante Banno promulgato, vigore priuilegij Vrbis Messanæ, concessi
22 per Cęsaream Maiestatem Caroli Quinti Imperatoris, dati Bruxellis die 15. Februarij, Indict. vj. 1517. disponentis, quod vbi Bannum publicum præcedit, consanguinei, & vicini infra quinquennium comparere debent, aliàs excluſi dicantur. Et hoc in casu fuit promulgatum Bannum, à die cuius publicationis iam diù sunt elapsi quinque anni.

23 Attamen respondetur primo, in Banno promulgato non fuisse expressata, neque pacta, neque rei venditæ pretium, neque alię clausulæ in venditionis instrumento adiectæ, prout conueniens erat, ex quibus solent moueri emptores ad emendum, si ex illis eorum vtilitati expedire videtur, vel ad non emendum, si illa minus vtilia esse cognoscant. Proinde Bannum absque expressione præmissorum illegitimum esse dixit *Tiraqu. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 30. & sequ. Cassan. consuet. Burgund. d. retract. rubr.* 10. §. 5. *num.* 5. *Lancell. Gall. cons.* 36. *num.* 4. 5. & 6. *Ioseph Ludou. decis. Lucc.* 52. *num.* 28. & consequenter non ligat, sed currit tempus tri-
24 ginta annorum, vt est comprobatum; infra quod adhuc reperitur Cliens. Quæ conclusio tum maximè sine difficultate procedit, cùm constet, quod in hac Vrbe omnia Banna solent publicari cum omnibus à iure requisitis, vt constat per Bannum publicatum per Regiam Curiã Straticotialem die 19. Ianuarij 1546. ad instãtiam Francisci, & Ioannæ Tonico, & per aliud Bannum sub die 3. Augusti 1552. ad instantiam Antonij lo Restiuo, & per aliud ad instantiam Andreæ de Constantino sub die 20. Decembris 1596. & per aliud ad instantiam Matthæi de Andrea, sub die 11. Augusti 1605. & per aliud sub die 9. Iulij 1605. ad instantiam Francisci Mantia, & per aliud Bannum sub die 17. Septembris 1610. ad instantiam Vincentij Viperano, & per alia præsentata in processu.

25 Secundò respõdetur, circumscripta disputatione, an Statutum generaliter loquens, comprehendat Minorem, in qua varij varia dixerunt, de quibus latè *Alder. Mascard. de general. statut. interpret. conclus.* 5. quod esto quinquennium con-
26 tra Clientem tunc Minorem curriſſet, via tamen restitutionis in integrum, est ad retractum admittendus, probat *text. in cap. constitutus de in integrum restitutione. & ibi Abb.* 2. *notab. glos. in l.* 1. *C. de silent. lib.* 10. *Axuez. d. lib.* 5. *recopilat. tit.* 11. *nu.* 7. & 12. *Neapod. ad consuet. Neap. tit. de iur. congr. num.* 3. *Afflict. de iur. prothom.* §. 2. *num.* 31. & *in constit. Minorum iura. sub nu.* 1. & 4. *Rendell. de iur. prothom.* §. *verùm sub nu.* 4. *Tiraqu. lib.* 1, *retr. in præfat. nu.* 34. & §. 35. *glos.* 21. *per totam. Giurb. qui multos refert, decis.* 78. *num.* 6. & *sequ.* vbi
27 inquit, id verum esse, si infra annos quatuor, postquam factus est maior, restitutionem in integrum petat, *ex l. fin. vbi DD. C. de temp. in integr. restit. Osasc. cons.* 13. *num.* 56. *Surd. decis.* 136. *num.* 2. *Cancer. resol.* 2. *cap.* 1. *de Minor. num.* 219.

Non obstat *Couar. pract. quæst.* 26. *num.*
28 4. quia iuxta legem ipse loquitur, quam vtuntur Hispani, *in l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *more Collect.* vbi sancitum est, nouem dies ad retractum currere etiam contra Minores, quibus nec in integrum restitutio conceditur. *Molin. disput.* 370. *num.* 19. *Guttier. pract. quæst. lib.* 2. *cas.* 159. *per totum. Matthiens. l.* 8. *tit.* 11. *glos.* 1. & *glos.* 11. *fol.* 376. & 378. qui dicunt, quod cessantibus legibus Hispanorum seruanda sit dispositio dicti cap. constituti.

Nec pariter obstat *Tiraqu.* & alij ab eo
29 relati, quia loquuntur attenta Gallorum consuetudine, excluſis Minoribus à restitutione in integrum, vt etiam respondet post hæc *Giurb. d. decis.* 78. *nu.* 8. 9. & 10.

30 Nec dici potest, retractum esse lucrum, cùm in retractu de damno vitando agitur *Ludou. decis. Lucc.* 52. *num.* 40. & 46. *Benedell. de iur. Prothom.* §. *verùm. num.* 58.

31 Ideo Minoribus non currit retrahendi tempus, *Masull. in addic. ad Capic.* 110. *nu.* 3. *Franch. decis.* 421. *Ludou. decis. Lucc.* 48. *num.* 10. & 21. si enim est lucrum,
32 currit statutaria præscriptio, sed datur in integrum restitutio. *d. cap. constitutus. Morla. in empor. iur. tit. de restit. in integr. quæst.*
33 5. *nu.* 17. cùm ne dum aduersus damnum Minor restituatur, sed etiam aduersus lucrum, *l. ait prætor.* §. *final. ff. de Minor. vbi Bart. & alij, Cancer. var. resol. cap.* 1. *de*
34 *Minor. num.* 130. & per amissionem iuris retrahendi per tẽpus à lege præfixũ, clarũ est pati damnũ, & læsionẽ, *glos. in l.* 1. §. *si quis. verb. per in integrum restitutionem. ff. de crim. act. priu. Cancer. d. cap. nu.* 277. Minoribus igitur, si est succurſum remedio restitutionis in integrum, quando vẽ-

ditio

ditio est cum omnibus requisitis de iure per Bannum publicum notificata, eò magis competit Clienti, cùm requisita iuris, in Banno expressata, non appareant, & per
35 petitionem, admitti ad retractum, factam cum illis verbis, petens ius, & iustitiam in præmissis, omni meliori modo, dicitur petitū omne ius, etiam in vim restitutionis in integrum. *Alex. de neuo cons. 22. nu. 4. Io. Andr. Calder. Butr, & Abb. cap. 2. de ordin. cognit. Rimin. iun. cons. 41. nu. 46. & sequ. Simon. de Pret. cons. 168. num. 24. Caualc. in repert. in verb. libellus. nu. 9. & 10. Siluan. cons. 69. num. 21. lib. 2. Gozad. cons. 28. nu. 4. & 20. Lancellot. Gall. cons. 60. num. 30. & 31. Pancirol. cons. 96. nu. 48. Giurb. d. decis. 77. num. 12.*

Nec est necesse, quod probetur tempo-
36 re retractus, Minorem habuisse pecunias sufficientes, & quod retractus erat ei vtilis, vt dixit post alios *Fachin. cons. 54. nu. 15. lib. 1. Anna alleg. 27. nu. 24. Mastrill. cons. vnico. post decis. num. 68. Camill. Salern. super consuet. fol. 32. lib. 2.* Sed tantum
37 sufficit, si ostendatur, quod res retrahenda, erat Maiorum suorum, *l. in emptione*
38 *ff. de Minor.* quia satis dicitur constare de interesse, si probet, rem fuisse Maiorum suorum, Hinc dixit *Bald. in d. l. si in emptione*, quod propter affectionem fingitur Minorem enormissimè læsum, quem sequitur *Alex. in cons. 67. num. 4. lib. 5. & Surd. cons. 226. num. 16.* qui post alios
39 dicit, quod ex hac sola ratione conceditur restitutio Minori, etiam si nullam haberet annexam vtilitatem, & eo ipso quod est elapsus terminus, dicitur læsus, *Grat. discept. for. cap. 26. num. 24. 26. & 27. Odd. Sforz. de restit. in integr. quæst. 4. num. 83. Ludou. d. decis. Lucc. 52. nu. 40. & 41. Giurb. d. decis. 78. num. 13.*

Insuper de alio excipitur Capite, nem-
40 pe, quod filius venditoris cōparuit ad retractum, & facto depósito, & petitione, inde cessit liti, solutis sibi per emptorem vnceis centum. Sed respondetur, quod ex hoc non excluditur ius sanguinis habens à retractu, bene tamen, quòd tenetur soluere emptori id, quod vltra pretium soluit adstrictiori, ita dixerunt *Buer. super consuet. Bisur. tit. de retract. §. 5. circa finem vers. sed quid. fol. 18. & decis 36. num. 8. Rendell. super constit. sancimus. in verb. expensis necessarijs. num. 8. fol. 173.* qui in antecedentibus numeris differit, quæ expensæ debeant refici per retrahentem, *Tiraqu. de retract. lignag. §. 29 glos. 4. nu. 14. refert multos.*

Aliud quod proponitur exceptionis Caput illud est, quod Don Petrus Cliens non vult retrahere ad commodum proprium, sed ad alterius vtilitatem, quapropter à retractu omninò excludendus est, cùm
41 nemo in alterius beneficium ad retractū admittatur, *Gratian. discept. 433. Ricc. decis. 1760. præter alios quos allegat Giurb. decis. 51. num. 5.* Sed id minus obstat, licet
42 enim manifestè hoc non probetur, sed deducatur aliquibus præsumptionibus, tamen alijs contrarijs præsumptionibus videntur exclusæ, quæ sufficiunt, vt post *Farin. quæst. 162. num. 228. dixit Gratian. discept. for. 255.*

Cæterùm pro tollenda omni difficulta-
43 te, & pro conseruatione iurium vtriusq; partis, Iudices numquam consueuerunt, nec debent consanguineum à retractu excludere, sub prætextu, quod ad propriam vtilitatem non retrahat, sed illum admittere, cum clausula [pro se ipso tantum] prout ita decisum per Magnam Regiam Curiam testatur *Fim. super cap. rit. 194. circa medium. vers. sed contingit in facto.*

Vltima difficultas fuit, nam directus Dominus pendente lite, venit ad retractum, & petijt præferendum, ob quod duæ ortæ fuerunt difficultates. Prima, q ipse licet sit directus, tamen in concessione apparet, quod dedit potestatem affrancandi in pecunia, vnde non videtur vera emphiteosis, cùm abinitio si vicini comparuissent ad retractum, ipse non potuisset præferri, cùm videretur iudicandum de dicta concessione, sicut de venditione. Secunda, quod directus non habet prælationem, quando sanguis est de comprehensis in inuestitura. Quoad primam,
44 competit directo, *ex l. fin. C. de iur. emphit.* ius prælationis; & licet ad pecuniam redimibilis fuerit factus contractus emphiteuticus, tamen ex hoc ablatum non fuit à concedente dominium directum, quod in re propria retinuit, vtile tantum
45 transferendo, ex quo Domino directo ex lege, & possessione ciuili oritur prælatio, quæ ex eodem instrumento oritur, ex quo oriebatur actio vicino, quæ posset operari, etiam quod esset emptio, quia vendi-
46 tor in venditione posset apponere pactum prelationis, ita in puncto dixit *Vincent. de Franch. decis. 610.* vbi sic decisum asserit per Sacrum Consilium; & post eum *Rendell. super constit. sancimus. verb. per emphitheosim. nu. 16. fol. 53.* Quoad secundam,
47 licet regulariter directus Dominus in re vendita præferatur cuicunqe emptori,

l. fin.

l. fin. C. de iur. emphit. vbi Iaſ. num. 129. *& alij. & ex authorit. Bart. & aliorum dixerunt Rimin. iun. conſ.* 511. *nu.* 26. *Cum. cap. rit.* 99. *num.* 31. *Nepit. conſuet. Catin. tit.* 40. *nu.* 16. *Capic. deciſ.* 99. *& in addic. Maſull. alleg. Oſaſc. deciſ.* 156. *Theſaur. deciſ.* 169. *Guid. Pap. deciſ.* 47. *& alios. Burg. de laudim. part.* 1. *inſpect.* 3. *nu.* 24. *& ſequ.* vbi ampliat, eſto directus requiſitus dixit nolle, & allegat *Capic. d. deciſ.* & etiam ſanguini, vt alios referens dixi in *conſ.* 49. *num.* 3. *& conſ.* 50. *num.* 35. *&* 36. vbi etiam in venditione ſubaſta. Tamen habens ius protomiſeos ſanguinis. ſi eſt de-
48 comprehenſis in inueſtitura, præfertur directo, quandoquidem primus emphiteo-
49 ta ſtipulatus eſt ſibi, eiuſque filijs, nepotibus, & poſteris, quia Dominus, quoad compræhenſos in inueſtitura, dicitur renunciaſſe iuri ſuæ prælationis, & tali in caſu non requiritur conſenſus Domini, *Surd. conſ.* 38. *num.* 35. *Cephal. conſ.* 307. *num.* 29. *Vulter. de feud. cap* 10. *lib.* 1. *nu.* 87. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *art.* 5. *nu.* 1022. *Bardell. conſ.* 42. *num.* 3. 10. 14. *&* 17. *& Ego in d. conſ.* 50. *num.* 37. *&* 38. Dicti po-
50 ſteri ad laudimij ſolutionem non tenentur, ſi inter eos emphiteoſis quocunque titulo peruenit, cùm à principio in primęua inueſtitura compræhenſi ligantur, nec noua poteſt dici acquiſitio, ſed potius quædam Dominij continuatio, *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum. col. penult. de conſtit. Dec. conſ.* 331. *num.* 2. *Bertrand.* 221. *num.* 2. *lib.* 1. *Rimin. iun. conſ.* 1. *nu.* 54. *& conſ.* 579. *num.* 3. *Brun. conſ.* 210. *vol.* 2. *& ita omnes concludere inquit Amod. de Pont. in tract. de laudim. quæſt.* 12. *verſ. & quoad renouationem. Anna ſing.* 297. *& alleg.* 106. *Viu. deciſ.* 496. *num.* 6. & in feudo antiquo loquitur *à Pont. deciſ.* 11. *nu.* 8. *&* 9. *vbi refert multos.* ſecus autem in nouo. *Burg. vbi ſupra nu.* 30. *&* 31. *& Ego d. conſ.* 50. *num.* 39.

Ex quibus concludo fore decidendum in fauorem Clientis.

FINIS.

D. PLACIDI COSTA
MESSANENSIS I. C.
Et Regij Fiscalis Regiæ Siclæ
ANNOTATIONES
IN VOLVMEN PRIMVM
CONSILIORVM
D. FRANC. ANT. COSTA I. C.
REGIIQVE CONSILIARII, &c.
Patris sui amatissimi.

CONSILIVM I.

ADde, quòd in eadem causa exinde egregiè scripsit D. Octauius Gloritius *respons.* 12.

Num. 71.] Adde *Iacob Gall. cons.* 97. *nu.* 18. *& Giurb. cons. crimin.* 96. *nu.* 14.

Num. 99.] Adde, quòd quemadmodum quis executiuè potest agere, ne quis ædificet in suo, ita executiuè agere potest, ne quis ingrediatur fundum suum, ex multis quos retulit Genitor meus in *cons.* 33. *nu.* 3.

Num. 108. *&* 109.] Adde, q causa, ob quam excõmunicatio ferri potest, & debet, est peccatum mortale proprium graue contumaciæ, & inobediẽtiæ, quo quis Ecclesiæ obedire recusat. *Ricc. qui mukos refert prax. decis.* 464. *nu.* 2. *Anil. de censur. part.* 2. *cap.* 5. *disput.* 1. *dubit.* 2. *conclus.* 1. *&* 2. *Mar. Alter. de censur. tit. de caus. mater. excom. cap.* 1. *col.* 1. *fol.* 265. *&* 270. *cap.* 3. *disput. de caus. excommun. lib.* 3. *cap.* 4. *fol.* 27. qui asserit ex communi Doctorum opinione, excommunicationem ferri non posse pro peccato commisso, nisi intercedat inobedientia, & contumacia contra præceptum Ecclesiæ, & sententiam latam excommunicationis, non existente contumacia, esse inualidã. *Idem Ricc. nu.* 3. qui inquit, statim ac à contumacia quis discedit, & Ecclesiæ parere paratus est, Ecclesia cum absoluit à quacunque excommunicatione, etiam post mortem, vbi id opus fuerit. *cap. ex literis. de constit. cum alijs.*

Et nota, quòd comminatoria est, quæ non ligat statim, sed expectat Iudicis sententiam, quia lata est ad terrorem. D. Hieron. Venero *lib.* 2. *de excomm. cap.* 1. *nu.* 12.

Nota etiam, quòd quando satisfactio est talis conditionis, quæ ab excommunicato præstari non potest, tunc absoluendus est, præstita cautione. *Anil. de censur. part.* 2. *cap.* 7. *disput.* 3. *dubit.* 5. *conclus.* 1.

Nota etiam, quòd quando excõmunicatio cõtinet errorem intolerabilẽ, vt quia excõmunicatur quis, eò, quia non paruit alicui mandato, quod est impossibile ad exequendum, tunc excõmunicatio est nulla. *cap. venerabilibus. §. penult. & fin. de sent. excõm. in* 6.

Auil. de cenſur. part. 2. cap. 6. diſput. 1. dubit. 1. verſ. Tertius eſt. Oldrad. in conſ. 277. vbi inquit, ſi fiat cõminatio, quòd quis ſoluat infra tot dies, aliàs procedetur ad ſententiam excommunicationis, ſi eſt impoſſibile, quod ſoluat, non dicitur contumax, & per conſequens nõ poteſt excommunicari. *Mar Alter de cenſur. diſput. 1. de cauſ. excõm. lib. 3. cap. 7. fol. 280. verſ. Quarto dubitari poteſt.* qui aſſerit, q̃ ratione impoſſibilitatis non eſt contumax, & ideò non poteſt excommunicari; & ſi excommunicatur, excommunicatio eſt nulla. *Iacob de Graff. in deciſ. caſ. conſcient. lib. 4. tit. quis in latam excomm. non incid. cap. 8. fol. 440. nu. 10. lib. 1.* ait, quòd ſi quis eſſet excommunicatus ob non reſtitutionem ſortis, ſi tempore excommunicationis non ſit ſoluendo, talis excommunicatio eſt nulla. *Et Paul. Duran. in tract. de condit. & mod. impoſſibil. & iur. prohib. cap. 2. fol. 7. num. 15.* inquit *ex auth. Oldrad.* Magiſtrum Ordinis de Alcantara, cui comminata fuit excommunicatio, ſub conditione, ſi quædam Caſtra non reſtitueret Religioni S. Ioannis, cui bona templi fuerunt vnita, non incidiſſe in excommunicationem, quamuis non paruerit conditioni: quinimmò dicta Caſtra reſtituit Regi, à quo ea receperat ſub cuſtodia & homagio, quod ſi non feciſſet, fuiſſet reputatus proditor iuxta iura feudalia, & conſuetudinem Hiſpaniæ, ſicque cùm non potuerit parere conditioni, ſaluo honore ſuo, conditio impoſſibilis fuit, quæ ad pœnam præſertim excommunicationis eum adſtringere non potuit. *l. impoſſibilium. ff. de reg. iur.* & quando mandatur impoſſibile, quòd non poſſit procedi ad excõmunicationem, aliàs ſit nulla. *Paul. Borg. de irregularit. & diſp. part. 6. in rubr. de excommunic. ipſo iur. null. num. 8. fol. 365.*

Nota, quòd excommunicatio trahit ſecum executionem, intellige, quando fuit lata ante appellationem: ſi enim primo fuit appellatum ab excõmunicatione, & ſententia proferenda, tunc appellatio ſuſpendit, & deuoluit. *cap. licet. cap. venerabilibus. §. ſed ſi ex cauſa. de ſent. excomm. in 6.* & ſententia tunc prolata eſt nulla. *Mar. Alter. tit. de his, quæ ſubſequuntur poſt prolatam ſententiam excomm. diſput. 5. cap. 1. lit. C. & D. fol. 311. Auil. de cenſur. part. 2. cap. 6. diſput. 1. dubit. 1. verſ. Ad hunc caſum. & verſ. His poſitis.* vbi dicit, quid operetur excommunicatio nulla. *alleg. Guttier. Canonic. quæſt. cap. 4. num. 36.*

Num. 114.] Adde, quòd debet præcedere trina monitio. *Viu. deciſ. 93. Ricc. collect. 2462. verſ. ſed cum magna deliberatione, & ante in verſ. pœna autem.* differit, qua pœna ſit plectendus excommunicãs iniuſtè. *Auil. de cenſur. part. 2. cap. 5. dubit. 7. concluſ. 4.* allegat *text. in d. cap. ſacro. & alia iura.* qui in *concl. 3.* inquit, ſi malitiosè latitet, poſſe domi citari. *D. Hieron. Venero lib. 2. cap. 1. de excomm. nu. 23.* qui in *nu. 21.* inquit, quæ ſunt ſeruanda in ferenda ſententia excommunicationis, videlicet trina monitio, quod feratur in ſcriptis, & contumacia peccatum mortale.

CONSILIVM II.

Adde, quòd in eadem cauſa ſcripſit Dominus Abbas Octauius Gloricius *reſp. 3.*

Num. 1.] Adde, quòd nemo ſibi ſoli, ſed etiam & Patriæ ſuæ commodis, & vſui naſcitur. *l. vnica. ff. de ventr in poſſ. mitt. l. poſtliminium. §. filius. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Auil. cap. 1. Prætor. verſ. Tierra. num. 14. Novar. quæſt. Forenſ. part. 1. quæſt. 18. num. 3.* vbi per totam diſputat, an ciuis poſſit recuſare munera publica, & quid faciendum, ex *authorit. Bald. Salic. Alex. Roman. Dec. Afflict. Caſan. Tap. Auil. Bouad. & aliorum multorum.*

Nu. 44. *verſ. Nec pariter. cum multis ſequ. in materia citationis.*] Adde, *D. Abb. Glorit. reſponſ. 2. & Illuſtriſſimum Regentem Carolum Tappia deciſ. 23. nu. 16. cum multis ſequ.*

Num. 78. *fol.* 37.] Adde, vbi occaſio illa vtendi non euenit, Priuilegium non amittitur, etiam ſi per centum annos quis non vſus fuerit. *gloſ. communiter recepta cap. vt priuilegia. §. illud. in verb. ſemel in anno. verſ. ſed ſi centum annis extra de priuilegijs.* Vbi priuilegium celebrandi in vna ex Eccleſijs alicuius Ciuitatis interdictæ non amittitur, etiam ſi per centum annos eo priuilegio vſi non fuerint, quia non venit caſus, & ad illam Ciuitatem priuilegiati non acceſſerunt. *Gizzarell. deciſ. 73. nu. 3. Maſtrill. deciſ. 96. Novar. quæſt. for. 8. part. 1. nu. 7.*

Num. 86. *cum ſequ.*] Adde, quomodo conſideretur damnum, & intereſſe ciuium per translationem Tribunalis de vno loco ad alium. *Gratian diſcept. for. 892.* dum conſiderat, expenſas, labores, & pericula itineris. *nu. 8. 9. 10. 11. & 12.* loquens in Epiſcopo erigente Tribunal in alia Ciuitate ſuæ Dioceſis, quàm vbi ſolitum erat reſidere.

Nota, q̃ Vniuerſitas admittitur ad demanium. *Franc. deciſ. 17. Io. Andr. de Georg. alleg. 7. Apont. de poteſt. Proreg. & alij relati à Novar. quæſt. for. 106. part. 1.* Et vidimus in Regno anno elapſo, quod fuerunt admiſſi ad demanium Vniuerſitatis S. Philippi, Minei,

Corleo-

Corleonis. Libertatis enim species est viuere sub Rege, & non sub alio Domino, & Barone, iuxta sententiam *Isern. in §. præterea Ducatus. nu. 45. de prohib. feud. alien. per Feder.* attento quod sub Barone cogitur plura onera realia, & personalia subire, à quibus liberatur sub Regio demanio, vt latè *Franc. d. decis. 17. nu. 3.* & valdè interest subditorum non mutari Dominum. *Abb. cons. 3. nu. 7. lib. 2. Nouar. d. quæst. 106. latissime*, vbi ampliat prælationem petendi demanium competere Vniuersitati nedum in venditione, sed etiam in contractu ad gaudendum, & contractu locationis, etiam ad modicum tempus cum iurisdictione. *Mart. decis. 240. Ricc. decis. Cur. Archiep. 236. part. 3.* & ex quo subijciuntur, competit Vassallis ius contradicendi. *Bald. cap. 1. §. si quis. nu. 5. quo temp. mil.* Nam per locationem habent plures Dominos, nempe Dominum Locatorem, & conductorem, cui tenentur seruire, & obsequia prestare, & interest Vassallis non habere tot Dominos, vt latè *Nouar. d. quæst. 106.*

An autem Vniuersitas, quæ vult se redimere, & ad demanium redire, possit cogere Ciues suos, etiam alibi habitantes ad contribuendum, vide *Nouar. quæst. for. 19. part. 1. Num. 96. cum sequ.*] Adde, quòd Rex, & Princeps dicitur fons omnium iurisdictionum, à quo omnes iurisdictiones tamquam riuoli à magno flumine, siue mari procedunt. *Molin. lib. 1. de primogen. cap. 25. num. 12. Roder. Suarez. alleg. 7. num. 7. Ricc. collect. decis. 2450. part. 6. Mart. de iurisdict. part. 1. cap. 42. nu. 5. cum aliis relatis à Didaco de Mari in addit. ad Cap. decis. 46. num. 7. cum sequent.* Verùm si concessa est iurisdictio titulo oneroso, & non gratuito, illam Princeps non potest reuocare. *Sess. decis. 70. nu. 15. Gizzar. decis. 24. num. 10. & Didac. in d. addit. nu. 10. vers. Num. 2.* vbi etiam ex auctoritate aliorum inquit, nec ex causa ingratitudinis posse.

CONSIL. II. post II.

Num. 6.] Adde, quod si Episcopo committatur ab aliquo Principe aliqua causa, non potest in ea vti sententia excommunicationis. *D. Hieron. Vener. Archiep. Montis Regalis. lib. 2. cap. 2. de Ministr. excomm. nu. 26.*

Num. 11.] Adde, quòd in Regno Siciliæ quilibet simplex feudatarius appellatur Baro. *Menoch. in cons. 1209. num. 6. alleg. Intrigl. de feud. in quæst. 8. nu. 6.*

CONSIL. IV.

Num. 41.] Adde, quod magis dignum trahit ad se minus dignum, *cap. cum in dubijs. de consecr. Eccles. vel Altar. l. si alicui. ff. de solut. l. quæ Religiosis. ff. de reiuendic.* Et inhabilis gaudet Priuilegio habili concesso propter indiuiduitatem causæ. *Mastrill. decis. 42. part. 1.* vbi inquit, quod Ritus Regni denegans appellationem in causis pupillorum, procedit quoque, si causa sit minorum, & maiorum coniunctim, & consortes litis, & socij gaudent priuilegio sociorum. *Cephal. cons. 661. num. 78. lib. 5. Surd. decis. 301. nu. 8. vbi latissimè.* & restitutio concessa pupillis competit litis consortibus. *l. 1. vbi Bart. C. de consort. eiusdem lit. Bim. cons. 36. num. 31. lib. 1. Benintend. decis. 4. nu. 2. Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 67. Muta super vit. 134. num. 23. cum sequ.* & taliter communicatur beneficium concessum minori, litis consorti maiori, quod non potest per pupillos renunciari, sic decisum refert *Vinc. de Franc. decis. 269. Nouar. quæst. Forens. 11. part. 1.* qui *in nu. 6.* asserit, quod immunitas hospitandi concessa Clericis extenditur ad fratres ipsorum Clericorum secum habitantium in domo communi. *Arnon. sing. 83. Bonbin. dubit. 8. post eius cons. & nu. 15. & sequ. infert*, ad semestre competens Clericis in præsentatione competere laico compatrono, *refert iura, & authoritates, & num. 9. ex authorit. Bart. in l. si quando. in fine. C. de appell. voluit*, quod quando vnum officium vnitur alteri, aliud quod vnitur, extinguitur adeò, vt si appellatur ab eo, qui retinet illa duo officia debet appellari ad digniorem, & in *nu. 2.* dicit, fuisse decisum, appellationem potuisse prosequi per maiorem litis consortem, non solutis expensis primæ instantiæ, vigore pragmaticæ Regis Regni Neapolis, quia in causa etiam erant pupilli, qui ante dicta Pragmatica non tenebantur, & cum causa erat indiuidua, priuilegia minorum ipsis debebant suffragari.

CONSIL. V.

Num. 9. error impressoris.] Adde *Surd. in decis. 62.* vbi dicit magis communem, & veram, & sic decisum per illum Senatum, & etiam per Consilium Gratianopol. vt testatur *Guid. Pap. decis. 69. & allegat iura, & authoritates.*

Et quod non obstante speciali, & expressa prohibitione, quod ex causa dotis non possint alienari, quod vtique in subsidium tenet alienatio, quando prohibitio est facta

ab ascendente descendentibus, magis communem dicit *Bursat. cons.* 179. *num.* 10. *vers. Et quando. lib.* 2. *Cenal. cõm. contr. cõm. quæst.* 743. vbi dicit esse veriorem opinionem, & seruandam consulendo, & iudicando. *Peregrin. decis.* 96. *Milan. decis.* 7. *nu.* 4. *cum multis relatis à Fusar. de fideicomm. substit. quæst.* 531. *nu.* 71. *Paul. Emil. Gall. tract. de except. tit.* 4. *except.* 7. *seu secunda. part.* 2. *num.* 64. *Rouit. cons.* 54. *vbi refert DD. nu.* 35. *& cons. sequ.* dixit, fuisse decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum, tam in dote, quàm in dotario, & interesse, quæ prohibitio non valet, defectu potestatis prohibentis, quos refert, & sequitur Genitor meus. *cons.* 88. *num.* 13. vbi dicit, quod fallit, quando à transuersali factum est fideicommissum in specie, ne detentur bona, quia tunc valet. *Vine. de Franc. decis.* 241. *circa finem. Fusar. d. quæst* 531. *nu.* 95. *cum sequ. & quæst.* 532. vbi latissimè ad materiam, quibus addo *D. Rouit. d. cons.* 54. *num.* 2. Contrarium, ℣ etiam si sit factum à transuersali non noceat doti. *Petr. de Luna in cons.* 40. *à nu.* 40. *vsque ad fin. vbi alleg. Franc. Ferrer. super constit. Catbalon. Los impuberes. nu.* 127. *& sequ. Mastrill. decis.* 256. *Menoch. cons.* 1078. *& in num.* 57. dixit in Regno pluries decisum. Et vide notata inferius in *cons.* 88.

CONSIL. VI.

Num. 20.] Adde, *Gratian. discept. forens. cap.* 790. *nu.* 5. 6. *& 7. qui refert multos.*

Num. 74.] Adde, quæ dixi in additione ad *cons.* 23. *ad num.* 117.

CONSIL. VII.

Num. 43.] Vbi, quod casu mortis sponsa non possit disponere, nisi de centum, si præmoritur sponsus, dotes sunt liberæ, quia euanuit pactum, ne mulier à secundis nuptijs retrahatur, etiam in præiudicium filiorum eiusdem matrimonij, adde *text. in l. cum pater. §. pater certam. vbi glos. & DD. ff. de legat.* 2. *l.* 2. *ff. de pact. dotal. l.* 3. *C. de pact. conuent. Barbos. in l.* 2. *part.* 1. *à nu.* 141. *& sequ. ff. solut. matrim. Mastrill. decis.* 74. *Gratian. discept.* 769. *num.* 17. *lib.* 4. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 59. *nu.* 1. *& sequ. Fontanell. de pact. dotal. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 5. *nu.* 187. *cum multis relatis per Amat. resol.* 28. *per totam*, vbi dicit, aliàs ita decisum per Magnam Regiam Curiam.

Num. 59.] Adde, *Gratian. discept. forens. cap.* 788. *nu.* 1. *vsque ad nu.* 7.

CONSIL. VIII.

Num. 2.] Adde, quod durante vita Monachi Monasterium possidebit bona, & ea postea restituet substituto post mortem naturalem Monachi grauati. *Surd. cons.* 239. *lib.* 2. *Rimin. iun. cons.* 270. *nu.* 6. *& cons.* 481. *Fusar. de fideicomm. substit. quæst.* 430. *nu.* 1. & in fideicommisso relicto fauore familiæ an locum habeat dicta conclusio, & quid in maioratu, & quid si alteri ius suum vendiderit, *latissimè Castill. controu. iur. lib.* 3. *cap.* 12. vbi multos DD. recenset.

Num. 4.] Adde, quòd quando grauatus alienauit, non potest emptor molestari, durante vita Monachi. *Fusar. vbi supra, nu.* 10. *& & quæst.* 428. *nu.* 11. *&* 16. Et latè ad materiam, quando non est capax bonorum. *Fusar. d. quæst.* 428. *& sequ.*

Num. 5.] Adde, quod legitima detrahatur de fideicommisso. *Fusar. quæst.* 296. *nu.* 1. *cum sequ.* vbi per totum latissimè, quando non possit detrahi, & eodem modo procedit in legitima debita ascendenti. *glos. in auth. de hæred. & Falcid. §. si verò. Fusar. quæst.* 295. *vbi refert alios.*

Num. 8.] Adde, quod trebellianica filijs primi gradus prohiberi non possit, *Fusar. d. quæst.* 296. *nu.* 34. *&* 35. *Thesaur. quæst. for.* 20. qui in *nu. fin.* dat cautelam, posse trebellianicam tolli.

Num. 11.] Quod ius detrahendi transmittatur ad hæredes, adde, ℣ dixit receptissimã, & practicatam opinionem nemine contradicente. *Fusar. d. quæst. num.* 5. qui in *nu.* 6. inquit, nisi onus expressè fuerit impositum, & filius viuens numquam reclamauerit. *Surd. cons.* 570. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 4.

Num. 14.] Adde, quòd legitima, & trebellianica important semissem. *Bec. cons.* 23. *nu.* 2. *Facchin. controu. iur. lib.* 5. *cap.* 2. *in princ. Menoch. cons.* 1017. *num.* 20. *Anton. Amat. resol.* 39. *nu.* 169. *vbi refert multos DD.*

CONSIL. IX.

In quæst. 2.] Adde *Bardellon. cons.* 193. *vol.* 2. vbi refert requisita adhoc, vt mulier consequi possit bona parafrenalia in bonis viri, vbi quid in mobilibus adductis per vxorem in domum mariti, & quid si viro non fuerunt consignata, sed steterunt sub custodia vxoris, & quid in vsualibus, an debent restitui, prout inueniantur, secus si non extant.

Adde *Gratian. discept.* 677. *num.* 28. vbi inquit, maritum, si eo sciente bona parafrenalia in domum per vxorem fuerunt traducta, teneri ad illorum restitutionem, mouetur

uetur authoritate *Marsil. Alber.* inferendo in *num.* 27. stabularium teneri statim ac petitur equum intromitti in stabulo per hospitem absque speciali consignatione equi, cùm stabularius videatur promittere equũ saluum fore, & si hospes post talem immissionem alibi vadit, & reuertens non inuenerit equum ibi dimissum, tenetur Hospitalarius, etiam si nihil dixerit, & etiam si ibi de fero noluisset hospitare. *alleg. Bald. in l. 1. §. recipit autem. in prine. ff. naut. caupon. stabul. vt recept. restit. & in l. si certiiuris. nu. 3. vers. & hæc faciunt. C. locat. Cabal. resol. 70. nu. 5. vsque ad num. 10. & alios plures. & in num. 26.* inquit, teneri pro facto sui institoris. *alleg. Bart. Bald. Alex. Rot. Gen. & alios.*

CONSIL. X.

Num. 10.] Adde, Illustrissimum Dominum Regentem Valenzola *cons. 98. num. 2.* asserentem, præbendatum Ecclesiasticum maximè natum ex bono, & nobili genere, & familia, obligatum esse alere ex suis bonis, & redditibus, etiam Ecclesiasticis, eius consanguineos, qui attenta ipsorum qualitate pauperes fuerint. *nu. 7. & 8.* debere sorori competentes dotes assignare, refert multos Doctores, & latissimè ad materiam *Intrigl. ante Giurb. decis. 4. nu. 19. alleg. Honded. cons. 18. nu. 32. vol. 1. Thesaur. decis. 159. sub nu. 3. & 192. nu. 7. Mascard. & Tiraqu.* qui *in nu. 14. cum. sequ.* refert personas, quæ tenentur in subsidium dotare, & comprobat multis authoritatibus. *Idem Intrigl. de feud. cent. 3. quæst. 73. nu. 214. & sequ. Peregr. de fideicomm. art. 42. nu. 50. alios refert Fusar. de fideicomm. quæst. 531. num. 100. Paul. Emil. Gail. tract. de except. tit. 5. except. 7 seu. 1. part. 2. nu. 84.* & am, liat ex *author. Thesaur.* etiam casu, quo soror haberet bona non sufficientia pro dote, & quod ita aliàs fuit decisum, & etiam procedere in sorore vterina, & *nu. 87. & sequ.* loquitur, quo casu filius teneatur dotare matrem.

CONSIL. XI.

Num. 11.] Adde, *Gait. de credito. quæst. 2. cap. 2. tit. 7. nu. 1837.* vbi dicit ita seruari in Regno Neapolis.

Num. 32. cum sequ.] Adde, quòd maritus, cui fuit datum prædium pignoris nomine lucratur fructus. *Gait. de credit. cap. 4. quæst. 8. num. 1034. cum multis sequentibus, vbi latissime.*

CONSIL. XII.

Adde, quod filiusfamilias habitans seorsum à patre, publicè negotiando, & contrahendo per spatium longi temporis, præsumitur sui iuris, & emancipatus. *ex Bald. l. 2. nu. 5. C. si aduers. rem iudic. Gratian. discept. 820. nu. 1.* qui *in nu. sequ.* asserit, longum tempus esse spatio viginti annorum, nisi adesset titulus putatiuus, quia tunc sufficerent decem anni, refert post multos *Franc. decis. 10. & nu. 3.* inquit, quod quando allegatur emancipatio cum extraneo, tunc si cõmuni opinione reputatur pro emancipato, excusabitur contrahens cum eo, & filius tenebitur creditoribus, non obstante statuto, quod filius non possit obligari sine consensu patris, allegat *Franch. Menoch. Dec. Cephal. Alciat. & alios.* sed *nu. 5.* inquit, non procedere, si quæstio esset inter patrem, & filium & fratres, cùm non sufficiat quasi possessio, & licet in prædictis casibus ita procedatur, tamen nihil operabitur ratione validitatis testamenti conditi per talem filiumfamilias habitum sui iuris, & existentem in huiusmodi possessione libertatis, nam ista possessio non releuat possessorem ab onere probandi titulum suæ possessionis, hoc est, emancipationem, cùm enim agatur super iudicio petitorio, quò ad validitatem testamenti non sufficit, quòd filius se gerat tanquam sui iuris, tanquam adsit tunc defectus testamenti in substantia, qui non sanatur, nisi ostenso titulo, quicquid sit in possessorio, & in iudicio summario, quo casu sufficit communis opinio, & publica reputatio, refert multos Doctores, & *nu. 9. & sequ.* multa adducit ad materiam.

CONSIL. XIII.

Num. 37. vers. Verùm quicquid sit, quando omnia cessarent) adde, ad comprobationem *cons. Aret. 128. Felic. Ludou. Lopes. Nauar. & alios relatos à Mastrill. decis. 94. Cent. de censib. part. 2. cap. 1. artic. 7. à nu. 16. vsque ad num. 20. Ant. Amat. resol. 42. nu. 20.*

Et quando tempore celebrati contractus subiugatorij, non habet subiugans pecuniam in Tabula, quòd subsistat contractus à die solutionis capitalis. *Amat. d. resol. 42. num. 23. allegat. Corsett. in suo Repertorio, in verb. contractus.* & referendo alios, inquit, pro census validitate fuisse decisum in Curia Prætoriana Panormi, anno 1619. cuius capitale fuerat solutum post quatuor menses in circa per Bancum post contractum subiugatorium, & in alijs duabus causis in

dicta

dicta Curia, & in Tribunali Sancti Officij die 9. Iulij 1625.

CONSIL. XIV.

Adde, quod interesse certum, possit ab initio taxari, & in pactum deduci, tam damni emergentis, quàm lucri cessantis. *Costa de port. rat. quæst. 91. nu. 10. Felic. de societ. cap. 17. Castill. decis. 143. nu. 10. & per totam. volum. 2. Scipio Theodor. alleg. 40. nu. 30. cum sequ. Molfes. Regens de Apont. Regens Rouit. & multi relati à Gait.* qui latissimè recenset, quę cõditiones requirantur, etiam in cambio. *in tract. de credit. tit. 7. quæst 7. cap. 2. num. 1679. per tot. & præcisè nu. 1756. cum sequ.* dicit in Regno Neapolis seruari, quia sunt vsu receptæ emptiones ad rationem de septem, vel octo pro centenario, cum personis diuitibus, & etiam cum Regia Curia, & quod tale interesse per Sacr. Cons. de stilo, absq; alia probatione deducitur ab initio in pactum: Et quando interesse est proportionabile, & verisimile, quod possit ab initio taxari, & in pactum deduci, post *Bald. Hostiens. & alios dixit Gratian. discept. for. cap. 92. nu. 19.* si exinde verificetur probatione.

Adde in materia, *l. curabit. C. de act. empt.* etiam si fructus non tantum durent, posse taxari ad septem, & octo pro centum, tanquam sit quædam transactio inspecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis. *Gratian. qui alios refert, discept. for. 864. nu. 17. 18. & 19.*

CONSIL. XV.

Num. 21.] Adde Genitorem meum *cons. 8. num. 5. vbi allegani Fusar. quæst. 296. num. 1. & seqn.*

CONSIL. XVI.

Num. 27.] Adde, idem procedere in socijs, & in quocunque, quoties ex eodem titulo descendent, & sic ex vnico contractu, dixit adducendo multas authoritates, & rationes, *Ant. Amat. var. resol. 31. per tot.* & de veritate vide in *Addic. ad cons. 68.*

CONSIL. XVII.

Num. 1.] Adde, Doctissimum Consiliarium *Rouit. in cons. 20. num. 21.* vbi distinguit, quando agitur contra tertium possessorem.

Num. 11.] Adde Genitorem meum in *cons. 8. num. 2. & 3.* & vide quæ ibi notaui.

CONSIL. XVIII.

Num. 1.] Adde, *Amat. resolut. 2. vbi latissimè.*

Num. 2. & 3.] Adde, esto à patre, & matre sit dotata, quia præsumitur tantũ à patre profecta dos, si vires patrimonij patris sufficiunt. *Anton. Fab. C. de dot. promiss. lib. 5. tit. 6. diffin. 7. Mainard. decis. 21. lib. 4. Anell. de Amat. cons. 54. Anton. Amat. resol. 23. num. 10. & 11. refert multos. & nu. 13.* inquit, nisi distinctè, & determinate fuerit dotata, videlicet mille de paternis, & mille de maternis, cùm tunc dotatio censeretur facta etiam de maternis. *Mastrill. decis. 186. num. 7. Azeued. l. 8. num. 7. tit. 9. lib. 5. recopilat. & refert plures.*

CONSIL. XIX.

Num. 15.] Adde, in marito confitente in instrumento se recepisse centum pro dote, qui poterit executiuè cõueniri pro restitutione dotis ex eodem instrumento, quamuis expresse non promiserit illam restituere. *Alex. cons. 126. lib. 6. Ias. l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iur. iur. Suarez. l. post rem iudicatam. in 2. extens. ff. de re iudic. Gratian. discept. 852. num. 34. vbi se allegat in discept. 115. nu. 27. vsq; ad nu. 32. & nu. 35.* vbi inquit, prædicta procedere, tam in restitutione dotis, quã in augmẽto dotali, & donatione propter nuptias, etiam si augmentũ esset factum ex interuallo, pro quo debitor eadẽ via executiua ex iustrumento receptionis dotis conueniri potest, quamuis nulla promissa fuerit restitutio, allegat *Cum. super Rit. Regn. 60. nu. 88. cum alijs per Ruginell. pract. quæst. cap. 20. nu. 13. & idem Gratian. d. discept. 852. nu. 38. ex author. Gall.* infert in statuto disponente, quod publica instrumenta executione mandentur reiectis omnibus exceptionibus præter realis solutionis, etiam dabitur executio pro illis, quæ non leguntur ex litera, sed colliguntur ex intellectu, ex virtute, & consequentia eorum quæ scripta sunt, siue talis consequẽtia veniat ex rei natura, siue ex iuris dispositione, dummodo sit consequentia necessaria, idest, quæ de omni, & semper verificetur, quicquid aliud sit, quando statutum se restringeret ad tenorem expressum instrumenti, vt 39. & *in n. 40. & sequ.* asserit, quod probato mutuo, & promissa illius obseruãtia in instrumento inest de natura mutui ipsius rei mutuatæ in genere restitutio promissa, ita vt hoc non veniat ex interpretatione extrinseca, sed intrinseca per viam replicationis, nam tunc agitur pro restitu-

tione

tione mutui, in vim apocæ, in qua mutuum enunciatur, & obseruantia illius promittitur, & dum excipitur, quod talis obseruantia non continet restitutionem mutui, subuenitur actori replicanti, contineri ex natura contractus, vel ex interpretatione iuris, in qua replicatione, intrat obligatio Cameralis, & via executiua.

CONSIL. XX.

Num. 19.] Adde, quod sufficit solum fideiussorem fuisse præsentem, & se obligasse, *Pirr. Maur. de fideiussor. sect. 3. cap. 5. nu. 2. vers. vel saltim debet esse præsens fideiussor. & nu. 20.* qui *nu. 23.* inquit, per solam subscriptionem, quæ animo fideiubendi fit, induci fideiussoriam obligationem. *alleg. iura, & authoritates, & num. 25. & sect. 4. cap. 25.* asserit fideiussionem pro absente, & ignorante factam valere. *l. fideiubere. ff. de fideiussor. l. ex mandato. §. 1. ff. mandat.* Notario pro absente acceptante, & stipulante, & ita inquit esse consuetudinem, & licet *nu. 3.* dicat, hoc procedere sequuta ratificatione creditoris id non habet locũ in fideiusioni bus iudiciarijs, cum pro illis circa habilitatem teneatur actuarius, qui fideiussores recipit, vti Genitor meus in hoc Consilio latissimè docuit.

Nota, an promittens dare fideiussorem, intelligatur de hominibus illius Ciuitatis, de qua est ille, qui fideiussorem dare promittit, quod sic, *Ias. l. si fideiussor. §. si necessaria. nu. 1. 2. 3. & 8. ff. de satisdat. cog. Alex. cons. 63. nu. 3. vol. 6. Surd. decis. 295. nu. 12.* alios refert *Pirr. d. tract. sect. 7. cap. 3. nu. 13. Io. Bapt. Costa de fact. scient. cent. 3. distinct. 5. num. 10. & 11. qui allegat Bertazol. & Marsil. in repet. rub. de fideiuss. quæst. 34. nu. 307.* vbi idem asserit in eo, qui pecuniam depositauit pro emendis redditibus, vel stabilibus pro euictione prædij, quòd debent emi in loco, vbi residet contrahens, & ratio est, quia fideiussor non dicitur idoneus qui residet extra locum contractus, & Iudicij, vt *Pirr. d. cap. 3. nu. 12.* & qui non potest conueniri in loco, vbi erat conueniendus principalis, *vt num. 14. & nu. 15.* idem asserit, quando potest ex priuilegio declinare forum alterius Iudicis.

Num. 23.] Adde, quod stat periculo actuarij, qui cepit fideiussorem, die quod sufficit fuisse idoneum, & habilem, tempore, quo fideiusit, nec refert, quod deinceps decoxerit. *Alex. cons. 60. vol. 5. Surd. cons. 18. Costa d. distinct. 5. nu. 3. & 4.* vbi etiam asserit, nisi hoc prouidisset diligens quisque, *Mazzol. cons. 26. nu. 25.* esto approbatorem non idoneum recepisset, *vt num. 5.*

CONSIL. XXI.

Nu. 11.] Adde, an debeatur gabella pro contractibus ex causa necessaria, vide *Io. Gutier. tract. de gabell. quæst. 22. vbi latissime.*

Num. 17.] Adde, quod de diuisione facta inter consocios gabella non debeatur, & idem inter cohæredes, *Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 6. nu. 43. Girond. de Gabell. part. 7. §. 2. num. 1. 2. & 3. Io. Guttier. de gabell. quæst. 71. num. 9. cum sequ.* vbi nec laudimium domino deberi, ex authoritate multorum asserit, & *num. 12.* inquit, etiam si recompensatio fieret de rebus non communibus, casu forte si non esset nisi vna res feudalis in hæreditate, quia non est contra naturam diuisionis, quod recompensatio fiat de proprio compensantis, & refert multas rationes, & authoritates.

CONSIL. XXII.

Nu. 14. *& sequ.*] Adde, *Peregr. decis. 6. per totam*, vbi pluries sic decisum asserit *Fusar. quæst. 669. in tract. de fideicomm. vbi multos refert.* & quando debeat solui quod impensum est.

CONSIL. XXIII.

Num. 103.] Quod attentata possunt reuocari, adde, an delegatus possit elapso anno tueri suam sententiam, quod non, nisi circa executionem infra annum. *Abb. in cap. conquærenti. de offic. deleg. D D. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Cum. cap. vit. 37. nu. 15. & 16. secundum eius ordinem. Io. Aloys. de septimo. cap. vit. 132. vers. ibi vigore rei vendicatæ. in fin.* Iudices verò Straticotiales sunt Delegati Regij in omnibus Contrapriuilegijs, qui sententias eorum possunt exequi, & in possessionem mittere, eorumque officium super causa decisa durat, donec per supremum Italiæ Senatum causa ipsa fuerit terminata, vt ex Regio priuilegio, *Mart. de clauss. clauss. 60. num. 3. part. 1. Gratian. discept. 226. nu. 39.* vbi inquit, delegatum cum clausula (inducta manutenẽs, & defendas) conseruatorem effectum esse, ex *Gemin. in cap. si cui nulla de præbend. in in 6. nu. 5.* eiusque officium durare etiam post expletam executionem, dictaq; clausula executoris iurisdictionem conseruat. Et ita euenit sub die 12. Februarij 1618. quod Iudices Straticotiales interlocutoriam latam anno 1593. per quam fuit

dictum

dictum, quòd actus iurisdictionales facti per Illustrem Priorem S. Ioannis, eiusque Officiales in Rure Castaneæ sunt cõtra Regia priuilegia, quò ad temporalia reduxerint in pristinum statum, & omnes actus exinde factos tanquam attentata reuocauerunt, & fuit habitus accessus in dicto Rure Castaneæ per Illustr. Dominum Principem Castrileonis meritissimum Straticotum, nemini secundum, & per Illustrissimum Senatum, & spectabilem Iudicem, vbi promulgari fecerunt solita Banna, vt nemo prẽter Curiam Straticotialem vllam exerceat Iurisdictionem in dicto Rure. Et die 13. prædicti Mensis fuit promulgatum Bannum in hac Vrbe, & ita executum. In qua casua scripsit *Giurb. cons. 39.* vbi etiam ostendit, quòd talia attentata de facto reuocantur absque citatione partis, & absq; prolatione alterius interloquutoriæ.

Num. 117. cum sequ.] Adde, quod Historiographis credendum sit, cùm in factis antiquis, libri Historiarum plenè probant, maximè, quando loquuntur per verba dispositiua. *Gratian. discept. for. 893. nu. 6. 7. & 8.* vbi refert iura, & authoritates.

CONSIL. XXIV.

Num. 31.] Adde, quod iurisdictio de vna specie ad aliam prorogari non potest, quia tunc non esset prorogatio, sed nouæ iurisdictionis datio, vt notatur in *cap. P. & G. de offic. deleg.* & ideò Clerici non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis laici. *cap. si diligenti. de for. compet.* neque possunt compromittere in laico super spiritualibus, licet in patrimonialibus possint, dummodo id faciant cum consensu Episcopi, vt latè *Mart. de iurisd. cas. 40. 120. & 150.* vbi an possit sententiam Iudicis laici homologare, vt valeat in vim pacti.

Est verum, quod Clericus potest reconueniri coram Iudice laico, *glos. cap. 1. vers. super suis. de mut. petet. cum alijs relatis a Mart. d. tract. cas. 107.* vbi asserit, non procedere post litem contestatam, parte contradicente, & quando habeant locum in feudis reconuentio, *Mart. vbi supra, cas. 184. & nu. fin.* quòd feudatarij non possunt prorogare iurisdictionem alterius.

CONSIL. XXVII.

Num. 12. & 13.] Adde, quæ superius notaui *in cons. 1. vers. Nota quod excõmunicatio.*

Num. 14. 15. & 16.] Adde, *Thesaur. decis. 116. & ibi Addit.* qui respondet contrarijs, *D. Ottau. Glorit. respons. 5. nu. 39.* & per totum Consilium differit, quando personæ Ecclesiasticæ, illarum q; res dicuum emptores sint à solutione gabbellæ immunes.

CONSIL. XXVIII.

Num. 13.] Adde, *D. Reg. Constant. in l. vnica. C. de Palat. & dom. Dominic. lib. 11. nu. 40.* vbi dictam conclusionem procedere ait, non solũ fauore Ecclesiæ, sed etiam Palatij Regij, & ædificij publici, *ex authorit. Auil. cap. Prætorum. lib. 1. cap. 18. in verb. se haga. col. 2. & in num. 41.* referendo prærogatiuam Palatiorum (inquit) à Palatijs Reg js delinquentes, non posse extrahi sine iussu Regis, vel domus Præfecti.

Num. 13.] Adde, non solùm in Ecclesia ædificata, sed ædificanda procedendum esse extra ordinem, data necessitate, arbitrio Iudicis moderanda. *Thesaur. quæst. for. 64. lib. 1. Velasc. decis. 22. D. Regens Tappia. pragm. 3. num. 16. & sequ. tit. de Monial.* vbi refert ita iudicatum in Atrio ante Ecclesiam construendo. *Gizzarell. decis. S. C. 38.* Et pro Monasterij viridario, eiusq; ampliatione. *Eruditiss. Cost. de remed. subsid. remed. 76. nu. 9. Mar. Ant. resol. Macer. 112. cas. 29. lib. 1. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 138. nu. 2. part. 1.* Et inter socios, quod alter possit cogere ad vendendum partem pro ædificanda Ecclesia. *Bald. in l. 1. C. de seru. manu. D. Regens Valenz. cons. 18. num. 3. Nouar. quæst. for. lib. 1. quæst. 32.* vbi in *nu. 4. vsque ad fin.* inquit, Sacram Rotam Romanã anno 1612. concurrente qualitate ædificij insigni, & extraordinaria nobilitate non fuisse concessam capturam magni Palatij pro ampliatione Monasterij S. Caterinæ de Senis.

Idem *Nouar. in quæst. 31.* asserit, pro erectione Seminarij posse cogi ad vendendum iusto pretio. *alleg. Caroc. decis. 26.* Et an procedat antequam Seminarij erectio inciparetur, & an possit haberi fides de pretio, & qualiter existente extrema necessitate.

Idem Nouar. quæst. 34. inquit, posse cogi pro constructione Carceris. *alleg. Auill. cap. Prætorum. 18. Inglos. se haga. nu. 2.* & ex causa posse rem capere pro beneficio publico, dummodo soluat, & latissimè ad materiam. An bona fideicommisso subiecta, non obstante expressa testatoris prohibitione, possint vendi pro ampliatione Ecclesiæ, affirmatiuam tenet *Nouar. quæst. for. 56. lib. 1.* quem refert, & sequitur, & sic decisum per Sacr. Consilium Neapolitanum inquit *Thor. compend. decis. part. 2. verb. bona fideicommisso subiecta. fol. 52.*

An

An priuilegium concessum Ecclesiæ, vt possit cogere ad vendendum, extendatur ad locandum, & tenet, quod non. *Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 10. Verùm contrariam tuetur sententiam. *Nouar. quæst. for.* 92. *part.* 1.

Num. 11.] Adde, quòd vbi ædificium publicum lædit viam, aut vtilitatem, propria etiam authoritate potest Iudex illud demoliri facere. *l. ædiles. §. sunt autẽ. ff. de via publ. Bald. l. capilli. ff. de rer. diuis.* Quia in cõstructione viarum publica vtilitas versatur. *l. ad instructionẽ. C. de sacr. sanct. Eccles. multos refert D. Regens Valenz. cons.* 20. *num.* 19. *&* 20. qui *in num.* 8. *&* 9. inquit, quod via publica nullius priuati est, sed populi, & non præscribitur, quamuis multo tempore illa non sit aliquis vsus, etiã per mille annos. *l. viam publicam. ff. de via publica. l. vsucapionem. ff. de vsucap. Burgos. de Paz. cons.* 8. *num.* 6. *& idem D. Valenz. nu.* 44. *ex author. Auil. cap.* 24. *Prætorum. glos. tit. num.* 8. *& aliorum* asserit, quod Princeps non potest concedere publica, nec in eis aliquid facere cum incommodo vsus publici, *Signorol. de Homod. cons.* 26. *col.* 3.

Adde, quòd non cogitur vendere partem domus pro ampliatione, vel erectione Ecclesiæ. *Thesaur. lib.* 1. *quæst. for.* 64. *num.* 11. propter damnum, quod ratione partis pateretur. *Giurb. decis.* 86. *nu.* 13. *Nouar. quæst. for. part.* 1. *quæst.* 86. *nu.* 8.

Num. 13.] Adde eundem D. Regentem Valenz. *cons.* 18. vbi disputat, an Ecclesia Cathedralis, quæ Cappellam nobili cuidam concesserit, possit illam à successoribus eius auocare pro amplianda Sacristia, aut collocandis Sanctorum reliquijs, vbi latissimè in materia, quando quis rem propriam vendere cogatur, etiam in victualibus, & alijs necessarijs fauore Reipublicæ.

Adde *Amend. in addit. ad Franc. decis.* 223. Et quod Ecclesia non possit cogere alteram Ecclesiam, vt vendat sibi domum propriam pro ampliatione Ecclesiæ. *Nouar. prax. elect. for. quæst.* 21. *nu.* 9.

Ante *nu.* 17. *vers. Non obstat.*] Adde, *Nouar. d. quæst.* 86. *num.* 7. vbi disputat, dictam Pragmaticam pro Palatij constructione, posse vicinum cogi ad vendendum, non habere locum, vt cogatur vendere partem, sed totam. *alleg. Castill. decis.* 134. *part.* 2. *Alciat. cons.* 13. *num.* 8. *lib.* 2. *tom.* 1. *Giurb. d. decis.* 86. *Mastrill. decis.* 280. *part.* 3. *& ampliat Nouar. nu.* 9. idem esse in retractu, cum appellatione rei veniat integra, non pars rei, refert iura, & authoritates.

Adde *Gratian. discept. for.* 896. vbi loquitur in Ecclesia, quando tenetur vendere alteri Ecclesiæ, *alleg. Rot. Rom. decis.* 676. *part.* 1. *in recentioribus.* etiam pro ampliatione viæ publicæ tendentis ad portam lateralem Ecclesiæ, cùm vltra decorem adsit etiam maior commoditas pro ingressu ad Ecclesiam. *nu.* 27. *alleg. Rot. Rom, decis.* 212. *part.* 1. *in recentioribus.*

CONSIL. XXIX.

Num. 13. *& sequ.*] Adde, an remedium *l.* 2. habeat locum in transactione, & quid data læsione in magno excessu vltra dimidium, habito respectu ad dubium litis euentum, super quo fuit translatum. *Ricc. collect. decis.* 1807. *Honded cons.* 34. *num.* 55. *vol.* 2. *Menoch. cons.* 1111. *nu.* 77. *vol.* 12. *multos refert Gratian. discept.* 713. *nu.* 82. *& discept.* 861. *num.* 4. *& sequ. Didac. de Mar. in addit. ad Grammat. decis.* 66. *nu.* 22. 23. 24. Et *nu.* 25. *ex author. Decian. cons.* 39. *nu.* 110. *vol.* 2. inquit, transactionem non reuocari prætextu instrumentorum de nouo repertorum. Verùm si in transactione fuerunt diuisa bona tamquã hæreditaria, quę non erant talia, sed ad primogenitum spectabant ex fideicommisso, tali casu datur rescisio transactionis, etiam iuratę, immò stante falsitate, & errore causæ, quòd bona essent hæreditaria, cùm tamen essent propria, transactio est ipso iure nulla, esto interuenerit iuramentum, tamquã non adsit consensus. *Surd. cons.* 37. *nu.* 9. *vsque ad* 13. *lib.* 1. *multos refert Gratian. discept. for. cap.* 788. *nu.* 1. *vsque ad num.* 7. *& Genitor meus in cons.* 7. *nu.* 57. 58. *&* 59.

Item an petens rescisionem debeat prius restituere receptum pretium, quod sic *Menoch. d. cons.* 1111. *nu.* 63. *Cancer. var. resol. cap.* 18. *nu.* 23. *vol.* 1. *Milan. decis.* 7. *lib.* 2. *Mastrill. decis.* 13. *&* 14. *Costa de retrotract. cas.* 16. *cap.* 8. *nu.* 3. *Giurb. decis.* 103. *Ricc. collect. decis.* 347. *&* 1088. *Ioan. Andr. de Georg. all.* 34. *nu.* 18. *& sequ. Didac. de Mar vbi supra num.* 16. *D. Regens Valenz. cons.* 88. *nu.* 60. *&* 61.

CONSIL. XXX.

Adde, quòd contra Tutorem, Curatorẽ, Administratorem bonorum Pupilli, Ecclesiæ, Ciuitatis, & personæ priuilegiatæ datur tacita hypoteca, quæ incipit currere statim à die inceptæ administrationis, non autem à die damni illati, seu malæ gestionis *glos. in cap. ex literis. in verb. obligata. post principium. & ibi Abb. num.* 11. *Intrigl. Gratian.*

discept. 601. nu. 3. & discept. 935. nu. 5. vbi dicit, competere prælationem, etiam contra vxorem habentem expressam posteriorem, & idem dicit in fure, *num. 10. 23. & 24.* Et quod bona Prælati sunt tacitè hypotecata pro damnis illatis Ecclesiæ à die acceptæ administrationis. *idem Gratian. d. num. 3. & nu. 4.* inquit, Ecclesiam æquiparari minori Ciuitati, & Reipublicæ, & *num. 14.* inquit, quòd Fiscus habet tacitè obligata bona conducentium vectigalia.

CONSIL. XXXII.

Num. 17.] Adde, *Io. Durant. quæst. 27. quem refert, & sequitur Thor. compend. decis. part. 2. in verb. diuisio bonorum facta per fratrem.* vbi etiam asserit, quod facta diuisione per fratrem maiorem, & electione per minorem non poterit frater maior à diuisione recedere sub prætextu, quod fuerit læsus, cum sit perfectus contractus, & non potest conquerere de fratre minori, sed de se ipso, qui fecit diuisiones, & credibile est fecisse, vt circumueniat fratrem minorem, in indiuiduo. *Ant. Fab. in suo C. Fabr. nu. 24. comm. veriusque iudic. defin. 4. & sic decisum inquit, Viu. decis. 437. nu. 3. part. 3.* subdens, quòd talis diuidendi modus omnem inæqualitatis actus nullitatem, aliamuè partium obiectionẽ tollit. Et quòd in cõtractu d. diuisionis non sit locus penitentiæ, cùm potius sit quidam distractus, voluit *Bald. in l. si diuisionem. num. 3. C. famil. Ercisc. & multa alia adducit. Thor. vbi supra, & in sequ. verb.*

Num. 39.] Adde, quòd Doctor legum minor vigintiquinque annis non potest petere restitutionem in integrum, aduersus ea, quæ omisit allegare, vel probare in causa sua, licet altri minori restitutio detur, quia potest Doctori allegari competitio, seu desiderium suum, & professio sua inter se discrepant, cùm debet esse peritus, & instructus in arte causidica, propter quam industriam, & peritiam denegatur restitutio. *glos. & ibi Pla. & DD. in l. professio. C. de muner. patrimonial. l. 1. C. qui, & aduers. quos. & ibi Salic.* nam dicendo se deceptũ in iure, allegat se potius non esse Doctorem, immò legum dolorem, vt inquit *Angel. in l. 1. §. pueritia. ff. de postul. Auil. cap. Prætorum. 33. vers. A menos Costa. num. 4. fol. 239.*

CONSIL. XXXIII.

Adde, *Gratian. discept. 618. part. 4. per totam.*

CONSIL. XXXIV.

Num. 9. & 24.] Adde, *Gratian. decis. 125. nu. 5. Guttier. de iuram. confirmat. part. 3. cap. 15. num. 21. Paschal. de vir. patr. potest. part. 1. cap. 8. num. 77. multos refert Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. fol. 34. num. 5 16.* qui in numeris sequentibus referendo *Maurit. de Alex. in suo breuiloqu. confess. cap. 6. num. 6. cum sequ.* tenentem contrariam opinionem, ait, dispositionem *text. l. Titius.* procedere, quando confessio de recepto facta fuit sub spe futuræ numerationis, idque appareat; & ita dicit in praxi seruari, & eius opinionem de iure veriorem, quod confessio de recepto probat naturalem numerationem, quando constat non fuisse factam sub spe futuræ numerationis. *ex Bald. in l. puertia. C. de solu. & alleg. Giurb. decis. 79. num. 44. Idemque Gait. nu. 529. sed latissimè in cap. 4. quæst. 11.* disserit, an mulier pro dote confessata habeat prælationem, allegando iura, & authoritates pro vtraque opinione.

CONSIL. XXXV.

Num. 4.] Adde, quòd *Farin. d. decis. 775.* dicit, etiam vbi est pactum, quod possit capere ad cambia, & recãbia, quod debet notificari debitori, quod sunt pecuniæ captę ad cãbium, & inde ad recambium, ad effectum vt certò sciat debitum suum iam esse sub vsuris, & si velit, valeat se liberare à futuris soluendo quod debet, refert alias decisiones *Gratian. discept. 829. nu. 9. Amat. resol. 27. num. 11.* Quod dicas procedere quoties partes in contractu non renuntiauerunt tali facultati, at si voluerunt, quod possint capere ad cambia, & recambia, nulla data notitia debitori, tunc possent capi nulla præcedente notitia, cùm pacta sint seruanda, *l. 1. §. Prætor ait. ff. de pact.* & contrahentes fecerunt sibi legem in contractu, quam seruare tenentur.

Insuper dicas, intelligi etiam, vbi non est pactum, nam tale requisitum notificandi, nutile est, si habent facultatem ad cambium recipere, vt *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. n. 1620. vers. verùm. vsque ad nu. 1625. alleg. Castill. decis. 112. nu. 15.* quam notificationem vti cautelosam, non vti necessariam admittendam dixit *Scacc. de comerc. & camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 8. nu. 266. vers. contra quartum. refert Amat. de resol. nu. 11. in fin.* Data enim facultate ad recipiendum ad cambiũ, tunc recambium omninò licitum dixit *Mula decis. 52. nu. 16.* Et sufficit etiam

a se ipso recipere, & exigere lucra recambiorum, quæ facultas progreditur ad plures vices recipiendi ad cambia, & valet. *D. Reg. Tappia d. tit. de camb. lib. 4. nu. 25. 40. & 41. Mutæ num. 17. & 19. Gait. qui illos refert, & sequitur cap. 2. d. tit. 7. num. 1625. vsque ad num. 1628. Idem D. Regens Tappia in pragm. 1. de camb.* qui dicit in Sacro Consilio fuisse decisum in causa Illust. Marchion. Campan. cum Petro Baptista Scotto deberi interesse cambiorum in pactum deductum in illa quã titate, quæ iuramento eiusdem creditoris liquidabitur, data tamen verisimilitudine, defendens dictam decisionem contra decisionem in Regno doctissimi Consiliarii *Castill. 112. nu. 14. tom. 2.* vbi decisum dicit, non credi, quando pactum de stando iuramento partis sit interpositum in contractu prohibito, quos refert *Gait. de credit. d. cap. 2. tit. 7. quæst. 2. nu. 1831. cum sequ. & Amat. d. resol. 27. nu. 26. vsque ad fin. refert multos DD.* & quod per Curiam Prætorianam ita fuit decisum anno 1608. valere pactum de stando iuramento circa capturam cambij, sed per Curiam Straticotialem pluries vidi decisum contrarium.

Num. 30.] Adde, *Scacc. de comerc. §. 6. glos. 1. nu. 43. Salon. controu. 11. Molfes. Azor. Nauar. Fabian. & alij relati à Gait. d. cap. 2. tit. 7. nu. 1462. & sequentib.* qui latissimè pertotum caput differit quomodo, & quando cambia, & recambia sint licita.

Num. 34.] Adde, *Scacc. de comerc. §. 1. quæst. 7. part. 1. nu. 99. & Gait. d. cap. 2. nu. 1611.* vbi, referendo alios, dicit, ex magis communi opinione, recambium esse omninò licitum, & Reipublicæ necessarium, si cum debitis circumstantijs fiat, & sine fraude, refert etiam *Molfes. cap. 7. nu. 65. & 66. in 9. respons. & num. 85. in respons. 12.*

Adde *Gratian. discept. 829. in fin.* quando competat interesse primi interesse, & vsuræ vsurarum, tam si principaliter, quam accessoriè petantur se remittit ad latissimè adducta per *Fab. de Ann. cons. 48. per totum. Io. Vinc. de Ann. singul. 261. Milan. decis. 8. num. 353. cum sequ. Franc. decis. 254. & ibi Auend. & Vrsil. Peregr. cons. 100. num. 34. lib. 1.*

CONSIL. XXXVII.

Num. 39. vers. & tandem in puncto.] Adde, quòd etiam si post venditionem quis vicinus, efficiatur potest tamẽ agere iure, quod suo authori competebat. *Neapod. in consuet. si ex vno. in verb. nisi. vers. sed an omnes. sub tit. de iur. congr. & in consuet. si quis emit. in glos. in verb. habenti. Tiraqu. de retract. lignag. §. 26. glos. 1. num. 36. vers. sexto intellige. Vinc. de Franc. decis. 242. nu. 1. & Amend. in addit. Ricc. collect. decis. part. 1. collect. 6. vers. Et num ius istud cedi possit. Nouar. quæst. for. part. 1. quæst. 29. num. 4. vers. Et quòd vicinus. qui etiam refert Aloys. de Leo. & Thor. & num. 2.* inquit, habere locum, etiam in venditione subhasta. *alleg. Ascia de termin. 200. nu. 30. Petr. in addit. ad Capic. decis. 99. lit. C. Magon. decis. Florent. 100. Bened. constit. sancimus. nu. 122. idem Vinc. de Franc. decis. 588. Gratian. discept. for. 544. nu. 15. vsque ad nn. 19.* & etiam in venditione cum pacto de retrouendendo, & *n. 5. & sequ.* dicit habere locum in venditione aquæ.

An vicinus, qui fuit mediator pro venditione domus sibi contiguæ, possit deinde intentare ius congrui. *Nouar. quæst. for. 82. part. 1.*

Adde, quòd vicinus non potest retrahere partem rei, sed vel totam, vel nihil. *Nouar. quæst. for. 86. part. 1. num. 9. & dixi in addit. ad cons. 28.*

An autem conductores antiqui rerum Fiscalium præferantur alijs conducere volentibus prędia fiscalia, quod sic dixit Iurisconsultus in *l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Mising. obseru. 23. cent. 4. Franc. decis. 406. num. 7. Aponi. cons. 23. nu. 11. Anno cons. 77. num. 2. Gratian. discept. for. 337. Gizzar. decis. Neap. 5. per totã. Nouar. quæst. for. 86. nu. 1. part. 1. & in nu. 2.* assignat rationem, quia inuiti aliquando detinentur in conductione *l. cotem ferro. §. fin. ff. de public. Consiliarius Castill. decis. 114. nu. 18. part. 2.* quod secus in prædijs priuatorum, & *nu. 3.* inquit, non procedere, si vellent partem reconducere, vbi allegat iura, & authoritates.

An habeat locum ius congrui in locatione, dic affirmatiuè, si est ad longum tempus facta locatio, vt puta per decennium, *ex Mastrill. decis. 54. Rice. decis. Cur. Archiepisc. Neap. 10.* Et tam in locatione, quàm in venditione cõsortes ratione communionis, an sint præferendi, & quando, & in quibus bonis, vide latissimè *Gratian. discept. 842.* qui *in nu. 30.* differit, an Iudæis competat retractus tam iure consanguinitatis, quàm vicinitatis.

CONSIL. XXXVIII.

Num. 55.] Mulierem teneri in subsidium stante paupertate mariti, adde *Gratian. discept. for. 713. num. 1. & sequ.* vbi firmat conclusionem, quod in locationibus domorum ad habitandum, licet inuecta, & illata in eis

sint tacitè hypotecata pro pensione domus locatæ. *l. certi iuris. C. locati.* tamen Dominus domus non præfertur alijs anterioribus creditoribus, quod secus, inquit, in domo, horreo, & apoteca locatis ad conseruationem rerum, nam tunc dominus est præferendus omnibus anterioribus creditoribus, tunc enim ex conseruatione bonorum ibi existentium geritur negotium, etiam vtiliter creditorum, quod secus, quando locatur simpliciter domus ad habitandum. *Bart. l. interdum. nu. 2. vers. nota etiam. ff. qui pot. in pign. hab. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 85. nu. 4. part. 2.* Vnde inquit *Bart. in l. his solis. ff. de cond. in deb. post glos.* ibidem, quod vxor teneatur in subsidium pro pensione domus, stante paupertate mariti, tanquam in eius vtilitatem habitatio domus, & illius conductio fuerit versa: Et infert in mutuante pecuniam pauperi, qui ex ea aluit filios, & vxorem, nam cùm mutuum redundauerit in vtilitatem filiorum, & vxoris, æquum est illos teneri mutuanti. *Io. de Plat. in l. vxorem. in fin. C. de decur. lib. 10. Ceual.* qui loquitur in locatione. *quæst. 727. num. 41. vsque ad num. 49. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. 66. num. 6. Azeued. super constit. Hispan. lib. 5. tit. 3. l. 9. num. 30. vsque ad num. 34. Lar. Barz. Castill. & Mattien. relati à Gratian. nu. 9.* qui asserit in *nu. 10. & sequ.* Doctores allegatos loqui, quando maritus non fuisset soluendo tempore quo recepit mutuo pecuniã pro alenda familia, seu quando domum conduxit ad habitandum, nam aliàs non censerentur filij cum vxore facti locupletiores, neque vllum commodum sensisse pro illo mutuo contracto, seu pro domo conducta, cùm pater, & maritus tunc temporis debuissent alere vxorem, & filios.

CONSIL. XXXIX.

Num. 22. & sequ.] Adde, Datum Monasterio pro dote, si donans non ingreditur, vel inde exeat restituitur. *Gratian. discept. for. cap. 96. num. 24.* ita vt etiam Monachus, qui facit professionem, si licitè recedat, à Monasterio recuperat bona collata Ecclesiæ in vita, & contemplatione ingressus, quasi dicatur quodam modo non professus Religionem, & *nu. 25. alleg. Menoch. cons. 184. nu. 12. & Nact. cons. 180. nu. 3. lib. 1.* Et esto fuerit donatum inreuocabiliter inter viuos, illud recuperat ob mutationem status, quasi donatio intelligatur durante firmo proposito Religionis. *num. 22. alleg. Dec. Socc. Becc. & alios. Surd. cons. 445. num. 36. lib. 3.*

Quid autem, si Religiosus professus propter excessus suos eijciatur à Religione, & aliam ingrediatur, an recuperet bona, & competant secundæ Religioni, dic, quòd proprietas remanet penes primam Religionem, vsusfructus autem transit cum eo in Religionem, in quam vadit, & eo mortuo, consolidatur cum proprietate ad fauorem primæ.

Fallit, quò ad bona, quæ de nouo acquirit, dum est in secunda Religione, quia secundæ acquiruntur in totum. *Eman. Rodor. de Monial. tom. 3. quæst. 5. artic. 5. canon. & regul. quæst.* vbi etiam tractat de professo, qui legitimè transit ad secundum Monasterium ex priuilegio. *cap. literę. de Regular.*

CONSIL. XXXX.

Num. 25.] Adde, an donatio subsistat per reseruationem vsusfructus, & quid si quid modicum sit reseruatum, & an significat, quod possit inuenire hæredem, & an reseruatum ad disponendum pro anima faciat sustinere donationem, vide *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. nu. 123. & sequentib.*

Donatarius omnium bonorum, an, & quãdo teneatur ad debita donatoris, ante vel post donationem contracta. vide *Io. Bapt. Costa de remed. subsid. remed. 108. num. 6. & sequ.* qui in *num. 14.* disserit, an dicatur hæres, vel successor bonorum singularis.

CONSIL. XXXXI.

Num. 4.] Adde, quod in causa Don Petri Special Rosello contra Georgium Ambrosium Costa per Tribunal Consistorij sub die 15. Iulij 1620. fuit tm̃ decretum declaratum nullum, & conuentus condemnatus ad restitutionẽ bonorũ cum fructibus perceptis tãtum à die captę possessionis saluo iure retẽtionis pro ipso conuento pro summa legitimè debita vna cum fructibus, seu interesse dictarum pecuniarum ad rationem de septẽ pro centenario, qui fructus, seu interesse compensentur pro concurrenti quantitate, cum dictis fructibus perceptis.

Num. 25.] Adde, quod inter bonam, & malam fidem datur medium pro consequutione fructuum. *Nouar. quæst. for. 46. part. 1. qui refert alios nu. 7. & in nu. 4.* inquit, quamuis accedat titulus inualidus causatus ab errore iuris, vel facti, non obest possessori ad conseruandum bonam fidem, quæ potest causari ex iniustis, & temerarijs causis, quæ satis est ad acquisitionem fructuum, & refert multos.

CON-

CONSIL. XXXXII.

Adde *Gratian. discept.* 457. *nu.* 24. *& sequ. & 26. & discept.* 880. *part.* 5. qui latissimè disserit, quod sint veri Religiosi, & de ipsis esse iudicandum, vt de cæteris Regularibus professis, & an possint testari; & quid in militibus Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, & quid de consuetudine, & an valeat talis consuetudo, & multa ad materiam referens multos.

Io. Bapt. de Thor. compend. decis. part. 2. *in verb. Milites Hierosol. fol.* 351. vbi tam Hierosolymitanos Equites, quàm Alcantaræ Sancti Iacobi, & Calatrauæ dicit verè Religiosos esse, & immunes ab omnibus gabellis, & quibusuis angarijs, & multa alia infert, referendo *Cassan. Gratian. Doctissimum Regent. Valenz. Mastrill. Graff. Festas. & alios DD. D. Ludou. decis.* 87. *& decis.* 109. *Nouar. quæst. for.* 42. *part.* 1. vbi asserit, etiam quod ipsi, & eorum bona eximuntur à iurisdictione Episcopi, & aliorum Ordinariorum, & in *prax. elect. & var. for. quæst.* 37. *sect.* 1. *Risc. collect. decis.* 216. *Molfes. cons.* 33.

Num. 18.] Adde *Nouar. d. quæst.* 42. *num.* 5. *vsque ad fin. qui impugnat Mastrill. Bouad, & alios contrariam tenentes sententiam.*

CONSIL. XXXXIII.

Num. 1.] Adde *Peregr. de fideicomm. artic.* 9. *num.* 12. *Gall. de except. tit.* 4. *except.* 23. *nu.* 88. *& sequ. part.* 2. *Menoch. cons.* 599. *num.* 13. *Fusar. de substit. quæst.* 609. qui disputat quæstionem, si plures extant fideicommissarij, an vnus petere possit totum, & concludit, si alij nollent accipere, vel essent negligentes, & esset in casu iuris accrescendi posse totum petere, vt *nu.* 7. *&* 8. idem si habuit cessionem à confideicõmissario, & *nu.* 9. esto post ceptum iudicium fuerit facta cessio, & refert alios.

Item, quòd vnus ex pluribus vnum, & eũdem gradum obtinentibus potest totum fideicommissum petere, præstita cautione de dando alij partem suam, *glos. in verb. supersit. in fin. & ibi Paul. de Castr. in l. peto. §. fratre. num.* 2. *ff. de legat.* 2. *Bald. ibi in fin. & Imol. quos refert, & sequitur. Surd. cons.* 359. *nu.* 15. *Grat. discept.* 694. *nu.* 23. *lib.* 4. *& Surd. nu.* 16. impugnat eumdem *Castr. cons.* 455. *nu.* 2. *vol.* 1. qui vult, quòd malè agat quis in totum ad rem, si habeat alios pares in gradu, nam mouetur falsa ratione, dum inquit, oẽs filios præsumi hæredes, cùm hoc non sit verum; nam adeiò est quid facti & non præsumitur, & eam allegans tenetur probare. *Mascard. conclus.* 40. *nu.* 8. *& sequ.* & regula (filius ergo hæres) procedit, dum agit, secus vbi conuenitur, quia qui talem prætendit, tenetur probare. *Io. Bot. cons.* 75. *nu.* 10. *&* 11. *Ering. de fideiussorib. cap.* 20. *§.* 10. *nu.* 26. *&* 27. *fol.* 406. & multa ad exceptionem de iure tertij. *idem Surd. nu.* 13. *&* 14. & quando totum obtinuit, tenetur confideicommissario partem suam restituere, refectis sibi expensis, *Marz. de fideicõm. quæst.* 67. *quem refert, & sequitur Menoch. cons.* 599. *in fin. & Fusar. vbi supra nu.* 12.

Et nota, quòd ex authoritate *d. glos.* quando agitur contra nomen debitoris solet decidi in fauorem actoris, præstito de seruando indemnem ipsum debitorem.

Si autem hæres exigat partem debiti pro sua portione à communi debitore hæreditario, an teneatur communicare alteri cohæredi, dicas, si cohæres fuit negligens, non exigendo reliquum, & debitor fit effectus deterioris conditionis, tunc concurrentibus istis duobus tenetur copulatiuè exactũ communicare. *Menoch. cons.* 46.

Ad hoc Consilium vide *Amat. resol.* 31.

CONSIL. XXXXIV.

Adde, quòd metus debet esse talis, qui cadat in constantem virum, seu mulierem, & quis dicatur iustus metus, & an metus patris, & mariti dicatur iustus, & annullet actum. *Gonzal. Soarez. de paz. in pract. Eccles. & secul. tom.* 3. *cap.* 5. *§.* 4. *nu.* 5. 6. 7. *&* 8. *vbi innumeros refert.*

CONSIL. XXXXV.

Num. 6.] Adde, an priuilegium prælationis competens pro dote mulieri, procedat etiã pro interesse dotis. *Molfes. in comment. consuet. Neap. part.* 6. *de iur. dot. quæst.* 3. *num.* 24. *vsq; ad fin. fol.* 474. *referẽs D. pro vtraq; opinione, affirmatiuæ tamen ego adhæreo, ex glos. in l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab.* asserente, sortem à principio habere hypotecam pro se, & interesse, vbi *Bart. & alij. Osac. decis. Pedam.* 129. *num.* 11. *Apont. decis.* 35. *num.* 53. *Rodor. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 20. qui dicit sic decisum per illum Senatum. Idem respectu mariti contra dotantem, & fideiussorem dotis. *Fan. de pignor.* 4. *membr.* 2. *part. num.* 56. *latissimè alios referens Rodor. d. tract. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 70. *vers. sed quid in hypotecæ.*

Et in interusurio dotis de paragio super

feudo

feudo loquitur *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 10. nu. 14. Vinc. de Franc. deciſ. 613. vbi refert Cum. Maſtrill. in addit. ad Petr. de Greg. de dot. de parag. quæſt. 36. Borrell. in ſumm. deciſ. 35. de laudim. fol. 137. nu. 643. & 644.*

Quid in parafrenalibus, quid in expenſis litis, quando litigauit cum marito, quid in feudalibus, vide *Rice. collect. 217.*

Vide, quæ ſunt notata in *conſ. 14. in addit.*

CONSIL. XXXXVI.

Num. 39.] Adde *Azeued. lib. 5. recopil. tit. 11. num. 2. fol. 380.*

Vide Genitorem meum in *conſ. 37. conſ. 49. conſ. 50. & conſ. 94.*

CONSIL. XXXXVII.

Num. 37.] Adde, quòd augmentum dotis cenſeatur eſſe portio dotis, & non minus, quàm illa dicatur continere publicam vtilitatem. *latiſſime Surd. conſ. 78. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 7. de pact. num. 203. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. nu. 182.*

CONSIL. XXXXVIII.

Vide latiſsimè in materia cambiorum *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1160. cum multis.*

CONSIL. XXXXIX.

Vide Genitorem meum in *conſ. 94.* & notata in *d. conſ.*

CONSIL. L.

Num. 31. & ſequ.] Adde, quod exceptio ſuperueniens pendente lite reo conuento ſemper prodeſt, & tam actori, quàm reo, & ꝙ profit, & conualidet eorum iudicium pendens, & ſuffragetur ad victoriam, in retractu loquitur *Gratian. diſcept. for. cap. 903. num. 21. 22. & 23.* vbi in ſimilibus caſibus inquit loqui *Scrader. de feud. part. 10. ſect. 18. num. 87. vſque ad num. 94. plures alios Doctores referens.*

CONSIL. LI.

Num. 1.] Adde, Quod confeſſio de recepto iurata ex contractu Bullæ, cum renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ probat veram numerationem pecuniæ. *l. pecuniæ. vbi Bald. C. de ſolut. Maſtrill. in d. addit. num. 181. & 182. Milan. deciſ. 6. nu. 21. 22. & 23. lib. 2.* qui dicit, quod hoc iure vtimur in Regno, & ꝙ relatiua non probat, niſi conſtito de relato. *alleg. Caſſan. d. conſ. 63. nu. 19. & 20. Pariſ. conſ 75. vol. 4. multos refert Ant. Amat. var. reſol. 42. nu. 3. & 4.* quod procedit, quando agitur cum eo, qui ſe obligauit, vel eius hærede, ſecus contra tertium, quia tunc tertius tenetur probare, quod capitale non fuit ſolutum, vt diſtinguens dixit *Maſtrill. d. quæſt. 5. num. 183. vbi refert Milan. & alios. & Amat. nu. 6. qui allegat. Ramund. Beron. Ceſal. & alios.*

Verùm idem *Amat. d. reſol. 42. num. 9. ex authorit. Fontan. de pact. dotal. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 2. nu. 25. & ſequ. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 3. de priuil. nu. 224. Muta. deciſ. 67. num. 19.* aſſerit, eſto confeſsio ſit relatiua, tamen venditor cenſus tenetur probare negatiuam, *& nu. 10. & 11.*

Et quando referens habet poteſtatem diſponendi, ſi de relato non conſtet, probat dicta confeſsio, eſto ſit relatiua. *num. 13.* iura, & authoritates multas refert, *& nu. 14.* aſſerit, ſecus, ſi appareat relatum, quia ſi aliter eſt quàm in confeſsione, tunc ſtatur relato, *num. 15. & 16.* declarat, *& num. 17.* diſtinguit ambas opiniones procedere, vt ibi per eum allegantem quotas.

Num. 31. & ſequ.] Adde, quæ notaui in *conſ. 81. ad num. 23.*

CONSIL. LII.

Adde, an ſi fuerit præuentum, & facta probatio metus, impediatur executio inſtrumenti, & quid faciendum, quando eſt præuentus, vide *Anton. de Amat. reſol. 36. per totam.*

CONSIL. LIII.

Num. 22.] Adde, quòd pacta fauore matrimonij inita, ſunt inreuocabilia, ſicut matrimonium. *præter Guid. Pap. deciſ. 145. & conſ. 1. Apont. conſ. 25. Menoch. conſ. 723. num. 22. & conſ. 967. nu. 18. & 19. Peregr. conſ. 78. num. 10. vol. 3. Carol. Bardell. conſ. 110. nu. 1. & 2. qui refert multos.*

CONSIL. LV.

Num. 13.] Adde notata *in conſ. 62.*

CONSIL. LVII.

Num. 22.] Adde, ſocietatem non tranſire ad hæredes. *Felic. de ſociet. cap. 32. num. 2. & ſequ.*

sequ. vbi allegando iura, & authoritates reddit rationem, quòd cùm sit electa industria personæ, possibile esset socium talem habere hæredem, qui societati non sit expediens, sed damnosus.

CONSIL. LVIII.

Num. 11.] Adde, esse attendendam consuetudinem in librorum confectione. *Bald. cons.* 152. *lib.* 3. *Petr. de Vbald. de duob. fratr. part.* 12. *sub nu.* 1. *& alij relati a Felic. de societ. cap.* 38. *nu.* 22.

CONSIL. LIX.

Num. 1. *& 2.*] Adde, quòd filij mortua matre, si pater dissipat bona, possunt agere, vt salua sit dos. *l. fin. C. de sent. pass. l. fin. vbi glos. ff. vt legat nom. Ripa in l. si constante. nu.* 99. *ff. solut. matrim. Facchin. controu. iur. lib.* 12. *controu.* 59. *Cartar. decis.* 56. *num.* 4. *Giurb. ad consuet. Vrb. Messan. cap.* 7. *glos.* 9. *part.* 1. *nu.* 17: vbi etiam asserit, patrem iudicis officio cogi posse ad legitimam filio assignandam, alleg. *Milan. Molfes. Paschal. Pinel. & alios*, inquit tamen *num.* 20. tum demum id procedere, cùm dilapidatio sit in proprietate, non autem in fructibus, qui ad eum spectant. *Ludou. decis. Perus.* 22. *nu.* 22. *Franc. decis.* 10. *num.* 11. *Menoch. de arbitr. cas.* 78. *nu.* 6.

Num. 3. Adde, quod *Mastrill. decis.* 142. allegatus in hoc Consilio per Genitorem meum, qui tenet, posse vxorem executiue agere pro restitutione dotis, & dotarij in casu inopiæ mariti, licet sit facta promissio restituendi dotem in casu restitutionis, ampliat in *nu.* 22. id eò maximè procedere, existentibus illis verbis in contractu (in casu restitutionis, quomodolibet faciendæ) ad quod *Menoch. cons.* 1124. referens vndecim Doctores, in *nu.* 2. de magis communi, & receptiori opinione testatur.

CONSIL. LX.

Num. 3.] Adde, quod aliud est vendere, vel locare, aliud est promissio de vendendo, vel locando. *Honded. cons.* 52. *nu.* 35. *& sequ. vol.* 1. *Barz. decis. Bonon.* 111. vbi declarat, quid interst inter promissionem de vendendo, & venditionem. *Rodor. Suarez. cons.* 7. *num.* 5. vbi subdit, quòd si sit factum pactum de vendendo cum primo, & pura venditio cum secundo, & res neutri sit tradita, quòd secundus præfertur. *Thesaur. decis.* 233. ampliat, licet promissio de vendendo fuisset facta certo pretio, *Morques. de diuis. bonor. lib.* 3. *cap.* 7. vbi ampliationes, & limitationes affert *Honded. d. cons.* 52. *num.* 35. vbi subdit statutũ loquens in venditione, non verificari in promissione de vẽdendo. *Cancer. multos refert var. resol. cap.* 7. *lib.* 3. *nu.* 24. qui in *nu.* 125. inquit, idem in promissione de fideiubendo, & similibus, & licet *Franc. decis.* 574. contrarium teneat in eo, qui promisit fideiubere, tamen *Nouar. in addit. in eundem* tenet contrarium, allegat *Molses. in consuet. Neap. tit. de renunciat. quæst.* 11. *num.* 23. *Amat. cons.* 89. *sub nu.* 21. Et *idem Cancer. cap.* 1. *num.* 113. asserit, quòd impunè ille cui facta est promissio vendendi poterat non emere, quia contractus dictæ promissionis, quãdo adest stipulatio, nõ dicitur vltro, citroque obligatorius, sed tantum promissor remanet obligatus. allegat *text. in l. labeo. ff. de verbor. signif. Castr. cons.* 93. *lib.* 2. inde differit, an promissio renunciandi importet renunciationem. & *num.* 126. subdit, an promissio eligendi importet electionem.

Num. 4.] Adde, quod promissio de donando, & donare paria sunt. *Grammat. decis.* 103. *nu.* 188. quam opinionem dicit veriorem, & receptiorem. *Cancer. var. resol. d. cap.* 7. *num.* 124. vbi sic decisum refert per illum Senatum, *Vinc. de Franc. decis.* 574. *Velasc. in l. Tauri.* 44. *glos.* 16. *num.* 24. *Didac. de Mar. in addit. ad Gramm. d. decis.* 103. *nu.* 73.

Nota, quòd promissio constituendi dotem, importat, ac si dos esset constituta. *Gramm. d. decis.* 103. *nu.* 19. *D. Regens Apont. cons.* 10. *nu.* 24. vbi asserit, speciale esse in dote, *Doctiss. Io. Andr. de Georg. alleg.* 45. *nu.* 27. *Thesaur. lib.* 2. *quæst. for.* 60. *nu.* 4. *multos refert Didac. de Mar. in d. addit. ad Gramm. d. decis.* 103. *nu.* 3. *vers. Num.* 19. *Cancer. d. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 253. *refert. Couar. Afflict. Tiraqu. & alios. Viscont. in addit. ad Franc. d. decis.* 574. *refert multos. & idem de Mar. in d. nu.* 3. *vers. Nu.* 15. inquit, statutum de dotis promissione extendi ad dotis restitutionem, allegat *Menoch. cons.* 1125. *nu.* 41. *lib.* 12. *idẽ Cancer. d. cap.* 7. *n.* 126. inquit si fiat pactum de dando bona vni ex filijs ad electionem Sponsi, si sponsus mortua prima vxore cum filijs ad secunda vota conuolaret, & idem pactum repeteret, an si nominauit vnum ex filijs primi matrimonij, valeat, quod sic, quia secundum pactum posse nominare vnum ex filijs secundi matrimonij, non operatur nominationem, cùm remanet post promissionem illud substantiale faciendum, quod est nominatio, & electio vnius ex dictis filijs, immò si testator non elegisset

primo-

primogenito competerent bona, *alleg. Guid. Pap. decis. 467. & Gregor. Lopez. part. 2. tit. 15. l. 2. vers. En España. 3. quæst.* in electione concessa in fideicommisso in re maioratus relicto. Electore non eligente, fideicommissum vni soli, atque primogenito deferri, & *Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 4. nu. 42.*

CONSIL. LXI.

Num. 6.] Adde, quòd semper pignus est maioris valoris, quàm debitum. *Molfes. in summ. de contract. tit. de pignor. & hypot. cap. 18. responsi. 10. num. 66. quem refert, & sequitur Gait. de credit. quæst. 9. cap. 4. nu. 1094.*

Num. 30.] Adde Genitorem meum *cons. 8. num. 5. 6. 7. & cons. 51. nu. 23.* & quæ ibi adnotaui.

Num. 56.] Adde Genitorem meum in *cons. 3.* vbi latissimè examinat, quomodo debeant reddi computa.

CONSIL. LXII.

Num. 30.] Adde, quando quis tenetur cedere iura, etiam contra se ipsum, *Ant. Amat. var. resol. cap. 37. vbi latissime.* in dubio soluisse.

Num. 35. & 36.] Adde, quòd debitor ex pluribus partitis ex eodem contractu, præsumitur ad excludendam executionem contra eum, & in duriorē causam in dubio soluisse.

Adde Illustrem Regentem Valenz. *cons. 78. artic. 1. Gratian. discept. for. cap. 224. vbi latissimè.*

CONSIL. LXIII.

Adde notata in *cons. 68.*

Num. 17. cum multis, vsque ad fin.] Adde, *Gait. de credit. cap. 4. quæst. 10. fol. 375. & 1176. cum multis,* vbi refert quàm plures Doctores, loquentes, tunc dari prælationem in vsuris, quando creditum de sui natura ab initio illas parit, latissimè *Ioan. Bapt. de Thor. compend. decis. in verb. prælatio, seu potioritas. fol. 319. part. 1. Et idem in verb. creditor, qui pecuniam dederat pro refectione domus. fol. 110. part. 2. latissimè refert multos DD. Et eumdem in verb. prolatio in hypoteca. fol. 390. part. 1.* qui dicit, prolationem dari in hypoteca pro legitima, & etiam pro fructibus ipsius.

CONSIL. LXIV.

Vide Genitorem meum in *cons. 12.*

CONSIL. LXV.

Num. 1.] Adde, quòd *Mastrill.* est in *decis. 5 num. 6. cum multis sequ.*

Et dic, quod regulariter singularis successor non tenetur stare colono. *l. si merces. §. qui fundum. & l. qui fundum. ff. loc. l. emptorem. C. de loc. & ibi DD.* & ratio est, quia illa obligatio locationis factæ personalis est, *§. 1. instit. de loc.* & obligatio personalis nullo modo transit in singularem successorem. *Bald. d. l. emptorem. vbi etiam Bart. C. de loc.*

Verùm, quando est obligatio vel in genere, vel in specie pro obseruatione contractus tunc tenetur stare colono *l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pign. Alex. l. si filiusfamilias. §. si vir in quinquennium. num. 3. ff. solut. matrim. Aluar. Varz. consult. 76. nu. 4. tom. 1.* & latissime adducens nonnullas limitationes, & referens multos. *Apeger. decis. 17. fol. 83. per totam.*

CONSIL. LXVI.

Num. 22. Adde, quòd mulieri agenti ad repetitionem dotis non obstat exceptio de non reddita ratione tutelę. *ad text. in l. vnica. §. taceat. C. de rei vxor. act. Mastrill. decis. 189.* vbi sic decisum refert, & allegat multos Doctores, & post eum *Ricc. collect. 315. fol. 101. vers. num mater tutrix.*

Et pariter adde, quòd mulieri agenti ad repetitionem suæ dotis, non obstat exceptio compensationis, nec retentio datur in dote, & in hoc melior fuit reputata opinio. *Angel. Negusant. & aliorum,* quos refert, & ita decisum asserit *Mastrill. d. decis. 189. num. 11. & sequ. & Ricc. vbi supra.*

Num. 64. & 75.] Adde, quòd dominium potest transferri suspensiuè, & tunc resoluto contractu vigore pactorum resolutorum, res reddit ad sua principia attractiua. *Bald. in l. qui ea lege. C. de pact. inter empt. & vend. & l. vnica. col. 10. vers. attende hic. C. quand. non petent. part.* inquit, quòd resoluto contractu, qui non habet perpetuam causam, sed suspensiuam, Dominium primi resuscitat se tamquam à somno, non tamquam à morte. *Vinc. de Franc. decis. 64. nu. 11. & 12. D. Regens Apont. cons. 147. nu. 29. vol. 2.* Nec interim qui fuit Dominus (licet impendenti) dici possit, quòd non fuit Dominus. *Io. Bapt. de Thor. compend. decis. Neap. part. 2. verb. adiutorium. in fin. fol. 7. Anton. Amat. resol. 1. qui multos refert.*

CONSIL. LXVII.

Adde *Ant. Amat. var. resol. resol.* 1. *per totam. vide Ceual. comm. contr. comm. quæst.* 762. *præcisè à num.* 192. *per totam.*

Num. 7.] Adde, quòd quilibet frater propriam efficit lineam, & alter de alterius linea non dicitur, & tot nouæ lineæ pullulant, quot sunt filij, cuiuscumque vltimi possessoris. *Pelaez. à Mieres de maiorat. part.* 2. *quæst.* 6. *nu.* 70. *iuxta editionem vltimam. Blas. Robl. Salced. tract. de represent. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 9. *&* 15. qui in *num.* 6. inquit, quòd respectu primi fundatoris maioratus, omnes ex primo vocato descendentes vnius sunt lineæ, etiam si inter se transuersæ lineæ à prima descendentes considerentur, *l. stemmata. l. Iuris Consultus. §. nam quoties. ff de gradib. & affin.* cùm nihil aliud sit linea nisi collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens, allegat *Io. Andr. Perer. Simon de Præt. Molin. Menoch. & alios.*

CONSIL. LXVIII.

Num. 3.] Adde *Ant. de Amat. resol.* 31. *nu.* 6. Sed quamuis ipse in *nu.* 10. *vsque ad fin.* impugnata *Mastrilli* sententia, putet tunc demum meliorem esse possidentis conditionem, quando creditores inter se pares essent respectu temporis, & diei, dummodo de hora non conster, sed ex diuersis contractibus, non autem vbi creditores descenderent, ex eodem contractu, fonte, & origine, quasi quòd tunc occupata possessio ab vno ex creditoribus, agentem concreditorem nequaquam excluderet, nihil ominus existimo, distinctionẽ hanc de iure periculosã esse, cùm oẽs loquantur, qñ cõcurrũt. Inquit enim ipse, Doctores à Mastrillo relatos tantummodo loquutos fuisse de creditoribus paritatem tantùm habentibus respectu temporis, ac diei, non auem respectu originis, eiusdemque contractus, & tamen *Vinc. de Franc. decis.* 260. relatus à *Mastrill.* quæstionem proponit inter cedentem, & cessionarium, habentes hypotecam ex vna eademq; origine, & concludit, inter eos non dari prælationem, sed concurrere contra communem debitorem, vt idem tenet *Mart. vot.* 75. *nu. fin. ex cons. Angel.* 268. verùm quando loquitur, si occupauit possessionem, inquit, possessorem præferri, motus ex illa iuris conclusione, quòd, quando aliqui sunt creditores vno eodemque die, si quis ex eis possidet, præfertur, & allegat ad hoc *text. in l. si debitor. ff. de pignoribus.* ex quo infertur, quod *Vinc. de Franc.* nullam intellexit esse differentiam inter vnum, & alium casum, cum adaptauerit casui suo loquenti de creditoribus ex eodem fonte, conclusionem loquentem de creditoribus eadem die, & existimauit recte posse allegari ad confirmationem casus sui *text. in d.l. debitor.* qui solet etiam allegari in alio casu, quandu scilicet sunt creditores ex eodem die, quod apertioribus verbis adnotauit *Io. Bapt. Costa* per Geuitorem meum allegatus *in quæst.* 115. *num.* 4. dicens, quod ex pluribus creditoribus habẽtibus eamdẽ originẽ, præfertur is, qui possidet. Nec aliter dicũtur habere eãdẽ originem, nisi descendant ex vno, eodemq; contractu. Quod tum max me augeturquia si bene ponderentur verba *d. l. si debitor* quæ inter duos creditores prælationem decernit possidenti, non loquitur ibi Iurisconsultus, quando debitor duobus in solidum res suas obligauerit, quod fortè posset intelligi de duobus creditoribus, ex diuerso tamen contractu, sed ait quod si debitor duobus simul in solidum res suas obligauerit, vt ergo aliquid operetur dictio illa (simul) adiuncta dictioni (in solidum) fatendum est Vlpianum intellexisse, quando duobus simul vnico verborum contextu, & in eodẽ contractu debitor res suas obligauerit, alias sufficeret dixisse in solidum, voluit itaque ex illa dictioae (simul) coniunctionem personarum in contrahendo denotare, & nihilominus concludit, etiã in illo casu possidentis iura potiora esse.

Præterea Doctores non ex alia ratione prælationem constituunt creditori possidenti aduersus coęqualem creditorem eiusdem diei, & temporis, nisi ex quò, cùm non constet, quis eorum fuerit, etiam quò ad horam anterior, intelligant hoc etiam inter multa possessionis commoda adscribi posse, vt qui prius possessionem adipisci inuigilauit, alteri præferatur. Mouentur itaque ex sola paritatis ratione, quia si de prioritate alterius ex vnica tantum hora constaret, vtique eum præferendum dixissent ex traditis per *Vinc. de Franc. d. decis.* 260. *sub nu* 4. & passim idem *Franc. decis* 635. *nu.* 3. *vers. quando in solidum esset facta obligatio, nemine tamen possidente. Felin. de censib. & alijs allegatis per Genitorem meum cons.* 16. *num.* 8. *& eundem Costa in d. quæst.* 115. *refert Viscont. in addit. ad Franc. d.* 260. Et idem videtur tenere *Amend. in d. addit. ad Franc. num.* 2. *Apont. decis.* 23. *num.* 23. *coadito nu.* 25. qui etiam considerat dari inter eos concursum, quando agunt contra debitorem, & cessio fiat ex æquitate, non autem quòd de iure poterat

adstringi cedere iura. Igitur cum eadem ratio paritatis consideretur etiam, & in hoc casu, nihil mirum, si ex auctoritate *d. l. si debitor.* dixerint illum, qui possidet, præferendum. Non est namque nouum, vt vna ratio respiciens plures casus, æqualiter omnes determinet *l. iam hoc iure.* Nec resistit illa consequentia, quam facit dictus de Amato in fine dictæ resolutionis, quòd ex quo *Vinc. de Franc. in d. decis.* 260. addit limitationem dicens, præter quam si probaretur anterioritas horæ, ergo intellexit de creditoribus ex eadem die, sed ex diuersis contractibus, inter quos dumtaxat potest cadere anterioritas horæ, quæ non potest cadere in creditoribus ex eodem contractu. Etenim apertissimus est casus, quem affert ipse *de Franc.* inter cedentem scilicet pro residuo, & inter cessionarium pro rata cessa, & sic habentes ius ex eodem contractu, de quo non est dubitandum, sed sentiens etiam hoc in casu, meliorem esse possidentis conditionem, ad confirmationem adduxit conclusionem generalem, quòd in duobus creditoribus eiusdem diei, is præferatur, qui possidet, sentiens nullum dari discrimen inter vnum, & alium casum, nec alterum ab altero dissimilem esse, quia conclusio est tantummodo fundata in paritate, quæ paritas æqualiter cùm consideretur in vno, quám in alio casu, rectè dispositio in vno porrigitur ad alium. Sed quia *Vinc. de Franc.* ad fauorem sui casus inter cedentem, & cessionarium, adduxerat conclusionem de duobus creditoribus eiusdem diei, illius occasione ad exornatnm suæ decisionis, etiam adduxit limitationem ad conclusionem, vt puta, quòd si inter creditores eiusdem diei constaret de anterioritate horæ, tunc daretur prælatio illi, qui in hora prior fuit. Nec est nouum, vt Doctores, postquam allegauerint aliquam iuris conclusionem ad corroborandam eorum intentionem, exornatus gratia afferant inde ampliationes, limitationes, & declarationes, quamuis casui eorum minimè conueniant. Nec obstat, quòd dictus de Amato exemplificet suam opinionem in socijs, & afferat Doctores loquentes in socijs, vt patet ex allegatis in *d. sua resol.* 31. *nu.* 12. & 13. faciens illationem ex socijs ad creditores, quibus in solidum eadem res sit obligata, quia illatio non procedit, cùm dixerit *Negusant. de pignor.* 2. *membr.* 5. *part. nu.* 13. tangens eamdem quæstionem, illud esse speciale in socijs, quia quilibet ex socijs tenetur inuigilare pro consocio, sicut pro se proprio. *Bald. in l. fin. in* 2. *quæst. C. de pact. Franch. d. decis.* 635. *num.* 5. & damnum, & lucrum inter eos debet esse cõmune, *ad text. in l. si vnus.* §. 1. *ff. pro socio. & instit. eodem* §. 1. prout etiam procedit in duobus, vel pluribus heredibus, quia in eis non consideratur præuentio, & alios referens dixit Genitor meus in *cons.* 16. *num.* 27. *& Vinc. de Franc. d. decis.* 635. *nu.* 9. Et aduerte, quod *Amend. in addit. ad d. decis.* 63. licet teneat Hæredem, qui exegit partem suam crediti, si exinde depositarius efficitur non soluendo, non tenetur contribuere cohæredi, tamen eius opinio procedit in actione personali, quia lex ipso iure diuidit nomina debitorum *l. cen. C. famil. ercisc.* at secus in hypotecaria, quia tũc, esto hæres possideat, & præueniat, tenetur assignare partem rei exactæ cohæredi, vt dixit *Franc. d. decis.* 635. *in fin.* Item quare ponitur clausula in cessionibus, ita quod non retorqueat contra cedentem, & bona obligata in præiudicium cedentis, si in tali casu non militaret regula, quòd melior esset conditio possidentis, frustra enim id diceretur appositum, & tamen indies non fit cessio, in qua talis clausula non fit posita, & optimè talem clausulam considerat *Vinc. de Franc. d. decis.* 260. *in fin. Io. Bapt. de Thor. compend. decis. part.* 2. *fol.* 122. *in verb. creditores cessionarij.* vbi etiam an sit prioritas inter plures, qui soluerunt creditori, & diuerso tempore obtinuerunt iura cessa, an inter eos sit prælatio, vel concurran, refert multos, & *Intrigl. cons.* 26. sed vide *Apont. d. decis.* 34. *nu.* 23. *vers. punctus est. vbi latissime.* Quid si possideat ex decreto, in quo facta est accollatio census perpetui, an ex quo non est pariter priuilegiatum creditum in prima instantia debeant reijci oppositiones, dic quòd non, nam licet accollatio sit pars pretij *l fundi partem. ff. de contrahend. empt. & vend.* tamen in censu perpetuo non dicitur pars pretij, quia ille census inhæret prędio adiudicato, & ideo dicitur esse pars prædij adiudicati diminutiuè deteriorans prædium, & faciens illud minus valere. *l. si seruus communis. §. fin. vbi glos. ff. de donat. cauſ. mort. & ibi Angel. & Imol. Felin. cap. cum causam de test. Decc. cons.* 309. *num.* 3. Ideo sequitur, quòd non potest esse pars pretij, quia pretium, & appretiatum sunt diuersa, *instit. de empt. & vendit. in princ.* & ita fuit decisum per Curiam Straticotialem de mense Februarii 1629. in causa Laurettæ de Stephano cum Lucia Pollicino, & alias iam sunt multi anni audiui, quod fuit decisum per Magnam Regiã Curiam in causa cuiusdam de Riolos, & confirmata sententia in Tribunali S. R. C.

CON-

CONSIL. LXIX.

An creditor pro expensis necessarijs habeat prælationem. adde *Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. nu. 1561.* Et quid ex causa vecturę, quid ob impensam factam pro maiesis, & ob impensam factã pro animalibus, & rebus pignoratis, & ob eorum custodiam, ob custodiam fructuum, ob mutuum ad seminandum, ob fœnum, aut herbam venditam, quid pro salario aduocati, medici, aliorumq; quibus debetur salarium, quid ni hærede ob impensam factam contra prętendentes se hæredes, & in multis casibus vide *Gait. de credit. d. cap. 4. quæst. 11. à nu. 1555. cum alijs sequ.*

CONSIL. LXX.

Adde, an bona Ecclesiæ, stante euidentissima vtilitate possint alienari sine sollemnitate, tenet quòd sic *Genuens. in prax. Ecclesiast. quæst. 136. alleg. Afflict. in rubr. de Vassal. qui contra constit. Loth. benef. alien. nu. 2. Socc. cons. 71. nu. 69. & sequ. lib. 1. & cons. 28. num. 10. Paris. cons. 16. num. 99. lib. 2. & alios.*

Verùm, quòd duo copulatiuè requirantur, sollemnitas videlicet, & causa, vltra iura, & authoritates allegatas per Genitorem hic adde *Menoch. cons. 872. lib. 9. Didac. de Mar. in addit. ad Gramm. decis. 79. nu. 5. Cacher. decis. Pedam. 99. & decis. 172. Ludou. decis. Perus. 43. Mainard. decis. Tholos. 7. Papon. 3. Arrest. tit. 13. Marc. decis. Delfin. 188. & 1078.*

Sollemnitates verò, vt intercedant iustæ alienandi causę, communiter à Doctoribus quatuor assignantur. Prima vrgens necessitas, vt quia graue æs alienum imminet Ecclesiæ. Secunda causa pietatis puta, ob captiuorum redemptionem. Tertia, euidens Ecclesiæ vtilitas quarta ratione vitandæ incommoditatis Ecclesiæ, vt si illi alienatio esset vtilior, quàm retentio, quas omnes probarunt. *Sair. dec. 1. de reb. Eccles. non alien. Fab. dec. 3. tit. 38. Vigel. decis. 60. & alij relati à Ricc. collect. decis. 2201. part. 6.* Et quòd debeat præcedere tractatus, consensus maioris partis, & demùm authoritas, & decretum Superioris, dixit *Auend. de exequ. mand. princ. cap. 4. num. 26. & 30. Mastrill. decis. 77. num. 8. Cantucc. in decis. Rom. nouiss. 65. & decis. 78. & Ricc. d. collect. 2201. vbi latissimè*, Et quando interuenit authoritas summi Pontificis, vel alterius de eius ordine sufficit, nec requiritur alia sollemnitas, quod intellige nisi fuerit per obreptionem, vel subreptionem, allegat *Cantucc. d. decis. 65. & Corn. decis. Lucc. 87.* Nec creditur notario asserenti de vtilitate, seu necessitate Ecclesiæ, & alijs sollemnitatibus, *Ricc. d. collect. 2201. vers. intellige secundò. Garz. decis. 27. Benintend. Rot. Bon. 2. Didac. de Mar. d. addit. ad Gramm. decis. 79. nu. 6.* licet ibi dicat, credi notario asserenti certioratse mulierem de Velleiano. *allegat Menoch. cons. 37. num. 132.* ac etiam testes fuisse rogatos. *Carocc. decis. 122.* & in additione in abbreuiatura in instrumento, *Pasett. cons. 34. Decian. respons. 57. num. 21. vol. 2.* quod secus, si asserat delegatos Summi Pontificis, vt ibi *vers. intellige tertiò.* & latissimè ad materiam videas *Ricc. in d. collect.* vbi ad multa infert, & multos Doctores allegat.

CONSIL. LXXI.

Vide notata in *cons. 66.*

CONSIL. LXXII.

Nu. 12.] Adde regulam, quod testis vnus cõtra producentem plenè probat, non procedere, quando cæteri testes repugnant, ex *glos. in cap. in nostra. de test. & ibi Anton. de Butr. Cæsar. Barz. decis. Bonon. 156. nu. 16.* & de intellectu dictæ conclusionis fundatæ per *Rom. in cons. 104. allegat Ludou. conclus. 70.* pluribus modis declarantem.

CONSIL. LXXIII.

Num. 88.] Adde, quod fideiussor dotis dicatur etiam fideiussor in vsuris dotalibus, & sic in alimẽtis & anno luctus. Esto dixerit fideiussisse ad restitutionem dotis, quia in contractibus bonæ fidei fideiussor pro debito principali, dicitur etiam pro accessionibus *Negus. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 56. vers. vera est ergo conclusio. per text. in l. centum capuæ. vbi glos. Bart. & alij. ff. de eo, quod cert. loc. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 50. num. 85. Gratian. discept. for. cap. 130. nu. 28. & 31.* vbi secus in alijs contractibus, quando fideiubet pro certa quantitate debiti.

Et aduerte, quòd, licet in *num. 32. vers. quamuis prædicta.* dicat, non esse tutam opinionem illam, quòd recipiens dotem possit inde petere vsuras, tamen contrarium defendit Genitor meus in *cons. 86.* vbi latissimè.

CONSIL. LXXIV.

Adde, aquam, quæ nascitur in meo fun-

do, me posse diuertere in præiudiciũ vicini inferioris, in cuius fundum descendit aqua, prout cauetur, in *l. 1. §. deniq;. ff. de aqua quotid. & æstiu. l. flumina. §. fin. vbi Bart. & Castr. ff. de damn. infect. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 240. Thesaur. decis. 243. Nouar. quæst. for. 87. nu. 1. part. 1.* qui ampliat non solùm si nascatur in meo fundo, verùm etiã si in eum intret, & per eum transeat, nam statim quod est ingressa naturali cursu fit mea. *l. 1. §. illud Labeo. ff. de aqu. quotid. & æstiu. l. hoc iure. §. aqua. ff. eodem.* quamuis per mille annos decurrisset in fundum vicinum, *l. Proculus. & l. fluminum. §. videamus. ff. de damn. infect. cum alijs ibi per Nouar. nu. 2.* qui in *nu. 3.* inquit, posse fieri, etiam ad emulationem vicini, dummodo quod fiat in meam vtilitatem, ex *Bald. in cap. cum Ecclesia Vulterrana. nu. 5. de elect. sequitur Ias. & post eos Surd. cons. 300. nu. 21. & 22.* ratio est, quia non potest fraus præsumi in eo, qui facit actum ad sui vtilitatem, etiam si in consequentiam afferat damnum tertio.

Et quòd fiat ad commodum diuertentis aquæ cursum potiùs, quàm ad emulationẽ, dixerunt *glos. notab. in d. l. fluminum. §. final. de damn. infect. Paris. cons. 112. nu. 11. vol. 1. Surd. cons. 27. nu. 19. Menoch. de arbitr. cas. 156. num. 4. vers. in dubio. & alij relati à Nouar. num. 4.* vbi sic decisum tenatur, & ita etiam asserit in Sacro Cõcilio Neapolitano. *Thor. in compend. decis. part. 2. verb. aqua. fol. 23.* allegat *d. quæst. Nouar. 87.* & dicit contrarium (credo, quod sit error impressoris) & dicit per Consiliarium de Franchis ita fuisse decisum Neapoli.

CONSIL. LXXV.

Num. 7. & sequ.] Adde, an pendente causa criminali sit supersedendum in ciuili, *Didac. de Mar. in addit. ad Grammat. decis. 60. nu. 6. refert multos.* Et declarat, quãdo actio ciuilis cũ criminali, & è contra cumulari possit, vbi allegat *Thesaur. decis. 18. Put. decis. 275 lib. 1. Mar. decis. Pis. 52.* vbi firmat iudicium criminale vsurarum, non impediri per ciuile iudicium, & ad materiam allegat *Muscatell. prax. crim. tit. de fals. num. 33. & prax. ciu. part. 6. glos. in verb. termino. num. 3. & 4. & in addit.* & qua pœna puniantur producentes testes falsos. *Rouit. & Nouar. pragmat. 1. de fals.* & de declaratione circa vsum *Vin. decis. 71. Gallupp. in prax. S. C. part. 2. cap. 25.*

CONSIL. LXXVI.

Num. 4.] Adde, quòd tenetur soluere omne creditum anterius, & vsuras. *Io. Bapt. de Thor. compend. decis. Neap. part. 2. verb. creditor, qui pecuniam alicui. vers. & non tantum pecuniam. alleg. Regent. Lanar. cons. 29. num. 11. & 14.* Et eo casu secundus creditor habebit rem illam obligatam, tam pro credito suo, quàm pro sorte, & vsuris, quas primo creditori soluit, ad *text. in l. si prior. §. sciendum est. vbi Bart. ff. qui potior. in pign. hab.*

Ius offerendi an competat creditori aduersus mulierem petentem dotis assecurationem, dicit quod non, quando est pro concurrenti quantitate dotis *Franch. decis. 54. & ibi Amend. Ricc. Nouar. & Viscont. in additionib. vbi multos DD. refert Io. Bapt. de Thor. compend. decis. verb. Ius offerendi an cõpetat aduersus mulierem. fol. 304. part. 1. cum sequ.* vbi ad multos casus infert. *Alba* dicit magis communem *cons. 180. Molses. ad consuet. Neap. tit. 4. de iur. dot. part. 6. quæst. 5. nu. 32. cum multis,* vbi limitat, quoties bona viri consistunt in pecunia, & mercibus, quæ non producunt fructus. *Mantic. de tacit. & ambig. part. 1. lib. 71. tit. 30. nu. 15. & sequ.*

Adde, Ius offerendi non competere creditori aduersus mulierem petentem dotis assecurationem, præter *Franc. decis. 54. Ricc. & Nouar. in addic. Morot. de iur. off. vers. sexto cũ mulier. col. 4. Ann. cons. 79. Apont. cons. 124. & 125. vol. 2.* Dos enim vbi restituitur vxori ob vergentiam viri ad inopiam, non dicitur propriè restitutio dotis, ita vt illius dominium sit penes vxorem, sed est potius assecuratio quædam, vt vxor sit tuta sua dote, & de illius fructibus se, & familiam alat, *l. vbi adhuc. C. de iur. dot. vbi DD. Thesaur. decis. 45. Apont. decis. 19. num. 19. Nouar. & Ricc. inaddit. ad Franc. decis. 54.* vbi *in vers. aduerte tamen.* inquit, procedere, quando est pro concurrenti quantitate dotis.

Secundus offerens tenetur offerre creditum cum vsuris, & è contra primus creditor possessor habet ius offerendi secundo creditori volens retinere pignus. *Afflict. decis. 259. vide latissimè Nouar. & Ricc. in addit. ad Franch. decis. 12. refert. multos, & infert ad alia.*

CONSIL. LXXVII.

Num. 7.] Adde, hæredem, qui compromisit pro debito hæreditario, & se, & bona sua obligauit, teneri de proprio: quãuis inuentarium confecerit, *Vinc. de Franch. decis. 323.* vbi refert multos hinc inde, & dicit tunc causam non fuisse decisam, sed cogitandum relinquit. In *decis.* autem 648. dicit Sacrum Consilium determinasse in fauorem hæredis cum beneficio inuentarij, tunc teneri de per-

sona, & in bonis proprijs, si penes eum sunt bona hereditaria, secus si nõ sunt, esto se obligauit in persona, & in bonis proprijs, quia intelligitur dicta obligatio si penes eũ erunt bona hæreditaria, sequendo *Minad. decis. 25. vers. nõ obstat, quod obliganerit.* sed *Minad.* mouetur, quia ibi fuit cõpromissum necessariũ, quia ex quo cogi poterat ad faciendum cõpromissũ. dicitur sub illa necessitate feciſſe, vt *in nu. 1* allegat *Franc. Aret. cons. 24. Angel. cons. 192. latè Dec. cap. cum tamen. Ferrarien. de constit. fol. 7.* Sed *Gratian. discept. 646. nu. 25. & sequ. vers. quibus additur. part. 4.* non viso *Minad.* nec *Vinc. de Franc.* inquit, quando est facta obligatio in bonis proprijs, tũc beneficium inuentarij non prodesse, secus quando simpliciter promittit soluere, tunc censetur sibi seruasse beneficium inuentarij *alleg. Angel. Corn. Fanuc. Rol. & alios.* quæ opinio *Vinc. de Franc.* mota ex doctrina *Minad.* fuit stante æquitate, quia nullo modo apparuit, quòd intentio ipsarum partium fuit ex illo compromisso voluisse in aliquo lædi, quod non est hic; nam non solùm se obligauit hæres, sed dedit fideiussores, tamen si bene intueamur opiniones, vtraque fauet in præsenti causa, cùm vires hæreditariæ sint sufficientissimæ, & opulentissimæ.

Et in S. C. Neapolitano, contra hæredem aliàs fuisse decisum, refert *D. Consiliar. Rouit. in pragm. 1. de arbitr.* & in ea causa interuenit *Præs. de Franc.* & latissimè refutat ferè omnes Doctores, & rationes per eos adductos, *est cons. impressum in compend. decis. Thor. part. 2. in verb. exceptio discussionis inuentarij.* vbi causa illa fuit decisa in fauorem hæredis per Sacr. Cons. iunctis tribus Aulis, & inquit ibi *Thor.* Saer. Cons. fuisse motum, vt ipse credit, ne fraudati remanerent contrahentes, qui sub clypeo *decis. alleg. Vinc. de Franc.* contraxerunt, & ne multæ insurgerent lites, & orirentur, quod de cætero fiat expressa renuntiatio beneficij inuentarij.

CONSIL. LXXVIII.

Num. 5. & 6.] Adde *Meritissimum Regentem Carolum Tappiam ad rubr. de constitut. Princip. cap. 1. num. 77. & decis. 3. num. 141. decis. 5. num. 67. 68. 69. 70. & 71. vbi multos Doctores refert.*

CONSIL. LXXIX.

Num. 1.] Adde *D. Regent. Valenz. cons. 18. num. 22. alleg. tex. in cap. nobis. de iur. patr. Menoch. cons. 90. nu. 9. lib. 1. Ludou. concluſ. vnic. de iur. patron. in princ.* & affert multa iura, & authoritates, vbi etiam asserit ex authoritate *Ioseph Ludou.* quòd quando sumus in dubio de origine iuris patronatus, præsumitur altero de prædictis modis acquisitum, refert *Abb. Cassad. & Couar.*

Et quòd ius patronatus probatur assertione Summi Pontificis, & verbis enunciatiuis. *Nouar. quæst. for. 77. part. 1.* vbi *in nu. 5.* asserit, credi Episcopi confessioni, quod beneficium sit de iure patronatus, *alleg. Couar. pract. quæst. cap. 21. num. 2. Ludou. concluſ. 52. ampliat. 11. Dec. Soce. & alios.*

Nu. 35. Quòd scientia debet esse certa.] Adde, *Iulian. Vinian. in prax. Iur. patron. part. 2. lib. 7. cap. 2. num. 5.*

CONSIL. LXXX.

Adde ad materiam immunitatis acquisitam ob numerũ duodecim filiorum. *Amend. in addit. ad Franc. decis. 65. num. 2. & 8. & latissimè in addit. ad decis. 259. & refert multos.*

Adde *Nouar. quæst. for. 75. part. 1.* in fœmina testatrice, sub conditione (si sine filijs) an verificetur in fœmina, cùm testatrix non præsumatur in odio habere proprium sexũ. adde *Fusar. de fideicomm. substit. quæst. 402. num. 31. & sequ. vbi latissimè refert multos.*

Num. 29. & 30.] Adde, quòd prædia descripta in extimo solita collectari, si veniant ad personas exemptas fiunt immunia à tali solutione, ita *Marant. cons. 99.* qui dicit opinionem contrariam loqui in onere, mere reali, vt in censu, & tributo, multos refert, dicens, opinionem contrariam magis communiter damnatam. *Graſſ. de effect. Cleric. effect. 3. nu. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 33. cum alijs.* Et quòd statim ac veniunt ad personas priuilegiatas, ipso iure eximuntur à regiſtro immunitatis. *Mart. de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 125. num. 18. & cas. 11. nu. 18. German. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 17. nu. 65. & 73. Festas in tractat. de collect. part. 4. cas. 1. num. 4. Guid. Pap. decis. 580. num. 1. Personal. in tract. de Gabell. num. 8. Nouar. part. 1. quæst. for. 84. nu. 11. & 12. qui alios refert.*

Num. 37. Adde,] *Nouar. in prax. priuil. miserab. person. priuileg. 103. qui in num. 17.* inquit, connumerari quoque bastardos, quod intellige, si sunt legitimati, quia ita loquuntur, *Ruin. cons. 124. num. 5. lib. 4. & alij ab eo allegati. Idem Nouar. quæst. for. 17. part. 1* vbi *in num. 2.* inquit, tali immunitate non gaudere pro soluendo salario medicis conductis ab vniuersitate, *alleg. Capiblanc. in sing. 135.* dum firmat, quod immunitate alicui de iure, vel ex priuilegio à muneribus publicis concessa, ea non extenditur, vt is

non teneatur contribuere in oneribus ciuibus impositis pro cõmuni vtilitate, & commoditate, de quibus ipse priuilegiatus particeps est, veluti si Vniuersitas conducat Medicos, Magistros artium, vel pascua in conuicinio, & *in nu.* 3. idem inquit, ex authoritate *Marant. in cons.* 81. procedere in gabellis pro refectione pontium, murorum, viarum, aquarum, & aliarum similium respicientium publicam, & communem necessitatem priuilegiatorum, & non priuilegiatorum, & ibi latè.

Num. 41.] Adde, quòd mater adhuc viuo patre gaudet immunitate, propter duodecim filios, quia in eorum procreatione, & educatione ipsa cum patre concurrit, & cum ipsa tot Reipublicæ filios procreauerit, patiens onera ante partum, dolores in partu, ac labores post partum, æquum est, vt immunitatis præmio donetur, sicut pater. *Blas. Robles. tract. de represent. lib. 2. cap. 7. nu. 16.*

CONSIL. LXXXI.

Num. 23.] Adde, quòd filius hæres patris cũ beneficio inuentarij possit reuocare alienationem feudi ex pacto, & prouidentia factã per patrem defunctum, etiã si pater promiserit de euictione. Et si filius aliqua bona allodialia patris possideat, vt etiam non restituto pretio recuperet, quia non impeditur reuocare, licet actione personali tanquam hæres teneatur de euictione, quatenus habet in hæreditate, & non super feudo. *Petr. de Greg. de conces. feud. part. 2. quæst. 10. num. 8. & Mastrill. in addit. ad lit. C. alleg. Io. Thom. de Mar. Mandel. & alios, & dixit magis communem.*

Et quod poterit feudum reuendicare, & possessor aget de euictione contra bona hæreditaria. *Alber. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. Laderch. cons.* 130. *Peregr. art.* 33. *de fideicomm.* & ita in Regno seruare dicit *Mastrill. decis.* 56. *nu.* 33. *vers. Et ad ea. vsque ad num.* 37. *Beroa. cons.* 129. *num.* 15. *lib.* 2. Verùm tam in bonis fideicommisso subiectis, quàm etiam feudalibus, *Fusar. de fideicomm. subst. quæst.* 557. *per totam. & Paschal. de virib. patr. potest. cap. 2. à nu.* 43. *vsque ad num.* 71.

CONSIL. LXXXII.

Num. 2.] Adde, quod licet sit controuersa opinio inter Doctores, an litigans minor per Procuratorem habeat beneficium restitutionis in integrum, prout non competere iuxta opinionem *Mastrill. tenent Ricc. & Nouar. in addit. ad Franch. decis.* 448. *vbi allegat Barz. decis. Bonon.* 107. *num.* 6. dicentem esse communem opinionem, & receptissimam, *& in decis.* 473. *& Visconti. in addit. ad d. decis.* tamen non negant iudicium cum Procuratore factum esse validum, vt ijdem *Ricc. & Nouar. in addit. ad d. decis.* 473. *vbi allegant Osasc. decis.* 198. *nu.* 14.

CONSIL. LXXXIII.

Adde, quòd tempore pestis, vel aliorum fortuitorum casuum sit facienda remissio, vide *Thesaur. quæst. for.* 32. *lib.* 1.

CONSIL. LXXXIV.

Num. 26.] Adde, quòd exceptio possessionis ex causa anteriori, non ex decreto, sed extraiudiciali non operatur in prima instantia, *Amat. resol.* 31. *num.* 5. *vers. item nec datio in solutum.*

CONSIL. LXXXV.

Adde *Mastrill. decis* 234. qui latè disputat quæstionem, & quò ad exactionem decimæ Baroni debitæ, posse Iudicem deputare non suspectum, quod confirmari videtur, vt asserit, stante consuetudine, quam habent Barones exigendi eorum decimas, & iura Dominicalia authoritate propria, maximè vbi agitur de rebus liquidis, & notorijs, vel causæ essent breues, & ageretur de parua summa *alleg. Bouad. Boer. Vrsil. Marc. & alios*, & in fine asserit, idem seruari per Episcopum in exactione censuum, & decimarum suæ Ecclesiæ, secundum consuetudinem obseruatam, & practicatam, de qua per *Bald. in l. vnica. C. ne quis in sua causa. & alios.*

Adde post alios *Gratian. discept.* 809. *tom. num.* 15. *& sequ. & nu.* 20. inquit, Doctores qui dicunt, quòd suspecto Episcopo non sit suspectus Vicarius, loquuntur, quando lis vertitur de re pertinente inter partes, in qua Episcopus nullum potest commodum sperare, sed tantùm est suspectus ex aliqua causa, *alleg. Mastrill. d. decis.* 234. *nu.* 8. *& 9.* Et idem in similibus, vt Comitibus, & Baronibus, quibus suspectis tota familia cum omnibus ab eis electis dicitur suspecta, & loquitur etiam in Prorege, & Præsidibus. *Ricc. collect. decis. part.* 5. *collect.* 1612. *vers. dubitatur nono.* referendo *Mastrill.* recenset, Excellentissimos Proreges recusatos in Regno. & *nu.* 23. asserit, quòd neque tales poterunt eligere Iudices, quando agitur de re ad eos pertinente, *alleg. Zas. Rol. Rebuff. Surd. Menoch.*

Menoch. Capicc. & alios. & *num.* 25. inquit, de consuetudine posse Barones, & similes habentes ordinariam iurisdictionem delegare causam alicui non suspecto, moti ea ratione, quòd suspectus in decidendo, non sit suspectus in delegando, quia suspitio personam sigillat, non autem tollit iurisdictionem. *cap. si quis contra de for. comnet. allegat multos. & latè Mastrill. d. decis.* 151. *num.* 17. *&* 18. Et non data recusatione, pater potest esse Iudex in causa filij, & consanguineus in causa consanguinei. *Milan. decis.* 15. *num.* 38. *part.* 1. *refert Imol. Anan. Surd. in d. cons. & alios.* Qua recusatione proposita, omnia per eum gesta exinde sunt nulla ipso iure, non solùm de iure Ciuili, sed etiam de iure Canonico. *glos. in cap. Iudex. in verb opponat. in fin. de offic. Deleg. in* 6. alia iura, & authoritates refert *Gratian. discept.* 701. *num.* 16. *& sequ.* licet in Regno per Pragmaticam Regni 3. *tit. de recusat. Indic. fol.* 25. in causis ciuilibus tantum permittatur processum ad vlteriora in Tribunali M. C. Reg. Patr. Consistorij causs. deleg. & in Regia Monarchia etiam vsq-ad sententiam inclusiuè, veiùm facta declaratione in suspectum, omnia quæ post recusationem propositam fuerunt facta, sunt nulla; quod secus asserit, in delegato, qui statim ac est recusatus, non potest subdelegare. *cap. Iudex ab Apostolica. de offic. deleg. in* 6. *Vanc. de nullit. defect. Iurisd. deleg. num.* 33. *in princ.* quæ videntur procedere, quando est suspectus, at secus, quando ab initio non est Iudex, & sic caret iurisdictione, cùm ipse sit conueniendus, & si proferat sententiam, illa est nulla, vt dixit Genitor meus. *num.* 7. 8. 37. *&* 38.

Et quòd Barones de consuetudine exigãt propria authoritate iura dominicalia, & valeat talis consuetudo, & idem seruatum per Episcopos in exactione censuum, & decimarum suæ Ecclesiæ, post *Mastrill. d. decis.* 234. *nu.* 31. *dixit Gratian. d. discept. for.* 809. *nu. fin.* testando de communi.

Adde *Io. Bapt. de Thor. compend. decis. part.* 2. *verb. suspicio Officialium generaliter proposita.* vbi disputando, an generaliter proposita suspicio Officialium valeat circa medium: *fol.* 537. *vers. Sed hoc sanè putant procedere.* inquit, quòd quando Caput Consilij, seu Tiibunalis allegatur suspectum, tunc omnes Officiales eius essent suspecti. *alleg. Campeg. in cap. prolixitatem. nu.* 4. *Maur. iun. allegat.* 87. *nu.* 5. *&* 6. *Ioseph. Ludon. Giurb. & alios. & idem fol.* 676. *in verb. suspicio allegata per Vassall. & eodem fol.* 676. *in verb suspicio Iudicis criminaliter procedentis.* concludit, posse allegari Iudicem in suspectum per vxorem ipsius rei. ex *glos. in cap. veniens. vbi Soccin. de accusat.* Et idem in patre pro filio. *Menoch. de arbitr. quæst.* 80. *nu.* 97. *Iul. Clar. §. fin. quæst.* 83. *vers. vltimo quæro. Dominus pro seruo. Abbas pro Monaco, Ciuitas pro Ciue. Rubr. Alex. in tract. de potest. Procurat. & defensor. in causa crim. nu.* 149. *Mastrill. decis.* 267. *num.* 20. *& sequ.* vbi *nu.* 24. loquitur de vxore agente pro defensione, & innocentia, & sic decisum per S. C. inquit, ratio est, quia hæc exceptio suspicionis Iudicis est seorsum à crimine, & propterea per Procuratorem allegari poterit *Præses de Franch. decis.* 329. *nu.* 1. *Menoch. & Clar. vbi supra.*

Et *idem Thor. vbi supra, in verb. suspitio allegata per Vassall.* quærit, an operetur exemptionem omnium subiectorum ipsius Vassalli, & concludit verè omnes de familia, idest, qui habitant cum eo sub vna domo, refert iura, & authoritates.

Et an Fisci patronus possit recusari, vt suspectus præcisè ex capite inimicitiæ, quòd sic, latissimè videas *Mastrill. decis.* 214. qui pluries dicit fuisse decisum per M. R. C. Et sic Fiscales aliarum Ciuitatum, eò magis, quòd omnia fiunt cum eorum præsentia, & in captura informationum, & etiam in defensione ipsi semper interueniunt, & lex semper præsumit malum de inimico, & saltim ex odio procedere tanquam inimicum, & non iustitiæ zelo, vt in *num.* 28. *& sequ.* Et idem sentit *Ricc. collect. decis. part.* 5. *collect.* 1612. *vers. dubitatur sexto.* vbi inquit, Fisci patronum, qui in causa criminali interuenit effectum exinde Iudicem posse, vt suspectum recusari, ratio est secundum eum, quia censetur effectus, quasi inimicus, & in *vers. Dubitatur duodecimo. ex auth. Mastrill. decis.* 128. concludit, Iudicem deciso articulo tangente aliquo modo merita causæ, non posse recusari, vt suspectum in ipsa causa.

Num. 14.] Adde, *Nouar. quæst. for.* 93. *part.* 1. non posse appellari ab Officiali Episcopi ad ipsum Episcopum, cùm idem Tribunal sit.

An Episcopus possit facere gratiam de pœna delicti, quòd sic. Idem & Capitulum Sede vacante, & Vicarius electus per Capitulum. *Nouar. quæst. for.* 102. *part.* 1. qui in *nu.* 5. loquitur, etiam si Episcopus non sit in Dioceli. *Giurb. in cons.* 74. *nu.* 9. *&* *nu.* 17. *&* 18. inquit, de iure communi non posse, secus de generali consuetudine, refert Doctores *cap. cunctæ. de re Iudic. Borrell. de reg. præstant. cap.* 38 *nu.* 6. *Ricc. prax. decis.* 357. *nu.* 5. *& alios.* Et inquit, ab Archiepiscopo petendam confirmationem criminis à parte remissi, non ab Excellentissimo Proregi, sed idem *Nouar. quæst. for.* 137. *part.* 1. *&*

Giurb.

Giurb. d. conſ. 74. ſentiunt contrarium in Baronibus habentibus merum, & mixtum imperium, & rationes in cauſa Baronum, videntur militare in Epiſcopo, in hoc Regno præciſè, cùm appelletur ad Regiam Monarchiam ab eorum ſententijs, vnde ſi poteſt gratiã facere per indirectũ tolleretur appellatio, vt *d. quæſt. 137. nu. 3. in fin. & nu. 9. & Giurb. d. conſ. 74. num. 16.* videtur loqui, quod Epiſcopus poſsit aggratiare ante ſententiam, nam dicit poſt ſententiam poſſe, ſi primas, & ſecundas cauſas appellationis habet, & eius quæſtio eſt, ſi Epiſcopus poteſt confirmare ceſsionem factam à parte, quæ ſemper eſt ante ſententiam. Et in condemnatis ad remigandum ſuper Regijs Triremibus, quod gratia illorum ſoli Principi in Regno competat, vidimus ita ſeruatum, præciſè tempore Sereniſsimi Principis Philiberti meritiſsimi Prorẽgis in Regno, cùm fuiſſet condemnatus quidam Monachus à ſuo Reuerendiſsimo Generali per ſeptem annos ad remigandum, inde obtinuit gratiam à dicto ſuo Generali, & ſupplicauit Sereniſsimo Principi, ſtante gratia, vt mandaret, quòd deſcenderet à Triremibus, & facta relatione per M. C. & per Genitorem meum, tunc eiuſdem Tribunalis Iudicem, fuit dictum anno 1623. referatur cum proceſſu, quia ſolius Principis eſt commeatum, remeatumq; dare, iuxta verba *text. in l. relegati. in fin. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. d. quæſt. l. ſi interuenient. ff. ad Turpillian. Bart. l. non omnis. §. qui transfugit. ff. de re milit. Surd. conſ. 53. nu. 8. Carthar. deciſ. 101. Mart. de Iuriſd. cap. 44. part. 1. Seſſ. de inhibit. §. 5. cap. 1.* Et illis competit, qui Superiorem non recognoſcunt, vel conceſſum eſt ex priuilegio particulari. *Mandell. conſ. 84. nu. 45. Menoch. conſ. 192. Cancer. d. deciſ. 101. Capiblanc. d. auth. Bart. Pragm. 6. nu. 32. D. Regens Tappia in iure Regni. in tit. vbi de delict. quis conuen. deb. cum alijs relatis à Nouar. d. quæſt. 137. & quæſt. 102.* vbi aſſerit, Vicariũ Epiſcopi non habere talem facultatem, niſi ſpecialiter per Epiſcopum concedatur. *& Giurb. d. conſ. 74. num. 23. & 24.*

CONSIL. LXXXVI.

Num. 4. 5. & 6.] Adde, quòd interuſuria, quę marito competunt iure actionis dotis ex ſtipulatu, quandocunque peti poſſunt, nec vnquam dotis receptione cenſentur remiſſa, quandoquidem per receptionem ſortis, nunquam cenſetur renunciatum intereſſe iure actionis debitum, ſecus quando officio Iudicis. *Cartar. deciſ. 38. Viſcont. in addit. ad Franch. alleg. deciſ. 21. allegat Coſtam de port. rat. quæſt. 124. col. penult. & multos alios. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 59. cum ſequ. latiſſimè.*

Num. 12.] Adde, an competat actio fideicommiſſario ad ſibi declarari faciendum competere bona fideicommiſſo ſubiecta eueniente caſu poſt mortem grauati, dum viuit ipſe grauatus, negatiuam tuentur *Ariuſ. Pinell. l. 1. part. 3. num. 78. C. de bon. matern.* vbi ita iudicatum teſtatur *Padill. in l. 1. nu. 31. C. de fideicomm. Pereg. conſ. 53. in fin. lib. 1. & in tract. de fideicomm. art. 41. nu. 4. in fin. Menoch. conſ. 1195. in fin. & alios ſequitur Fuſar. de fideicomm. quæſt. 607. nu. 3.* qui *in nu. 4* refert alios tenentes contrariam opinionem, inter quos *Octau. deciſ. Pedam. 130.* aſſerentem, receptiorem eſſe ſententiam.

Num. 13.] Adde, quòd inſequendo diſtinctionem *Viu. Peregr. d. art. 41. nu. 7. verſ. Octauo. à Petr. de interpret. vlt. volunt. fol. 517. nu. 150. & ſequ. Fuſar. d. quæſt. num. 8.*

Nota, quòd hypoteca, quæ competit pro dote, ne dum expreſſa, ſed etiam tacita, procedit à die promiſsionis dotis, & ſic initorum capitulorum matrimonialium, non autem à die ſolutionis dotis, vel deſponſationis in faciem Eccleſiæ, ita deciſum refert *Franch. deciſ. 677. & ibi Ricc. in addit. impugnato Apont. in conſ. 80. & Mart. vol. 13. num. 9. refert multos.* & inquit eodem modo competere marito pro conſecutione dotis, *Viſcont. in addit. ad d. deciſ. Franc. Horat. Barboſ. ſuper Pragmat. de aſſiſt. gloſ. 12. num. 13. & 14.*

CONSIL. LXXXVII.

Num. 1.] Adde, an filijfamiliàs teſtamentum ad pias cauſas valeat, ſi conficiatur coram patre, ſed de eius expreſſo conſenſu non apparet. *Apont. conſ. fin. vol. 2. Ricc. in ſua prax. reſol. 569. part. 1.* tenent non valere, *quos refert Nouar. in addit. ad Franc. deciſ. 4.*

Num. 8.] Adde, quòd dos ſuccedat loco legitimæ, & quod onus fideicommiſſi ſuper ea nõ poſsit imponi, *Fuſar. de fideicomm. quæſt. 297. nu. 1. & 2.* Declara non procedere, quando filia oneri iniuncto cum iuramento conſenſiſſet. *Fuſar. nu. 7.*

Declara ſecundò, quia ſupra legitimã tenet onus iniunctum. *num. 8.* qui *in nu. 9.* extendit, procedere etiam, quando pater in vita dotauit filiam, & poſtea moriens eam inſtituit in dote, & alijs bonis, & ſimpliciter fideicommiſſo grauauit, nam & onus tenet in dote pro portione, vltra legitimam, refert multos Doctores.

Num. 14.] Adde *Fusar. de fideicomm. d. quæst.* 297. *num.* 10. *vers. sed circa hæc.*

Num. 16.] Adde, quòd quando dos non transit in legitimam, quòd possit imponi grauamen. *Alex. cons.* 179. *col.* 3. *vers. & quando. lib.* 5. vbi probat, quod dos reseruata filiæ exclusæ non est legitima, nec loco legitimæ, & propterea pater in ea potest adijcere conditionem nuptiarum, & onus fideicommissi, ex authoritate *Paul. de Castr. & aliorum. idem probauit Cephal. cons.* 145. *Gabr. vltra cons.* 116. *allegatum per Genitorem meum, in cons.* 140. *lib.* 2. *Peregr. cons.* 5. *nu.* 15. 16. *& 17. vol.* 5. *vbi multos Doctores refert. Et Fusar. d. quæst.* 297. *num.* 18.

CONSIL. LXXXVIII.

Num. 7.] Adde, quòd dotarium debetur pro ea quantitate dotis solutæ verè, & realiter. *auth. dos data. C. de donat. ante nupt. vbi glos. & DD. glos. in §. hoc igitur. in verb. virum. in auth. de æqualit. dot.* quæ scribit, quòd si vxor non soluit dotem promissam, nihil ex pacto lucratur, si verò partem dotis soluit pro parte lucratur dotarium. *§. illud quoque. in auth. de non eligen.* Secundonubentibus, & dote non soluta in termino, quòd dotarium non debeatur. *Intrigl. decis.* 5. *Mastrill. decis.* 73. *Cannet. in cap. volentes. §. sed quid. si. Molfes. consuet. Neapol. part.* 7. *quæst.* 6. *Paul. Fusc. sing.* 69. *lit. A. Ricc. collect. decis.* 87. Nisi per maritum stetisset, quò minus exegisset, nam tali casu deberetur dotarium, etiam non soluta dote in totum promissa. *Afflict. cap.* 1. *sub. num.* 91. *de natur. succes. feud.*

Idem si fuit dos promissa, & data dilatio, qua pendente matrimonium fuit solutum. *Afflict. decis.* 393. *& ibi Vrsill. sub num.* 2. *Consiliarius* 10 *Andr. de Georg. alleg.* 45. *nu.* 20. *Anell. de Amat. cons.* 92. *nu.* 3. *multos refert Didac. de Mari in addit. ad Grammat. decis.* 97. *nu.* 2. *& nu.* 5. infert, deberi, si maritus confessus fuit dotem, & pater se obligauit ad tantundem nomine mutui: Idem si suam vxorem in falso adulterio occiderit. *num.* 6. & per totam infert ad multos casus.

Num. 12.] Adde *Milan. decis.* 7. *lib.* 1. *nu.* 38. *cũ multis.* vbi inquit, quod quando fideicõmissum est factum ab ascendẽte descendẽti, quẽ tenebaturr dotare, & constituere donationem propter nuptias, non ligat, quin possit pro constitutione, quàm pro restitutione dotis alienari, qui loquitur tàm in feudo pacti, & prouidentiæ, quàm in bonis fideicommisso subiectis, & licet de iure cõmuni feudorum fuerit difficultas, in feudis, quoad restitutionẽ dotis, tñ cessat difficultas, stantibus constitutionibus Regni, vt *constit. si quis post litẽ. & cõstit. fratribus. vbi Isern. & Afflict.* & dicit ita semper in Regno decisũ. *Cannec. cap. volentes. fol.* 88. *nu.* 9. *& sequ. & nu.* 19. Et prædictã opinionẽ procedere asserit, nedum, quando est tacita prohibitio alienationis à lege inducta, ex quo res est fideiocommisso subiecta, verùm etiam, quando est expressa prohibitio hominis, & ex causa dotis facta. *nu.* 41. 42. 57. *&* 58.

Num. 13.] Adde, quę notaui ad *cons.* 5.

Adde, quòd *Auth. res quæ. C. comm. de leg.* procedat in fideicommisso ab ascendente descendenti, esto in casu dotis in specie prohibuerit, multos refert *Ferrer. super constit. Ios impuberes. num.* 164. *&* 165. non tamen procedit in fideicommisso instituto à Collaterali. Adde *Decian. cons.* 120. *lib.* 3. *circa finem. Surd. de alim. quæst.* 27. *num.* 6, *tit.* 1. *Honded. cons.* 76. *lib.* 1. *Caualc. decis.* 81. *nu.* 103. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 4. *& sequ. Apeguer. decis.* 118. *num.* 2. *Maresc. var. resol. lib.* 2. *resol.* 69. *nu.* 20. *Cancer. var. resol. tit. de dot. cap.* 9. *num.* 100. *part.* 1. *Rimin. Iun. cons.* 777. *num.* 17. *Costa de remed. subsid. remed.* 6. *nu.* 4. *& post omnes. Ramon. cons.* 1. *num.* 64. Et præsertim quòd pro restitutione dotis transuersalium, bona, quæ fuerunt per Collaterales fideicommisso suppositа, alienari non possunt. Vltra prælegatos Doctores Adde *Vinc. de Franc. decis.* 241. *Cannet. in cap. volentes. vers. & pulchra, & nodosa quæstio. nu.* 8. *fol.* 326. *Cum. in cap. si aliquem. nu.* 452. *Mut. decis.* 83. *nu.* 23. *Rouit. cons.* 54. *num.* 2. *Camill. della Rath. cons.* 54. *nu.* 5. *& cons.* 59. *nu.* 8. *Viscont. in conclus. iur. verb. bona fideicommisso. fol.* 22. *col. & post omnes Mart. de succes. leg. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 10. *num.* 12. Quinimò nec bona per auum maternum vinculo subiecta, possunt pro dote neptis ex filia alienari, ea ratione, quia non tenetur auus maternus eam dotare, post *Bart. in d. auth. res quæ. nu.* 3. *& ibi Bald. nu.* 9. *Apetr. de fideicõm. quæst.* 8. *nu.* 385. *Peregr. cons.* 102. *nu.* 33. *lib.* 4. *Farin. decis. Rot. Rom.* 89. *quos allegat, & sequitur Raimon. d. cons.* 1. *nu.* 56. quod videtur dubitabile, cùm sit de illis, qui in subsidium tenentur dotare.

Et aduerte, quod *Petr. de Lun. in d. cons.* 40. annotatus *in addit. ad cons.* 5. pro sui opinione allegat *Mastrill. decis.* 256. *& Menoch. cons.* 33. *& cons.* 1078. sed tu adde *Claper. caus.* 2. *quæst.* 4. qui *Mastrill.* loquitur amplissimè, sed allegat pro sui opinione *Mandell. cons.* 447. dicentem magis communem, post *Gozad. in cons.* 97. *nu.* 10. *& Alexand. in cons.* 78. *col.* 1. qui omnes loquuntur in illa quæstione, an dispositio *auth. res quæ.* pro-

cedat

cedat eàm in constitutione, quàm in restitutione, & dicunt procedere in vtraque, sed loquuntur in fideicommisso facto ab ascendente descendenti, non autem in transuersali, nec in extraneo, prout illos refert *Mastrill.* vnde sunt contra cõclusionem fundatã per *Mastrill.* Menochius autẽ, si aduertatur, est sibi contrarius, quòd licet in *cons.* 33. & 1078. teneat pro opinione dicti de Luna; tamen in *cons.* 1110. *nu.* 12. & 13. tenet contrarium. *Ferrer. in d. constit. los impuberes. num.* 166. & *sequ.* est pro sui opinione, sed dicit, non alia ratione factum fuit filijs licere alienare, nisi ex eo, quòd scilicet pater, seu auus instituendo filium, seu nepotem, & grauando eos sine liberis, videatur id cogitasse, vt ducat vxorem, & contrahat matrimonium, tamquam ad necessarium antecedens ad filios suscipiendos, cùm sine matrimonio illos habere non licet. *l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui. vel alien. iur.* quandoquidem non est hæc sola ratio, sed illa, quia parentes tenentur dotare, & se obligare institutioni dotium, & contra eum sunt tot Doctores antiqui, & moderni, & *Claper.* licet optimè tueatur suam opinionem, tamen dicit, contra eius opinionem fuisse decisum, & ita etiam refert *Fontanell.* Decisiones factas in Regno dicit, audiuisse, & per Spectabiles Ioannem Baptistam Castelli, & Hieronymũ Donato, Iudices Straticotiales meritissimos, & Genitorem meum eorum collegam, sub die 7. Aprilis 1629. fuit decisum pro fideicõmisso contra mulierem, in fideicommisso facto ab auunculo in causa Don Thomæ Paulillo repetentis partem dotis, & dotarij, eius vxoris à primo viro, contra Don Dominicum, & Don Placitum de Ioanne, successores in bonis Vincentij Giustiniano, vigore fideicommissi.

CONSIL. LXXXIX.

Num. 1.] Adde, ita vt viuatur iure Francorum, quando feudum est cum dicta clausula (concessum Titio, & hæredibus ex corpore) an sit hæreditarium, an mixtum, an ex pacto, & prouidentia, quid in Regno, & alijs, & de intellectu Cap. Regis Alphonsi, quod incipit (Volentes) an habeat locum in feudo, cum dicta clausula latissime *Illustr. Reg. Carol. Tapp. decis.* 2. *art.* 2.

Num. 17.] Adde, quòd quando bona sunt intricata, dicitur excussio facta, *Rolan. cons.* 14. *num.* 14. *nu.* 17. *lib.* 1. *Muta decis.* 24. *nu.* 30. *Menoch. cons.* 1187. *num.* 15.

CONSIL. XC.

Num. 18. *cum sequ.*] Adde *Ricc. collect.* 2466. *vbi latissimè*, quando debeatur salari, fic ab Episcopo successore, Vicario prædecessori, fic Aduocato, Procuratori, Officiali constituto in aliqua Terra, Syndico misso ab Vniuersitate, & Officiali duo officia exercenti, duplicatum debetur salarium, & quando fuit amotus ab officio culpa Vniuersitatis, an debeatur salarium totius anni, refert *Masul. ad Capicc. decis.* 125. & *multos DD.*

Num. 41. & *sequ.*] Adde, quid autem, si Clericus deposuit falsum coram laico, an possit ab eo puniri, dic quod dispositio *d. l. nullum.* non habet locum, si Clericus deponat, sed remittendus est ad Ecclesiasticum, ita multos referens *Graff. d. cap.* 1. *nu.* 1146. & *sequ.* idem dicit *Franch. d. decis.* 722. *nu.* 6. *Farin. quæst.* 8. *nu.* 26. *Giurb. cons.* 59. *nu.* 117. *refert multos. & nu. sequ.* in materia *d. l. nullum.* Ex *Franc. in d. decis. nu.* 15. clarè liquet, stante pragmatica derobatores stratatum puniri per capientes, & allegat se ipsum in *decis.* 370. ex *dispost. d. l. nullum*, asserit, fuisse decisum, receptantem contumaces M. C. V. quia erat Magna Curia offensa, puniri debere per M. C. circumscriptis priuilegijs Baronum clausulam abdicatiuam continentibus, idem dicit pro resistentia facta officialibus M. C. nam dicitur offensa iurisdictio, & in ipso actu delicti quæritur iurisdictio Iudici offenso cognoscendi in delinquentem, contra eum, vt *d. decis.* 722. *num.* 23. vbi inquit contraria procedere in delictis communibus, in quibus eo ipso, quod subditus delinquit quæritur actio, & ius petendi remissionem ipsi, & domino.

Num. 44.] Adde *Ricc. resol.* 140. *Io. Bapt. de Thor. compend. decis. verb. Iudex laicus. fol.* 294. *Caball. resol.* 261. vbi idem dicit etiam procedere, quando Ecclesiasticus commisit causam productionis testium seculari. *Viscont: in addit. ad Franc. decis* 147. *in princip. vbi refert multos.*

Num. 45.] Adde *Giurb. d. cons.* 59. *num.* 120. *Viscont. in addit. ad Franch. d. decis.* 147. *vers. item adde, an Iudex Ecclesiasticus. Ricc. in addit. ad. d. decis.* 147. *vers. an autem Ecclesiasticus.*

CONSIL. XCI.

Num. 13.] Adde *Ricc. in addit. ad Franc. decis.* 714. *vers. hoc dicit.* ad materiam tamen vitæ, & militiæ.

Num. 19.] *Nouar. in addit. ad Franch. allegata decis.* 542.

Num.

Num. 21.] Adde, *Nouar. in addit. ad Franch. decis.* 20. *& Ricc. in eadem decis.*

CONSIL. XCII.

Adde, quibus in casibus vēditor teneatur satisdare cum fideiussoribus in casu euictionis de indemnitate emptoris. *Angel. & Salic. post Bart. in l.* 1. § *stipulationum. ff. de Prætor. stipulat. Peregr. cons.* 93. *vol.* 5. *per totum. allegat Surd. decis.* 165. 253. *&* 296. *Thesaur. decis.* 102. *Lanar. cons.* 15.

Num. 5.] Quòd sententia lata contra minorem indefensum sit nulla, adde: an maiores correi possint adhærere nullitati talis sententiæ propositæ pro parte minoris, tenet quòd sic, *Nouar. quæst. for.* 155. *num.* 4. *vers. Index condemnauit. part.* 1. ratio est, quia in indiuiduis litis consortes, & correi gaudeant priuilegijs sociorum. *Afflict. decis.* 213. *Monter. decis. Regn. Aragon.* 14. *num.* 84. vbi dicit, quòd quis consequitur priuilegium, ex persona socij, quod ex persona sua consequi non posset. *Surd. decis.* 301. *nu.* 9. *cum multis relatis à Nouar. nu.* 6. *& quæst.* 11. *d. part.* 1. & latissimè notaui superius in *cons.* 4.

CONSIL. XCIII.

Adde, an exulatus qui fregit fines exilij, vt puniatur, debeat esse inuentus, & captus, dic quòd sic, *Nouar. quæst. for.* 3. *part.* 1. *argum. l. si Barsatorem. C. de fideiussor.* vbi probatur non sufficere solùm inuenire aliquem, sed simul necessarium esse apprehensionem, & capturam, ad hoc, vt incidat in pœnam, vnde constituunt regulam Doctores, quod quando statutum disponit, quod inuentus cum armis incidat in aliquam pœnam, non sufficit solùm inuenire illum, sed pariter opus est ipsum capere, ad hoc, vt incidat in pœnam, *glos. Bart. & Bald. in d. l. si Barsatorem. Rip. in l.* 1. *nu.* 52. *&* 55. *ff. de acquir. poss.* vbi inquit ex solo aspectu non dici rem inuentam, *Apegher. decis.* 55. *Decian. tract. crim. tit de var. quæst. circa gestat. armor. nu.* 5. *Marta decis.* 80. *Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap.* 257. *part.* 2. *Mat. super Pragm. Regni tit.* 41. *num.* 74. *tom.* 1. *Canalc. de brach. reg. part.* 1. *nu.* 112. *& Nouar.* qui infert ad alios casus.

Et quando excusetur à fractura exilij, & idem in guidato, cum clausula, quòd non accedat ad locum delicti, loquitur optimè *Nouar. quæst. for.* 28. *part.* 1.

CONSIL. XCIV.

Adde, quòd sub die 23. Septembris 1628. eadem quæstio circa reintegrationem depositi elapso triduo, fuit decisum, posse reintegrari in fauorem V. I. D. Io. Matthæi Pisa, contra Ar. M. D. Fidericùm Prosimi, per Spectabiles Io. Baptistam Castelli meritissimum Regium Consiliarium, & Hieronymū Donato doctissimos Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis, & per Genitorem meum eorum collegam.

Num. 43.] Adde, quòd ita fuit decisum per Magnam Regiam Curiam, & per Tribunal Consistorij in causa retractus, pro Francisco Falcone, contra D. Vincentium, & Margaritam Frangica, & fuit confirmatum sub die 28. Iulij, 1627. per Spect. Iudices D. Cataldum Fimia, & Antonium Angotta meritissimos Iudices M. R. C. Sedis criminalis, & Genitorem meum eorum collegam.

Omnia hic annotata sint sub correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ, quæ non aliter impressa intelligo.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, ET VERBORVM

Memorabilium, quæ in hoc Volumine continentur.

A B, dictio, diuersitatem loci ostendit. conſ. 6. num. 19.

Ablatiui abſoluti important conditionem. conſ. 12. num. 35. & conſ. 66. num. 39.

Abſens à Ciuitate propter peſtem, dicitur abſens ex iuſtiſſima cauſa. conſ. 83. num. 10.

Abſolutio à iuramentis petita ſufficit quò ad omnia iuramenta. conſ. 36. nu. 26. ſed ſecus, nu. 28.

Accedens ad iudicium, dicitur venire in coſtatu, in quo eſt cauſa. conſ. 2. num. 91.

Acceſſorium ſuo principali non omninò cohærens, non continetur in translatione principalis. conſ. 1. num. 74.

Acceſſatio ſola rei, litis pendentium non operatur, niſi nouum ipſius rei fuerit inter reos receptum. conſ. 75. nu. 13.

Acquiſitor primus non ligatur forma feudi, ſed illam poteſt mutare, & feudum alienare poteſt etiã in extraneos. conſ. 14. num. 30.

Acta præſentata in poſſeſſorio alicuius iuriſdictionis exhibentur pro colore, non autem ad plenam probationem, & maximè quando agitur de iuriſdictione contra priuatum. conſ. 2. poſt 2. nu. 14.

Acta iuriſdictionalia poſſeſſionem iuriſdictionis oſtendunt, & quæ ſint recenſentur. conſ. 1. n. 34.

Acta iuriſdictionalia probant poſſeſſionem meri, & mixti imperij, & ſufficiunt ad illius præſcriptionem. conſ. 2. nu. 2.

Acta cum illegitimo curatore facta ſunt nulla. conſ. 54. num. 1.

Actio hypotecaria præſcribitur ſpatio decem annorum. conſ. 38. nu. 60. contra num. 61.

Actio nulla oritur ex contractu conditionali ante purificatam conditionem. conſ. 73. nu. 22. nec executio. num. 23.

Actio non datur contra tertium, niſi diſcuſſis bonis principalis debitoris, & diſcuſſo fideiuſſore, & tertijs poſſeſſoribus bonorum principalis, quorum defectu deuenitur ad tertios poſſeſſores bonorum fideiuſſoris. conſ. 73. num. 63.

Actio cui conceditur, multò magis conceditur exceptio conſ. 52. nu. 2. & conſ. 77. nu. 2.

Actio, & paſſio inſimul ſtare non poſſunt. conſ. 62. num. 21.

Actor, & reus non debent ad imparia iudicari, conſ. 2. num. 93.

Actor tenetur ſequi forum Rei. conſ. 24. num. 20.

Actor ſi non poſſidet cenſum, prius debet agere iuditio ordinario reſciſſorio, & poſtea quam obtinuerit agere iuditio executiuo. conſ. 51. nu. 36.

Actori incumbit onus probandi, & debet eſſe clara probatio, & dubia non relenat. conſ. 15. nu. 39. & 40.

Actuarij error non nocet partibus. conſ. 29. nu. 31.

Actum qui poteſt facere, poteſt illum qualificare. conſ. 19. num. 69.

Actum minus legitimum præſentare in iudicio, & nullum præſentare idem eſt. conſ. 20. num. 50.

Actum faciens, ad quem poterat abſtringi, videtur illum ex neceſſitate feciſſe. conſ. 46. num. 6. & coactè dicitur ſoluiſſe, qui ad ſoluendum cogi poterat. nu. 7.

Actus poſſeſſionis contra antiquiorem titulum, & poſſeſſionem alterius, turbationem potiùs, quàm poſſeſſionem probant. conſ. 1. nu. 95.

Actus iuriſdictionales Sapientes merum imperium recenſentur conſ. 2. num. 86.

Actus clandeſtinus nemini præiudicat. conſ. 2. num. 10.

Actus ſemel à Principe confirmatus non eget alia ſucceſſoris confirmatione, & ſufficit, quòd virtute dicti actus ſit Ius quæſitum Ciuitati, & locis Territorij illius. conſ. 1. num. 45.

Actus præſumitur factus ad inſtantiam illius, cuius intereſt. conſ. 20. num. 6. Idem in citatione num. 7. Idem in mandato Iudicis. nu. 8. & 48. Idem vbi fiunt impenſæ. nu. 47.

Actus iuriſdictionales poſſeſſionem iuriſdictionis oſtendunt conſ. 2. poſt 2. nu. 52.

Actus vltimæ voluntatis ſunt ambulatorij vſque ad

mortem. conſ. 7. num. 33.

Actus facti per Archiepiſcopum Vrbis Meſſanæ, eiuſq; Miniſtros in rure Lardariæ tanquam turbatiui, poſſeſſionem ſuam non probant. conſ. 2. poſt 2. num. 67.

Actus priuatorum non nocent Vniuerſitati, quæ non conſentiit. conſ. 6. num. 61.

Actus dicuntur turbatiui, qui fiunt contra verum poſſeſſorem, & non probant poſſeſſionem. conſ. 6. num. 78.

Actus publici ſunt probatio probata. conſ. 13. nu. 28 conſ 15. nu. 29. conſ. 18. nu. 7. & conſ. 23. nu. 4.

Actus publici magis probant, quam teſtes in vim extremorum, maximè ſi ab eo ſint facti, contra quem in inditio exhibentur. conſ. 7. nu. 69.

Actus declaratur ex ſubſequentibus, & ex his, quæ partes exinde fecerunt, & idem in actu facto per Principem. conſ. 20. nu. 46. & 49. & conſ. 57. num. 30.

Actus iuriſdictionales dicuntur facti titulo præambulo. conſ. 23. nu. 92. & 136.

Actus factus cum pacto de non opponendo, & cum clauſula, vt Bancus operatur, vt nil poſſit dici, neque os aperiri. conſ. 20. nu. 51.

Actus, vt valeat, ſemper capienda eſt interpretatio. conſ. 20. nu. 28. & conſ. 32. nu. 23.

Actus præſumitur factus in executionem præcedentis cauſæ, & perſonæ. conſ. 20. num. 11. Et in executionē præcedentis mandati. conſ. 32. nu. 21.

Actus factus de mandato delegati, ab eo, vel à delegante exequitur. conſ. 20. nu. 30.

Actus in dubio cenſetur factus ex cauſa neceſſaria, non autem voluntaria. conſ. 32. nu. 22.

Actus factus à minore, ſine curatore, quando ſit nullus. conſ. 32. nu. 12. & 14. & an ſufficiat replicare de nullitate. nu. 13.

Actus poſſeſſionis eſt Indiciarius, & poteſt fieri ſine teſtibus. conſ. 29. nu. 30.

Actus factus contra ſolitum, præſumitur ſimulatus. conſ. 34. num. 19. Idem ſi fiat inter perſonas coniunctas. nu. 20. affertur ratio nu. 25.

Actus duo facti eodm die, per eundem Notarium, & coram iſdem teſtibus, dicuntur correſpectiui. conſ. 29. num. 1.

Actus, vbi pendet à ſola voluntate agentis, cui à lege permittitur fieri, tunc ſufficit conſenſum ſupperueniße, vt conualidet actum nullum. conſ. 32. num. 56. Immò ratificatio non ſollemnis nocet, quando fit ab eo, qui ſibi poteſt præiudicare. nnm. 57.

Actus ſi ſit factus ex pluribus cauſis, ſi aliquæ ex expreſſis ceſſant, ſubſtinetur ex alijs, quæ remanent. conſ. 40. nu. 30.

Actus confeſſionis preuij, qui fit per retrouendentem, eſt idem cum ipſo actu retrouenditionis. conſ. 46. num. 10.

Actus ex interuallo dicitur celebratus, ſi eſt factus poſt decem dies. conſ. 46. num. 14.

Actus ſemper intelligitur factus eo modo, vt debebat fieri, eo magis, quando conſtat de voluntate gerentis actum. conſ. 57. num. 48.

Actus habens aliquam ſuſpitionem, ſi aliundè comprobetur eius veritas, ceſſat ſuſpitio. conſ. 60. num. 22.

Addentes vltimi ad Vinc. de Franc. declarantur. conſ. 46. nu. 38.

Adiudicatio dominium transfert, & ex notificatione de mandato Iudicis acquiritur poſſeſſio in nomine debitoris. conſ. 65. num. 2.

Adiudicatio, quæ fit ad inſtantiam creditoris, debet fieri præſente pecunia, aliàs eſt nulla. conſ. 92. nu. 14. & contraria opinio refellitur. nu. 15.

Adiudicatio facta tertio licitatori, habita fide de pretio, conſentiente tamen creditore exequente, valida eſt. conſ. 92. nu. 26. Ratio. nu. 27.

Adminiſtratoris negligentia non nocet ſucceſſori. conſ. 4. nu. 24.

Adminiſtratio Sacramentorū in Hoſpitalibus debet exerceri per Parochos, infra quorum Parochiam exiſtunt, non autem à Sacerdotibus præpoſitis ipſis Hoſpitalibus. conſ. 4. nu. 68.

Aedificari Monaſteria continet publicam vtilitatem. conſ. 28. nu. 6.

Aequiparatorum ea eſt natura, vt inter eos ſit æqualis diſpoſitio. conſ. 67. nu. 29.

Aetas infantilis, & pupillaris, impedit curſum præſcriptionis. conſ. 17. nu. 8.

Aetas pupillaris quatuordecim annos durat. conſ. 17. nu. 9.

Aetas nubilis eſt vſque ad duodecimum annum, ſed veritas vſque ad decimum quintum. conſ. 25. nu. 22. & 23.

Affinitas ſpiritualis inter compatres contrahitur. conſ. 54. num. 18.

Afflict. tract. de iur. prothom. fol. 14. nu. 61. declaratur. conſ. 37. num. 23.

Afflict. deciſ. 13. nu. 26. declaratur. conſ. 60. nu. 17.

Agens ad computorum redditionem, ordinariè ſe dirigere debet iure communi inſpecto, aliàs ſi per iniunctionem ſe dirigat, nullum eſt inditium, etiam ſi pars conſenſerit, conſ. 59. nu. 32. & 33.

Agens in poſſeſſorio non cogitur ſuper petitorio reſpondere, antequam reſtitutus ſit. conſ. 2. num. 108.

Agnatus natus poſt venditionem admittitur ad retractum. conſ. 37. nu. 38.

Alex. Raudenſis in conſ. 26. nu. 193. vol. 1. refellitur. conſ. 26. nn. 23.

Alienandi liberè conceſſa facultas non intelligitur, quòd nō debeat requirere directū. conſ. 12. n. 38.

Alienans rem, quam multiplici titulo poſſidet, alienare dicitur titulo ſibi magis profuturo. conſ. 51. num. 26.

Alienatio ante rei traditionem non dicitur perfecta. conſ. 16. num. 13.

Alienatio bonorum Eccleſiæ non poteſt fieri ſine cauſa,

causa, & sollemnitate, & vtraque requiritur copulatiuè, & si vna deficit, contractus est nullus ipso iure. conſ. 70. num. 1. & 2. amplia num. 4. 5. 6. & 7.

Alienatio per conditionem reſolutiuam poteſt annullari, & ad ſua principia attractiua reduci, conſ. 66. num. 75.

Alienatio rei infructuoſæ, & ſterilis inundatæ ab aquis, & ſyluoſæ, dicitur in euidentem vtilitatem Eccleſiæ. conſ. 70. num. 14.

Alienatio pendente fideicommiſſi conditione valet, & ea adueniente reſoluitur. conſ. 51. num. 30.

Alienatio rei feudalis ſubſtinetur pro ea parte, pro qua bona libera non extant. conſ. 89. num. 25. Declara num. 26.

Alienatio bonorum Eccleſiæ, quò ad regulares, habet conſtitutionem Papæ Gregorij xiij. quæ requirit quinque copulatiuè, & hæc conſtitutio eſt facta poſt Paulinam, & alias conſtitutiones. conſ. 70. num. 26. etſi dicta quinque non obſeruantur, eſt ipſo iure nulla. num. 29.

Alienatio, quæ fit pro euidenti vtilitate Eccleſiæ, requirit, quòd vtilitas non ſolùm ſit tempore alienationis, verùm etiam, quod in futurum erit eiuſdem vtilitatis, ſecus quando alienatio eſt pro neceſſitate, quia tùc ſufficit tempore alienationis, quòd Eccleſia iuſto pretio alienauerit. conſ. 70. num. 12.

Alienatione neceſſaria reſoluitur fideicommiſſum. conſ. 89. num. 7. Declara num. 8.

Alienationibus eiuſdem rei pluribus factis, ſi prima alienatio nõ eſt ſollemnis, ſemper cõpetit retractus etiam ſi res alienata per mille manus tranſierit, dummodo ſit infra tempus retractus. conſ. 50. num. 23.

Alienationis prohibitio ſimpliciter facta per teſtatorem, ad fauorem hæredis facta dicitur, & nemo poteſt infringere alienata. conſ. 51. nu. 28.

Alienationis prohibitio facta in actu inter vinos validiſſima eſt, conſ. 88. num. 10. affertur ratio. num. 11.

Alienationis prohibitio ſimplex fideicommiſſum non inducit, ſecus ſi adijciatur cauſa, vt bona remaneant in familia. conſ. 5. nu. 7.

Alimenta de iure debita, ab initio in pactum licitè deducuntur. conſ. 45. nu. 14.

Alimenta quoties debentur poſſunt repeti, eſto alium de fuerint percepta. conſ. 25. nu. 24.

Alimenta per maritum vxori non debentur, ſi dos promiſſa non fuerit ſoluta conſ. 11. nu. 28.

Alimenta debentur vſque ad nubilem ætatem, conſ. 25. nu. 21.

Altius extollere eius ædificium quilibet vſque ad cælum poteſt. conſ. 28. nu. 1. affertur ratio, nu. 2. fallit. nu. 3. Fallit fauore Eccleſiæ nu. 4. affertur ratio. num. 5.

Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. conſ. 55. num. 22.

Aliud pro alio inuito creditore, quòd ſolui non poſſit, quando intelligatur, conſ. 89. nu. 23.

Amicis electis ad reuiſionem computorum omninò ſtandum eſt conſ. 58. nu. 30.

Anterior in capitale, an ſit anterior in redditibus, & vſuris, diſtingue, vt ibi, conſ. 63. nu. 17.

Antiquum tempus quod ſit conſ. 23. nu. 131.

Apeguer. deciſ. 33. declaratur. conſ. 35. nu. 33.

Appellari non poteſt à Vicario Generali ad Epiſcopum. conſ. 85. nu. 14.

Appellatio datur à ſententia declaratoria, quò ad vtrumque remedium deuolutiuum, & ſuſpenſiuum conſ. 1. nu. 143.

Appellatio à notorio, quamuis non detur, tamen à ſententia Iudicis declarantis factum eſſe notorium appellatur. conſ. 1. num. 144.

Appellatio à ſententijs Prælatorum, quando vtuntur iuriſdictione temporali, fit ad Magnam Regiam Curiam. conſ. 2. poſt 2. num. 7.

Appellatio eſt de reſeruatis Principi. conſ. 4. nu. 55.

Appellatio à delegato, fit ad delegantem. conſ. 17. num. 16.

Appellatio à ſententia Curiæ Senatus fit ad Tribunal Patrimonij, etiam de cauſis inceptis in Patrimonio, & ob eius receſſum remanſis. conſ. 20. num. 40.

Appellatio non datur à ſententia legis. ſed datur à ſententia Iudicis declarantis, quem incidiſſe in pœnam legis. conſ. 1. num. 147.

Appellatio à facto notorio non ſuſpendit. conſ. 1. num. 148.

Appellatio à ſententia excommunicationis executionem ſuſpendit, ſi eſt lata ſub conditione quæ nondum eſt adimpleta. conſ. 1. num. 141.

Appellatio duos effectus parit, ſuſpendit, & deuoluit. conſ. 1. num. 139.

Approbatum quod ſemel eſt, non poteſt amplius improbari. conſ. 2. nu. 17. & conſ. 19. num. 12. & 52.

Approbatum ſemel non poteſt amplius impugnari, & ſufficit ſemel conſenſiſſe, vt repellatur à contradictione, conſ. 32. num. 30. & 31. & conſ. 37. num. 18.

Aqua illius eſt, in cuius prædio naſcitur. conſ. 74. num. 9.

Aquæ dominus poteſt prohibere, ne, qui prius molendinum conſtruxit, aqua vtatur amplius. conſ. 74. num. 16.

Aquam fluminis occupans, quò ad vſum illius, efficitur dominus. conſ. 74. nu. 2.

Aquam prius occupans poteſt prohibere, ne alter in ſuperiori parte fluminis molendinum conſtruat, ex quo vſus aquæ impediatur. conſ. 74. num. 3. amplia, num. 4.

Aquam concedens ad vſum molendini, videtur eam conceſſiſſe, dummodo quod vſus, & commoditas ipſius dominì concedentis non impediatur. conſ. 74. num. 18. amplia. num. 19.

Aquarum dominium, & superioritas arguitur ex licentia, & solutione, quæ fit in capienda aqua. cons. 74. num. 14.

Arbitrorum sententia liquidat, & declarat debitum cons. 77. num. 5.

Arbitrorum sententia in Regno habet executionem paratam. cons. 77. num. 6.

Archiepiscopus habens bona sibi concessa à Catholica Maiestate, potest coram Iudicibus secularibus pro bonis Regijs conueniri. cons. 2. post 2. num. 38.

Archiepiscopus pro bonis de iure patronatus Regio tam in petitorio, quàm in possessorio potest per Regios Iudices seculares cognosci. cons. 2. post. 2. num. 40.

Argumentum de teste ad Iudicem, quò ad recusationem validum est, immò à fortiori, cùm facilius remoueatur Iudex quàm testis. cons. 85. nu. 41.

Argumentum de emphiteusi ad feudum validum est. cons. 50. nu. 44.

Argumentum de dote ad alimenta validum est. consil. 10. nu. 12.

Argumentum à statuto ad pactum non valet, quando diuersa est ratio. cons. 53. num. 75.

Argumentum de iure communi feudorum ad primogenia non valet. cons. 67. num. 18.

Arma potest apponere habens ius patronatus in fundatione alicuius Ecclesiæ cons. 93. num. 48.

Arma sua potest apponere, construens Cappellam, vel sepulturam, & si quis illa eripit, vel abradit, punitur. cons. 93. num. 49.

Arma sua apponere potest, quisquis ius patronatus habet, siue fundatione, siue constructione, siue dotatione Ecclesiæ. cons. 93. num, 51.

Arma domini iurisdictionem ciuilem habentis, in aliquo loco apponi possunt. cons. 93. nu. 53.

Arma Vrbis Messanæ apponuntur æqualia Armis Regum, tam in ædificijs, quàm in alijs locis, ex priuilegio Arcadij Imperatoris. cons. 93. num. 54.

Arma designant rem esse illius, cuius sunt arma. cons 93. num. 43.

Arma apposita in Ballis Mercatorum faciunt præsumptionem, Ballas esse ipsius Mercatoris, cuius sunt arma. cons. 93. num. 44.

Arma Regis, eiusque Proregis, & Vrbis apponuntur in opere, quod publicis sumptibus construitur, & possunt describi nomina Senatorum. cons. 93. num. 45. & 46.

Arma Regis eiusque nomen prius inscribendum est, in quolibet opere construendo, cons. 93. nu. 47.

Arma apponere super ædificijs potest Vniuersitas, quæ propijs sumptibus ædificia construxit, cons. 93. num. 42.

Articulatum quod probatum non releuat, non admittitur, cons. 19. nu. 18.

Articulatum non admittitur aduersus pactum de non opponendo. cons. 19. nu. 21.

Asserenti se posse actum gerere, ex quo prohibitio fuit sublata, non creditur, nisi aliunde probet. cons. 12. num. 18.

Assertio inter contrahentes plenè probat. cons. 35. num. 5.

Assertio donantis non probat in præiudicium tertij. cons. 29. nu. 19.

Assertio in contractu Bullæ facta, probat etiam contra tertium. cons. 61. num. 2.

Assertio erronea non nocet, quando constat de veritate facti. cons. 24. nu. 11.

Assertio debitoris nunquam præiudicat creditori anteriori. cons. 34. nu. 12.

Assertio inter personas prohibitas non probat, & in sollemnitatibus, quibus per partes non potest renuntiari. cons. 70. num. 16.

Assertio Regis probat. cons. 6. num. 43.

Assertio, quæ habet originem à personis suspectis, nihil operatur. cons. 6 num. 59.

Assertio vtriusque parentis de certa ætate filij, semiplenam facit probationem. cons. 51. num. 14.

Assertioni concedentis circa merita creditur, quãdo non sumus in prohibitis. cons. 1. nu. 68. & cons. 2. post 2. nu. 50.

Asinius cap. 7. nu. 2. declaratur. cons. 59. nu. 20.

Attentata dicuntur, quæ fiunt post sententiam, & vt talia reuocantur. cons. 23. num. 103. & in Contrapriuilegijs. nu. 104.

Audientia est deneganda actionem non habenti. cons. 59. nu. 28.

Audientia nunquam in Regno denegari consuetuit, sed præiuditialia in fine causæ reseruantur. cons. 49. nu. 5.

Audientiæ denegatio non potest refragari per eum, qui semel consentijt. cons. 49. nu. 4.

Authentica res, quæ C. communia. de legat. habet locum in fideicommisso inducto ab ascendentibus & descendentibus, non autem â collaterali. cons. 88 num. 12. amplia. num. 17.

Authentica res, quæ C. comm. de legat. procedit in subsidium. cons. 89. num. 6.

Authentica ex causa C. de lib. præterit. etiam in præteritione paterna locum sibi vendicat. cons. 64. num. 2.

B

Bald. cons. 45. & cons. 282. lib. 2. declaratur. cons. 32. num. 63. & 66.

Banni post publicationem habent vicinus, & consanguineus qninquennium ad retrahendum, ex priuilegio Caroli Quinti concesso Vrbi Messanæ. cons. 94 num. 22.

Bannum, quo vocantur vicini, & consanguinei ad retractum, si non continet omnia substantialia expressata in contractu venditionis, illegitimum est. cons. 94. num. 23. ampliat ante consuetudine sic publicandi. num. 24.

Baro habens merum imperiũ dicitur magnus dominus.

nus. conſ. 2. num. 89.
Baro hoc nomen arguit eſſe cauſam feudalem. conſ. 2. num. 11.
Baro, non poteſt conſtituere ſeruitutem, vt Vaſſalli non poſſint alibi molere quàm in molendinis ipſius, & quomodo intelligatur. conſ. 6. num. 65.
Barones pro iuriſdictione habent intentionem fundatam quò ad ea, quæ ſunt intra fines territorij. conſ. 23. nu. 77. & 79. Idem Epiſcopi. nu. 78.
Benefacta in feudo ſunt allodialia, & reputantur ſicut cætera bona hæreditaria, & ſuccedit hæres Baronis, conſ. 22. nu. 1. & 2.
Benefacta ſunt indiuidua, & debetur pretium, & ita dicuntur ſeparabilia á feudo. conſ. 22. nu. 3. & 8. niſi aliter teſtator dixerit nu. 9.
Beneficia poſſunt conſequi Religioſi, qui ſunt laici reſpectu aliorum Religioſorum, ſi in proprijs Eccleſijs conferuntur, conſ. 79. num. 15.
Beneficij vltimus ſtatus attenditur conſ. 79. nu. 25. & 30.
Beneficij in fundatione, poteſtas Ordinarij ſuperueniens ſufficit, conſ, 79. nu. 11. Ratio nu. 12.
Beneficiorum in conſequutione primæ tonſura ſufficit. conſ. 79. num. 17.
Beneficium requirens ſacrum, vel ſacerdotalem ordinem, ex fundatione, ſtatuto, vel conſuetudine, non niſi illum habenti conferri valet. conſ. 79. num. 18.
Beneficium dicitur, & non priuilegium immunitatis, quoties ex alterius exemptione, non exempti non aggrauantur, ſed immunitatem concedens ſibi aſſumit id, quod exempto competit. conſ. 80. num. 20.
Beneficium conſequi valet quælibet Eccleſiaſtica perſona, quamuis non ſit Clericus conſ. 39. nu. 13.
Beneficium laicus conſequi non poteſt, qui non eſt Clericus, nec Religioſo ſtatui abdicatus, conſ. 79. num. 14.
Blaſc. Lanz. opinio in cap. ſi aliquem. quæſt. 3. refellitur. conſ. 67. nu. 19.
Bona alienata per patrem ante filiorum natiuitatem quò ad duas tertias portiones ſunt ſubiecta reſtitutioni ſub conditione, ſi filij naſcantur, & ea adueniente nulla eſt alienatio. conſ. 66. num. 62. & nu. 71. declara. nu. 72.
Bona contaminata, & contagio infecta comburenda ſunt, ne Reſpublica pereat, etiam proprijs dominorum expenſis. conſ. 83. nu. 17.
Bona contenta intra fines in priuilegio deſignatos, dicuntur eſſe de finibus, & illius, cuius ſunt fines. conſ. 6. num. 12.
Bona Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine cauſa, & ſollemnitate, & vtrumque requiritur copulatiuè. & ſi vna deficit, contractus eſt nullus ipſo iure, conſ. 70. nu. 1. & 2. Amplia. nu. 4. 5. 6. & 7.
Bona, & mala fides habent medium, quod ſufficit pro acquiſitione fructuum. conſ. 45. num. 25.
Bona fideicommiſſo ſubiecta, & feudalia poſſunt pro alimentis alienari, intellige, niſi alia libera habebat, & ſua culpa diſſipauit. conſ. 38. nu. 58.
Bona fides non patitur, quòd quis cum aliena iactura locupletetur, conſ. 56. num. 25.
Bona fides præſumitur in habente titulum putatiuum. conſ. 41. num. 10.
Bona fides cauſatur etiam iniuſtis, & temerarijs cauſis. conſ. 41. num. 11.
Bona fides probatur ex probabili ignorantia, facta diligenti inquiſitione, & quando plura habet conſilia Iuris peritorum. conſ. 41. nu. 18.
Bona primò alienata, eſto ſtabilia, ſeu mobilia, imputantur in portionem legitimæ, & Trebellianicæ. conſ. 8. nu. 13. & conſ. 51. nu. 24.
Bona priuatorum auferri poſſunt ob publicam vtilitatem, etiam nullo pretio perſoluto conſ. 83. nu. 13. & 14. & poſſunt comburi ob ſubditorum ſalutem. nu. 15.
Bonæfidei poſſeſſor cum titulo etiam inualido facit fructus ſuos. conſ. 41. num. 16.
Bullæ Pij Quinti ſuper cambijs, ex decreto Congregationis DD. Cardinalium refertur. conſ. 48. num. 11.
Bullæ Pij Quinti verba diſponentis de Nundinis, quomodo intelligantur. conſ. 48. nu. 17.
Burſat. conſ. 133. vol. 2. declaratur. conſ. 26. nu. 26.

C

Cambia realia pro prima vice debentur, & nouus requiritur conſenſus in continuatione. conſ. 84. num. 14. & tacitus conſenſus ſufficit. num. 15.
Cambij realis ad conſtitutionem quæ requirantur. conſ. 48. num. 1.
Cambiorum duo ſunt genera, & quæ. conſ. 35. nu. 2. & 3.
Cambiorum captura probatur per literas ipſius cambij, & literas aduiſi. conſ. 35. num. 15.
Cannet. in cap. volentes. §. at modò erit otioſa. declaratur. conſ. 63. num. 22.
Canones non ſoluere, non eſt delictum reale, ſed perſonale. conſ. 50. num. 15. & 20. & facta ſolutione ceſſat delictum, & commiſſum. nu. 21.
Canonica monitio importat trinam citationem. conſ. 1. num. 119.
Capitale demortuum non poteſt peti. conſ. 55. n. 15.
Capitula, quæ faciunt ad cauſam ſunt admittenda, & ſufficit, ſi faciant quoquomodo. conſ. 24. nu. 8. & 9.
Cap. Regni 78. Caroli V. Imperatoris declaratur. conſ. 32. num. 15. & 40. vbi refellitur Barbat. conſ. 70.
Cap. Regni 61. Regis Ferdinandi procedit, quando tertius recepit titulo oneroſo, ſecus ſi lucratiuo. conſ. 29. nu. 18.
Cap. Regni 61. Regis Ferdinandi declaratur. conſ. 40. num. 26. & 27.
Cap. 33. Regis Iacobi de ſucceſſione feudorum refertur,

fertur, in quo an sit vocatus màior natu simpliciter, an verò sit seruandus ordo primogenituræ, Doctores distinguentes enarrantur. consi. 67. nu. 1. & 2. & reconciliantur. nu. 3.

Cap. si aliquem de successione feudorum, lineæ prærogatiuam consideranit. consi. 67. nu. 12. & prærogatiua consideratur in gradu, ætate, sexu, & linea. nu. 13.

Cap. 118. & 204. Caroli V. Imperatoris. & Cap. 18. Philippi II. fuerunt emanata ad declarationem Cap. Si aliquem Regis Iacobi. consi. 67. nu. 14. Ratio. nu. 15. & 24.

Cap. 28. Regis Caroli fuit factum propter imbecillitatem minorum. consi. 72. nu. 3.

Cap. 1. §. in generali, si de feudis contentio sit inter domin. & agnat. fundatur ex eo, quia feuda non possunt alienari sine consensu domini. consi. 65. num. 13.

Cap. 246. Caroli V. Imperatoris, procedit in restitutione dotis, non autem in constitutione. consi. 89. num. 3.

Cappellam construens, potest ibi sua arma apponere, & si quis illa eripit, vel abradit, punitur. consi. 93. num. 49.

Cappellaniæ si non sunt constitutę Pontificis, vel Episcopi authoritate, non dicuntur beneficia, nec possessores ad horas canonicas obligant. consi. 79. nu. 5. Amplia etiam, si sint perpetuæ, & in eis sit eligendus Clericus, de parentela, habens omnia requisita. nu. 6. & etiam si fuerint per Episcopum proprio nomine de bonis suis erectę. nu. 7.

Cappellaniæ sine Pontificis, vel Episcopi authoritate erectæ, non comprehenduntur sub beneficiorum reseruatione. ibid. nu. 8.

Capturæ multæ, licet nulliter factæ, reuocari non debent, ne tot actorum nullitas permittatur. consi. 54. num. 13.

Casale dum tollitur à dominio Terræ, & Ciuitatis dominantis, grauatur ipsa Terra, & Ciuitas. consi. 23. nu. 27. & 29. & consideratur interesse. num. 32.

Casale Galterij oppidum est in Vrbe Messanę, quod regitur à Straticoto, eiusque Officialibus cum mero, & mixto imperio. consi. 93. nu. 52.

Casalia Ciuitati subiecta, sunt partes eiusdem Ciuitatis, & sub eodem nomine continentur. consi. 1. num. 30.

Casalia sunt indiuidua cum Ciuitate, & Terra, cui sunt vnita. consi. 23. num. 30.

Casalia sunt de iurisdictione Vrbis propinquioris adiacentis. consi. 2. num. 32.

Castra omnia vnius Comitatus habent ius indiuiduum. consi. 1. num. 33.

Castro, vel Oppido in feudum concesso, vel vendito an dicatur concessa iurisdictio, ac merum, & mixtum imperium; plures distinguuntur casus. consi. 1. num. 70.

Castro concesso à Principe cum iurisdictione, si Castrum subest Ciuitati, à qua regitur, tunc præsumitur, Principem voluisse concedere solam iurisdictionem, non autem merum imperium. consi. 1. num. 79. limita. num. 81.

Castro concesso, in quo iurisdictio ita exercetur, vt alteri Ciuitati Castrum non subiaceat, sed immediatè subditum sit concedenti, tunc censetur concessa iurisdictio, cum mero, & mixto imperio. consi. 1. num. 92.

Castrum nihil habet commune cum iurisdictione. consi. 1. num. 73.

Castrum alicuius Ciuitatis cum iurisdictione concedi potest, nisi prius sit iurisdictio alteri concessa. consi. 1. num. 82.

Casus omissus remanet in dispositione iuris communis. consi. 53. num. 66. & consi. 73. nu. 10.

Casus à statuto non consideratus, dicitur tamen expressus, non solùm ex identitate rationis, verùm etiam ex maioritate. consi. 66. num. 55.

Causa de non ædificando est executiua. consi. 1. nu. 99

Causa Contrapriuilegiorum est summarij possessorij. consi. 2. num. 12. & consi. 23. num. 6.

Causa, quando est expressa in sententia per Iudicem, tunc clarum est, motum fuisse ex illa causa. consi. 3. num. 4.

Causa, quando est exposita in precibus, tunc non recurritur ad coniecturas, quia illa vel est expressa, vel colligitur ex mente, & coniecturis. consi. 23. nu. 64. & etiam ex præfatione. nu. 65.

Causa debet verè, & concludenter probari. ibid. num. 66.

Causa finalis illa dicitur, qua ceßante, quis non eßet alias facturus. consi. 39. nu. 1. & 7. & in dubio recurritur ad rationem naturalem. num. 5.

Causa impulsiua illa dicitur, quando quis eßet aliàs facturus. ibid. nu. 2. datur exemplum. nu. 8. & quid debeat inspici. nu. 3.

Causa debiti capitalis durior est, quám lucri. consi. 55. num. 14.

Causa alienationis bonorum Ecclesiæ, est, vel necessitas vrgens, vel euidens vtilitas. consi. 70. nu. 8.

Causa criminali pendente, supersedendum est in causa ciuili. consi. 75. num. 7. Fallit. vbi merita totius causæ non in solis testibus consistunt. nu. 8. Fallit etiam, quando remanent alij testes non accusati, qui plenam fidem facerent. nu. 9. Fallit etiam, quando testium prosequutio esset notoriè cauillosa. nu. 15.

Causa quælibet, etiam minus colorata excusat à dolo, quamuis sit bestialis, & procedit etiam in his, quæ sunt de genere prohibitorum. consi. 41. nu. 27.

Causa feudalis an possit sine consensu domini compromitti, vtraque opinio refertur. consi. 91. nu. 1. de iure autem Regni non potest. num. 2.

Causa petitionis vitæ militię, an possit inrequisito feudi domino compromitti. consi. 91. nu. 3. distingue. nu. 4.

Causę cognitio modico temporis spatio adhiberi non potest.

poteſt. conſ. 2. num. 49.
Cedens liti non poteſt amplius ad litem futuram redire. conſ. 29. num. 2.
Cedens iura ſua, contra ſeipſum cedere non cenſetur. conſ. 62. num. 30.
Cedere iura ſua tenetur Fiſcus creditori poſteriori, á cuius poſſe pecuniam auocauit. conſ. 68. nu. 26.
Cedulones poſt appellationem à declaratoria non debent affigi, & affixi remouendi ſunt. conſ. 1. num. 146.
Ceſal. conſ. 693. declaratur. conſ. 26. num. 24.
Cenſualiſtæ in ſolidum conueniuntur. conſ. 50. nu. 29.
Cenſus poteſt conſtitui in donatione. conſ. 7. nu. 2. Idem in legato. num. 3. Idem in dote. num. 4.
Cenſus pro rata capitalis ſoluti currit. conſ. 13. num. 30.
Cenſus Bullalis poteſt conſtitui pro debito, quod quis tenetur alteri, dum ſubrogatarius promittit ſoluere debitum iam maturatum. conſ. 13. nu. 32.
Cenſus conſtitutus cum requiſitis neceſſarijs reducitur ad formam Bullæ. conſ. 14. nu. 1. quamuis non fuerit dictum iuxta formam Bullæ. conſ. 68. num. 4. & 5.
Cenſus ſecundum formam Nicolai Quinti conſtituitur, etiam in Regno Neapolis, conſ. 14. nu. 2.
Cenſus venales dicitur inueniuntur. conſ. 41. nu. 5.
Cenſus ad voluntatem debitoris redimibilis permiſſus eſt de iure. conſ. 45. num. 1.
Cenſus abinitio ſola obligatione perſonali optimè conſtituitur. conſ. 45. num. 5.
Cenſus non ſolùm titulo emptionis, & venditionis, ſed etiam alio titulo conſtitui poteſt. conſ. 45. num. 26.
Ceſſante cauſa finali obligationis ceſſat obligatio. conſ. 39 num. 21.
Ceſſante ratione, qua mouetur Doctor, ceſſat & eius opinio. conſ. 19. nu. 25.
Ceſſio nominis debitoris requirit notificationem, vt ſit ius acquiſitum, vel alia duo contenta in l. 3. C. de nouat. conſ. 34. num. 1.
Ceſſio, quæ fit tertio. ex legis æquitate procedit, quæ autem fit fideiuſſori, ratione contractus prouenit. conſ. 68. nu. 20. & quando tertius coactè ſoluit, de neceſſitate faciendæ eſt ceſſio. nu. 23. & 24. & etiam debitori principali cedenda ſunt iura, ſi interſit ſibi iura cedi. num. 27.
Ceſſio litis omnia ad priſtinum ſtatum reducit. conſ. 69. num. 10.
Ceſſante ratione legis, ceſſat eius diſpoſitio. conſ. 72. num. 21.
Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, & omnia, quæ competebant principali, competunt ipſi cum eodem priuilegio, conſ. 35. nu. 16. maximè ſtante clauſula cõſtituens procuratorẽ in rem ſuã. nu. 17. Etiam & iura executiua competunt ipſi. nu. 18. Et eſt proprius, & verè creditor. nu. 19.
Ceſſionis beneficium Tutori competit ſolutionis tempore. conſ. 82. nu. 14.
Citans cenſetur de iure abſque alia citatione ad eandem rem, ſiue terminum citatus. conſ. 2. nu. 73.
Citari debet habens coequale intereſſe. conſ. 2. num. 42.
Citatio præcedere debet ad incarrendam excommunicationem de iure, aliàs declaratoria eſt nulla. conſ. 1. num. 115. & 116.
Citatio vnica requiritur ante declaratoriam excommunicationis, etiam in notorijs. conſ. 1. nu. 120.
Citatio requiritur in formatione proceſſus, & in diſcuſſione facti ſuper notorio. conſ. 1. num. 121.
Citatio debet præcedere ſententiam conſ. 2. nu. 57.
Citatio partis non requiritur in probatione facta ad informandum. conſ. 2. num. 63.
Citatio non requiritur in interlocutoria proferenda. conſ. 2. num. 65 Amplia, vbi interlocutoria modicum afferret præiudicium. num. 66.
Citatio non requiritur in re leuis præiudicij conſ. 2. num. 67. Amplia etiam in his rebus, quæ cauſæ cognitionem deſiderant. num. 68.
Citatio trina an requiratur ad proferendam ſententiam excommunicationis. conſ. 27. num. 5. 6. & 7.
Citatio generalis per proclama non ſufficit, quando certa eſt perſona, cui competit intereſſe. conſ. 54. nu. 2. diſtingue. nu. 5. & 6.
Citatio per edictum, & citatio per proclama an differant inter ſe. conſ. 78. nu. 15. & quid quò ad effectum. num. 16.
Citatio, quæ perſonaliter fieri debebat, poteſt fieri per proclama ex Principis mandato, vel eius delegato. conſ. 78. nu. 22. & per Principem colli non poteſt, nu. 23. modum tamen poteſt alterare. num. 24.
Citatio debet eſſe de mandato ſuperioris ad dicendum cauſam quare. conſ. 27. num. 9.
Citatio ſemper requiritur vbicunque pars læsi poteſt. conſ. 1. num. 133.
Citatio eſt neceſſaria ad ſubſtantiandam proceſſum. conſ. 2. num. 56.
Citatio ob diuturnitatem temporis præſumitur interueniſſe. conſ. 23. nu. 130.
Citatus ad comparendum in loco vbi peſtis adeſt, nõ cogitur comparere. conſ. 83. num. 7. Nec ad locum non tutum, & non licitum. nu. 8. nec tenetur appellare à citatione, vel excuſationem proponere. num. 9.
Ciuitas, & Territorium ſunt vna, & eadem res. conſ. 1. num. 31.
Ciuitatis partes dicuntur, quæ ſunt intra fines illius. conſ. 23. num. 76.
Clauſula [vt Bancus] operatur, vt nihil poſſit dici, neque os aperiri. conſ. 20. num. 51.
Clauſula Iuris Francorum, in feudi conceſſione exiſtens, operatur, vt feudum dicatur in forma ſtricta, & primogenito acquiſitum. conſ. 89 num. 1.
Clauſula [ſaluo iure tertij] ſemper intelligitur ineſſe.

se. cons. 1. num. 88.

Clausula codicillaris nihil operatur in testamento filiifamilias contra patrem. cons. 12. nu. 51. 52. & 53. Et quid clausula omni meliori modo. nu. 54. 63. 64. 65. 66. 67. & 68. Et quid, quando ab initio tentauit remedium testamenti. nu. 55. 56. & 57.

Clausula in vna parte testamenti an dicatur in alia repetita, & quando. cons. 51. num. 42. & 43. & an idem in contractu. num. 44.

Clausula [& non aliter] importat conditionem. cons. 22. num. 19.

Clausula codicillaris non prodest, si filium scienter pater prætereat, & è contra, quia est contra officium pietatis. cons. 64. nu. 33. Sanat defectum sollemnitatis, non autem in substantia. num. 34. operatur cum testamentum potest subsistineri, vt codicillus. num. 35.

Clausula (Iuris Francorum) ordinem primogenituræ importat. cons. 67. nu. 11.

Clausula (& non aliter, nec alio modo) quid importet. cons. 73. nu. 26.

Clausula in contractu dotali posita, cum refectione expensarum, & interesse, importat expressam interusuriorum promissionem in casu non factæ solutionis. cons. 86. nu. 7.

Clausula codicillaris non supplet voluntatem testatoris defectiuam. cons. 64. num. 36. confirmat eius voluntatem, nec contra illam operatur, nec ampliat, nec extendit dispositionem. nu. 38. nec operatur, quando constat de certa voluntate testatoris, vel verisimile est eam defecere. num. 39. nihil operatur in testamento, in quo descendentes prætoriti sunt. nu. 41.

Clausula, quod possit conueniri vbique locorum, quid operetur. cons. 24. num. 49.

Clausula in fine contractus non alterat principalem dispositionem, quia est de stylo Notarij. cons. 24. nu. 54. & 55.

Clausula de non contraueniendo quid importet. cons. 30. num. 93. quid data enormi læsione. nu. 45.

Clausula ad habendum, de sui naturæ importat plenariam translationem. cons. 36. nu. 4.

Clausula constituti transfert veræ, & realiter dominium, & possessionem, licet per actum fictum. cons. 36. nu. 5. & cons. 40. num. 3. & 5. etsi constituens per colonum possideat. num. 4.

Clausula (ponens) transfert veram, & realem possessionem, & corporalem, & dominium, cons. 36. nu. 6.

Clausula (cedens) omnia iura cedenti spectantia transfert. cons. 36. num. 7.

Clausula (ita, quòd specialitas generalitati non deroget, & è contra) operatur, ac si omnia fuissent specificata. cons. 61. num. 8.

Clausula (ex nunc pro tunc) operatur ipso iure, & tempus præsens inest futuro, & futurum præsenti. cons. 36. nu. 9.

Clausula (omni meliori modo) facit petitionem sustineri eo iure, quo potest. cons. 38. num. 28. & cons. 57. num. 37. & 47.

Clanium traditio possessionem tribuit. cons. 59. num. 10.

Clericale priuilegium laico post delictum superueniens, liberat illum à seculari iurisdictione. cons. 93. nu. 11.

Clerici conuenti coram Iudice laico in quacunque parte Iudicij possunt dicere de nullitate actorum. cons. 42. nu. 2. Idem in militibus Sancti Iacobi, Sancti Ioannis Hierosolymitani, Alcantaræ, & Calatrauæ num. 3. & 4. Secus in Regno, quò ad milites Sancti Stephani, & Sancti Lazari, vt num. 5. Quò verò ad milites Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ in criminalibus, & mixtis, secus in causis ciuilibus. vt num. 17.

Clericum occidens ignorans esse Clericum, non incurrit in censuras. cons. 1. num. 107.

Clericus vsurpans sibi iurisdictionem Regiam in Gallia cognoscitur per Iudicem secularem. cons. 2. post. 2. nu. 29. vbi in alijs causis procedere, demonstratur.

Clericus exemptus non habens superiorem, cognoscitur per Iudicem secularem. cons. 2. post. 2. nu. 31. vbi plures casus referuntur.

Clericus exilij fines si frangat post dimissum habitum clericalem, á Iudice laico cognoscitur. cons. 93. num. 1. Ratio. num. 2.

Clericus effectus post delictum, & post propositam accusationem, an eximatur à Iudice seculari. cons. 93. num. 12.

Clericus effectus post delictum, fraude, & dolo, an gaudeat priuilegio fori. cons. 93. nu. 13. distingue. num. 14.

Clericus effectus post delictum, & existens carceratus, non declinat forum. cons. 93. nu. 15. Ratio. nu. 16. Fallit. nu. 17.

Clericus effectus post delictum, in fraudem præsumitur Ordines suscepisse. cons. 93. nu. 18.

Clericus primæ tonsuræ tantum, non degradatur. cons. 93. num. 23.

Clericus effectus, pendente causa ciuili, cogitur in seculari Curia litem prosequi. cons. 93. nu. 21.

Clericus effectus post peremptam instantiam illius Iudicij, in quo erat laicus & reus, non potest dici amplius de iurisdictione seculari. cons. 93. nu. 35.

Clericus, si commisso delicto vxorem duxerit, per Iudicem Ecclesiasticum est puniendus pro delicto patrato tempore Clericatus. cons. 93. nu. 40.

Clericus à laico captus, debet statim ex visione instrumenti ad suum Iudicem remitti, absque partis citatione. cons. 2. nu. 64.

Colonus partiarius Ecclesiæ, tenetur soluere gabellas idem in emptoribus. cons. 27. num. 14. 15. 16. & 17.

Comites, & Barones non possunt cognoscere de causis inter eos cum eorum subditis, nec possunt Iudices.

dices deputare ad illas cognoscendas. conſ. 58. nu. 6. & 10.
Commiſſum eſt pœna legalis à Canone introducta. conſ. 50. nu. 27.
Commoditas fructus fructuum, differt ab vſufructu, & pater tenetur reſtituere fructus perceptos, in quibus habebat ſolam commoditatem. conſ. 26. num. 4. & 5.
Commodum de ſocietate non poteſt ſentire, qui non ſentit damnum, conferendo induſtriam, vel pecuniam. conſ. 57. num. 17.
Compater non poteſt eſſe Iudex in cauſa compatris, nec integer teſtis. conſ. 54. nu. 19. & 20.
Compenſatio fit ipſo iure ad euitandas vſuras. conſ. 89. nu. 22.
Compenſatio inter creditores ad inuicem facta, realem operatur ſolutionem, omnisque actionis extinctionem. conſ. 51. nu. 10.
Compenſatio fit ipſo iure ad tollendam pœnam, & nullitatem. conſ. 69. nu. 8.
Compenſatio legati cum dote per quæcunque verba generalia non inducitur, niſi fuerit de dote facta mentio. conſ. 81. num. 2. Fallit exiſtentibus coniecturis nu. 5. quæ ceſſant, quando eſt dictum pro cauſa tali, vt puta, pro alimentis, amore Dei, & alijs. nu. 8.
Computa, an, & quando ſint reiteranda. conſ. 30. num. 29.
Computa non debent reddi in confuſo, ſed manifeſtè introitus, & exitus. conſ. 61. nu. 56.
Computis reuiſis per amicos electos, omninò ſtandum eſt. conſ. 58. nu. 30.
Conceſſio alicuius loci à Rege facta, comprehendit res, quas habet Rex in illo loco. conſ. 1 nu. 78.
Conceſſo feudo cum Vaſſallis, & Territorio, Iuriſdictio ciuilis etiam conceſſa videtur. conſ. 2. num. 28.
Conditio poſſidentis melior eſt in pari cauſa. conſ. 62. num. 34. & conſ. 63. num. 3.
Conditio, natis filijs, caſualis eſt, & ea purificata, ſocietatis contractus, & alia diſpoſitio habetur pro pura conſ. 66. num. 40. & 41. Et fit retrotractio etiam in præiuditium tertij, cui fuerat ius quæſitum. nu. 42.
Conditio caſualis retrotrahitur etiam in alterius præiudicium. conſ. 71. num. 10. & 11.
Conditio nihil ponit ineſſe. conſ. 73. nu. 21.
Conditionalis actus corruit, deficiente conditione. conſ. 53. nu. 1. & 27.
Conditionem qui dicit euenisſe, probare debet. conſ. 7. num. 47.
Conditiones negatiuæ poteſtatiuæ non poſſunt verificari, niſi morte ſequuta. conſ. 18. nu. 12.
Conductor poteſt recedere à domo conducta occaſione peſtis, nec cogitur reſidui temporis penſionem ſoluere. conſ. 83. nu. 11.
Confeſſio de capitali recepto in contractu bullali per apodixam ad tabulam, non ſufficit, ſed conſtare debet de effectiua ſolutione. conſ. 51. nu. 1.
Confeſſio facta in Iudicio, quando operetur notorium iuris. conſ. 1. nu. 129.
Confeſſio facta per hæredem in contractu, in quo vt talis contrahit, probat eſſe hæredem, etiam quò ad alios, qui non contraxerunt conſ. 7. num. 60. Intellige. num. 61.
Confeſſio cedentis facta poſt ceſſionem non nocet ceſſionario, multo magis, quando eſt datum inſolutum nomen debitoris. conſ. 9. num. 8. eſto ſit habiturus regreſſum. nu. 9.
Confeſſio donantis facta poſt donationem non præiudicat donatario. conſ. 12. num. 2. Quid, quando eſt veriſimilis. nu. 3. Quid, ſi conſtet de veritate confeſſionis. nu. 7.
Confeſſio facta in precibus porrectis Principi plenè probat, eſto preces eſſent ſubrectitiæ. conſ. 23. nu. 8. & 9. & etiam ſi eſſent in reſcripto reprobato. nu. 10.
Confeſſio relatiua ad inſtrumentum, ſi eſt facta ab eis, qui habent poteſtatem de nouo diſponendi probat, etiam non docto de enuntiato. Idem ſi exhibeatur relatum, & nihil ſit in dicta ſcriptura, ſed aliunde probetur. conſ. 23. nu. 141. Ratio. nu. 142. & in Principe eſt ſpeciale. nu. 143.
Confeſſio minoris, quod fuerunt reddita computa, non ſufficit, conſ. 3. num. 30. Ratio. nu. 4. An procedat. in maiore. nu. 5. 6. & 10.
Confeſſio vnius non præiudicat alteri. conſ. 47. num. 4.
Confeſſio Tutoris de recepto, ſi non eſt præſentialiter, non præiudicat minori. Idem eſt in Procuratore, & alijs. conſ. 32. nu. 45.
Confeſſio de recepto, fraudis ſuſpitionem inducit, & quando plenè probat. conſ. 34. num. 7. & 8. & quid in præiudicium tertij. num. 9. & quid non oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ, vel lapſo tempore opponendi. nu. 10. Ratio. nu. 11.
Confeſſio de recepto pro parte vera, in reliquo præſumitur vera. conſ. 34. num. 15. Intellige. num. 16.
Confeſſio dicitur ſimulata, quando eſt de ſummæ quæ veriſimiliter non debetur. conſ. 34. nu. 22.
Confeſſio vxoris de recepta pecunia non tenet. conſ. 38. num. 42. Contra. num. 45. Intellige. nu. 46.
Confeſſio extraiuditialis etiam parte præſente non nocet confitenti aduerſus contractum, qui pro forma requirit ſcripturam, niſi fuerint adhibiti quinque teſtes rogati. conſ. 60. nu. nu. 13.
Confeſſio inueriſimilis non nocet. ibid. nu. 21.
Confines Territorij probantur per lapides, & ſaxa magna, per vias Reales, Flumina, Montes, Valles, & alia ſigna apparentia. conſ. 6. num. 23. & 24. Per librum extimi. nu. 31.
Confines Territorij probantur per appoſitiones Cuſtodum. ibid. nu. 32. & 47. Per iuriſdictionis exercitium

citium.nu.36. per instrumenta etiã verb s enunciatiuis.n.39.& per diuisiones.nu.48.50.& 53.
Confines testibus probantur. ibid. nu. 40.
Confines probantur per lapides magnos, qui habent duos contiguos lapides parnos. ibid. nu. 51. Intellige nu. 52.
Confirmans priuilegium, videtur de nouo concedere. conf. 1. nu. 23.
Confirmatio renouationis vices gerit. conf. 1. nu. 21. conf. 2. post 2. nu. 46. & conf. 23. nu. 88.
Confirmatio operatur sollemnitatis defectus, & ostendit confirmatum conf. 1. nu. 24. & 25.
Confirmatio priuilegiorum ex certa scientia, nouum continet priuilegium conf. 1. num. 26.
Confirmatio generalis continet omnia Priuilegia antiqua, licet essent reuocata. conf. 2. post 2. num. 49.
Confirmatio corroborat confirmatum, non autem extendit, & operatur, vt non possit quæri de nullitate actus. conf 51.nu.25.& 26.& habet vim renouationis actus. nu. 27.
Confirmatio in forma communi, nihil dat. conf. 23. num. 109.
Confirmatio duplex, & quæ sit, & quid operetur. ibid. nu. 110. 125. 126. & 128.
Confirmatio actus inualidi, valet vt de nouo, quando fit ab eo, qui habet potestatem concedendi. conf. 2. post 2. nu. 47.
Confirmationes Priuilegiorum Vrbis Messanæ, continent nouum priuilegium. conf. 2. post 2. n. 48.
Confirmatiuus actus si non valet, valet vt de nouo concessus, vbi fit ab eo, qui habet concedendi potestatem. conf. 1. nu. 22. & conf. 2. nu. 47.
Coniecturæ, & consuetum sufficiunt ad cognoscendum si Princeps verisimiliter concessisset. conf. 13. num. 12.
Coniecturis non est opus in claris. conf. 4. nu. 28. & conf. 13. num. 15.
Consanguinei ad retractũ per statutum Messanæ intelliguntur vocati vsque ad decimum gradum. conf. 37. nu. 27. conf. 46. nu. 24. & conf. 94. nu. 1. & 3.
Consanguinei duo eiusdem gradus contendentes in retractu, si alter eorum est etiam vicinus, præfertur alteri habenti tantum ius sanguinis. conf. 46. nu. 18. Declara. num. 21.
Consanguineo, vel vicino emente, alter proximior potest ab eis retrahere. conf. 46. nu. 25.
Consanguineo, alteri consanguineo seruienti, non debetur salarium, si de eo non fuerit expresse conuentum, nisi constet ea mente seruijsse, vt salarium consequatur. conf. 90. nu. 26.
Consanguineus, qui obtinuit sententiam in retractu, an possit non vti illa, ita vt cogi minimè possit à conuento emptore ad pretium soluendum. conf. 46. nu. 39. Ratio. nu. 40.
Consanguineus ex statuto Messanæ præfertur vicino si fuerit infra tertium gradum, à quo res venalis peruenisse dignoscitur. conf. 94. nu. 5.
Consanguineus etiam nullo facto depositio agere potest, vt declaretur, sibi ius retractus competere. conf. 94. nu. 9
Consensus qui potest actum annullare, sufficit, si superueniat quandocunque conf. 7. num. 17.
Consensus sufficit quandocunque superueniat, vt conualidet actum nullum. conf. 32. num. 24.
Consensus, & approbatio non extenditur ad ignorata. conf. 73. nu. 59.
Consensus est pars substantialis cõtractus. ibid. n. 25.
Consensus tacitus in iudicijs, idem operatur, quod expressus extraiudicialis. conf. 92. nu. 29.
Conseruator debet infra mensem certiorare Ordinarium loci de eius electione. conf. 27. nu. 2.
Constitutio (si ciuiliter agens) reseruans præiudicialia in fine causæ, non habet locum in eo, qui caret actione. conf. 59. nu. 29.
Constitutio Imperialis ab omnibus Imperio subditis seruanda est. conf. 94. nu. 2.
Constitutiones præsumuntur esse in viridi obseruantia, & qui contrarium dicit tenetur probare. conf. 70. nu. 25.
Constitutiones Regni (Comitibus, & in Aliquibus) procedunt etiam in feudis nouis, sed non in feudis emptis pecunia à communi parente conf. 92. nu. 21. Fallit. num. 22.
Constitutum non operatur in dispositione conditionali. conf. 36. nu. 10. Nec si conditio esset collata post mortem. nu. 11. 12. 13. 14. & 15.
Constitutum veram, naturalem, & realem transfert possessionem, quamuis per modum fictum. conf. 16. num. 6. conf. 36. num. 5. conf. 40. nu. 3. & conf. 59. nu. 11. esto, quòd per colonum possideat. conf. 40. nu. 4.
Constitutum in secundo decreto positum non transfert possessionem. conf. 16. nu. 18.
Consuetudine per statutum sublata, non comprehenditur interpretatiua. conf. 1. num. 40.
Consuetudo in Iudicialibus ex duobus actibus inducitur. conf. 2. post 2. nu. 22.
Consuetudo inducitur etiam per sententias nullas. ibid. num. 23.
Consuetudo debet esse diuturna, & in profanis inter laicos est decem annorum, sed inter Clericos, quando detrahuntur iura alicuius Ecclesiæ sufficiunt quatraginta anni. ibid. num. 24. quod procedit tam contra particularem Ecclesiam, quàm contra vniuersalem. nu. 25.
Consuetudo Iurisdictionem tribuens Iudicibus laicis in Clericos non valet. ibid. nu. 26. Intellige in consuetudine generali ad omnes causas, secus in particulari in certis casibus. nu. 27. vbi aliqui recensentur.
Consuetudo tantæ est potentiæ, quantum est gratia Papæ, vel Principis. conf. 2. post 2. nu. 32.

Consuetudo in causa particulari est valida, & sicut Summus Pontifex potest alicui Principi laico in Clericos cognitionem concedere, ita & acquiri per consuetudinem immemorialem. cons. 2. post 2. nu. 33.
Consuetudo interpretatiua attenditur. ibid. num. 37. vbi recensentur casus.
Consuetudo contra ius, decem annorum spatio inducitur. cons. 54. nu. 9.
Consuetudo illa est admittenda, quę aliàs in contradictorio iudicio fuit obtenta. cons. 59. num. 10. Contra. num. 11.
Consuetudo dubiam voluntatem declarat, omniumq; dispositionum fida est interpres. cons. 79. nu. 21. & vltima attenditur in beneficijs. nu. 30.
Consuetudo á Principe approbata habet vim priuilegij. cons. 1. num. 42. & cons. 2. num. 9.
Consuetudo immemorabilis vim priuilegij obtinet. cons. 2. num. 46.
Consuetudo Neapolis (alla nuoua maniera) excludit matrem à successione filiorum, & omnes descendentes à linea materna. cons. 53. num. 60.
Consultor in consultatione per ipsum alicui præstanda, non cogitur partes citare. cons. 2. nu. 60.
Consultor consilium tantum præstare dicitur, nec profert sententiam, nec interlocutoriam. ibidem. nu. 61.
Contagij morbo suspectus, potest á commercio hominum expelli, & pariter á Ciuitate, & si Ciuitatem ingressus fuerit, possunt contra ipsum exequi banna. cons. 83. nu. 20. & 25.
Continuatio negotij intelligitur facta cum ijsdem qualitatibus, & sub eadem forma. cons. 58. num. 14.
Contractui conditionali se fundans, tenetur ostendere, conditionem fuisse purificatam. cons. 73. num. 33.
Contractum habens dicitur habere intentionem fundatam. cons. 7. nu. 1.
Contractus ab effectu iudicatur, non à verbis. cons. 21. num. 3. & 12.
Contractus redditus emptitij licitè potest fieri, & potest fieri ad summam iuxta vsum Regionis. cons. 14. num. 11. & 12.
Contractus simulatus non est contractus. cons. 34. nu. 3. Ratio nu. 4.
Contractus societatis debet esse vltro, citroque obligatorius. ibid. num. 17. & 18.
Contractus iuratus debet adimpleri, antequam contra ipsum agi possit. cons. 36. nu. 20.
Contractus ex his, quæ postea faciunt contrahentes, declaratur. cons. 37. nu. 19.
Contractus à conuentione partium legem accipiunt. cons. 38. nu. 2. cons. 43. nu. 4. cons. 56. num. 20. & cons. 73. num. 18.
Contractus societatis est contractus bonæ fidei. cons. 56. num. 21.
Contractus bullalis habet executionem paratam procensibus infra decennium. cons. 60. num. 1.
Contractus Bullę requirit scripturã pro forma. cons. 60. num. 12. & cons. 73. num. 12.
Contractus emphiteoticus requirit scripturam. cons. 60. nu. 15.
Contractus, vt probetur simulatus, plura sunt probanda, & deducenda. cons. 60. nu. 27.
Contractus si non apparet in matrimonio inito, præsumitur matrimonium contractum ad vsum Vrbis. cons. 61. num. 25. Fallit inteer Magnates. nu. 29. vbi laudatur familia Porcorum in Regno.
Contractus conditionalis, non adimpleta conditione, non valet cons. 73. nu. 19. quid si pro parte fuerit adimpleta nu. 24. Amplia. nu. 32.
Contractus, in quo datus est fideiussor, dicitur stricti iuris. ibid. nu. 28.
Contractus, quando, & quomodo dicatur alteratus à prima obligatione. ibid. nu. 75.
Contractus celebrati eodem die, pro eadem summa, coram eodem Notario, & testibus, dicuntur correspectiui, & alter alterius contemplatione factus. cons. 76. num. 9. Amplia. nu. 10.
Contractus in parte resolutus, in totum dicitur resolutus. cons. 84. nu. 19.
Contrahens perfectæ, ac legitimæ ætatis præsumitur. cons. 51. nu. 16.
Contrahens tenetur scire conditionem illius, cum quo contrahit. cons. 66. nu. 69.
Contrahentes præsumuntur voluisse facere actum licitum, non autem illicitum. cons. 14. nu. 10.
Contrahentes non præsumuntur in continenti se voluisse corrigere. cons. 24. nu. 51. cons. 34. nu. 29. & cons. 67. nu. 36.
Contrahentes possunt renocare ea, quæ inter eos egerunt, quando nulli fuit ius quæsitum. cons. 71. num. 32.
Contrahere præsumitur nomine societatis, quando ita solitum est facere. cons. 34. nu. 42.
Contrapriuilegiorum declaratio, operatur suspensionem executionis rescripti, siue mandati, vsque ad alium ordinem. cons. 2. nu. 70.
Contrapriuilegiorum causa, est summarij possessorij. cons. 2. num. 55. & cons. 23. num. 6.
Contrauenire tunc dicitur, quando aliquid fit contrà naturam actus. cons. 24. num. 59.
Controuersia inter Vassallos vnius Domini, & Vassallos alterius Domini, vel inter Vaßallum, & non Vaßallum, vel inter Vassallũ, & Dominum, defertur ad pares Curiæ. cons. 2. post. 2. num. 8.
Copiæ extractæ à Notario suffecto in actis defuncti creditur, prout si defunctus extraxisset. cons. 19. num. 4. & 51.
Correctio in continenti non præsumitur. cons. 24. nu. 51. cons. 34. nu. 29. & cons. 67. num. 36.
Conuentio partium plus ligat, quàm lex. cons. 45. num 7.
Conuentio nuda geminata, actionem producit. cons. 19. nu. 14.

Crassus de exceptionibus, except. 10. nu. 21. declaratur. cons. 68. nu. 14.

Crauett. cons. 120. impugnatur, & declaratur. cons. 38. nu. 35. 36. & 37.

Creditor redditus, si penes eum perueniant pecuniæ sui debitoris, non potest compensare, quò ad capitale, inuito debitore cons. 9. nu. 2.

Creditor etiam priuilegiatus se opponendo de hypoteca, non impedit executionem. cons. 16. nu. 1. Ratio. num. 2. quid stante constituto. nu. 5. & praxis refertur. nu. 26.

Creditor ex bona fide causata à debitore, & ex Iudicis authoritate, licet iniustè processerit, sibi tamen acquirit fructus. cons. 41. nu. 15.

Creditor anterior non impedit executionem posterioris creditoris, licet salua remaneant iura suæ hypotecæ. cons. 54. num. 29.

Creditor in possessionem immissus, præfertur creditori non immisso. cons. 54. nu. 31.

Creditor partim ex causa anteriori, & partim ex causa posteriori, in eo, in quo est posterior, succumbere debet. cons. 55. nu. 3.

Creditor non cogitur recipere solutionem partim in re, & partim in pecunia. cons. 55. nu. 21. Ratio. num. 22.

Creditor, cui fuit facta datio in solutum, non potest ab illa discedere, propter non secutam traditionem, sed habet actionem ad rem sibi tradendam. cons. 59. nu. 13.

Creditor anterior, contra creditorem, cui siue iudicialiter, siue extraiudicialiter fuerunt assignata bona communis debitoris, via tantum hypotecaria potest agere. cons. 59. num. 19. Intellige facta discussione. nu. 21.

Creditor anterior non solùm præfertur ratione hypotecæ anterioris, sed in omni accessorio, & pacto existente in primo contractu. cons. 63. num. 21.

Creditor anterior in capitale, an sit anterior in redditibus, & vsuris. ibid. nu. 17. vbi distinguitur.

Creditor posterior non potest agere actione hypotecaria contra creditorem anteriorem. cons. 66. num. 1.

Creditor secundus cogitur realiter offerre debitum anterius creditori possidenti ex anteriori titulo, & posteriori. cons. 66. num. 5. Amplia nu. 6. Nec sufficit oblatio. nu. 12. Et tenetur etiam soluere expensas. cons. 76. nu. 3. & 4. Et etiam augmentum pretij. nu. 5.

Creditor anterior accollãdo sibi creditum posterius, ius anterioritatis amittit. cons. 66. nu. 7. distingue num. 8. & 9.

Creditor potest sibi prædium hypotecatum retinere. ibid nu. 11.

Creditor posterior soluere tenetur augmentum prædij quod cursu temporis fuit ortum. cons. 66. nu. 13.

Creditor offerens subintrat in locum primi emptoris, & gaudet iisdem dilationibus, & aliis concessis emptori. cons. 76. nu. 13.

Creditor, qui erat sub deputatione, si obtinuit licentiam posse agere ad feudi distractionem, & egit, concreditores vtique possunt agere, esto licentiam non petierint. cons. 78. num. 12.

Creditor per edictum, vel per proclama citatus, si in termino non comparet, ius pignoris amittit. cons. 78. num. 14.

Creditor ad comparendum citatus, excluditur per vnicam citationem, quia non requiritur terminus peremptorius, & quid, quando non sit citatus ad contradicendum venditioni fiendæ de re ipsi creditori obligata, sed ad docendum de suo credito, aliàs sit exclusus. cons. 78. num. 18.

Creditor sciens, vel præsens in venditione rei sibi obligatæ, & non contradicens, sibi non præiudicat. cons. 78. num. 19. Ratio. ibi.

Creditor recipiens partem debiti, facit actum contrarium à decreto interposito pro eodem debito. cons. 84. num. 16. vbi exempla recensentur.

Creditor sortem recipiens non censetur remittere interesse iure actionis sibi debitum. cons. 86. nu. 5.

Creditor bona debitoris distrahens, tenetur ad commodum debitoris deponere superfluum suæ executionis, quod obtulit in subhastatione, aliàs decretum erit nullum. cons. 92. nu. 21. Pallit. nu. 22.

Creditor posterior petere potest, vt declaretur sibi ius offerendi competere facto deposito. cons. 94. num. 10.

Creditore extraneo, & socio concurrentibus contra socium, præfertur socius pro suo capitale. cons. 55. nu. 2.

Creditores æqualiter priuilegiati, si agant contra communem debitorem, tunc concurrunt inter eos, secus si alter eorum sit in possessione, quia melior est conditio possidentis. cons. 16. nu. 7. 8. & 9.

Creditores certi an sint citandi personaliter, vel sufficit eos citare per publicum proclama. cons. 78. num. 20.

Creditori anteriori possidenti, permittitur offerre posteriori creditori suum creditum. cons. 66 n. 14.

Creditori, qui vnum ex prædijs sibi obligatis liberauit, cedendarum exceptio obstat. cons. 68. nu. 10 Distingue. nu. 11. Ratio. nu. 12. & 13. Pallit. nu. 17.

Creditori posteriori ius offerendi competit ratione hypotecæ. cons. 76. nu. 1. quod ex æquitate fuit introductum. nu. 2.

Creditoris silentium aduersus ea, quę contra eum debitor gerit, sibi præiudicat. cons. 56. num. 12.

Creditoris anterioris iura in illum transeunt, cuius pecunia creditor dimissus fuit. cons. 63. num. 4. Distingue. nu. 5. & 6. & quid nullo existente pacto, quòd soluatur anterior. nu. 8. Ratio. n. 9.

Creditoris arbitrium, cui fuerunt hypotecata bona libera, & feudalia, censetur regulatum, iuxta formam iuris. cons. 89. num. 15.

Credulitatem probabilem habens, dicitur habere verum titulum. cons. 41. nu. 9.

Culpa vnius cum alterius culpa compensatur. conf. 58. nu. 27.

Culpa caret, qui præuidere, & diuinare non valet. conf. 58. num. 24. vel fecit, quod potuit. nu. 25.

Culpam non allegat, qui culpæ causam dat. ibidem. nu. 23.

Cum. Cap. Rit. 99. nu. 31. Intrigl. sing. 339. lib. 1. & alij declarantur. conf. 50. nu. 45.

Curator non tenetur defendere lites iniustas, & supervacaneas. conf. 54. num. 25. alias tenetur de proprio ad expensas. Sic etiam tutor. nu. 26.

Curator datus à Iudice ad vnum actum, non potest vltra illum aliquid facere. conf. 30. num. 42.

Curator tenetur soluere minori, id, quod ab eius tutore non petijt, & minor tenetur ei cedere iura. conf. 68. num. 25.

Custodia Territorij ad eum spectat, qui habet merum, & mixtum imperium. conf. 2. nu. 88.

D

Damnum quis pati non debet ex iusta ignorantia. conf. 66. nu. 77.

Data paritate in feudalibus, locus est primogenituræ. conf. 67. num. 10.

Data paritate casus, & rationis, ceteri casus dicuntur inclusi, non per viam extensionis, sed per viã comprehensionis. conf. 67. nn. 38.

Datio in solutum, veram operatur solutionem, & actus cancellationem. conf. 59. num. 12.

Debiti remissio facta per creditorem cessionario, ipsi debitori principali facta censetur. conf. 76. n 11.

Debitor, si creditori succedat, statim extinguitur debitum. conf. 7. nu. 71. Intellige. nn. 73. & conf. 25. nu. 32. 33. & 34.

Debitor vbi interuenit vnum de tribus in l. 3. C. de nouat. tenetur soluere cessionario. conf. 9. num. 7.

Debitor qui non soluit, quando fuit interpellatus, præsumitur antea non soluisse. conf. 10. nu. 35.

Debitor creditori succedens, an dicatur liberatus, & quid è contra. conf. 25. nu. 32. 33. & 34. & quando reuiuiscant actiones. nu. 35. & 38.

Debitor per lapsum temporis dicitur constitutus in mora absque alia interpellatione. conf. 35. n. 20.

Debitor morosus tenetur parti ad totale interesse. conf. 48. nu. 3.

Debitor obligatus soluere certam quantitatem in mercibus, potest, si vult, soluere in pecunia, & potest compellere creditorem ad eam recipiendam. conf. 35. num. 19. & 20.

Debitor non tenetur ire ad domum creditoris ad soluendum, sed creditor debet dare debitorem de die præfixa, & debet inuenirj promptus in loco ad recipiendum debitum, vt constituat debitorem in mora. conf. 56. nu. 10.

Debitor potest sibi debitum retinere propter non adimplementum creditoris. conf. 56. num. 15.

Debitor ex pluribus causis descendentibus ex eodē contractu, præsumitur soluere pro causa executiua, & ad excludendum executionem contra eum. conf. 62. nu. 35.

Debitor debet audiri in pœnam creditoris, qui fuit negligens in liquidando suum creditum. conf. 68. num. 35.

Debitor potest alienare bona in creditorem anteriorem ex causa de antiquo, etiam in præiudicium posterioris, ac etiam pendente lite, & tunc vitiū litigiosi non contrahitur. conf. 69. num. 11.

Debitori principali iura cedenda sunt, si interest iura cedere. conf. 68. num. 27.

Debitoris assertio non præiudicat creditori anteriori. conf. 34. num. 12.

Debitum fuisse conuersum in beneficium societatis probari debet. conf. 55. nu. 9. Distingue nu. 10.

Debitum præsumitur fuisse solutum ex pecunijs assignatis pro satisfactione creditorum, & de pecunijs, quas soluens exegerat nomine cedentis. conf. 61. num. 38.

Debitum pro quo pendet dilatio, & adhuc non est maturatum, non dicitur vrgens, & pro tali debito Ecclesiastica bona non possunt alienari. conf. 70. num. 10.

Debitum, quod est sub vsuris facit ea imminere, quod intellige in debito, quod potest peti simul cum vsuris, secus in capitale census, quod sui natura est demortuum. conf. 70. num. 11.

Debitum illiquidum non habet executionem paratam, amplia etiam si pro parte tantum sit illiquidum. conf. 68. num. 34.

Decennij interruptio fit per recognitionem partis debiti conf. 9. nu. 10. & facta cum vno, dicitur facta etiam quò ad alios correos. num. 11. & incipit aliud decennium. nu. 12, & quid in censibus bullalibus. nu. 13.

Decima, & tarenus non debentur in retrouenditione, nec in contractibus ex causa necessaria. conf. 21. num. 11. Nec pro feudo, quod pro indiviso, & integro ponitur in contractu diuisionis. nu. 16.

Declaratio Contrapriuilegiorum operatur suspensionem executionis rescripti, siue mandati, vsque ad alium ordinem, conf. 2. nu. 70.

Declaratio facta in testamento irreuocabilis est conf. 12. num. 6.

Declaratio facta per eum, qui passus est metum, quid operetur. conf. 29. nu. 20.

Declaratio voluntatis potest quandocunque fieri. conf. 7. nu. 18.

Decreta nulla, operantur restitutionem bonorum cum fructibus, & tunc creditori restituitur pecunia debita, pro qua fuit facta distractio vna cum interesse. conf. 41. nu. 3. & 4. intellige, si non adsit dolus ex parte creditoris. nu. 5.

Decreta super bonis non obligatis interposita, nulla sunt. conf. 54. num. 33.

Decreta interposita contra minores indefensos sunt nulla. conf. 61. nu. 32.

Decreti nullitas rectè tentatur, non reuocata sententia,

tia si de his, quæ obijciuntur non fuit cognitum in ipsa sententia. conſ. 84. nu. 10.
Decreto videtur renuntiare creditor, qui debiti partem in decreto contentam recipit à debitore, & ideo iure pignoris poſſidere dicitur, & fructus ſuos non facit, ſed tenetur bona cum fructibus reſtituere. conſ. 84. num. 11. & 12.
Decretum pro non debito factum, eſt ipſo iure nullum. conſ. 61. nu. 54. Idem ſi fuerit plus debito interpoſitum, & procedit in datione inſolutum facta à parte conſ. 68. nu. 13. & 14.
Decretum non interpoſitum iuris, & ritus ordine ſeruato eſt nullum. conſ. 84. nu. 9.
Decretum interpoſitum vigore executionis cauſatæ pro debito vltra decennium nullum eſt. conſ. 84. nu. 6. Idem ſi vigore pacti ad diſcurſum, quando de eo in contractu non conſtat. num. 7.
Decretum interpoſitum ſuper pluribus bonis vnico pretio diſtractis, eſt indiuiduum. conſ. 84. nu. 18.
Decretum interpoſitum habita fide de pretio nullum eſt. conſ. 69. nu. 2. & conſ. 92. nu. 14. Fallit, ſi bona creditori ipſi adiudicentur. nu. 19.
Defunctorum memoria conſeruatur per feminas, ſicut per maſculos. conſ. 5. nu. 33.
Degradatio non requiritur in Clarico primæ tonſuræ tantum. conſ. 93. nu. 23.
Delegatus non poteſt exercere iuriſdictionem, niſi exhibitis literis ſuæ delegationis Ordinario loci. conſ. 27. nu. 3. & quid ſeruetur in Regno. nu. 4.
Delicti excluſiua interpretatio capienda eſt. conſ. 34. nu. 44.
Delicti tempus attenditur ad fundandam iuriſdictionem. conſ. 93. num. 37.
Delicti initium fauore rei ſpectandum eſt. ibid. nu. 38. Ratio. nu. 39.
Delicti tempus non ſententiæ attendendum eſt. ibid. num. 3.
Delictum non poteſt eſſe ita notorium, vt non poſſit aliquas excuſationes habere. conſ. 1. nu. 127.
Delinquens, qui poſt delictum Religionem ingreditur, & ibi vt conuerſus moratur, non declinat forum. conſ. 93. nu. 19.
Deo ſemel dicatum, non poteſt amplius ad humanos vſus transferri. conſ. 23. nu. 107.
Depoſitarius tenetur ſtatim inſtante creditore redepoſitare. conſ. 77. nu. 1.
Depoſito nondum facto poteſt vicinus, ſeu conſanguineus petere, vt declaretur ſibi ius retractus competere. conſ. 94. nu. 9. Idem in creditore poſteriore, quò ad ius offerendi. nu. 10.
Depoſitum debet eſſe integrum in tempore, & eo elapſo, non poteſt amplius reintegrari, quando tempus eſt determinatũ: ſecus, quando ſupereſt de tẽpore, & tunc etiam Iudex poteſt in ſententia terminare, reintegrandum eſſe. conſ. 49. num. 1. Sed de veritate. conſ. 94. num. 18.
Depoſitum factum in termino, impedit terminum, ne currat lite pendente. ibid. d. nu. 18.
Depoſitum non integrum nullum parit effectum, & perit periculo depoſitantis, ibid. num. 15.
Depoſitum integrum operatur acquiſitionem fructuum perceptorum pro deponente, à die integri depoſiti. ibid. num. 19.
Depoſitum integrum retrahens depoſitare debet penes Magiſtrum Notarium. ibid. nu. 6. & 7.
Depoſitum in retractu poteſt reintegrari, quando non eſt elapſum tempus retractus. ibid. nu. 11. contra. num. 18.
Depoſitum poteſt fieri per retrahentem vltimo momento, die feriato, & de nocte, & debet infra terminum notificari, nec ſufficit depoſitare infra terminum, & illud notificare extra tempus. ibid. num. 12. Fallit. num. 13.
Denuntiatus non eſt euitandus poſt appellationem. conſ. 1. num. 145.
Deſcendens tenetur aſcendentem inſtituere, ſiue de aduentitio, ſiue de profectitio, ſiue de Caſtrenſi peculio, vel quaſi, teſtetur. conſ. 64. num. 6.
Deſcendentes ab aſcendentibus iuris neceſſitate debent inſtitui, vel exhæredari, aliàs teſtamentum eſt nullum, nec ſufficit aliquid eis relinqui, niſi fiat titulo honorabili. conſ. 12. nu. 45. & 46. Idem procedit in aſcendentibus, qui debent ſimiliter à deſcendentibus inſtitui. num. 47. & conſ. 64. num. 6.
Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, pariter omnia determinat. conſ. 19. nu. 31.
Dictio (præſertim) eſt implicatiua, aliquando tamen importat etiam taxatiuam. conſ. 5. nu. 3.
Dictio (ab) & dictio (verſus) oſtendunt diuerſitatem loci. conſ. 6. nu. 19.
Dictio (videlicet) eſt declaratiua, reſtrictiua, & modificatiua præcedentium. ibid. nu. 4. & 5.
Dictio (ſua) vel (ſuus) in teſtamento, refertur ad perſonam teſtatoris, non autem hæredis. conſ. 15. num. 3. & 8.
Dictio (vt ſupra) operatur repetitionem in totum. conſ. 19. num. 32.
Dictio (tantum) eſt taxatiua, & reſtringitur ad expreſſa. conſ. 19. num. 34. & conſ. 25. nu. 6.
Dictio (ita quod) eſt reſtrictiua. conſ. 30. nu. 30.
Dictio (quilibet) eſt diſtributiua, attribuens rem cuilibet in ſolidum. conſ. 46. num. 22.
Dictio (vſque) in fauorabilibus includit, & in odioſis excludit, ſecus in connumeratione gradus, quia ſemper includit. conſ. 50. nu. 5.
Dictio (circa) eſt dubitatiua. conſ. 55. num. 15.
Dictio (ſingulis) importat ſpecialitatem. conſ. 61. nu. 16. & conſ. 65. num. 12.
Dictio (videlicet) vbi enumerat ſpecies contentas ſub præcedenti generalitate, non eſt reſtrictiua. conſ. 67. num. 39.
Dictio exprimens ea, quæ tacitè inſunt, perinde habetur, ac ſi apposita non eſſet. conſ. 67. nu. 40.
Dictio (idem) importat eamdem determinationem in alijs, & diuerſis caſibus, & denotat identita-

tem in omnibus. conſ. 67. nu. 25. Et in ſtatutis repetit præcedentia, cum eadem qualitate num. 26. Et idem operatur quod clauſula (ad inſtar) nu. 27. Amplia. num. 28.

Dies interpellat pro homine. conſ. 11. num. 13. & conſ. 47. nu. 18.

Dilatio conceßa per creditorem ceſſionario, debitori conceſſa intelligitur. conſ. 76. nu. 12.

Directum dominium, ex lege, & poßeſſione ciuili tribuit prælationem. conſ. 94. nu. 45.

Directus in retractu præfertur cuicunque volenti retrahere. conſ. 94. nu. 44. & 47.

Directus, ſi reuocat prædium propter pœnam, reſolutus eſt contractus, & emphiteuta non tenetur ad cenſus de cætero. conſ. 39. num. 16. Ratio. num. 17.

Directus ſi eſt Eccleſia, poſt reuocationem corporis, recuperat à poſſeſſore cenſus præteritos. conſ. 50. nu. 16. ſecus in priuato nu. 17. Declara, vt ibi.

Directus præfertur omnibus in retractu tam extraneis, quàm conſanguineis. conſ. 50. nu. 29. & 35. Amplia nu. 30. & 36. Intellige. num. 37. quid in feudo antiquo. nu. 42. Ratio. nu. 43.

Diſpoſitio, quæ ad plures dirigitur, æqualiter omnes comprehendit. conſ. 71. num. 29.

Diſpoſitio generalis intelligitur de bonis in poteſtate diſponentis, non autem de bonis hæredis. conſ. 13. num. 9.

Diſpoſitio loquens de particulari ſucceſſore in feudo, intelligitur de ſucceſſore poſt mortem. conſ. 18. nu. 13. Ratio. num. 14. & 15. Amplia. num. 16.

Diſpoſitio Concilij Tridentini ſeruatur in Regno, ex mandato Suæ Catholicæ Maieſtatis. conſ. 85. num. 33.

Diſpoſitio extenditur etiam ad actus vlteriores, quando primus actus non conſumit effectum, ſecundum diſponentis intentionem. conſ. 46. nu. 15. neque conſumit effectum per vnicum actum ſecundùm intentionem generalem proteſtatam, quando proteſtatio eſt directa ad futurum tempus. nu. 16.

Diſpoſitio cap. 1. §. in generali, ſi de feud. content. ſit inter dom. & agnat. fundatur ex eo, quia feuda non poſſunt alienari ſine conſenſu domini. conſ. 65. nu. 13.

Diſſimulatio officialium non præiudicat Vniuerſitati, immò officiales ſequentes, poßunt ex integro omnia recuperare tamquam vſurpata. conſ. 6. num. 76.

Diſtractio bonorum non niſi præſente pecunia fieri poteſt. conſ. 69. num. 2. & conſ. 92. num. 14. Fallit. nu. 19.

Diſtrictuales ſunt de iuriſdictione Ciuitatis dominantis, & Ciuitas habet imperium in eis. conſ. 23. nu. 95.

Diſtrictum, qui habeant, referuntur. conſ. 23. nu. 96. & 97. Et in Regno Siciliæ ſola Vrbs Meſſana diſtrictum habet. num. 89.

Diſtrictus Meſſanæ, qui olim à Leontino vſque ad Pactas erat conſtitutus, hodie reſtrictus eſt ad miliaria triginta. conſ. 1. num. 17. & conſ. 2. poſt 2. num. 44.

Diſtrictus Vrbis Romæ, qui antiquitus ſe extendebat ad centum vſque miliaria, hodie ex Bulla Gregorij XIII. eſt redactus tantummodo ad miliaria quatraginta. conſ. 1. nu. 18. & conſ. 2. poſt 2. num. 45.

Diueto, nomen, importat vetationem. conſ. 6. n. 27.

Diuidere non poteſt minor ſine decreto Iudicis, & Curatoris. conſ 32. nu. 19. Intellige. nu. 20.

Diuiſim ſi poſſident fratres per decennium, præſumitur facta diuiſio. conſ. 32. nu. 64. Et quid, ſi inæqualiter. nu. 65.

Diuiſio facta de re vt hæreditaria, ſi talis non eſt, non nocet. conſ. 7. num. 59.

Diuiſio ſemel facta non eſt reiteranda amplius, ſed ordinariè agitur ad reſciſſionem data læſione. conſ. 32. num. 4. & 5, Nec in totum, ſed pro eo, quod læſio abſtulit. nu. 6.

Diuiſio iurium incorporalium fit ipſo iure. conſ. 56. num. 9.

Diuiſiones vt fiant, executiuè agitur. conſ. 32. n. 7. Et tale iuditium procedit inter compoſſeſſores. nu. 8. Ratio nu. 9. & 10.

Diuiſiones maior natu facit, minor autem adoptat. Refertur locorum obſeruantia, & diſpoſitio iuris. conſ. 32. num. 17.

Doctor intelligendus eſt ſecundum doctrinam, quam allegat. conſ. 2. nu. 98. conſ. 57. num. 32. & conſ. 70. nu. 31.

Doctor non habet reſtitutionem in integrum. conſ. 32. nu. 39.

Doctores in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indeb. & Surd. deciſ. 45. declarantur. conſ. 41. num. 43.

Doctori diſtinguenti magis credendum. conſ. 7. nu. 62. conſ. 47. nu. 33. conſ. 68. nu. 30. & conſ. 70. num. 33.

Doctoris dictum loquentis in puncto plus valet, quã mille à ſimilibus. conſ. 67. nu. 31.

Dolus eſt in occultatis citra actum, & ſufficiunt coniecturæ ad illius excluſionem. conſ. 32. nu. 42. & 43. Et quælibet cauſa excuſat, etiam iniuſta. num. 44.

Dolus de prætetito poteſt remitti. conſ. 32. nu. 47.

Dolus non præſumitur in eo, qui mendax eſt, quando nullum commodum ex eo conſequitur. conſ. 41. nu. 19.

Dolus eſt omnis caliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum adhibita. conſ. 41. nu. 33.

Dolus non præſumitur in muliere, nec lata culpa. conſ. 41. nu. 37. & 38. maximè attenta qualitate perſonæ, nec in eo, qui ignorat factum. nu. 34. Nec in eo, qui dubitat, num. 35. Et excluditur

ditur quibuſuis coniecturis. nu. 41. Neque præſumitur, quando ſit diſtractio pro credito minorum. num. 42.
Dolus non debet ſibi ipſi patrocinari. conſ. 50. n. 18.
Dolus ab Actore probari debet claris probationibus, & in ſpecie, verè, & non præſumptiuè. conſ. 30. nu. 23. 24. & 25.
Dolus non poteſt allegari ex actu pluries geminato. conſ. 30. nu. 41.
Domini conſenſus non requiritur in alienatione facta in comprehenſum in inueſtitura. conſ. 50. nu. 38. Nec ſoluitur laudimium. num. 39. Ratio. nu. 40. & 41.
Dominio rei ſuæ nemo priuandus eſt. conſ. 83. nu. 2. Fallit num. 13. 14. 15. & 16.
Dominium Territorij probatur, ſi teſtes deponant, vidiſſe, quòd domino fiebat ſolutio collectarum. conſ. 6. nu. 29.
Dominium ſi probatur in principio, & in fine, tunc præſumitur probatum etiam medio tempore. conſ. 9. num. 47. & 48. & ibi ratio, eò magis, ſi concurrant adminicula. nu. 49.
Dominium non transfertur per ſecundum decretum, niſi ſecuta traditione, nec per ſententiam, niſi facta executione, & ſic ſequuta etiam traditione. conſ. 16. num. 14. & 15. Nec poſſeſſio transfertur. num. 16. Nec ſtante conſtituto. nu. 18.
Dominium non poteſt ſtare in pendenti, & dum alteri non acquiritur, remanet penes donantem. nec in eo poteſt fieri retrotractio. conſ. 18. num. 22. & 23. Intellige in conditione poteſtatiua. num. 24. & conſ. 66. num. 64. Fallit. nu. 65. Amplia. nu. 66. 67. & 70.
Dominium Tertij filialis ſpectat ad filios. conſ. 61. num. 28.
Dominium, & poſſeſſio, quando in promptu oſtenditur per acta publica, non eſt diſceptandum de nullitate tituli conſ. 65. num. 4.
Dominium transfertur ex datione in ſolutum. conſ. 59. num. 7.
Dominium directum ex lege, & poßeſſione ciuili tribuit prælationem. conſ. 94. nu. 45.
Dominus directus in conceßione poteſt apponere pacta, quæ vult. conſ. 6. nu. 64.
Dominus in re ſua poteſt facere quicquid vult. conſ. 15. nu. 30. Et poteſt vti, & abuti bonis ſuis. conſ. 29. num. 28.
Dominus prædij, in quo aqua naſcitur, poteſt illam diuertere, quocunque maluerit. conſ. 74. nu. 10. Amplia. num. 11.
Domo propria inuitus nemo expelli poteſt. conſ. 83. num. 1.
Domus priuati deſtrui poteſt, vt pulchrior Ciuitas reddatur. conſ. 28. num. 11.
Donans in traditione rei ſuæ, poteſt legem, quam vult ponere. conſ. 19. num. 68.
Donans inreuocabiliter, non poteſt idem alteri donare. conſ. 29. num. 17.
Donans inreuocabiliter, præſente donatario, & acceptante, vel Notario pro eo abſente ſtipulante, non poteſt amplius donationē reuocare. conſ. 30. nu. 34. Ratio. num. 35. & eſt veriſimilis inter perſonas coniunctas. num. 36. Amplia. nu. 37.
Donans poſt donationem remanens in poſſeßione, inducit præſumptionem donationis ſimulatę. conſ. 38. nu. 25. & magis ſi ſit facta coniunctæ perſonæ. conſ. 60. num. 18.
Donans bona mobilia, & ſtabilia, non dicitur donaſſe, iura, & actiones, & valet donatio, etiam ſi nihil reſeruauerit de mobilibus, & ſtabilibus. conſ. 40. nu. 21. & 22. Et quid operentur verba (vbicunque exiſtentia) num. 23.
Donantibus, & remittentibus, non datur amplius regreſſus. conſ. 30. nu. 33.
Donata à conſanguineis viri, ad virum ſpectant. conſ. 47. num. 11.
Donatarius vniuerſalis, eſt loco hæredis, & tenetur ad debita. conſ. 38. nu. 29. Intellige. n. 30.
Donatio facta abſenti, Notario ſtipulante, eſt inreuocabilis ex parte ipſius donantis. conſ. 7. nu. 5. ſecus ex parte ipſius donatarij. nu. 6. Idem ſi promiſit cum iuramento non reuocare. nnm. 7. conſ. 59. num. 36. & conſ. 62. num. 16.
Donatio non acceptata in vita donantis, an dicatur reuocata per mortem ipſius donantis. conſ. 7. nu. 12. Intellige nu. 13. & etiam poſt mortem donantis poteſt donatarius acceptare nu. 16.
Donatio facta abſenti, nemine pro eo ſtipulante, eſt reuocabilis ad voluntatem donantis ante acceptationem. ibid. nu. 19. Fallit, nu. 20. & 21. Intellige. num. 22.
Donatio cauſa mortis facta abſenti non valet. Fallit ſtante ſtipulatione Notarij pro abſente. conſ. 12. nu. 58. Et ſtante clauſula Codicillari, nam valet iure fideicommißi. num. 60. Ratio. nu. 62.
Donatio inreuocabilis, & perfecta reuocari non poteſt, ſed poteſt abinitio apponi omnis conditio. conſ. 12. num. 69. & 70. Ratio. nu. 71.
Donatio cauſa mortis ſui natura eſt reuocabilis, tamen pacto poteſt fieri inreuocabilis. conſ. 12. num. 75.
Donatio, eſto præmoriatur donatarius, ſubſiſtit, quando eſt facta ſtipulatio, quò ad hæredes, ſecus, quò ad perſonas prohibitas. conſ. 12. nu. 78. & 79. & de veritate. num. 80.
Donatio, ſi moriatur ſine filijs, eſt conditionalis. conſ. 18. nu. 18. Idem ſi ſit filijs, & cui ex eis eligetur. nu. 19. & non operatur dominij translationem, nec poſſeſſionis. num. 20. & 25. non obſtante clauſula conſtituti. num. 21.
Donatio ſi dubitetur, an ſit inter viuos, vel cauſa mortis, præſumitur, prout poteſt valere. Idem ſi ſit abſenti, nam valebit vt fideicommiſſum, dummodo adſit legitimus numerus teſtium. conſ. 34. num. 52. & 53.
Donatio facta vxori præſumitur ſimulata. conſ. 38. nu. 26.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, mobilium, & stabilium, non comprehendit suppellectilia, vestes, equos, & alia necessaria ad vsum donantis, nisi specialiter fuerit expressum. cons. 40. nu. 24.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, nulla facta reseruatione an substineatur quò ad præsentia cons. 40. nu. 25.

Donatio propter nuptias non insinuatur, idem si est ob causam. cons. 40. nu. 28. & 29.

Donatio sub conditione si decesserit sine filijs succedat Petrus, pendente conditione est reuocabilis quò ad Petrum. cons. 53. nu. 19. Fallit, stante stipulatione Notarij nu. 20.

Donatio est actus inter viuos, quoties irreuocabilis est. cons. 57. num 50.

Donatio ob causã matrimonij, stante Capitulo Regni debet insinuari quò ad præiudicium tertij, secus in præiudicium donantis, eius hæredum, & singularis concessoris titulo lucratiuo. cons. 61. nu. 20.

Donatio omnium bonorum cum modica reseruatione est nulla. cons. 62. nu. 13. Contra. nu. 14. Declara. nu. 15.

Donationis suspitio tollitur per præsumptiones coadiuuantes ipsam donationem. cons. 60. num. 23.

Dos ex pacto restituenda, cui ius, & casus dederit, quid operetur hoc pactum. cons. 19. nu. 57.

Dos data pro legitima, nullum recipit grauamen. cons. 7. nu. 54. Fallit. num. 55.

Dos si consistit in prædio, tenetur promissor ad fructus, quos ex illo percepit; idem si in pecunia quã constat mercimoniasse. Intellige in extraneo. cons. 11. nu. 25.

Dos de paragio competit filiæ ob exclusionem successionis à feudo. cons. 18. num. 1. & etiam super feudo materno, esto fuerit à patre, & matre dotata. nu. 4. Et etiam filiæ, quæ noluit virum ducere. cons 25. nu. 1. & 2. etiam quæ ante nubilem ætatem obijt. nu. 3. Ratio. nu. 4.

Dos succedit loco legitimæ. cons. 19. nu. 47. intellige si pater præmoritur, secus si præmoritur filia. nu. 48. & tuno potest pater omne grauamen imponere. nu. 49. Secus quando successit loco legitimæ. nu. 56.

Dos de paragio taxatur secundum redditus tempore mortis patris, nec habetur consideratio ad valorem feudi, nec si exinde crescant, vel decrescant redditus. cons. 25. nu. 13. & 14.

Dos potest alienari in subsidium pro communi necessitate. cons. 38. nu. 55. Fallit. nu. 56.

Dos constante matrimonio ab vxore peti potest propter viri maximum æs alienum, immò sufficit, quòd incipiat vir malè vti substantia sua, & quòd dilapidationis sit suspectus, esto bona sint sufficiura pro dote, & creditoribus. cons. 59. nu. 1. & 2. Et si dos adhuc non fuerit viro soluta, potest vxor illam sibi retinere. nu. 5. & ex causa restituta, si fuerit consumpta absque culpa vxoris, non obstante restitutione vir, eiusque hæredes tenentur iterum restituere. nu. 6.

Dos succedit loco legitimæ, ideoque nullum recipit onus. cons. 87. nu. 8. Declara mortuo patre. nu. 15.

Dos data filiæ potest à patre grauari, & filiæ remanet saluum ius petendi legitimam. cons. 87. nu. 12.

Dos differt à legitima in multis. idid. nu. 13.

Dotans si pactitatus est in casu restitutionis dotẽ sibi restitui, dicitur de propria dotasse. cons. 19. n. 79.

Dotare sororem inopem tenetur frater diues, esto illa aliquid haberet, si non sufficeret pro congrua dote. cons. 10. nu. 10.

Dotarium vxori non debetur, si dos promissa soluta non fuerit. cons. 88. num. 7. (nu. 8.

Dotarium est octaua pars dotis, realiter solutæ. ibid.

Dotare filias ad patrem, non ad matrem spectat, & potest imponere legem, quam vult. cons. 19. nu. 43. & 45. Intellige nu. 49.

Dotem de paragio an consequatur filia tertiaria. cons. 25. nu. 28. & 30. Et quid in Monialibus ingredientibus Monasterium. num. 31.

Dotes integras, siue totas restituere promittens, an dicatur renunciasse lucro delato à statuto, & quid si promisit debitas dotes restituere. cons. 19. nu. 29. & 30.

Doti potest imponi onus à dotante, quando de proprio dotat. cons. 10. nu. 25. (nu. 44.

Doti multum fauent leges. cons. 66. nu. 43. Ratio.

Dotis restitutio promissa à marito patri dotanti, & filiæ dotatæ, censetur secundum iuris ordininem promissa, vt si pater præmoriatur, restituenda sit integra dos filiæ si filia præmoriatur patri sine filijs, patri restituenda sit cons. 87. num. 17.

Dotis fauore obligatio facta absenti est irreuocabilis. cons. 7. nu. 8.

Dotis augmentum habet eadem priuilegia dotis. cons. 7. nu. 9. Ratio nu. 39.

Dotis fructus ad maritum spectant, ac etiam fructus bonorum, in quibus potest, vt maritus agere in vita vxoris. cons. 9. nu. 38. & 39.

Dotis restitutio ob mortem filiæ sine filijs patri dotanti fit. cons. 19. nu. 58. Si verò adsint filij, fit ipsis filijs. nu. 59. Si autẽ exinde moriantur filij, an patri, vel auo competat dos. nu. 60. 61. 62. 63. & 64. vbi quid stante pacto, vel statuto.

Dotis de paragio fructus, an debeantur vt interesse recompensatiuum cons. 25. nu. 9.

Dotis de paragio fructus non veniunt ex mora, cùm sufficiat irregularis. cons. 25. num. 25. Ratio. num. 26.

Dotis causa, & materia propriis legibus est indicanda. cons. 47. nu. 20.

Dotis augmentum consistens in mobilibus, an à pari procedat cum ipsa dote quò ad priuilegia. cons. 47. nu. 34. & 37. Distingue. nu. 35. & quid si augmentum proueniat à patre, vel matre vxoris, vel mariti. nu. 36.

Dotis restitutio quæ fit ob inopiam viri, non est pro-

pria restitutio, sed potius assecuratio. cons. 59. nu. 14. Fallit stantibus amplissimis verbis importantibus dominij, & possessionis translationem, quia tunc dicitur vera restitutio. nu. 15.
Dotis debitum in marito est voluntarium, quia voluntariè ducens ad dotis restitutionem vxorem se obligauit. cons. 81. nu. 11.
Duo vincula magis ligant, & duo vincunt vnum data paritate, cons. 46. nu. 19. & 20.

E

Ecclesia Romana pro feudo, quod habet in prouincia Apuliæ, potest conueniri coram Officialibus Regni Neapolis. cons. 2. post 2. nu. 4.
Ecclesia Romana recipiens feudum ab Imperatore dicitur eius Vassalla, & tenetur ad omnia, quæ tenentur cæteri Vassalli. ibid. nu. 5.
Ecclesia obligatur pro pecunia, quam Episcopus cum consensu Capituli mutuò accepit, esto creditor non probet, pecuniam in Ecclesiæ vtilitatem conuersam. cons. 13. nu. 26.
Ecclesia si est directus post reuocationem corporis recuperat à possessore census præteritos. Secus in priuato. cons. 50. nu. 16. Declara. nu. 18.
Ecclesia alienans bona sua ex causa necessitatis, nullum damnũ pati debet, sed debet illa alienare pro pretio, quo verè valent. cons. 70. num. 20.
Ecclesiæ, Minor, & his similes in integrum restituuntur propter causam, quæ post sententiam superuenit, quando ante illam proposita si fuisset, sufficiens esset ad obtinendum. cons. 90. nu. 10.
Ecclesiarum vnio duplex est, perpetua, & temporalis. cons. 4. nu. 35. Et ibi quot modis fiat.
Ecclesiastica persona si contendat de iurisdictione, vel iuribus regalibus, tunc Iudex secularis cognoscit. cons. 2. post 2. num. 39.
Ecclesiastica persona si Regiam iurisdictionem vsurpat, à Iudice laico cognoscitur, quia potest tueri suam iurisdictionem. cons. 2. post 2. nu. 41.
Ecclesiastica censetur res temporalis, quæ est adiuncta Ecclesiasticis. cons. 4. nu. 45.
Ecclesiastica bona non possunt alienari, sine sollemnitate, & causa, & vtraque requiritur copulatiuè, & si vna deficit, contractus est nullus ipso iure. cons. 70. nu. 1. 2. 4. 5. & 6.
Ecclesiasticus Ordo superueniens, causam criminalem à seculari Iudice eximit cons. 93. nu. 5.
Ecclesiasticus Iudex. vide verbo, Iudex Ecclesiasticus.
Ecclesiæ vtilitas euidens illa dicitur, quando ipsa percipit de re sua decem, & concedit pro centum. cons. 70. num. 13.
Ecclesiæ bona possidens sine requisitis alienata, vti malæ fidei possessor ad fructus tenetur. cons. 70 num. 3.
Ecclesiæ idem fauor debetur, qui debetur Reipublicæ. cons. 28. nu. 8.
Ecclesiæ, & pupillarum in causis proceditur, solafacti veritate inspecta. cons. 5. nu. 56.
Ecclesiæ immunitate gaudet existens intus Hospitale Ecclesiasticum; secus intus profanum, vel intus apotecam de publico, quæ habet aditum ad Hospitale, & portam ad viam publicam. cons. 4. num. 5.
Eligendi potestatem habens ante mortem, si eligat in vita, & promittit cum iuramento non reuocare, poterit tamen variare. cons. 24. nu. 42. Ratio, & exempla. nu. 43. & 44.
Eligendi facultatem habens, instituendo hæredem vniuersalem, dicitur illum elegisse, & disposuisse de illa facultate. cons. 53. nu. 42.
Emancipatum se esse asserens, tenetur probare. cons. 12. nu. 17.
Emens de communi pecunia, nomine tamen proprio sibi acquirit, & socij habent actionem ad pretiũ cum interesse. cons. 60. nu. 5. & 6. Fallit in re dotali, & pupillari in subsidium. num. 7.
Emisse per interpositam personam præsumitur, qui post emptionem possidet, & fructus rei emptæ percipit. cons. 12. nu. 1.
Empta res ab vxore ex pecunia viri, ad quem spectat, & quid, quando simul emunt. cons. 9. nu. 31. & 32. Et quid, si simul, sed maritali nomine. cons. 33. nu. 34.
Empta res ex pecunia dotali, non fit dotalis. cons. 43. nu. 10. & 14.
Emptio simpliciter facta ab vno ex socijs, communi nomine facta dicitur si præcesserat pactum, quod res empta cõmuni nomine ematur. cons. 12. n. 4.
Emptio facta à socio omnium bonorum, dicitur facta communi nomine. cons. 21. num. 5.
Emptio dicitur facta eo nomine, quod habebat in mandatis. cons. 34. nu. 40.
Emptitij redditus contractus, licitè fieri potest ad summam secundum vsum regionis. cons. 14. nu. 11. Et si non adest consuetudo potest fieri ad decem iuxta iuris dispositionem. num. 13.
Emptor debet ostendere pecuniam solutam pro causa contenta in licentia alienandi. cons. 13. num. 17. Intellige. nu. 18.
Emptor, qui ab executoribus testamentarijs emit pro soluendis legatis, erit securus, quamuis pretium in alium vsum conuertatur. cons. 13. num. 24.
Emptor non potest vti re, & pretio, & pactum in contrarium est contra bonos mores. cons. 31. num. 4. & 5.
Emptor si constituit censum Bullalem pro pretio domus, vel sibi accollet alteri soluendum, an teneatur ad censum euicta domo non facto ipsius, & quid si vicinus retrahit. cons. 39. nu. 12.
Emptor bonæ fidei dicitur ille, qui emit ab eo, qui non erat executor, sed talem esse ob alicuius boni viri assertionem probabiliter existimabat; Idem in eo, qui credebat habere mandatum ad vendendum. cons. 41. num. 12. & 13.

INDEX.

Emptor, cuius pecunia venditoris creditor fuit dimissus, si possidet, potest excipiendo se tueri ipsius Creditoris anterioritate, tanquam ingressus in eius iura, nullo etiam existente pacto. cons. 69. num. 17.

Emptor prædij cum accollatione reddituum potest pacisci, vt in casu molestiæ, non sequuta euictione, possit vti interusurijs solutis creditoribus. cons. 92. num. 2.

Emptor potest sibi cauere, vt statim lite mota, nondum re euicta possit agere ad pretium rei emptæ. cons. 92. num. 1.

Emptor nondum sequuta euictione, potest etiam contra tertium possessorem agere ad restituendum bona iure pignoris, donec molestia tollatur. cons. 92. nu. 3. Amplia nu. 4.

Emptores reddituum censualium hodie de facili inueniuntur. cons. 11. num. 11. & 12. Vbi, an sit necessaria probatio. & cons. 45. nu. 20.

Emptum ex pecunia hæreditaria est hæreditatis, cons. 61. num. 51. & 52.

Emphiteuta liberatur per solutionem factam à tertio interessato. cons. 50. nu. 19.

Emphiteuta pendente lite tenetur soluere censum, si fructus percipiat. cons. 31. nu. 7. & 9.

Enormissimè læsus recuperat rem vna cum fructibus. cons. 84. nu. 10.

Enunciatio inter contrahentes probat, secus, quando de enunciato contingit principaliter disputari. cons. 24. num. 10.

Enuntiatiua verba probant, quando concurrit aliud adminiculum, & quid si proferantur ab eo, qui præsumitur scire iura sanguinis. cons. 40. nu. 35. & 36. & quid in antiquis num. 37.

Episcopi in statu Hispaniarum, Flandres, & aliarum Prouinciarum eliguntur à Rege Catholico. cons. 4. num. 61.

Episcopi authoritatem ex longissimi temporis cursu in beneficij fundatione præsumitur interuenisse. Amplia existente vnica collatione, seu institutione ab Ordinario facta. cons. 79. nu. 23. & 24.

Episcopi Tribunal est vnum, & idem cum tribunali Vicarij cons. 85. num. 13.

Episcopo competit Regimen Hospitalium, qui administratores vltra triennium nō permittit. cons. 4. num. 67.

Episcopo suspecto, sunt in consequentiam eius officiales suspecti. cons. 85. num. 12.

Episcopo mortuo vicarij iurisdictio extinguitur, & eo excommunicato, vtraque iurisdictio suspenditur. cons. 85. nu. 24. & 25.

Episcoporum causas criminales solus Pontifex cognoscit. cons. 85. num. 32.

Episcopus, & quælibet Ecclesiastica persona habens feudum à Principe seculari, super quæstione ipsius feudi coram Iudice laico tenetur comparere. cons. 2 post 2. nu. 2.

Episcopus habens bona sibi conceßa à Catholica Maiestate, potest corā Iudicibus secularibus Regijs pro bonis conueniri. cons. 2. post 2. nu. 38.

Episcopus pro bonis de iure Patronatus Regio, tam in petitorio, quā in possessorio potest per Iudices Regios seculares cognosci. cons. 2. post. 2. n. 40.

Episcopus visitat Hospitale Ecclesiasticum, secus profanum. cons. 4. nu. 6.

Episcopus habet intentionem fundatam, vt possit visitare omnes Ecclesias in sua Dioceſi, etiam exemptas. cons. 4. nu. 7. & 8. Intellige, quando non habent specialem exemptionem, cùm exemptio à visita debet specialiter fieri. nu. 9.

Episcopus in Hospitali profano, non cogit administratores ad reddendum computum, sed cognitio est Iudicis laici. cons. 4. num. 16.

Episcopus cognoscit de executione legati pij. cons. 4. num. 20.

Episcopus à Rege electus, non dicitur per talem electionem habuisse licentiam visitandi Hospitale existens sub Regis potestate immediatè, sed specialis requiritur licentia. cons. 4. nu. 59.

Episcopus Ecclesiam obligat pro pecunia, quam cum consensu Capituli mutuo accepit, esto creditor non probet, pecuniam in Ecclesiæ vtilitatem conuersam. cons. 13. num. 26.

Episcopus si eximat Ecclesiam verbis generalibus, non dicitur illa exempta à visita. cons. 4. nu. 51.

Episcopus potest prorogare quatrimestre laicis ad præsentandum concessum, si de solo ipsius Episcopi præiudicio agitur, aliàs secus. cons. 79. num. 32. & 33.

Episcopus potest esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ. Fallit in causa spectante ad eius mensam. cons. 85. nu. 1.

Episcopus non potest esse Iudex, vbi tractatur de proprio quæstu bonorum. cons. 85. nu. 4.

Episcopus non valens causam cognoscere, nec illā alteri cognoscendā cōmittere potest. cons. 85. n. 9.

Episcopus si non potest esse Iudex, nec eius Vicarius potest eße. cons. 85. nu. 11.

Episcopus non potest inhibere Iudici seculari, ne se intromittat in cognitione falsæ depositionis coram eodem Episcopo factæ, quia potest etiam à Iudice seculari cognosci, vbi apud eum fuerit reus accusatus. cons. 90. num. 44.

Episcopus vbi est suspectus, potest etiam recusari eius Vicarius, vt suspectus. cons. 85, nu. 15.

Equitatem, & equiorem opinionem Iudex sequi debet. cons. 5. nu. 57.

Erronea assertio non nocet, quando constat de veritate facti. cons. 24. nu. 11. vbi tunc dicitur probatus error.

Erronea liberatio non iuuat, multò magis, si dolo facta fuerit, esto cum amplissimis clausulis. cons. 30. nu. 21. & 22.

Error finium non nocet, quando adsunt demonstrationes. cons. 6. nu. 57.

Error dicitur probatus, quando constat rem aliter se habere

habere. conſ. 6. num. 58. conſ. 19. num. 6. & conſ. 73. nu. 55.
Error vbi eſt, ibi non eſt conſenſus. conſ. 7. nu. 58. & conſ. 24. num. 13.
Error, & dolus ab actore probari debet, & in ſpecie claris probationibus, verus, non autem præſumptus. conſ. 30. nu. 23. 24. & 25.
Error, nec dolus poteſt allegari ex actu pluries geminato. conſ. 30. nu. 41.
Error actuarij non nocet partibus. conſ. 29. nu. 31.
Error Notarij non nocet partibus, conſ. 19. nu. 7. 9. & 10.
Error dicitur iuſtus, & tolerabilis, quando eſt in facto alieno. conſ. 41. num. 20.
Error Iuris æquiparatur errori facti. conſ. 41. nu. 31.
Error quilibet excuſat à dolo. conſ. 41. nu. 36.
Error ſiue ſit iuris, ſiue ſit facti, non nocet, quando agitur de damno vitando. Idem in errore in facto proprio. conſ. 25. num. 14. eſto ſit iuramentum in contractu. nu. 18.
Error non nocet, conſtito de errore, nec facit actum diuerſum. conſ. 73. nu. 55.
Exceptio periurij non impedit litis ingreſſum. conſ. 36. nu. 27. ſecus. nu. 29.
Exceptio periurij eſt litis finitæ, & non ſeruatur ad merita cauſæ. conſ. 36. nu. 31.
Exceptio repetiti capitalis, eſt realis ſolutionis. conſ. 39. nu. 9.
Exceptio reſolutionis contractus admittitur in prima inſtantia. conſ. 39. num. 10.
Exceptio naturalis æquitatis admittitur in prima inſtantia. conſ. 39. nu. 25.
Exceptio, quæ oritur ex ſtatuto, vel inſtrumento publico admittitur in prima inſtantia. conſ. 39. num. 26.
Exceptio (tibi actio non competit) eſt dilatoria, & impedit litis ingreſſum, & ſi proponitur poſt litis conteſtationem non impedit Iudicium ad vlteriora procedi. conſ. 49. nu. 11.
Exceptio (cedendarum) obſtat actori, qui poſſidet ex cauſa poſteriori. conſ. 43. nu. 3.
Exceptio ſuperueniens reo conuento, ſemper prodeſſe debet ipſi reo. conſ. 50. nu. 31.
Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt ab eo opponi, qui vel vſuras, vel partem debiti ſoluit. conſ. 51. num. 3. Declara nu. 4.
Exceptio minoris ætatis altiorem requirit indaginem, ideoque in cauſa oppoſitoria reſeruatur. conſ. 51. num. 12.
Exceptio aliquando conceditur, cui non conceditur actio. conſ. 52. nu. 3.
Exceptio, quod res non erat in dominio ſubiugantis admittitur in prima inſtantia. conſ. 62. nu. 1.
Exceptio cedendarum actionum non obſtat tertio agenti contra debitorem, vel eius hæredem. conſ. 61. num. 24.
Exceptio rationum non reddit arum non obſtat agenti pro dote, ſed obſtat agenti pro anteſato, vel pro interuſurijs. conſ. 61. num. 34.
Exceptio anterioritatis, ex cauſa pariter priuilegiata, admittitur in prima inſtantia. conſ 68. nu. 1.
Fallit. nu. 2. Amplia, ſi oritur ex eodem contractu. nu. 3. & conſ. 84. nu. 1.
Exceptio cedendarum admittitur aduerſus contractum Bullæ, etiam in prima inſtantia. conſ. 68. num. 15.
Exceptio facilius conceditur, cui conceditur actio. conſ. 77. nu. 2.
Exceptio cedendarum ſub generali renunciatione non comprehenditur, quia ſpecificam renunciationem requirit. conſ. 68. num. 32.
Exceptio anterioritatis in cauſa oppoſitoria indiſtinctè admittitur ex quocunque contractu illa proueniat. conſ. 68. nu. 33. & conſ. 69. nu. 1.
Exceptio intentionis, & facti in quacunque inſtantia admittitur etiam ex officio Iudicis parte non opponente. conſ. 62. nu. 25.
Exceptio anterioritatis ex cauſa pariter priuilegiata, admittitur in Bulla etiam in prima inſtantia, ſi cauſa anterior ſit vera, & non ſimulata. conſ. 63. nu. 1. & 2.
Exceptio cedendarum regulariter mulieri non obſtat. conſ. 66. num. 15. & 16.
Exceptio ſemel acquiſita fideiußoribus, non poteſt amplius debitoris facto ab eis auferri. conſ. 73. num. 40.
Exceptio anterioritatis ex cauſa æque pariter priuilegiata admittitur in prima inſtantia, ſi opponatur per poßidentem vigore decreti, ſecus ſi per poſſidentem ex datione in ſolutum extraiudiciali. conſ. 84. num. 26.
Exceptio Dominij non obſtat agenti poſſeſſorio, etiã ſi ſit notoria. conſ. 2. nu. 106.
Exceptio litis pendentiæ tunc obſtat iuriſdictioni, quando exceptio rei iudicatæ obſtat actioni. conſ. 3. num. 1.
Exceptio rei iudicatæ obſtat, quando origo petitionis eſt eadem in vtroque iudicio, & interpretatiue agitur de eadem re. Intellige, quando fuit principaliter deducta, & de ea plena cognitio præceſſit. conſ. 3. nu. 3.
Exceptio compenſationis non admittitur in Bulla. conſ. 9. nu. 6. & conſ. 14. num. 31.
Exceptio eſt de regula, & ſecundum terminos regulæ debet intelligi. conſ. 9. nu. 35. & conſ. 19. n. 33.
Exceptio præſcriptionis in Regno non admittitur. conſ. 17. nu. 7. & conſ. 38. nu. 63. niſi ſit immemorabilis. ibid.
Exceptio erroris non dicitur reiecta ſtante ſtatuto reijciente omnes exceptiones. conſ. 24. num. 16.
Exceptio quæ oritur ex eodem contractu, dicitur priuilegiata ſicut actio. conſ. 24. num. 61.
Exceptio declinatoria fori non dicitur reiecta à ſtatuto reijciente omnes exceptiones, nam eſt defenſio, & non exceptio. conſ. 24. nu. 62.

INDEX.

Exceptioni cedendarum renunciari potest. conf. 68. num. 31.

Excipiens de spoliatione contra agentem, si succumbat, potest principaliter agere, quia dicta duo iudicia non tendunt ad eundem finem. conf. 3. n. 8.

Excommunicatio decimaseptima contenta in Bulla Cœnæ Domini, vt incurratur, quinque interuenire debent. conf. 1. nu. 6.

Excommunicatio non ligat, nisi qui scienter delinquunt. conf. 1. nu. 108.

Excommunicatio duplex, alia ab homine, alia à Iure conf. 1. nu. 113.

Excommunicatio vt ritè proferatur trina monitio præcedere debet. conf. 1. nu. 114.

Excommunicatio in excessu notorio potest fieri absq; partis citatione. conf. 1. num. 117.

Excommunicatio vt incurratur de iure, citatio præcedere debet, aliàs declaratoria est nulla. conf. 1. num. 115.

Excommunicatio absque Canonica monitione potest proferri per Prælatum ad defensionem proprij Iuris contra occupantem res Ecclesiæ. conf. 1. num. 118.

Excommunicatio secum trahit executionem. conf. 1. nu. 140.

Excommunicatio lata post appellationem est nulla. conf. 1. num. 142.

Excommunicationis ante declaratoriam citatio vnica requiritr, etiam in notorijs. conf. 1. nu. 120.

Excommunicationis sententia suspenditur per appellationem, si est lata sub conditione, quæ nondum est adimpleta. conf. 1. num. 141.

Excommunicationis sententia prolata post tentatum grauamen, & emanatas literas. est nulla. conf. 27. num. 12.

Excommunicationis sententia an possit proferri sine causæ cognitione, & an debeat fieri trina citatio. & an fiat vnico monitorio, & personalis, & quid in notorio. conf. 27, nu. 5. 6. 7. & 8.

Excusatio quælibet probabilis moram excludit. conf. 56. nu. 30.

Excussio in summarijs potest fieri in eadem instantia, absque citatione principalis. conf. 38. nu. 10.

Excussio contra tertium, etiam in dote est facienda. conf. 38. num. 9.

Executio facta vigore vnius contractus, ex alio in ea non nominato, substineri non potest, & quid stante clausula (coaditis omnibus alijs actis, & scripturis) conf. 41. num. 22.

Executio causata vigore alicuius instrumenti cum clausula, & omnium aliorum actorum, si non potest substineri ex specificato instrumento, non potest validari ex alijs, maximè si nouum instrumentum præsentetur post quindenam. conf. 19. num. 22. 23. & 24.

Executio causata, & cedula primi decreti interposita, præuentionem non operatur. conf. 16. num. 11. Sed requiritur distractio, & possessio nu. 19. & 21.

Executio denegatur, cùm Prætori non liqueat de debito. conf. 59. num. 23.

Executio datur vigore capitulorum matrimonialium, idem si scriptura non esset confecta per Notarium, requiritur tamen verificatio. conf. 19. num. 1. 2. & 3.

Executio non datur contra socium, nisi tota ratio sit calculata, esto aliqua partita sit liquida, nec contra socij fideiussores, licet amplissimis verbis obligatos, nisi prius cum principali fuerit facta liquidatio. conf. 59. nu. 25. & 26.

Executio non datur pro contractu Bullæ, nisi instrumentum subiugatorium exhibeatur. conf. 73. num. 13.

Executio non potest causari vigore transumpti, cuius manus de mandato Iudicis est verificata. conf. 73. num. 7.

Executio non datur ex exemplo desumpto ab Archiuio publico, lenato ab alio exemplo aliàs in Archiuio exhibito, nisi exemplum sit exhibitum ab exemplari in iudicio existente. conf. 73. nu. 8.

Executio causatur in Regno tum vigore sententiæ arbitrorum, tum vigore actus compromissi. conf. 77. num. 6.

Executio non datur contra Fideicommissarium vniuersalem, non adhuc facta sibi restitutione. conf. 88. num. 6.

Executio parata non datur propter debitum illiquidum, vel quod pro parte tantum sit illiquidum. conf. 68. num. 34.

Executio non datur contra tertium, quamuis agat mulier ad dotis restitutionem pro re indiuidualiter hypotecata. conf. 88. num. 5.

Executione adimpleta per creditorem, si non procedat ad distractionem, non ideo audientia debitori denegatur, quia creditori imputatur. conf. 68. num. 36.

Executionis tempus de iure debet attendi. conf. 37. num. 36.

Executiuè, & à præcepto nõ est inchoandum, etiam si pars consentiat. conf. 32. nu. 1. 2. & 3.

Executiuè agitur ad diuisionem fiendam. conf. 32. num. 7.

Executiuè agitur iniungendo, ne quis transeat per locum Domini. conf. 33. nu. 3.

Executiuè agitur per obligationem factam penes acta Curiæ. conf. 20. num. 2.

Executiue agitur per solam dotis confessionem factam á marito, tam contra ipsum, quàm contra eius hæredem in casu restitutionis. conf. 19. nu. 15. & 16.

Executiuè agi potest contra socium pro capitale, nondum reddita ratione, si facta intimatione ad exhibendum computa, illa non exhibuit. conf. 55. nu. 11. & conf. 56. nu. 5.

Executores testamenti, si vendant aliquam rem, pro soluendis legatis, licet pretium conuertatur in alium vsum, erunt tamen securi emptores. conf. 13. nu. 24.

Ex eo, quod ab omnibus communiter fieri consueuit, præsumitur ita fuisse factum. cons. 62. num. 11.
Exempla sumpta ab Archiuio publico, authentica dicuntur. cons. 2. nu. 34.
Exempla non restringunt, sed declarant regulam. cons. 67. nu. 37.
Exemplar quid sit, & quid exemplum. cons. 73. num. 9.
Exemptus non dicitur à foro, quem quis habebat lite iam cepta. cons. 93. num. 7.
Exercitium meri, & mixti imperij dicitur factum titulo præambulo. cons. 2. num. 7.
Exercitium Iurisdictionis per testes singulares probatur. cons. 2. post 2. nu. 53.
Exercitium Iurisdictionis, & possessio subsequuta declarat priuilegia. cons. 2. post 2. nu. 14.
Exhibitio instrumenti, ipsius probationem inducit. cons. 50. nu. 11.
Expensæ iudiciarię eamdem habent anterioritatem, quam creditum principale. cons. 69. nu. 16.
Expressio facta vno nomine, si debetur alio nomine, & illo expresso, si Princeps concessisset verisimiliter in casu non expresso, nihil operatur, sed est, ac si fuisset expressum. cons. 13. nu. 11.
Expressio eorum, quæ sunt notoria in Curia Principis nihil operatur. cons. 13. nu. 16.
Exprimere aliquid nominatim, vel per relationem, paria sunt. cons. 7. num. 53.
Extensio in Statutis potest fieri de vno casu ad alium, ex verisimili mente statuentium, & prouisio in vno casu ad alium extendi potest. cons. 66. nu. 53. & 54.
Extimatores debent dicere in actu publico cum iuramento, quanti prædium Ecclesiæ valet, & non sufficit, quod contrahentes dicant, fuisse tanti extimatum. cons. 70. nu. 15.
Extractæ factæ à Notario in actis defuncti creditur, prout si defunctus extraxisset. cons. 19. nu. 4. & 5.
Extrauagans ambitiosę communiter vocata la Paulina, an sit reuocata per Bullam Clementis Papæ VII. cons. 70. num. 22.
Extrauagans ambitiosæ fuit firmata per Papam Paulum Tertium, Paulum Quartum, & Pium Quartum, & manet in obseruantia apud omnes. cons. 70. num. 24.

F

FAb. de Anna cons. 1. declaratur. cons. 53. num. 59.
Facti quæ sunt debent probari. cons. 6. num. 8.
Factum Iudicis est factum partis. cons. 54. nu. 45.
Falsitas vt excludatur, semper fit interpretatio. cons. 19. num. 8.
Falsum dicens testimonium potest accusari, vel coram Iudice ordinario, vel coram Iudice, apud quem falsum deposuit, & datur præuentioni locus. cons. 90. num. 43.
Falsum deponens efficitur de illius foro, coram quo falsum deposuit. cons. 90. nu. 41.
Familia conseruatur per masculos. cons. 5. nu. 35. Intellige, vt nu. 13. 14. 27. 40. & 55.
Familiæ vocabulum, & agnatio, est commune ad masculos, & fœminas. cons. 5. num. 26.
Famulo salarium ob seruitia debetur, quod si non fuerit taxatum, id, quod alijs solui consueuit, debetur. cons. 90. num. 22. Ratio. nu. 23.
Famulo, qui non continuo seruiuit, non debetur salarium, quod ab initio non fuit taxatum. cons. 90. num. 39.
Famulus tenetur interpellare dominum pro salario, si ab initio inter eos non fuerit conuentum, vt pro salario seruiat. cons. 90. nu. 38.
Fauor idem debetur Ecclesiæ, qui & Reipublicæ. cons. 28. nu. 8.
Fauore publico res auferri potest à domino, soluto iusto pretio. cons. 28. nu. 9.
Fauore alicuius quod inductum est, non debet in eius odium retorqueri. cons. 59 nu. 37.
Fauore dotis tacita hypoteca datur à lege. cons. 38. num. 3.
Fauori suo quilibet potest renunciare. cons. 43. n. 9.
Felician. de censib. lib. 1. cap. fin. nu. 18. refellitur. cons. 14. num. 26.
Felin. & Zabbarell. relati à Corsett. quæst. forens. 4. declarantur, vt procedant, quando nullitas non est notoria, & euidens. cons. 84. nu. 8.
Fœmina ex masculo venit in fideicommisso familiæ relicto, esto sit nupta. cons. 5. nu. 14.
Fœmina non coficit lineam masculinam, tamen est in ipsa linea, cùm pater sit caput lineæ, & ipsa finis lineæ paternæ. cons. 5. num. 16.
Fœmina filia masculi donec viuit, conseruat dignitatem familiæ & agnationis, idem Monacus, & Monialis. cons. 5. nu. 29.
Fœmina dicitur de sanguine, sed impropriè. cons. 80. nu. 3.
Fœmina si concedat immunitatis priuilegium, etiam ad descendentes ex fœminis illud extenditur. cons. 80. num. 5.
Fœminarum exclusionem non operatur masculinitatis expressio, sed prælationem in eodem gradu. cons. 5. num. 45. & 49.
Fœminarum exclusio est res odiosa. cons. 5. nu. 48.
Fœminæ conseruant defunctorum memoriam sicut masculi. cons. 5. num. 33.
Fœminæ non veniunt posteritatis nomine; fallit, quãdo fœmina est, quæ de posteritate mentionem facit. cons. 80. nu. 9.
Feuda non veniunt in generali obligatione: secus in vniuersali, & quid in feudo hæreditario. cons. 61. nu. 10. 11. & 14.
Feuda sub generali dispositione non comprehenduntur. cons. 65. nura. 5. Contra. num. 6.
Feuda sub vniuersali dispositione comprehenduntur. Amplia in vniuersali renunciatione, & alie-

natione. conſ. 65. num. 7. 9. & 10.

Feuda poſſunt alienari, obligari, & ſubingari pro conſtituenda dote de paragio, ſtantibus literis Sereniſſimi Regis Philippi, nulla facta excuſſione. conſ. 89. num. 4.

Feuda ſi permittat Princeps alienari, vel hypotecari, intelligitur in ſubſidium, aliis bonis non exiſtentibus. conſ. 89. nu. 13. 16. & 24.

Feuda de iure Francorum ſunt indiuiſibilia, & in eis tantum admittuntur primogeniti, quod etiam eſt de iure Regni. conſ. 91. nu. 9. & 37.

Feudale poteſt fieri allodium, quando domino proponitur ſcienter, & de certa ſcientia quod allodium vult facere feudum. conſ. 22. nu. 35.

Feudales cauſas cognoſcit M.R.C. in Regno, & Curi Straticotialis in prima inſtantia. conſ. 3. num. 29. & 30. & conſ. 6. nu. 68.

Feudales cauſas cognoſcendi ex Priuilegio Iudices Meſſanæ obtinuerũt in anno 1560. conſ. 6. n. 68.

Feudalibus in bonis primogenitus, & eius linea faciunt primum gradum, ſecundogenitus ſecundum gradum, & ſic ſucceſſiue. conſ. 67. nu. 6.

Feudalis cauſa an poſſit ſine conſenſu domini in arbitros compromitti. conſ. 91. nu. 1. & quid de iure Regni. nu. 2.

Feudi forma non ligatur acquiſitor primus, ſed illam poteſt mutare, & feudum alienare, etiam in extraneos. conſ. 14. num. 30.

Feudi in ſucceſſione cum clauſula (iuris Francorum) & ſic primogenituræ, & maioratus inter plures fratres, & ſorores datur diuerſitas gradus, & vocantur gradus primogenituræ. conſ. 67. nu. 33.

Feudo conceſſo, aqua, & flumina in eo exiſtentia, conceſſa dicuntur. conſ. 74. num. 13.

Feudorum in ſucceſſionibus, deficiente linea primogeniti, filius ſecundogeniti præfertur tertiogenito. conſ. 67. nu. 30.

Feudorum de iure, omnes filij æqualiter ad ſucceſſionem feudi vocantur, & quilibet in proprietate, non autem in portione fructuum. conſ. 91. nu. 6. & 7. Fallit. nu. 8.

Feudum eſt obligatum pro dote de paragio, & pro actibus, & vſuris dictæ dotis. conſ. 25. num. 27.

Feudum eſto pacti, & prouidentiæ, pro dote de paragio poteſt ſubingari, & ligat ſucceſſores. conſ. 18. num. 27.

Feudum pro interuſurijs vitæ, & militiæ alienari poteſt. conſ. 91. nu. 31.

Feudum cum clauſula (iuris Francorum) ex legitima cauſa poteſt alienari, & ſupra eo bullalis cenſus imponi in ſucceſſoris præiudicium. conſ. 91. num. 32. & 37.

Feudum pro decurſis vitæ, & militiæ ſubingari poteſt. conſ. 91. nu. 33.

Feudum quod de ſui natura ad fœminas non tranſit, ad eaſdem tamen venire poteſt, ſi ob remunerationem ſit conceſſum. Amplia ſtante obſeruantia ſubſequuta. conſ. 80. nu. 17. & 18.

Feudum hæreditarium iudicatur, vt de allodiali. conſ. 61. nu. 15.

Feudum alienari poteſt, nulla facta diſcuſſione allodialium, ſi illa fuerint litibus intricata. conſ. 89. num. 17.

Feudum quoquomodo cauſa ipſa tangat, feudalis res eſt. conſ. 6. nu. 66. intellige num. 67.

Feudum conceſſum pro maſculis cum fœminis, æquè principaliter ad maſculos, & fœminæs pertinet. conſ. 80. num. 25.

Feudum dicitur in forma ſtricta, vbi in eius conceſſione adſit clauſula (iuris Francorum) & eſt primogenito acquiſitum. conſ. 89. nu. 1.

Feudum in forma ſtricta non poteſt alienari, nec pro conſtitutione, nec reſtitutione dotis niſi, in ſubſidium. conſ. 89. nu. 2. Iutellige nu. 3. & 4.

Fideicommiſſarius an poſſit viuo grauato agere, vt declaretur ſibi competere bona fidecõmiſſo ſubiecta poſt mortem grauati. conſ. 86. num. 12. Diſtingue. nu. 13.

Fideicommiſſarius vniuerſalis executiuè conueniri poteſt. Fallit in particulari. conſ. 88. nu. 1 Hodie adeſt Pragmatica Comitis de Caſtro.

Fideicommiſſarius vniuerſalis non adhuc facta ſibi reſtitutione, non conuenitur via executiua. conſ. 88. nu. 6.

Fideicommiſſarius poſſidens, ſi cautionem præſtet de ſoluendo hæredi, id quod detrahere poteſt liberatur, & ſi non poſſidet, data prædicta cautione, eſt in poſſeßionem mittendus. conſ. 76. num. 19. & 20.

Fideicommiſſi caſum qui dicit euenisſe, debet oſtendere, vt ſuccedat. conſ. 22. nu. 28.

Fideicommiſſi conditione pendente, valet alienatio, & ea adueniente reſoluitur. conſ. 51. nu. 30.

Fideicommiſſi onus reijcitur à legitima. conſ. 15. num. 21.

Fideicommiſſo res ſubiectæ, & alienari prohibitæ, non debent pro dote conſtitui, ſi extant alia bona, vnde filia poteſt dotari. conſ. 89. nu. 5.

Fideicommiſſo facto ad fauorem maſculorum, ſi ordinauerit teſtator filias dotandas eſſe, intelligitur, non exiſtentibus bonis liberis. conſ. 89. nu. 12. vbi de ratione.

Fideicommiſſum prætendens, debet probare ſe vocatum in illo. conſ. 7. num. 48. & conſ. 15. num 31.

Fideicommiſſum non extare, in dubio dicendum eſt. conſ. 7. nu. 56.

Fideicommiſſum eſſe in bonis ſi quis fateatur, ſi tale non eſt, confeſsio non nocet. conſ. 7. num. 57.

Fideicommiſſum factum ab aſcendente cum prohibitione ne dotentur, in præiudicium deſcendentium non tenet. conſ. 5. num. 9.

Fideicommiſſum eſt res oneroſa, & euitanda, & in dubio contra eum iudicatur. conſ. 5. num. 58. 59. & 62. Et quod minus ſcriptum quam dictum. num. 60.

Fideicommissum intelligitur impositum super bonis proprijs, non hæredis, esto generalissima sint verba. conf. 15. num. 11.

Fideicommissum intendens, debet probare, rem fuisse in dominio, & remansisse in hæreditate vinculantis, & euenisse casum fideicommissi, & se vocatum. conf. 15. nu. 31.

Fideicommissum in dubio decidendum est non extare. conf. 15. num. 41.

Fideicommissum renunciari potest, & sufficit fieri verbis vniuersalibus. conf. 17. num. 11.

Fideicommissio non procedit, nisi super tertio paterno, contracto matrimonio ad vsum Messanæ. conf. 61. nu. 26.

Fideicommissum vocans masculos ex masculis descendentibus, excludit fœminas. conf. 5. nu. 28. 38. 44. & 45.

Fideicommissum in dubio excludendum est. conf. 22. num. 24.

Fideicommissum resoluitur per alienationem necessariam. conf. 89. nu. 7. Declara nu. 8.

Fideicommissum coniecturis inducitur, & quando. conf. 53. nu. 43. & 44.

Fideicommissum non comprehendit relictum titulo otioso, esto sit verbum vniuersale. conf. 22. num. 13.

Fideiubendi quinque sunt modi. conf. 20. nu. 26.

Fideiubere quis potest etiam per epistolam, & ita iure Regio Hispan. conf. 20. nu. 20. & 21.

Fideiussio requirit stipulationem. conf. 20. num. 4. Ratio. nu. 5. Intellige, vt nu. 12.

Fideiussio de detinendo loco depositi, facit extare pecuniam. conf. 10. nu. 10.

Fideiussor dicitur fideiussisse contemplatione bonorum, quæ tempore fideiussionis debitor possidebat, ac etiam bonorum futurorum. conf. 68. num. 18.

Fideiussor creditorem cogere potest ad sibi iura cedendum, amplia in tertio coactè soluente. conf. 68. nu. 22. & 23.

Fideiussor in vno Tribunali, non tenetur in alio. conf. 20. num. 29. Intellige. num. 31. 32. 41. 42. & 45.

Fideiussor in contractu conditionali datus, intelligitur datus sub illa conditione, sub qua tenetur principalis. conf. 73. num. 41.

Fideiussor in casu limitato datus, præter illum casum non tenetur. conf. 73. nu. 42.

Fideiussor dicitur liberatus, alterata prima obligatione principalis debitoris, ac etiam facta nouatione, vel mutata forma obligationis. conf. 73. nu. 43. 44. 46. & 49.

Fideiussor primi compromissi, non tenetur prorogato compromisso ad longum tempus, licet compromissum inter partes teneat. conf. 73. nu. 50.

Fideiussor qui conditionaliter præstitit suam obligationem, non tenetur, nisi purificata conditione, etiam quod in maxima parte fuerit purificata conditio. conf. 73. num. 51. & 52.

Fideiussor vt obligetur, requiritur expressa obligatio cum stipulatione. conf. 73. nu. 53.

Fideiussor non obligatur vltra consensum proprium, sed tantumodo ad ea, quę in stipulatione promisit. conf. 73. nu. 29.

Fideiussor simpliciter datus, intelligitur datus in omnem casum, qui erat tempore obligationis. conf. 73. nu. 38.

Fideiussor si non erat habilis tempore quo fuit receptus, tenetur actuarius, secus si sit de voluntate partis conf. 20. nu. 23. & 24.

Fideiussor obligatus in contractu conditionali, ad nihilum tenetur purificata conditione pro parte tantum. conf. 73. nu. 31.

Fideiussor dicitur fideiussisse pro causa, & ad instantiam illius, qui erat carceratus. conf. 20. num. 9.

Fideiussor cum clausula (vt Bancus) nihil potest excipere, idem in pacto de non opponendo. conf. 20. nu. 1. & 51.

Fideiussori semel acquisita exceptio, non potest amplius principalis debitoris facto ab eo auferri. conf. 73. nu. 40.

Fideiussoris obligatio restringitur ad illum casum, de quo verisimiliter fuit actum inter partes, & non præsumitur velle fideiussorem suam obligationem ampliare conf. 73. nu. 39.

Fideiussoris obligatio non solum non extenditur ad casus non expressos, verùm etiam & pro casu expresso strictè interpretatur. conf. 73. nu. 30.

Fidem, nec malam, nec bonam habens, excusatur. conf. 23. nu. 59.

Filiafamilias maritata non potest de dote testari, etiam cum consensu patris. conf. 87. nu. 4.

Filia dotata si patri præmoriatur, dos naturam legitimę non assumit, sed retinet naturam dotis, & potest recipere onus. conf. 78. num. 16.

Filia dicitur posita in conditione tacita ad exclusionem substituti iuxta legem, cum auus etiam stante statuto exclusiuo propter masculos, nisi expressè excludat fœminas propter patruum. conf. 5. num. 53. 54. & 55.

Filia nupta nec de dote testari potest. conf. 12. num. 16.

Filia non habet legitimam à patre, sed sibi competit iure naturę. conf. 19. nu. 40.

Filia ex masculo est de familia, de domo, & de casata. conf. 5. num. 13.

Filia renuncians non existentibus masculis, admittitur vna cum fœminis, quia tacita matris voluntate, præsumuntur omnes æqualiter vocatę ad successionem. conf. 72. nu. 3. Contra. nu. 8. prima opinio verior. nu. 9.

Filiȝfamiliàs testamentum non valet, non obstante clausula codicillari, nec etiam si sit dictum, quod substineatur in vim donationis causa mortis, si pater est absens. conf. 87. nu. 6.

Filij vbi sunt hæredes vniuersales instituti, si alteri filio aliquid relinquitur, non titulo honorabili institutionis, tamen dicitur eodem titulo honoratus, sicut hæredes instituti. conſ. 57. nu. 43.

Filijfamilias testamentum, mortui sine descendentibus, præteritione patris, est ipso iure nullum, idē & matris preteritione, & quid si filius sit Clericus, vel emancipatus. conſ. 12. nu. 39. 40. & 41.

Filij legitimati per subsequens matrimonium, bonorum communionem operantur, à die natiuitatis, non desponſationis matrimonij, etiam in præiudicium tertij. conſ. 71. nu. 15.

Filij tertium maternum quod habent, eis competit ex pacto, & prouidentia ſtatuti Meßanę. conſ. 15. num. 17.

Filij possunt cogere patrem ad legitimam eis assignādam Iudicis officio, si fraude, & dolo bonis suis abutitur, & etiam ad dotem maternam repetendam mortua matre. conſ. 66. nu. 73.

Filij sunt subditi vtrique parenti, & ambobus eadem debetur reuerentia. conſ. 44. nu. 9.

Filij testatoris sunt melioris conditionis, quàm nepotes, conſ. 5. nu. 34. Fallit. nu. 36. & 37.

Filijs, resoluto matrimonio contra dotantem, eiusque hæredes vsuræ competunt, & possunt in pactum deduci, & competunt filijs vxoris, contra hæredes viri. conſ. 45. num. 17.

Filijs competit reuendicatoria aduersus bona alienata per patrem, abutendo, & hoc quò ad eorum tertium. conſ. 71. nu. 14.

Filijs primi gradus legitima, & trebellianica prohiberi non potest. conſ. 51. nu. 23.

Filio in vtero existenti legitima competit. conſ. 66. num. 58.

Filio non debetur ſalarium ob seruitia, quæ patri præstitit. conſ. 90. num. 28.

Filio ex secundogenito competit vita, & militia patre præmortuo. conſ. 91. nu. 19.

Filiorum appellatione in fideicommiſſis veniunt mares, & fœminæ, non obstante ſtatuto fœminarum excluſiuo. conſ. 5. num. 18.

Filiusfamilias ſi vendat inscio patre rem peculij aduentij, potest patre mortuo rem ipsam recuperare, quia nulla ab initio fuit venditio. conſ. 12. num. 23.

Filius familias quicquid acquirit pecunia patris, ipsi patri acquirit pleno iure, in alijs verò casibus, quò ad vſumfructum. conſ. 57. num. 10.

Filius potest absque patris conſensu operas suas locare causa artis discendę absque mercede, quia fit laboris, & mercedis cōpensatio. conſ. 90. nu. 32.

Filius qui suas locauit operas pro discenda arte, tenetur, etiam mortuo Magiſtro eius hæredibus seruire. conſ. 90. num. 34. Declara. num. 35.

Filius qui se obligauit alteri seruire causa artis discendæ absque conſensu patris, potest carcerari, vt seruiat. conſ. 90. num. 36.

Filius dicitur præteritus, ſi quid ei per patrem in testamento iure legati relinquatur clauſula (omni meliori modo) non obstante. conſ. 63. nu. 14. 15. & 16.

Filiusfamilias testari non potest, nec etiam cum conſensu patris, nec inſtituta pia causa, niſi cum conſensu patris. conſ. 64. num. 43. 44. 45. & 46.

Filiusfamilias testamentum facere non potest, neque cum conſensu patris, nec legare, nec fideicommittere, neque de bonis profectitijs, neque de aduentitijs. etiam ipſi filiofamilias pleno iure ſpectantibus. conſ. 87. num. 1. 2. & 3.

Filiusfamilias non potest testari, nec de profectitijs, nec de aduentitijs, esto pleno iure ſpectarent ad eum, & an tunc possit alio titulo alienare. conſ. 12. nu. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. nec cum patris conesnſu. nu. 14. & 15. Quid fauore piæ causæ. num. 29.

Filius in vtero existens pro nato habetur, & verè filius est. conſ. 66. nu. 57.

Filius, iſtud nomen, est maſculini generis, tamen continetur etiam fœminæ, cum in vltimis voluntatibus, maſculinum comprehendat fœmininum, niſi de contraria mente testatoris appareat. conſ. 5. num. 17.

Filiusfamilias non habet integram personam explicandi ea, quæ sunt iuris publici. conſ. 87 num. 7.

Filius veniens iure proprio dicitur de per ſe, & tanquam ius independens ab alio. conſ. 53. nu. 69.

Filiusfamilias potest donare causa mortis patre conſentiente, & conſensus debet esse expreſſus. conſ. 12. nu. 54.

Filiusfamilias per Senatoriam dignitatem non liberatur à patria potestate, nec per matrimonium. conſ. 12. num. 20. & 22.

Filiusfamilias testando, ſi dicit ſe filium familias est nullum testamentum vitio viſibili. Idem ſi dicat ſe putare, quòd habeat facultatem testandi. conſ. 12. nu. 24.

Fliusfamilias ſi asserat ſe testari de peculio Castrenſi, vel quaſi, ei non creditur. conſ. 12. nu. 19.

Fines territorij probantur gabellarum exactione. conſ. 6. nu. 28.

Fines antiqui præsumptionibus probantur, coniecturis, & inditijs. conſ. 6. num. 45.

Finis, attenditur, non tractatus, quia multa tractantur, quæ aliter perficiuntur. conſ. 32. nu. 68.

Fiscus, in dubijs contra Fiscum terminari debet. conſ. 12. nu. 18.

Fiseus tenetur cedere iura creditori posteriori, à cuius posse pecuniam auocauit. conſ. 68. n. 26.

Flumini locus vicinus minus extimatur. conſ. 32. num. 52.

Forma ad vnguem est seruanda, nec sufficit per æquipollens. conſ. 23. nu. 105. & 106.

Forma dat esse rei. conſ. 22. nu. 20.

Forus originis inhæret ossibus, item forus domicilij, forus contractus, forus loci vbi quis administrauit, nam ibi sunt reddenda computa. conſ. 24.

num. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.
Forum Rei sequitur actor. cons. 24. nu. 20.
Frater maior facit diuisiones, minor autem adoptat. cons. 32. nu. 17.
Frater dotans sororem de bonis proprijs ipsius sororis, non potest dotem vinculare, nec pacta apponere. Fallit, si consenserit mulier. cons. 86. num. 10. & 11.
Frater diues, tenetur dotare sororem inopem, esto aliquid haberet quod non sufficeret. cons. 10. nu. 10. & 11. & cons. 11. nu. 6.
Frater diues, tenetur alere sororem inopem. cons. 10. nu. 13.
Frater quilibet in feudalibus facit suam lineam. cons. 67. nu. 7.
Frater vterinus succedit fratri, & præfertur patruo, & consobrino. cons. 53. nu. 53. Et procedit tam in bonis à paterna, quàm à materna lineæ prænenientibus. nu. 54.
Fratres vtrinq; coniuncti præferuntur consanguineo & vterino, tam in paternis, quàm in maternis. cons. 53. num. 56.
Fratres, quando succeditur in Burgensaticis, non faciunt gradus distinctionem, sed omnes sunt in eodem gradu, nec datur prærogatiua sexus, sed omnes æqualiter succedunt. cons. 67. nu. 32.
Fratribuss diuisim habitantibus per decennium, præsumitur inter eos facta diuisio. cons. 32. nu. 64.
Fratribus per decennium diuisim possidentibus, præsumitur inter eos facta diuisio. cons. 32. nu. 64. Et quid si inæqualiter. num. 65.
Fraudibus occurrendum est. cons. 92. nu. 13.
Fructus percepti per hæredem, augent hæreditatem in beneficium creditorum, secus quò ad legatarios. cons. 7. num. 76.
Fructus dotis spectant ad maritum, ita & bonorum in quibus potest vt maritus agere in vita vxoris. cons. 9. nu. 38. & 39.
Fructus pro legitima non soluta, non competunt, nisi consistat in rebus fructiferis. cons. 47. nu. 25.
Fructus in legitima, veniunt ratione dominij, & veniunt in sequelam ipsius. cons. 17. nu. 5.
Fructus percepti à possidente bona iure pignoris, extenuant sortem. cons. 84. nu. 23.
Fructus rei pignoratæ exigens committit vsuras, ideoque in sortem computantur, quamuis ex conuentione partis id fecerit. cons. 84. num. 24.
Fructus dotis de paragio, non veniunt ex mora, cum sufficit irregularis. cons. 25. num. 25.
Fructus percepti per grauatum, non compensantur cum eius credito, sed in restitutione potest petere creditum, vel retinet prædium. cons. 25. nu. 36.
Fructus feudi postquam sunt seperati dicuntur allodiales. cons. 26. nu. 12.
Fructus veniunt non solum à die litis contestatæ, sed à die celebrati contractus, quando contractus est nullus. cons. 70. nu. 28.
Fructus hereditarij augent hæreditatem in beneficium creditorum, secus quò ad legatariorum beneficium. cons. 61. nu. 50. & cons. 66. nu. 3.
Fructus semper parit pecunia mercatoris, cum in eo semper præsumantur merces paratæ, & semper dicitur certum lucrum. cons. 11. nu. 9.
Fructus prædij an computet in dotem maritus, cui pro dote promissa fuit datum prædium loco pignoris. cons. 11. num. 32.
Fructus suos facit possessor, esto titulus quo possedit, fuerit redactus ad non titulum, quando est in bona fide, vel non in mala. cons. 41. nu. 44.
Fructus competunt pro legitima, esto relicta sit in pecunia, & esto hæres non sit in mora. cons. 14. num. 21.
Fructus percepti per hæredem non imputantur in creditum legatorum solutorum per ipsum hæredem, & aliorum creditorum. Secus si testator aliter mandat. cons. 22. nu. 16. 25. & 26.
Fructus non dicuntur, nisi deductis expensis, oneribus, & alijs laboribus. cons. 32. num. 50.
Fructuum perceptio varia solet esse. cons. 32. nu. 51.
Fructuum pro acquisitione, sufficit qualis qualis occasio possidendi. cons. 9. num. 40.
Furcam si erigit officialis in alieno territorio, dominus Territorij potest armata manu de facto demoliri facere. cons. 4. num. 41.
Furcarum erectio probat iurisdictionem. cons. 6. num. 49.

G

Gabella, quæ vigore statuti pro qualibet contractu est soluenda, intelligitur de contractu dominij translatiuo, & non comprehenditur contractus diuisionis. cons. 21. nu. 17.
Gabella si ex pacto soluenda est per venditorem augetur pretium census, & reddit vsurarium contractum. cons. 13. nu. 38. Intellige, vt nu. 39.
Gabellam tenetur soluere Colonus partiarius Ecclesiæ. cons. 27. nu. 14. 15. 16. Idem in emptoribus. nu. 17.
Gabriel cons. 36. nu. 59. vol. 1. Declaratur. cons. 32. num. 62.
Galterij Casale, rus est Vrbis Messanæ, & regitur per Straticotum cum mero, & mixto imperio. cons. 93. num. 52.
Guttier. de iur. confirm. part. 1. cap. 28. num. 9. vefellitur. cons. 24. num. 45.
Geminata verba vim specifice expressionis habent, & ad incogitata referuntur. cons. 66. num. 34. & 35.
Geminatio est maximæ virtutis. cons. 30. nu. 40. cons. 32. num. 38. & cons. 73. num. 27.
Generalis dispositio intelligitur de bonis, quæ sunt in potestate disponentis, & non de bonis hæredum. cons. 13. nu. 9.
Generalis confirmatio priuilegiorum operatur confirmationem antiquorum priuilegiorum, etiam si ea essent reuocata. cons. 1. num. 27.

INDEX.

Generalis obligatio illa est, quando est dictum, obligo bona mea. Vniuersalis verò, quando est additum (omnia) cons. 61. num. 12.

Gradus in statuto connumerantur de iure ciuili. cons. 50. num. 4.

Gratianus decis. 76. num. 19. & 20. impugnatur. cons. 16. nu. 17.

Grauamen est iniuria, & oppressio contra iustitiam cons. 1. nu. 3.

Grauamen in fideicommisso concepto sub ijs verbis (commonetur) dicitur conditionale, quia est collatum in tempus incertum. cons. 51. nu. 29.

Grauatus sub conditione, si decesserit sine filijs, conditio deficit per existentiam fœminæ, etiam si vnica. cons. 5. nu. 21. 22. & 23.

Grauatus durante eius vita potest disponere de bonis, & dispositio tenet eo viuente in præiudicium substituti vocati in casu mortis

H

HÆredes vxoris non possunt pro restitutione dotis consistentis in pecunia, & mobilibus, nisi elapso anno agere, sed si ante egerit, & pendente lite dies cesserit, obtinere debent. cons. 19. nu. 26. 27. & 28.

Hæredes non possunt in solidum contra debitorem agere, alijs cohæredibus contradicentibus. cons. 43. nu. 1.

Hæredes illius, qui rem alienari prohibitam alienauit, immiscentes se hæreditati, videntur alienationi consentire, & non possunt venire contra factum illius, cui successerunt. cons. 51. nu. 31.

Hæredes, verbum hoc intelligitur de filijs, secus in materia indifferenti transitoria ad quoscunque, maximè in cõtractibus. cons. 53. n. 76. 82. & 83.

Hæredibus viri competunt iogalia reperta penes vxorem, quia reputantur de bonis defuncti viri. cons. 47. nu. 10.

Hęredibus competunt interusuria in vita viduæ maturata cons. 45. nu. 11.

Hęredis bona non veniunt in generali dispositione disponentis. cons. 15 nu. 7.

Hæredis bona non comprehenduntur sub fideicommisso à testatore inducto, esto generalissima sint verba, & appositæ dictiones quoquomodo. cons. 15. num. 11.

Hæreditarium est, quod ex pecunia hæriditaria emptum est. cons. 61. num. 51. Amplia. nu. 52.

Hæreditas in Codicillis dari non potest. cons. 64. num. 37.

Hæreditas annua non datur, nec hæredis institutio. cons. 64. num. 28. Ratio. nu. 29. & 30.

Hæreditas in re dubia sanctius est, quod deuoluatur secundum causam intestati. cons. 5. num. 63.

Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed proprium patrimonium adeuntis. cons. 38. nu. 12.

Hæreditas augetur ex fructibus hęreditarijs in beneficium creditorum, non autem legatariorum. cons. 61. num. 49. & 50. & cons. 66. num. 3.

Hæreditas in contractu non potest dari, etiam per pactum reciprocum, & etiam fauore matrimonij, non obstante iuramento. cons. 53. num. 10. 11. & 12.

Hæreditatis additio non inducit approbationem testamenti, quod filius non possit petere legitimam, nec trebellianicam. cons. 22. num. 38.

Hæres creditor pro dote matris, si successit patri, dicitur sibi satisfeciſſe de dote matris, si est creditor in mobilibus de tot mobilibus repertis in hæreditate patris cons. 61. nu. 46.

Hæres cum beneficio inuentarij quomodo tenetur ex forma ritus, & quid si esset indiscretus. cons. 1. num. 14. & 15.

Hæres hæredis ligatur ex regula tantundem, quæ procedit etiam respectu fructuum perceptorum. cons. 61. num. 22.

Hæres creditor dicitur ipso iure satisfactus, adita per eum hæreditate, & tanto minus in ea inuenisse, & dicitur solutus cum pecunijs, & fructibus existentibus tunc in hæreditate, & in mobilibus. cons. 61. num. 42. & 44.

Hęres si possidet rem obligatã in bulla, esto sit cum beneficio inuentarij tenetur de persona, & super bonis proprijs. cons. 61. nu. 43. & 58.

Hęres tenetur vendere mobilia reperta in hęreditate pro satisfactione creditoris. cons. 61. nu. 45.

Hęres tenetur soluere legitimam cum fructibus à die mortis testatoris, etiam nulla mora ipsius existente. cons. 17. num. 1.

Hæres potest hęreditatem repudiare, & prælegatum accipere cons. 81. nu. 17.

Hęres donatarij potest acceptare donationem factam absente donatario. cons. 7. num. 12.

Hęres, qui de suo soluit legata, & credita testatoris, dicitur ipso iure emisse bona hęreditaria. cons. 22. num. 17.

Hęres non habet plus iuris, quám defunctus. cons. 1. nu. 14.

Hæres in fideicommisso vniuersali cogitur restituere, quod ad eum peruenit iuditio testatoris, non autem ex alia causa. cons. 15. num. 12.

Hęres grauati an teneãtur ad vsuras non solutas per grauatum. cons. 25. nu. 37.

Hęres scienter soluens posteriori creditori non præiudicat anteriori. cons. 61 num. 60.

Hęres qui secnndum aliquos potest reuocare rem alienatam ab eo, cui successit, intelligitur id posse refuso pretio rei alienatæ. cons. 51. num. 34.

Hæres grauatus in restitutione deducit legata per eum soluta, credita, dotes maternas, legitimam, & trebellianicam. cons. 22. nu. 14. & 15.

Hęres non imputat fructus perceptos in executionem crediti legatorum per ipsum solutorum, secus si testator aliter mandat. cons. 42. num. 16. 25. & 26.

Hęres creditoris potest capere ad cambia stante potestate creditori attributa. cons. 35. num. 25. & 26.

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Hęres soluens vsuras ad quas tenebatur defunctus, non dicitur approbare contractum. cons. 51. num. 5.

Hęres indiscretus tenetur de persona, & in bonis propriis. cons. 66. num. 4.

Hęres in pecunia tenetur soluere legatum, quod in pecunia relictum est, quamuis in hęreditate pecunia non extet, etiam si sit hęres cum beneficio Inuentarij. cons. 77. nu. 8.

Hęres, qui vt hęres confessus est in contractus probat se esse hęredem, etiam quò ad alios, qui non contraxerunt. cons. 2. num. 60.

Hęres grauatus hęreditatem restituere, non dicitur grauatus illam restituere hęreditatem, quam testator ex fideicommisso ipsi hęredi tenebatur restituere. cons. 15. nu. 10.

Hęres vassallus feudalis in re certa institutus alio relicto hęrede vniuersali, quamuis institutionem acceptauerit, potest tamen feudum à defuncto alienatum repetere, & reuendicare. cons. 81. num. 23.

Hæres illius, qui rem fideicommisso subiectam alienauit, alienationem infringere non valet, licet sit hæres cum beneficio inuentarij, si habeat tantundem in hæreditate. cons. 51. num. 27. 31. & 32.

Hæres qui vult ostendere distributiuum, debet ostendere introitum, & exitum omnium fructuum hæreditatis in eius libro descriptorum. cons. 61. num. 57.

Hæres qui percipit fructus, & sibi debentur redditus super hæreditate iurę crediti, dicitur quolibet anno sibi satisfeciſſe ex fructibus perceptis. cons. 61. nu. 53.

Hęres in separatione sui crediti ab hæreditate, si reperitur præuentus à creditoribus debet illos citare in distractione, aliàs dicitur in fraudem. cons. 61 nu. 55.

Hæres qui compromisit, de proprio tenetur non obstante inuentario. cons. 77. num. 7.

Historiographi si registrant priuilegia, vel taliter referunt, quod se conformant cum priuilegijs, plenissimam faciunt fidem, etiam de auditu in excedentibus memoriam, & quando variant, pręualet crebrior opinio, & standum est illis, qui se conformant priuilegijs. cons. 23. nu. 117. 122. & 123.

Hospitale an sit sub Regis potestate, siue protectione, Episcopus cognoscit. cons. 4. nu. 3.

Hospitale an sit Ecclesiasticum, vel profanum, vbi non constat, recurritur ad signa. cons. 4. nu. 35.

Hospitale sub protectione Regis non visitatur ab Episcopo sine speciali licentia Regis. Idem si est de iure patronatus Regio. cons. 4. nu. 2. 10. 32. & 33.

Hospitale Ecclesiasticum immunitatem tribuit confugientibus ad illud, non autem profanum, cons. 4. nu. 5.

Hospitale Ecclesiasticum visitatur ab Episcopo, secus quò ad profanum. cons. 4. nu. 6.

Hospitale profanum remanet sub dominio, & iurisdictione laicorum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ex delicto confiscato. cons. 4. nu. 13.

Hospitale Sancti Angeli de Capparina est sub Regis protectione. cons. 4. nu. 27.

Hospitale de Castello ad Mare est de iure patronatus Regio cons. 40. num. 30.

Hospitale solitum concedi laicis in administratione potest fundari sub titulo beneficij. cons. 4. num. 31.

Hospitale sub protectione Regis est magis dignum, trahens ad se minus dignum. cons. 4. num. 41.

Hospitalia erant quinque in vrbe Messanæ, nunc reducta in vnum. cons. 4. nu. 1.

Hospitalia alia sunt Ecclesiastica, alia profana, & quæ sint declarantur. cons. 4. nu. 4.

Hospitalium regimen pertinet ad Episcopum, qui ministratores vltra triennium non permittit. cons. 4. num. 67.

Hospitalis profani administratores non possunt cogi ab Episcopo ad reddendum computum, sed cognitio est Iudicis laici. cons. 4. num. 16. & 17.

Hypoteca tacita datur à lege fauore dotis. cons. 38. num. 3.

Hypoteca specialis vbi est, & generalis non potest deueniri ad generalem, nisi excussa speciali. cons. 61. num. 5. Fallit nu. 7. 8. & 9.

Hypoteca quæ competit pro legato datur super bonis legantis, non super bonis hæredis. cons. 29. num. 23. & 24.

Hypoteca expreßa dotis præfertur tacitè hypotecæ anteriori. cons. 29. num. 28.

Hypoteca, vbi non est ius offerendi, non competit. cons. 66, num. 27. & cons. 76. nu. 1.

Hypotecam habens præfertur habenti actionem personalem anteriorem etiam priuilegiatam, quia actio personalis non habet anterioritatem. cons. 29. nu. 21. & 22.

Hypotecaria actio præscribitur spatio decem annorum. cons. 38. nu. 60. Contra nu. 61.

Hypotecaria actio non competit posteriori creditori contra anteriorem creditorem. cons 66. nu. 1.

Hypotecariæ actionis quæ sint requisita. cons. 38. num. 1.

Hypotecario in iudicio præcedere debet debitoris discussio, & eius hæredum. cons. 66. nu. 2.

Hypotecæ priores extinguuntur per nouationem contractus. cons. 63. nu. 11. Fallit. nu. 12.

I

Iactare suum nemo præsumitur, maxime mulier, cuius genus est anarissimum. cons. 12. nu. 4. & 5. cons. 24. nu. 5. cons. 30. nu. 27. & cons. 41. num. 22.

Ias. cons. 83. nu. 3. declaratur. cons. 80. nu. 31.

INDEX.

Idemptitas ex confinibus probatur, & ex idemptitate contratę. conſ. 62. nu. 26. & conſ. 73. num. 61.

Idemptitas rei duobus confinibus probatur. conſ. 54. num. 35.

Idemptitas rei non ſolum per confines, ſed per alias demonſtrationes probatur, etiam per nomen ipſius rei. conſ. 60. nu. 20. 23. & 24.

Ignorantia iuris, & facti, quando à iure toleretur. conſ. 73. num. 60.

Ignorantia iuris probabilis excuſat. conſ. 1. num. 106.

Ignarantia facti, & iuris quæ ſit explicatur. conſ. 1. nu. 109.

Ignorantia probatur iuramento hominis probi, & bonę famę, etiam quod contra eum vigeat aliqua preſumptio ſcientię conſ. 13. nu. 35.

Ignorantia ſemper preſumitur. conſ. 54. nu. 8.

Ignorantię preſumptio tollit preſumptionem ſcientię conſ. 13. nu. 36.

Immunitas ſuperueniens poſtquam bona fuerunt in æſtimo adnotata non iuuat, ſecus ſi antea. conſ. 80. nu. 32.

Immunitas quæ non eſt conceßa cum clauſula (non obſtantibus legibus) iuri communi non derogat. conſ. 80. nu. 33.

Immunitas ſimpliciter conceſſa, in dubio cenſetur de extraordinarijs, non de ordinarijs gabellis. conſ. 80. nu. 35.

Immunitas conceſſa Meſſanę Ciuibus, intelligitur tum de ordinarijs, tum & extraordinarijs gabellis. conſ. 80. nu. 36.

Immunitas conceſſa propter duodecim filios, comprehendit ſolum onera publica, non autem priuata. conſ. 80. num. 42.

Immunitas conceſſa parentibus propter duodecim filios, an competat filijs parentibus mortuis. conſ. 80. nu. 42.

Immunitas conceſſa Vrbi Meßanę, propter merita conceſſa fuit, & ſic ex cauſa oneroſa. conſ. 80. nu. 14. & 15.

Immunitas conceſſa in meritorum remunerationem fœminas quoque comprehendit. conſ. 80. nu. 16.

Immunitas fuit conceſſa Vrbi Meſſanę motu proprio. conſ. 80. nu. 21.

Immunitas conceßa Ciuitati, & Ciuibus, fœminas etiam comprehendit. conſ. 80. num. 23.

Immunitas conceſſa patri, & filijs, non expirat mortuo patre. conſ. 80. nu. 24.

Immunitas in dubio dicitur conceſſa, etiam quò ad bona poſtea acquiſita. conſ. 80. nu. 26.

Immunitate Eccleſię gaudet exiſtens intus Hoſpitale Eccleſiaſticum, ſecus inter profanum, vel intus apotecam de publico quę habet aditum ad Hoſpitale, & portam ad viam publicam. conſ. 4. num. 5.

Immunitatis priuilegium ob remunerationem conceſſum, in dubio preſumitur motu proprio conceſſum. conſ. 80. num. 22.

Immunitatis priuilegium ad deſcendentes ex linea fœminina non extenditur, nec ad maſculos ex fœminis deſcendentes. conſ. 80. nu. 1. & 2. limita. vt in nu. 4.

Immunitatis priuilegium à fœmina conceſſum, etiam ad deſcendentes ex fœminis extenditur. conſ. 80. nu. 5. Ratio nu. 6.

Immunitatis conceſſio facta poſteris à fœmina, extenditur ad deſcendentes ex fœminis. conſ. 80. num. 13.

Imperatoris poteſtas cui conceditur, omnia quæ poteſt Imperator conceſſa dicuntur. conſ. 1. nu. 14.

Impoſſibilitas excuſat à culpa. conſ. 58. nu. 26.

Inęqualitas in iudicijs contemnenda eſt. conſ. 2. num. 92.

Infans non habet velle, neque nolle, & ideo cum eo non poteſt dici contracta ſocietas. conſ. 57. num. 25.

Infecta primitiua eſt infecta deriuatiua, & quando. conſ. 53. nu. 70. & 71.

Inimicitia æqualis non operatur æqualem rationem recuſandi Iudicem. conſ. 85. nu. 42. Ratio. ibid.

Initium in delictis fauore rei ſpectandum eſt. conſ. 93. nu. 38. Ratio. nu. 39.

Iniuſtitia maxima dicitur nullitas. conſ. 1. num. 5.

Inliquidum debitum non habet executionem paratam, amplia etiam ſi pro parte tantum ſit inliquidum conſ. 68. nu. 34.

Inſtantia Contrapriuilegij eſt dierum octo. conſ. 2. nu. 48.

Inſtantia perempta pereunt omnia acta, & non datur litis pendentia. conſ. 3. nu. 15.

Inſtantia perempta ſi reus laicus fieret Clericus, non ciceretur amplius de iuriſdictione ſeculari. conſ. 93. nu. 35.

Inſtantiæ ius requirit ſpecificam ceſſionem, ſecus ſi ſint ceſſa omnia iura conſ. 37. num. 12.

Inſtantię peremptę Princeps ſolus vitę ſpiritum inſufflat. conſ. 93. nu. 33.

Inſtantiæ lapſus facit expirare præuentionem iuriſdictionis. conſ. 93. num. 34.

Inſtitor ſi mutuo accepit pecuniam pro refectione nauis neceſſaria, obligat dominum nauis, nec requiritur, vt in eam cauſam verſio probetur. conſ. 13. num. 23.

Inſtituens eum qui ſibi ab inteſtato ſucceſſurus eſt, non dicitur alienare extra familiam, eſto quod non ſit de familia. conſ. 5. nu. 10.

Inſtitutio ab Ordinario facta, non ſeruata iuris forma, & ſollemnitate eſt nulla. conſ. 79. nu. 28.

Inſtitutio facta omiſſis edictis eſt nulla. conſ. 79. num. 19.

Inſtrumenta ex iure communi non habent executionem paratam. conſ. 73. nu. 1. Fallit num. 2.

Inſtrumenta manu Notarij ſubſcripta ex vitu huius Regni executionem habent paratam. conſ. 73. num. 3.

Instrumenti exhibitio illius approbationem non inducit. conſ. 5. nu. 11.

Inſtrumentis in iudicio exhibitis, & manu Archiuarij extractis, fides eſt præſtanda. conſ. 73. nu. 5. Contra. nu. 6.

Inſtrumentum dicitur probatio poobata nulla indigens diſceptatione. conſ. 47. nu. 1. & conſ. 60. num. 20.

Inſtrumentum venditionis nunquam eſt ſollemne, niſi requiſitis vicinis, & in iudicio ſteterit per tres dies ex ſtatuto Meſſanenſi. conſ. 37. nu 28.

Inſtrumentum authenticum producens, dicitur habere intentionem fundatam, quia eſt probatio probata, ſic & Vrbis priuilegia. conſ. 23. nu. 93.

Inſtrumentum publicum habens, dicitur habere probationom probatam. conſ. 27. nu. 22.

Inſtrumentum quod promittitur cancellari executionem non habet, quia habetur pro cancellato. conſ. 60. num. 2.

Intentionem fundatam habet, qui habet contractum. conſ. 7. nu. 1.

Intereſſe certum poteſt ab initio taxari, quando debitum de ſui natura facit fructus. conſ. 14. n. 20.

Intereſſe dicitur licitè taxatum, quando eſt ad ſummam ſecundum vſum regionis, & de iure eſt ad decem pro centum. conſ. 14. nu. 23. & 24.

Intereſſe cambiorum, & recambiorum competit ratione moræ, abſque interpellatione, & maximè ſtante iuramento, & pacto capiendi ad cambia. conſ. 48. nu. 2.

Intereſſe coæquale habens, citari debet. conſ. 2. nu. 42.

Intereſſe ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis omni iure debetur. conſ. 48. nu. 2.

Intereſſe non currit ad fauorem tutoris, qui eſt creditor pupilli, quia, vel debuit, vel potuit ſibi ſolui, vel præſumitur ſibi ſoluiſſe. conſ. 6. nu. 33.

Intereſſe quando dicatur principale, vel ſecundarium. conſ. 2. nu. 41.

Intereſſe in contractu promiſſum, numquam cenſetur remiſſum per capitalis receptionem. conſ. 86. num. 6.

Intereſſe eſt extimatio alicuius vtilitatis non habitæ, propter alicuius factum. conſ. 23. nu. 33.

Intereſſe cambij de ſui natura ab initio debet eſſe incertum. conſ. 48. nu. 19.

Intereſſe non competit creditori pro debito inliquido. conſ. 56. nu. 19.

Interloquutoria non requirit citationem, maximè vbi modicum affert præiudicium. conſ. 2. nu. 65.

Interpretatio illa eſt facienda, quæ facit actum valere, & delictum excludit. conſ. 34. nu. 50. & conſ. 51. nu. 17. & conſ. 54. nu. 53.

Interuſuria competunt marito ſubſtinenti matrimonij onera. conſ. 86. num. 1.

Interuſuria iure actionis marito debentur, & per dotis receptionem, nequaquam remiſſa cenſentur. conſ. 86. nu. 4.

Interuſuria per lapſum decem annorum non petita, cenſentur remiſſa. conſ. 47. nu. 27. ſed contra. num. 28. Amplia, nu. 29. Diſtingue. nu. 30. & 31. Declara. nu. 32.

Interuſuria dotis de paragio, ſoror quæ fuit alimentata, quando poſſit petere. conſ. 25. nu. 2.

Interuſuria vxori competunt pro dote contra hæredes viri, ſi non habet vnde ſe alat, & pro dote recuperanda non fuerit negligens. conſ. 45. nu. 6. Contrarium. nu. 8. & 10. Amplia nu. 9.

Interuſuria in vita viduæ maturata, ad hæredes tranſeunt. conſ. 49. nu. 11.

Interuſuria pro dote non ſoluta, in quibus caſibus competant. conſ. 45. nu. 12.

Interuſuria competunt marito contra dotantem ad decem pro centum. conſ. 10 num. 1. 2. & 3. & quid in Regno nu. 4. & quando incipiant currere, ſi certa dies eſt. nu. 5. Quid ſi non præfiniti dies, & pater eſt dotans. nu. 6. Quid ſi dicat ad primam, & ſimplicem requiſitionem. nu. 7. Quid ſi quantitas ſit declaranda arbitrio tertij, vel eſt facienda dotatio rei conſimilis. num. 8. Quid ſi frater eſt dotans, & quid ſi extraneus. num. 14. & 15.

Interuſuria an conſequatur maritus ſecundus à primo dotante, ſi ipſi ab vxore fuit facta dotatio. conſ. 10. nu. 16.

Interuſurium dotis eſt loco vſuræ recompenſatiuæ. conſ. 11. nu. 14.

Intrigliol. ſingul. 339. lib. 1. declaratur. conſ. 50. num. 45.

Inuentarium quando fundandum, & ad quid prodeſt. conſ. 38. nu. 31.

Inuentarium plenè probat contra tutores. conſ. 30. num. 26.

Inueſtitura eſt poſſeſſio, quæ capitur à manu domini. conſ. 60. nu. 71.

Inueſtitura neceſſaria eſt in feudi conſtitutione. conſ. 1. nu. 75.

Inueſtitura prima ſpectatur in feudis, præſertim, quando antiqua repugnat nouæ, niſi fuerit facta cum inſerto tenore primæ, & de certa ſcientia. conſ. 22. num. 33.

Inueſtitura nihil aliud eſt, niſi apprehendere poſſeſſionem à manu Domini. conſ. 22. nu. 36.

Inuitus ex propria domo, nemo expelli poteſt. conſ. 83. num. 1.

Io Andr. de Georg. in allegat. 27. & 33. declaratur. conſ. 64. num. 48.

Iogalia reperta penes vxorem, reputantur de bonis defuncti viri, & ad eius hæredes ſpectant. conſ. 49. nu. 10.

Iogalia inter mobilia connumerantur. conſ. 47. n. 16.

Iudex inferior non poteſt ſe intromittere in illis, in quibus Princeps, vel ſuperior Iudex manus impoſuit. conſ. 78. nu. 1. Amplia. num. 2. & 3. & quid ſeruet Magna Regia Curia. nu. 4.

Iudex poteſt cognoſcere de iniuria ſibi illata intuitu dignita-

dignitatis. conſ. 85. num. 2.
Iudex in cauſa propria nemo poteſt eſſe. conſ. 85. nu. 5. Fallit in Pontifice, & Imperatore. nu. 7.
Iudex laicus eſt incompetens in cauſa Clerici. conſ. 2. poſt 2. nu. 1.
Iudex laicus eſt iudex competens in Epiſcopum, & quamlibet perſonam Eccleſiaſticam habentem feudum à Principe ſeculari, ſuper quæſtione ipſius feudi, etiam ſi Eccleſia eſſet feudataria. conſ. 2. poſt 2. nu. 2. & 3.
Iudex vbi agitur de cauſa propria caret iuriſdictione. conſ. 85. num. 26.
Iudex ſuſpectus in decidendo, non eſt ſuſpectus in delegando. conſ. 85. nu. 35. intellige. nu. 37.
Iudex, & pars nemo poteſt eſſe in eadem cauſa. conſ. 85. nu. 38.
Iudex, quæ de facto, & parte incitata ordinat, ſic etiam de facto illa reuocat. conſ. 2. num. 52.
Iudex facilis in concedendo, debet eſſe facilis in reuocando. conſ. 2. nu. 53.
Iudex ad ſuam informationem procedens, non tenetur partes citare. conſ. 2. nu. 62.
Iudex laicus non poteſt cognoſcere de ſpolio matrimoniali. conſ. 2. poſt. 2. num. 17.
Iudex laicus eſt iudex competens in poſſeſſorio ſummariſſimo. conſ. 2. poſt 2. num. 18.
Iudex laicus in quibus cauſis in poſſeſſorio non eſt iudex competens. conſ. 2. poſt 2. num. 19.
Iudex laicus in cauſis ſuperius expreſſis ſuam exequitur ſententiam contra Clericum. conſ. 2. poſt 2. nu. 20.
Iudex laicus eſt competens in omni poſſeſſorio, tam inter Clericos, & laicos, quàm inter Clericos, & de re Eccleſiaſtica. conſ. 2. poſt 2. nu. 16.
Iudex dicitur iudicaſſe, prout de iure debebat. conſ. 43. num. 8.
Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare ſententiæ contra reum latè in ſeculari Curia, tempore quo laicus erat, nec è contra. conſ. 93. num. 25. Amplia. nu. 28. Fallit. nu. 26. & 27.
Iudex laicus non tenetur exequi ſententiam Iudcis Eccleſiaſtici, quam ſcit eſſe iniuſtam. conſ. 93. nu. 29.
Iudex vnius fori non tenetur ſequi, & exequi ſententiam Iudicis alterius fori. conſ. 93. nu. 30.
Iudex Eccleſiaſticus in determinatione remiſſionis delinquentium ad Iudicem ſecularem, an teneatur ſtare proceſſui Iudicis ſecularis. conſ. 93. nu. 31. & quid ſi aduerſus teſtes Fiſci aliqua vrgeret ſuſpitio num. 32.
Iudex laicus ex immemoriali conſuetudine, licet non acquirat iuriſdictionem cognoſcendi cauſas Clericales in certis caſibus, & Eccleſiaſticus carcerãdi laicos, & eos capiendi, ſed requiratur titulus, attamen data ſcientia Regis, & eius Officialium, Summi Pontificis, & eius Epiſcoporum, ſufficit. conſ. 2. poſt. 2. num. 34.
Iudex ſecularis cognoſcit, quando eſt contentio de iuriſdictione, vel iuribus regalibus, etiam ſi perſona Eccleſiaſtica, immò ipſa Eccleſia prætendat, nam tunc non habet forum. conſ. 2. poſt. 2. num. 39.
Iudex procedens ſuper crimine notorio ordinem iudiciarium ſeruare debet. conſ. 1. nu. 122.
Iudex ſuper notorio poteſt ſe informare in camera teſtes recipiendo parte incitata, & abſque iuramento. conſ. 1. num. 124.
Iudex, vel quiſquis alius executor non poteſt rem debitoris, ad inſtantiam creditoris vendere habita fide de pretio. conſ. 92. nu. 17. declara. nu. 18.
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, ſi quis in fraudem Ordines Clericales ſuſcepit conſ. 93. nu. 22.
Iudex Eccleſiaſticus tenetur punire delinquentem laicum, qui poſt delictum Clericus effectus fuit. conſ. 93. num. 24.
Iudex non debet exequi ſententiam iniuſtam, etiam parte non opponente de iniuſtitia. conſ. 1. num. 152.
Iudex laicus eſt competens, quando vſurpatur Regia iuriſdictio per Eccleſiaſticum, quia poteſt tueri ſuam iuriſdictionem. conſ. 2. poſt 2. num. 41.
Iudex poteſt in cammera ſe informare de ſtylo circa modum procedendi, & parte incitata. conſ. 2. nu. 45. Etiam in deciſorijs. conſ. 19. num. 19. & 20.
Iudex ſecularis, qui Clericum carceranit, non incurrit ipſo iure excommunicationem, ſed debet compelli ad deſiſtendum per cenſuras. conſ. 1. num. 110.
Iudex ordinarius, quoad iuriſdictionem ſuper omnibus locis ſibi ſubiectis, fundatam habet intentionem non ſolum quò ad dominium, ſed etiam quò ad poſſeſſionem. conſ. 1. num. 8.
Iudex tunc dicitur grauare partes, quando facit id, quod eſt contra iuris diſpoſitionem. conſ. 1. nu. 1. Amplia nu. 2. & conſ. 27. nu. 1.
Iudex præpoſtere procedens partem aggrauat. conſ. 1. num. 4.
Iudex ſi dubitat, vicinum, vel conſanguineum retrahere ad commodum alterius, debet pronuntiare, quod admittatur facto depoſito pro ſe ipſo. conſ. 94. nu. 43.
Iudex in dubijs non condemnat ad fructus, nec ad intereſſe. conſ. 41. nu. 32.
Iudex laicus eſt prorſus incapax iuriſdictionis ſuper Eccleſiaſtica perſona, nec poteſt prorogari iuriſdictio. conſ. 42. nu. 14. & 15.
Iudex debet conſiderare ſolam conuentionem partium, & ſecundum illam iudicare. conſ. 43. nu. 6.
Iudex inferior non poteſt manum apponere ad ea quæ ſuperior cognouit. conſ. 48. nu. 12.
Iudex æquitatem, & æquiorem opinionem ſequi debet. conſ. 5. nu. 57.
Iudex ſi exprimat cauſam in ſententia, tunc clarum eſt, motum fuiſſe ex illa cauſa. conſ. 3. nu. 4.
Iudex Eccleſiaſticus punit Clericum vxoratum pro delicto

delicto patrato, tempore, quo erat Clericus. conſ. 90. num. 40.
Iudex debet amplecti æquitatem, & opinionem magis æquam. conſ. 5. num. 56.
Iudex ex multis deductis coram eo deuenit ad vnũ finalem cõceptum mentis, & non indiget alio adminiculo. conſ. 40. num. 17.
Iudex Eccleſiaſticus non poteſt amplius cognoſcere de crimine falſi coram eo patrati poſt ſententiam in cauſa datam. conſ. 90. num. 45.
Iudex in dubijs tenetur decidere prout hactenus ab alijs deciſum fuit. conſ. 51. num. 38.
Iudices Regiæ Curię Straticotialis ſunt Delegati Regij in deciſione Contrapriuilegiorum. conſ. 3. nu. 31. & conſ. 23. num. 13.
Iudices ſeculares de cõſuetudine in Catalonia cognoſcunt de cauſis ciuilibus exemptorum. conſ. 2. poſt 2. nu. 30.
Iudici ſi quid conſtare debet, intelligitur parte vocata. conſ. 1. nu. 126.
Iudicis in recuſatione valet argumentari de teſte ad iudicem, immò à fortiori, cùm facilius remoueatur Iudex, quàm teſtis. conſ. 85. num. 41.
Iudicis mandatum ad ſoluendum, excuſat, & liberat ſoluentem. conſ. 65. num. 3.
Iudicis factum reputatur factum partis. conſ. 41. num. 7. & conſ. 54. nu. 45.
Iudicium debet conſtare ex Iudice actore, & reo. conſ. 20. nu. 3.
Iudicium reiuendicatorium duo requirit, dominium penes actorem, & poſſeſſio penes conuentum. conſ. 40. num. 1.
Iudicium communi diuidundo procedit inter compoſſeſſores. conſ. 32. num. 8.
Iura vigilantibus ſubueniunt, non autem dormientibus. conſ. 16. nu. 4. & conſ. 54. nu. 32.
Iuramenti abſolutio petita ſufficit, quò ad omnia iuramenta. conſ. 36. nu. 26. Sed contra nu. 28.
Iuramentum obligat præcisè ad obſeruantiam. conſ. 48. nu. 16.
Iuramentum appoſitum in fine contractus, dicitur in forma, & appoſitum de ſtylo Notarij. conſ. 24. nu. 48.
Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, & actum reuocabilem non facit irrenocabilem, etiam ſi ſit promiſſum non contrauenire. conſ. 24. nu. 39. 40. & 41.
Iuramentum iudiciale habet vim litis conteſtationis, ſecus extraiudiciale. conſ. 24. nu. 46.
Iuramentum ſeruari debet abſque interitu ſalutis æternæ. conſ. 30. num. 44.
Iuramentum fidelitatis eſt de ſubſtantia conceſſionis feudi. conſ. 1. nu. 76.
Iurati, & alij Officiales non ſunt omnes excommunicandi, ſed aliqui ex illis. conſ. 1. nu. 111.
Iuratorum iuriſdictio quæ ſit de iure communi conſ. 1. num. 13.
Iuratus eſt Senator, & decurio Ciuitatis. conſ. 12. num. 21.
Iure feudorum, vide verbum, Feudorum iure.
Iuri quod quis ſibi competere ignorat renuntiare non intelligitur, nec iuramentum operatur. conſ. 61. num. 17.
Iuris realis natura eſt tranſire cum ipſa re, conſ. 37. nu. 5.
Iuriſdictio ciuilis poteſt reſidere penes vnum, & merum imperium ab alio exerceri conſ. 2 nu. 30.
Iuriſdictio in terra Baronis poteſt eſſe penes alium. conſ. 2. num. 31.
Iuriſdictio probatur per informationes, fideiuſſiones, & alios actus. conſ. 6. nu. 73.
Iuriſdictio conceſſa Vrbi Meſſanæ non poteſt alteri in præiudicium dictæ Vrbis concedi ſtantibus eius Priuilegijs. conſ. 1. nu. 83.
Iuriſdictio conceſſa ex priuilegio in contractum tranſeunte alteri concedi non poteſt. conſ. 1. nu. 84.
Iuriſdictio eodem tempore duobus Magiſtratibus conceſſa, cumulatiuè conceſſa dicitur, & eſt locus præuentioni. conſ. 1. nu. 97.
Iuriſdictio Officialium Vrbis eſt indiuidua, tam in in Vrbe, quàm in omnibus Caſalibus. conſ. 2. poſt 2. nu. 64.
Iuriſdictio vici dependet à iuriſdictione Ciuitatis, ſicut membra a capite. conſ. 2. poſt 2. nu. 65.
Iuriſdictio quælibet cohæret Territorio. conſ. 1. num. 9.
Iuriſdictio ſimplex non ſolùm cenſetur conceſſa, conceſſo Territorio, verùm etiam & mixtum imperium, ac omnia regalia Territorio cohærentia. conſ. 1. nu. 10. Fallit in Regno ſtantibus conſtitutionibus.
Iuriſdictio cohæret Territorio. conſ. 6. nu. 38.
Iuriſdictio acquiritur perſcriptione. conſ. 6. nu. 47.
Iuriſdictio poteſt eſſe vnius, & Caſtrum, ſeu Tenimentum alterius. conſ. 1. nu. 71.
Iuriſdictio an præſumatur conceſſa, Caſtro, vel Oppido in feudum conceſſo, ſiue vendito, plures diſtinguuntur caſus. conſ. 1. nu. 7.
Iuriſdictio poteſt eſſe ſine Territorio, & è contra. conſ. 1. num. 72.
Iuriſdictio, & Caſtrum nihil habent commune inter ſe conſ. 1. nu. 73.
Iuriſdictio Vrbis, eiuſque Territorij eſt vnica, indiuidua & incorporalis, & reſpicit æqualiter totum, & quamlibet partem illius, & ita Caſalia, ſicut Vrbem. conſ. 1. nu. 28.
Iuriſdictio vici dependet à iuriſdictione Ciuitatis. conſ. 1. nu. 29.
Iuriſdictio eſt publici iuris. conſ. 85. nu. 23.
Iuriſdictio Territorij eſt penes Magiſtratum Ciuitatis. conſ. 23. nu. 18.
Iuriſdictio probatur ex appoſitione cuſtodum, ne damna dentur, & oſtendit poſſeſſionis acquiſitionem. conſ. 6. num. 33. & 34.
Iuriſdictio tam ciuilis, quàm criminalis preſcribitur data ſcientia. conſ. 23. nu. 21.
Iuriſdictio Ciuitatis Territorij, & Vicorum eſt indiuidua

diuidua. conſ. 23. num. 31.

Iuriſdictio impeditur, cùm ignoratur id, vnde forma iuriſdictionis cauſatur. conſ. 19. nn. 24.

Iuriſdictio in cauſa feudi non poteſt prorogari ſine licentia Domini, nec tacite, nec expreſſe, & proceſſus, & ſententia ſunt ipſo iure nulla. conſ. 3. num. 26. 27. & 28.

Iuriſdictio ciuilis etiam conceſſa dicitur, conceſſo feudo cum Vaſſallis. conſ. 1. num. 80.

Iuriſdictio probatur teſtibus ſingularibus. conſ. 1. num. 35.

Iuriſdictio alicuius loci in præiudicium Ciuitatis, in cuius Territorio eſt, an poſſit per Regem concedi. conſ. 2. nu. 96.

Iuriſdictio Caſalium, & diſtrictus Meſſanæ non poteſt alteri concedi in præiudicium ipſius Vrbis. conſ. 2. nu. 99.

Iuriſdictionales actus dicuntur facti titulo præambulo. conſ. 23. nu. 92.

Iuriſdictionales actus, qui ſapiunt merum imperium recenſentur. conſ. 2. nu. 86.

Iuriſdictionalia acta probant poſſeſſionem meri, & mixti imperij, & ſufficiunt ad illius præſcriptionem. conſ. 2. num. 18.

Iuriſdictione alicuius loci probata à Magiſtratu, probatur locum eſſe deius Territorio. conſ. 2. num. 34.

Iuriſdictione vtens in aliquo actu, acquirit illam, quò ad omnes actus, qui ſunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis. conſ. 2. num. 22.

Iuriſdictionem quam quis non habet, alteri demandare non poteſt. conſ. 85. nu. 19. & 21.

Iuriſdictionem tribuere non eſt priuati iuris. conſ. 85. num. 22.

Iuriſdictionem turbat, qui illam impedit, aut minuit. conſ. 1. num. 101.

Iuriſdictionem alterius Iudicis non poteſt Vaſſallus prorogare ſine Domini licentia, nec tacite, nec expreſſe. conſ. 2. poſt 2. nu. 10.

Iuriſdictionis exercitium probant teſtes ſingulares. conſ. 2. poſt 2. num. 53.

Iuriſdictionis poſſeſſionem oſtendunt actus iuriſdictionales. conſ. 2. poſt 2. nu. 52.

Iuriſdictionis exercitium, & poßeſſio ſubſequuta declarat priuilegia. conſ. 1. num. 37. & conſ. 2. poſt 2. nu. 54.

Iuriſdictionis exercitium dicitur factum ex titulo præambulo. conſ. 1. num. 36.

Iuriſdictionis ſedes Ciuitati conceſſa non poteſt alibi transferri. conſ. 1. nu. 49.

Iuriſdictionis poſſeſſio per non vſum non amittitur, niſi volens ea vti prohibeatur. conſ. 2. num. 23.

Iuriſdictionis turbatæ, vt quis reus dicatur, multa requiruntur. conſ. 1. nu. 102.

Iuriſdictionis poſſeſſio oſtenditur per actus iuriſdictionales, & qui ſint. conſ. 23. nu. 20.

Iuriſdictionis poſſeſſionem oſtendunt, acta iuriſdictionalia, & quæ ſint recenſentur. conſ. 1. nu. 34.

Iuriſdictionis in fundatione, delicti tempus eſt attendendum. conſ. 93. num. 37.

Ius quod habet, quis vendere videtur. conſ. 54. num. 38. Diſtingue. nu. 40. & 41.

Ius auocandi, & reuocandi vendito cenſu, ſeu donato, non dicitur translatum. Fallit, ſi ſit dictum cum iuribus eius omnibus. conſ. 37. nu. 13.

Ius auocandi, & reuocandi poteſt eſſe penes vnum, & cenſus penes alium. conſ. 37. nu. 14.

Ius auocandi, & reuocandi non tranſit niſi inſimul ceſſo directo dominio. conſ. 50. nu. 12.

Ius acquiſitum non poteſt tolli. conſ. 10. nu. 32.

Ius congrui tranſit cum ipſa re vendita, ſeu donata. conſ. 37. nu. 8.

Ius congrui ſtantibus illis verbis (cum iuribus, & pertinentijs omnibus) dicitur tanto fortius ceſſum, & datum cum ipſa re. conſ. 37. nu. 9.

Ius congrui eſt ius meré reale, tam ex parte venditoris, quàm emptoris. conſ. 37. nu. 4.

Ius congrui non poteſt eſſe penes vnum, & res contigua penes alium. conſ. 37. num. 15.

Ius congrui non eſt de iure communi. conſ. 37. num. 20.

Ius congrui poſſunt petere plures vicini, & quando concurrunt, præfertur vicinior. conſ. 37. nu. 24.

Ius declarendi caducitatem incurſam in ſucceſſorem vniuerſalem non tranſit. conſ. 50. nu. 14.

Ius detrahendi legitimam, & trebellianicam tranſit in emptorem bonorum. conſ. 8. num. 12.

Ius dominij aquarum, & ſuperioritatis, arguitur ex licentia, & ex ſolutione, quæ fit in capienda aqua. conſ. 74. num. 14.

Ius exigendi collectas arguit imperium in loco, vbi exiguntur. conſ. 6. nu. 30.

Ius inreuocabile, non dicitur acquiſitum ex ſcriptura priuata, quod non procedit reſpectu dotis, nec aſſignationis factæ marito, cùm iſta inſeruiant matrimonia, & ſunt inreuocabilia ſicut matrimonium. conſ. 22. num. 29. & 30.

Ius inreuocabile non acquiritur tertio ex ſcriptura ſimplici. conſ. 25. nu. 11.

Ius offerendi ex æquitate introductum fuit. conſ. 76. num. 2.

Ius offerendi non eſt concedendum cum damno primi creditoris, quia is remanere debet illeſus. conſ. 76. nu. 6.

Ius offerendi non competit, vbi non adeſt hypoteca. conſ. 66. num. 27.

Ius patronatus probatur libris annalium, idem inſcriptura in marmore, & lapidibus Eccleſiæ. conſ. 23 nn° 118.

Ius patronatus fundatione, conſtructione, & donatione acquiritur. conſ. 93. nu. 50. & quilibet poteſt arma apponere. nu. 51.

Ius patronatus, quando acquiratur. conſ. 4. nu. 29.

Ius patronatus ſi habet laicus inſimul cum Eccleſia

sia, dicitur mixtum, & priuilegium Ecclesiæ transit in laicum, etiam quò ad ius præsentandi infra sex menses. conf. 4 nu. 42.

Ius patronatus si est fundatum in Ecclesia existente intus feudum, transit ad eum, cui relictum est feudum. conf. 37. nu. 6.

Ius patronatus est ius reale. conf. 37. num. 1.

Ius patronatus habens ex fundatione alicuius Ecclesiæ, potest ibi arma sua apponere. conf. 93. n. 48.

Ius patronatus quot modis acquiratur, & quid nulla facta reseruatione, nec expressa remissione. conf. 79. nu. 1. & 2.

Ius prothomiseos competit tam ex consanguinitate, quam ex contiguitate. conf. 46. num. 1.

Ius prothomiseos competit in re stabili per Curiam vendita. conf. 46. nu. 3.

Ius prothomiseos sanguinis habens, si est de comprehensis in inuestitura, præfertur directo. conf. 94. nu. 48. Ratio. num. 49.

Ius retractus sequitur naturam successionum, eamq; imitatur, & in omnibus æquiparatur fideicommissis. conf. 46. num. 26. & 27.

Ius sanguinis habens præfertur vicino, quando est per lineam descendentem infra tertium gradum, à quo res venalis peruenit. conf. 37. num. 31.

Ius sanguinis habens non excluditur à retractu, per cessionem litis factam ab adstrictiori, qui ad retractum admitti petierat, facto deposito, sed tenetur soluere emptori, id, quod ipse vltra pretium soluit adstrictiori, vt liti cederet. conf. 94. num. 40.

Iustitia est, Principis gratiam obseruare. conf. 2. num. 84.

Iustitiarij nomen importat merum, & mixtum imperium. conf. 23. nu. 83.

L

Laici à beneficijs excluduntur, si non sint Clerici, nec Religioso statui abdicati. conf. 79. num. 14.

Laicis quatrimestre concessum ad præsentandum non currit à die vacationis, sed scientiæ. conf. 79. num. 24. Et scientia debet esse certa, non præsumpta. num. 35.

Laicus à seculari iurisdictione liberatur, ob superueniens Priuilegium Clericale post delictum. conf. 93. num. 11.

Laicus effectus Clericus post delictum, & post propositam accusationem an eximatur à Iudice seculari. conf. 93. num. 12.

Laicus qui post delictum existens carceratus Ordines Clericales suscepit, non declinat forum. conf. 93. num. 15. Ratio. nu. 16. Fallit. nu. 17.

Laicus post delictum si ordinetur, in fraudē præsumitur Ordines suscepisse. conf. 93. num. 18.

Laicus si fiat Clericus pendente causa ciuili, cogitur litem prosequi in seculari Curia. conf. 93. nu. 21.

Laicus frangens exilium post susceptos Ordines Clericales, ab Ecclesiastico Iudice punitur. conf. 93. num. 4.

Laicus in indiuiduis, gaudet beneficio Clerici. conf. 4. num. 44.

Laicus reus, si post peremptam instantiam fiat Clericus, non potest dici amplius de iurisdictione seculari. conf. 93. nu. 35.

Lanar. in conf. 75. declaratur. conf. 68. num. 16.

Laudimium soluere non tenentur comprehensi in inuestitura. conf. 94. nu. 50.

Laudimium non debetur ex actu retrouenditionis. conf. 46. num. 36.

Legata soluere promittens, intelligitur quatenus tenetur saluo legis beneficio. conf. 22. nu. 39.

Legatarium potest testator grauare, sicut hæredem. conf. 81. nu. 4.

Legatarius non potest legati partem acceptare, & alteram refutare. conf. 81. num. 13.

Legatarius non rappresentat defuncti personam, sicut hæres. conf. 81. num. 21.

Legatarius an possit legatum liberum recipere, & legatum cum onere reijcere, & quid si legata sint plura distinctim à testatore relicta, vel sit vna, & eadem res, diuisim tamen, & diuersa oratione legata. conf. 81. nu. 14. 15. & 16.

Legatarius acceptans legatum, non potest amplius testamentum dicere inofficiosum. conf. 81. nu. 18. Declara nu. 19.

Legatarius particularis non tenetur factum defuncti approbare, quando non constat ea mente legatum habuisse, vt factum defuncti approbaret. conf. 81. num. 20.

Legati compensatio cum dote per quacunque verba generalia non inducitur, nisi fuerit de dote facta mentio. Fallit existentibus in contrarium coniecturis. conf. 81. nu. 2. & 5.

Legati compensatio cum dote vt inducatur, leues coniecturæ non sufficiunt, sed euidentes requiruntur, & maximè si prætenditur compensatio de specie ad quantitatem. conf. 81. nu. 6. & 7.

Legatum aliquo respectu relictum, vt puta, pro alimentis, pro amore Dei, & alijs, compensationem excludit. conf. 81. num. 8.

Legatum quantitatis non censetur relictum animo compensandi cum debito in specie consistente, quia compensatio non admittitur à quantitate ad speciem. conf. 81. nu. 9.

Legatum factum fidiæ non compensatur cum dote materna. conf. 81. num. 10.

Legatum non censetur factum animo compensandi cum debito voluntario. conf. 81. nu. 12.

Legatum à marito vxori relictum non est cum dote compensandum, & ideò dotem, & legatum consequi potest. conf. 81. num. 1.

Legatum in dubio, non dicitur factum animo compensandi cum debito. conf. 81. num. 3.

Legatum vnciarum centum, & donec hæres non soluet, quod teneatur soluere octo quolibet anno, an valeat. consi. 10. nu. 21.
Legatum annum præsumitur in causam alimentorum. consi. 11. nu. 7.
Legatum rei alienæ à testatore factum an valeat. consi. 81. nu. 25. Distingue, vt ibi.
Legatum à testatore factum coniunctæ personæ de re, quam putabat esse suam, ex aliquo tamen titulo nullo, valet. consi. 81. nu. 26.
Legatum nominis debitoris, comprehendit etiam vsuras maturatas in vita testatoris. consi. 25. nu. 5. & quid in legato census. nu. 8.
Legatum factum sub commemoratione debiti, de quo non apparet, substinetur vti legatum, non vti debitum. consi. 60. num. 26.
Legatum relictum in pecunia, in pecunia soluendum est ab hærede, licet in hæreditate pecunia non extet. Amplia etiam in hærede cum beneficio Legis, & Inuentarij. consi. 77. nu. 8.
Legatum pium est mixti fori, & potest peti tam coram seculari, quàm coram Ecclesiastico Iudice. consi. 1. num. 94.
Legis voluntas, seu dispositio ad rationabilem intellectum reducenda est, ne absurdum sequatur. consi. 66. nu. 76.
Legis ratione cessante, cessat eiusdem legis dispositio. consi. 94. nu. 25.
Legis dispositio vbi deficit, ad similia recurrendum est secus quando adest lex terminans, etsi ambæ deficiunt, ad naturalem rationem est recurrendum consi. 16. num. 32. 33. & 34.
Legitima non hæreditatis, sed bonorum quota est. consi. 64. nu. 21.
Legitima descendentium, & ascendentium à pari procedunt, & dispositum in vna, censetur dispositum in alia. consi. 64. nu. 22.
Legitima in pecunia relinqui non potest, sed in proprietate, & in omnibus corporibus hæreditarijs, etsi in pecunia relinquatur, potest eam filius refutare, & minor, qui in pecunia eam recepit, in integrum restituitur. consi. 64. nu. 23. 24. & 25.
Legitima in rei fructibus relinqui non potest. consi. 64. num. 26.
Legitima debetur super feudo emptitio, sed debetur in æstimatione, & in pecunia. Amplia etiam in feudo donato ob seruitia. consi. 91. nu. 40. & 41.
Legitima, & trebellianica filijs primi gradus prohiberi non potest. consi. 51. nu. 23.
Legitima non debetur ei, qui ab intestato succedere non potest. consi. 19. nu. 35.
Legitima debetur patri in bonis filij in proprietate, non autem in solo vsufructu. consi. 12. num. 48. affertur ratio. nu. 49. Amplia. nu. 50.
Legitima Patri, & filio institutionis titulo debetur, nullumque dicitur Testamentum, si alio particulari titulo fuerit eis relicta. consi. 64. num. 5. & 32.
Legitima matri debita, est tertia totius hæreditatis, & idem in patre. consi. 64. nu. 7.
Legitima est relinquendae ex Patrimonio, & ex Corporibus hæreditarijs testatoris. consi. 64. nu. 18.
Legitima, & trebellianica non potest filijs primi gradus prohiberi, & fideicommissum, & quodcunque onus reijcitur. consi. 61. nu. 30.
Legitima, & trebellianica procedunt à pari respectu grauaminis. consi. 61. num. 31.
Legitima matri non competit ob mortem filij impuberis, si pater fuit testatus de bonis filij mortui. consi. 19. num. 38.
Legitima non habent filij à patre, sed ipsis competit iure naturæ. consi. 19. nu. 40.
Legitima competit cum fructibus à die mortis testatoris, etiam nulla mora hæredis existente. consi. 17. num. 1. Amplia. nu. 2. & 3.
Legitima debetur nepotibus, quando eorum pater est præmortuus Auo. consi. 15. nu. 23.
Legitima vni filiorum relicta in testamento, in quo alij filij hæredes instituti sunt, institutionis titulum non requirit. consi. 57. nu. 44.
Legitima tunc filio institutionis titulo relinquenda est, quando in testamento hæres extraneus est institutus. consi. 57. num. 45.
Legitima competit post mortem patris. consi. 19. nu. 46.
Legitima competens Patri debetur super bonis, & patrimonio filiorum. consi. 19. num. 71.
Legitima requirit specialem mentionem, vt intelligatur renunciata, & quando procedat. consi. 19. num. 72. & 73.
Legitima non comprehenditur in grauamine. consi. 8. num. 5.
Legitima inter omnes filios diuidenda, erit tertia pars, si sint quatuor filij infra, si verò quinque, vel plures, erit semis consi. 8. nu. 6.
Legitima, & tribellianica potest etiam ab hæredibus grauati detrahi. consi. 8. nu. 11.
Legitima per patrem tolli non potest. consi. 28. num. 29.
Legitima tunc debetur cum fructibus si consistat in rebus fructiferis. consi. 47. num. 25.
Legitima non tollitur, nisi expressa filij renunciatione. consi. 15. num. 22.
Legitima nullum onus fideicommissi recipit. consi. 15. nu. 21.
Legitimæ loco succedit tertium filiale, filijs ex statuto debitum. consi. 15. nu. 20.
Legitimæ iudicium vniuersale est. consi. 64. nu. 19. & 20.
Legitimæ exclusionem an operatur pactum, quod morlente vxore cum liberis, & illis mortuis, pater tenetur restituere dotes. consi. 19. nu. 37.
Legitimæ petitio præscribitur spatio triginta annorum. consi. 17. nu. 6.
Legitimæ in portionem imputantur, bona primo alienata, esto stabilia sint, seu mobilia. consi. 8. n. 13.

Legitimæ detractio transit in emptorem bonorum. cons. 8. nu. 12.
Lęsio habet locum, quando ius quæsitum tollit, non quando derogat iuri quærendo. cons. 72. nu. 17.
Lęsio consideratur tempore contractus. cons. 29. nu. 26. *Intellige.* nu. 27. & cons. 32. n. 48.
Lęsio non consideratur in donatione. cons. 30. n. 46.
Lęsus enormissime recuperat rem vna cum fructibus. cons. 84. num. 20.
Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. cons. 28. nu. 21.
Lex correcta an possit allegari in argumentum. cons. 53. num. 49.
Lex magis fauet agenti de damno vitando, quàm de lucro captando. cons. 7. num. 72
Lex quod frequentioris vsus exprimit, non mutat in alijs iuris dispositionem. cons. 11. nu. 30.
Lex noua ab antiquiori lege recipit interpretationem. cons. 73. num. 11.
Lex respicit futura, non præterita. cons. 48. nu. 13. & cons. 93. nu. 9.
L. fin. C. de ordin. Iudic. disposit. in Regno est sublata per constitutionem si ciuiliter agens. cons. 75. nu. 6.
L. à Diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. non procedit vbi nullitas venditionis tentatur post solutum pretium. cons. 92. nu. 23. *Ratio.* nu. 24.
L. 1. §. fin. ff. de iur immunit. non procedit, quoties à fœmina immunitatis priuilegium concessum fuerit, & loquitur in priuilegio, non autem in beneficio cons. 80. nu. 12. & 19.
L. ex quæ persona ff. de reg. iur. non procedit in legatario, sed in hærede. cons. 81. nu. 22.
L. testium. C. de testib. in quibus casibus procedat, declaratur. cons. 60. num. 14.
L. sancimus. C. de diuers. rescript. declaratur. cons. 23 nu. 145.
L. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. Iud. declaratur. cons. 24 num. 30.
L. penult. C. de pact. declaratur. cons. 24. nu. 33.
L. Ciuitas. ff si cert. petat. declaratur. cons. 13. num. 21.
L. fin. ff. de exercitor. act. declaratur. cons. 13. num. 22.
L. 2. C. de rescind. vendit. an habeat locum in transactione. cons. 29. nu. 13. *Distingue.* nu. 14. & 15. & *quomodo sit facienda extimatio.* nu. 16.
L. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tutor. declaratur. cons. 20. num. 14.
L. fundum instructum. ff. de fundo instructo declaratur. cons. 22. nu. 7. 10. & 11.
L. vendicantem. ff. de euict. procedit contra hæredem, non contra tertium, nisi facta excussione cons. 61. num. 23.
L. quod scitis. C. de bon. quæ liber. declaratur. cons. 53 nu. 55.
L. si eo tempore. C. de remiss. pignor. vocat tam consanguineos, quàm extraneos. cons. 54. nu. 7.
L. si voluntate. C. de rescind. vendit. loquitur in venditione rei Ecclesiasticæ. cons. 7. num. 32.
L. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. procedit inter maritum & vxorem, vel eorum hæredes, secus si inter vxorem, eius hæredes, & tertium. cons. 61. nu. 37.
L. si non sortem. §. centum. ff. de condit. indebit. & Doctores ad eam, declarantur. cons 41. nu. 43.
L. tabernas. ff. de contrahend. empt. procedit data scientia emptoris. cons. 54. nu. 39.
L. procula. ff. de probat. declaratur. cons. 30. n. 38.
L. si constat. C. de compensat. an procedat in redditu bullali. cons. 9. num. 3.
Libera præsumitur quælibet res ab omni seruitute. cons. 33. nu. 1. *Ratio.* nu. 7. *Amplia.* nu. 8.
Liberam rem propriam, nemo præsumitur velle facere subiectam. cons. 22. num. 37.
Liberatio erronea non iuuat, multo magis, si dolo facta fuerit, esto cum amplissimis clausulis. cons. 30. nu. 21. & 22.
Liberatio de negletis facta valet, & potest fieri tam ante, quàm post administrationem. cons. 30. nu. 19. & 20.
Liber ab vno ex socijs scribi non potest, nisi aliorum sociorum expresso præcedente mandato. cons. 58. num. 2.
Libris Historiographorum creditur, & contrarijs præualent, quando se conformant priuilegijs. cons. 6. nu. 74.
Librum non conficiens est in dolo præsumpto, & ideo liberatus à computorum redditione, & à dolo, dicitur liberetus à libri confectione. cons. 58. num. 13.
Licentia quæ requirit specialitatem, non venit in generali mandato. cons. 4. nu. 47. *Fallit.* nu. 62.
Limitatio est de regula. cons. 7. num. 50.
Limites, & fines territorij probantur priuilegio, vel ex consuetudine immemorabili. cons. 6. num. 6. & 11.
Linea durante illius, in quem bona vinculata peruenerunt, non fit reuersio ad lineam alterius. cons. 5. num. 49.
Lineam facit quilibet frater. cons. 5. num. 50.
Liquidum dicitur, quod per euidentiam facti apparet, & quod in promptu potest liquidari, pro liquido habetur. cons. 48. nu. 8. & 9.
Lis in criminalibus quando dicatur contestata. cons. 75. nu. 6.
Lis contestatur per oppositionum præsentationem. cons. 49 nu. 13.
Lite pendente super retractu, tempus currit irreparabiliter. cons. 94 num 17.
Literæ quod faciant immunes, quomodo intelligantur. cons. 27. nu. 21.
Liti cedens simpliciter, non potest amplius ad litem futuram redire. cons. 29. nu. 2.
Litigiosi vitium in alienatione voluntaria contrahitur, non autem in necessaria. cons. 54. nu. 28.

Litis pendentia non procedit in exequutiuis. conſ. 1. num. 100.

Litis pendentiæ exceptio tunc obſtat iuriſdictioni, quando exceptio rei iudicatæ, obſtat actioni. conſ. 3. num. 1.

Litis pendentia non obſtat, quando ſententiæ tendunt ad diuerſum finem. conſ. 3. num. 9.

Litis pendentia non obſtat, quando in ſecundo iudicio continetur plus, quàm in primo. conſ. 3. nu. 10.

Litis pendentia non obſtat, quando proceſſus eſt nullus. conſ. 3 num. 11. 17. & 32.

Litis pendentia nō obſtat ex citatione circumducta, licet ſit incuſata contumacia, eò magis, vbi nulla interuenit citatio. Idem ſi citatio eſt nulla. conſ. 3. num. 14. & 18.

Litis pendentia non datur, inſtantia perempta, ex quo pereunt omnia acta. conſ. 3. nu. 15.

Litis pendentia non obſtat, inſufflato ſpiritu inſtantiæ. conſ. 3. num. 16.

Litis pendentia nō obſtat, quando recurritur ad aliū Iudicem pro manutentione poſſeſſionis, etiam ſi fuit inhibitus, eſto Iudex laicus ſit. conſ. 3. num. 22. & 23. Amplia nu. 21.

Litis pendentia non obſtat, quando profertur ſententia declaratoria priuationis. conſ. 3. num. 23.

Litis pendentia non obſtat, quando quis impugnauit litem, petendo, quod non audiatur; idem quando Iudicibus non conſtat, ex exhibitione ſcripturarum de pendentia litis. conſ. 3. num. 35. & 36.

Locans Terras francas, non intelligitur, quod conductor ſit francus à ſolutione gabellæ propter fructus quod percipit. conſ. 27. nu. 18. Ratio. nu. 19. & dicens francum, & liberum, non intelligitur à tributis ordinarijs. nu. 20.

Locus vicinus flumini minus extimatur. conſ. 32. nu. 52.

M

Magna Curia in Regno eſt competens in cauſa feudi. & Curia Straticotialis in prima inſtantia. conſ. 3. num. 29. & 30. & conſ. 6. num. 68.

Magna Curia quando eſt in Vrbe, concurrit cum omni Magiſtratu, & poteſt quandocunque cauſam nondum inceptam delegare cuilibet Officiali, & in receſſu remanent cauſæ in hac Vrbe illi Officiali cui competebant. conſ. 20. nu. 34. & 35. Amplia. num. 36.

Magnates qui ſint remiſſiue. conſ. 15. nu. 1.

Magnæ Curiæ prouiſio, quod procedatur arbitrio ipſius ob eius receſſum, tale arbitrium remanet Officiali, cum quo concurrit. conſ. 20. nu. 37. 38. & 39.

Maior frater diuiſiones facit, minor autem adoptat. conſ. 32. nu. 17.

Maior factus poteſt donare ſuo tutori irreuocabiliter, quod ab eo poſſet prætendere ex adminiſtratione. conſ. 30. nu. 31. Ratio. nu. 32.

Maioratus, & primogenituræ vocatio eſt eadem, vocatio autem maioris ætatis eſt diuerſa. conſ. 67 nu. 4. & refellitur opinio contraria nu. 9.

Maioribus ex legitima cauſa reſtitutio in integrum conceditur. conſ. 90. nu. 17.

Mala fides, & bona habent medium, quod ſufficit pro acquiſitione fructuum. conſ 45. num. 25.

Mala fides inducitur ex dolo, ſecus in lata culpa, quæ contingit in ignorantia Iuris. conſ. 41. nu. 26. 27. & 30.

Mandans alicui, vt conficiat librum, dicitur mandaſſe vt librum conficiat iuxta conſuetudinem illius artis. conſ. 58. num. 11.

Mandatarij factum, mandantis factum reputatur. conſ. 58. num. 9.

Mandati fines ſunt diligenter obſeruandi. conſ. 25. nu. 10.

Mandatum præcedens facit, vt ſubſequens actus dicatur factus in eius executionem. conſ. 32. nu. 21.

Mandatum ex ſcientia, & pacientia præſumitur. conſ. 58. nu. 10.

Manus iniectio competit domino in propria re, per Capitulum Regni 192. conſ. 55. num. 16.

Mariti pecuniares ab vxore empta ad quem ſpectet, & quid quando ſimul emunt, & quid ſi ſimul, ſed maritali nomine. conſ. 9. num. 31. 32. & 33.

Marito ſubſtinenti onera matrimonij vtroque iure interuſuria debentur pro dote non ſoluta, etiam ſi dos conſiſtat in iogalibus, vel in pecunia. conſ. 47. nu. 14. 15. 21. & 22.

Marito competunt fructus dotis, & bonorum, in quibus poteſt vt maritus agere in vita vxoris. conſ. 9. nu. 38. & 39.

Marito an, & quando competunt interuſuria. vide in verbo Interuſuria.

Maritus ſecundus an conſequatur interuſuria à primo dotante, ſi ipſi ab vxore fuit facta dotatio, & quando. conſ. 10. nu. 16. & 17.

Maritus qui non fuit in loco deſtinatæ ſolutionis, an poſſit petere vſuras dotales ab ijs dotantibus, qui tenebantur alere, & quid in extraneo. conſ. 11. num. 1. 4. 5. 27. & 29.

Maritus an æquiparetur emptori, & vſuræ dotales fructibus. conſ. 11. nu. 2. & 3.

Maritus in alenda vxore patris vices ſubſtinet. conſ. 47. nu. 24.

Maritus mortua vxore poteſt libere cum tertia ſua transire ad ſecunda vota, & è contra vxor mortuo viro. conſ. 57. nu. 2.

Maritus quando facit actum ad ſe ſpectantem vti maritus debet exprimere maritali nomine id facere, immò intelligitur. conſ. 9. nu. 37.

Maritus fideiubens pro aliquo ſuam tantum portionem obligat, non vxoris, & filiorum. conſ. 66. num. 47.

Maritus fructus conſumptos ex bonis extradotalibus ſibi acquirit, & iura affictus dicuntur induſtriales,

striales, & quando tenetur illos restituere. conſ. 9. nu. 18. 19. & 20.

Maritus poſſidens prædium parafrenale vxoris, eſto percipiat fructus, dicitur iure familiaritatis poſſidere, & non tenetur in Bulla. Idem ſi reſtituit dotem vxori ob vergentiam, & quid ratione commoditatis. conſ. 9. nu. 14. & 15.

Maritus ſubſtinens onera matrimonij, dicitur adimplere ex parte ſua contractum dotalem, & conſtituit dotantem in mora. conſ. 86. nu. 8.

Maritus poteſt expellere vxorem, & illi alimenta denegare, quando dos non eſt ſibi ſoluta. conſ. 11. nu. 38.

Maritus cui pro dote promiſſa fuit datum prædium loco pignoris, an fructus prædij computet in dotem. conſ. 32. nu.

Maritus ſtante famis neceſſitate, poteſt alienare dotem, etiam inuita vxore. conſ. 38. nu. 54.

Maſculinitatis expreſſio non operatur excluſionem fœminarum, ſed prælationem in eodem gradu. conſ. 5. num. 45. & 49.

Maſculus, verbum iſtud dicitur appoſitum, quod exiſtente maſculo lineæ directæ ille ſuccedat licet ſit minor, & non operatur fœminarum excluſionem. conſ. 5. nu. 46.

Maſtrill. deciſ. 14. lib. 1. declaratur. conſ. 36. num. 19.

Maſtrill. deciſ. 82. impugnatur. conſ. 26. nu. 17.

Maſtrill. deciſ. 184. declaratur. conſ. 9. num. 28.

Maſtrill. deciſ. 202. declaratur. conſ. 46. nu. 37.

Mater licet dotet ſimul cum patre dicitur tamen intercedere, & fideiubere. conſ. 18. nu. 3.

Mater poteſt filium locare, vt artem diſcat, quamuis illum in poteſtate non habeat. conſ. 90 n. 37.

Mater ſuccedit filiæ morienti ab inteſtato. conſ. 53. num. 2. Intellige. num. 3. 4. & 5.

Mater eſt immunis propter duodecim filios, etiam quò ad bona propria, & patrimònialia per eam poſſeſſa. conſ. 80. num. 41.

Mater de ſtabilibus teſtari prohibetur per ſtatutum Meſſanæ, & ea mortua ad filios pertinent, & neque ad pias cauſas teſtari valet, nec inter vinos diſponere. conſ. 71. nu. 21. 25. 26. & 27. Fallit. nu. 30.

Matris renunciatio non nocet filijs in ſucceſſione, quando non ſunt ipſius hæredes, nec ſubintrant in locum eius, ſed veniunt iure proprio. conſ. 53. num. 61. Intellige. num. 62.

Matrimonialia capitula executionem habent. Idem ſi eſſet ſcriptura non confecta per Notarium, cùm tamen fuerit verificata. conſ. 19. num. 1. 2. & 3.

Matrimonio contracto ad vſum Meſſanæ, pater de ſuo tertio tantum diſponere, & illud vinculare poteſt. conſ. 5. nu. 3. & conſ. 15. nu. 2. & 6.

Matrimonio inito ad vſum Meſſanæ, ſtatim eſt contracta ſocietas, conditionalis tamen ſi filij naſcantur, & tunc capitale ſocietatis eſt omne id, quod maritus, & vxor poſſident, natis verò filijs efficitur vnum corpus, & tripartitur. conſ. 66. num. 61.

Matrimonium ſufficit probari præſumptionibus, & pro matrimonio in dubio decidendum eſt. conſ. 40. num 39.

Matrimonium cum concubina non retrotrahitur ad filios ante natos in tertij præiudicium. conſ. 66. num. 78.

Matrimonium ad vſum Meſſanæ contractum præſumitur, ſi contrarium non appareat. conſ. 51. num. 21. Fallit inter Magnates. nu. 25.

Matrimonium ſi non apparet ad quem vſum ſit contractum, præſumitur ad vſum regionis, etiam inter Nobiles, licet ſecus inter Magnates. conſ. 15. nu. 1.

Matrimonium inter Nobiles quoties non apparet quomodo ſit contractum, intelligitur ſecundum ius commune, dummodo ſint de Magnatibus. conſ. 5. num. 1.

Matrimonium ſubſtentatur fructibus dotis. conſ. 18. num. 8.

Matrimonium patriæ poteſtatis vincula non rumpit. conſ. 87. nu. 5.

Matrimonium abſque contractu celebratum, præſumitur ſecundum conſuetudinem Vrbis. conſ. 61. num. 25. Secus inter Magnates. num. 29. vbi laudatur familia Porcorum in Regno.

Memoria defunctorum ita per fœminas conſeruatur ſicut per maſculos. conſ. 2. nu. 33.

Menoch. conſ. 1199. refellitur. conſ. 17. nu. 9.

Mens, & non verba attenduntur in contractibus. conſ. 24. nu. 54.

Mercatori ſolito dare, & capere ad cambia competit intereſſe ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis. conſ. 48. num. 5.

Mercatori ſolito dare, & capere ad cambia, intereſſe cambij omni iure competit. Amplia ſtante obligatione cum iuramento. conſ. 35. num. 23. 24. & 32.

Mercatoris pecunia ſemper parit fructus, quia in eo ſemper præſumuntur merces paratæ. conſ. 11. num. 9.

Mercatoris in manu plus valet pecunia, quàm in manibus alterius, quia maiores fructus reddit. conſ. 11. num. 26.

Meri, & mixti imperij poſſeſſio probatur ex actis iuriditionalibus, qui ſufficiunt ad illius præſcriptionem. conſ. 2. num. 18.

Meri, & mixti imperij præſcriptio, Superioris ſcientiam, vel eius Officialium requirit. conſ. 2. n. 12.

Meri, & mixti imperij in præſcriptione Officialium ſcientia quomodo probetur. conſ. 2. num. 13.

Meri, & mixti imperij præſcriptio immemorabilis, nec Officialium ſcientiam requirit, nec titulum, nec bonam fidem exigit, quod etiam procedit in præſcriptione exigendi gabellas. conſ. 2. nu. 14. & 15.

INDEX.

Meri, & mixti imperij exercitium dicitur factum ex titulo præambulo. conſ. 2. nu. 7.

Meritorum aſſertioni à Rege factæ ſtandum eſt in conceſſis, ſecus in prohibitis. conſ. 1. num. 52. & conſ. 2. nu. 3. & conſ. 2. poſt 2. nu. 5.

Merum, & mixtum imperium dicitur conceßum ex illis verbis (concedo iuriſdictionem criminalem) immò conceſſa iuriſdictione ſola. conſ. 23. num. 80. & 82. licet ſecus in Regno.

Merum, & mixtum imperium importat Iuſtitiarij nomen. conſ. 23. nu. 83.

Merum, & mixtum imperium præſcriptione acquiritur, & ſpatio quatraginta annorum præſcribitur. conſ. 2. nu. 11.

Merum imperium multis in locis ab Vrbe Meſſana exercetur, quamuis iuriſdictio ciuilis penes alium reſideat. conſ. 2. nu. 3.

Merum imperium tum in exequendo, tum etiam in exercendo conſiſtit. conſ. 2. num. 16.

Merum factum Iuris probatione non indiget. conſ. 49. nu. 6.

Meſſana priuilegium habet, vt Rex in ea poteſtatis plenitudinem non exerceat. conſ. 1. nu. 60.

Meſſana Vrbs ex Ferdinandi Regis priuilegio habet, vt conſuetudines Vrbis in vim priuilegij tranſeant. conſ. 1. num. 41. & conſ. 2. num. 8. & 47.

Meſſana Vrbs ex Arcadij Imperatoris priuilegio apponit arma in ædificijs, alijſque locis, æqualia armis Regum. conſ. 93. nu. 54.

Meſſana Vrbs priuilegium habet, vt eius dubia priuilegia ad eius fauorem interpretentur. conſ. 2. num. 29.

Meſſana Vrbs, eiuſque Officiales ex antiquiſſimis priuilegijs habent merum, & mixtum imperium. conſ. 2. poſt 2. num. 42. Et abdicatiuè. conſ. 6. num. 1.

Meßana Vrbs duo Territoria habet, & vtraque in ſuis finibus vocantur, Lo Diuieto. conſ. 6. num. 21. & 22.

Meſſana Vrbs ex multis priuilegijs Regia mandata exequi non tenetur, quæ ſunt contra eius priuilegia, niſi illa ſecundum iuſtitiam moderentur. conſ. 2. nu. 51.

Meſſana Vrbs priuilegium habet, vt Iudices Curiæ Straticotialis, & Doctorum Collegium Iuratis conſilium præſtent, ſi aliquid ſit contra eius priuilegia. conſ. 2. nu. 59.

Meſſana Vrbs habet ius nobilitandi perſonas, eaſq; vt Nobiles in ſuo ſcrutinio ponere, ſtantibus priuilegijs. conſ. 23. num. 121.

Meſſana Vrbs ſola in Regno Siciliæ diſtrictum habet. conſ. 23. nu. 98.

Meſſanæ Straticotus, & Senatus eligunt Caporales, & prouiſionatos in Caſalibus. conſ. 6. nu. 35.

Meſſanæ ſtatutum ſub Cap. 20. an procedat etiam contracto matrimonio ad vſum Romanorum. conſ. 12. nu. 34. Declara. num. 20.

Meſſanæ Vrbi conceßa iuriſdictio, non poteſt alteri in præiudicium ipſius concedi, ſtantibus priuilegijs. conſ. 1. nu. 38. & conſ. 2. num. 99.

Meſſanæ priuilegia per non vſum non amittuntur, qualibet præſcriptione non obſtante, quod habet ex ſpeciali priuilegio. conſ. 2. nu. 78.

Meſſanæ Caſalia Rex non poteſt alicui concedere. conſ. 6. nu. 18.

Meſſanæ immunitas conceſſa, intelligitur tam de extraordinarijs, quàm de ordinarijs gabellis. conſ. 80. nu. 36.

Meſſanæ priuilegium, quod omnes Ciuitates intus eius fines illi obediant, faciunt illas diſtrictuales. conſ. 23. nu. 73. 74. & 75.

Meſſanę diſtrictuales gaudent priuilegijs Maſſanenſibus conceſſis. conſ. 2. nu. 87. & conſ. 23. nu. 11.

Meſſanæ Straticotus, & Iudices ſunt diſtrictuales, & habent merum, & mixtum imperium, etiam in diſtrictu. conſ. 23. nu. 71.

Meſſanæ Vrbi propter merita immmunitas conceſſa fuit, & ſic ex cauſa onoroſa. conſ. 80. nu. 14. & 15.

Meſſanæ Vrbi priuilegium immunitatis motu proprio fuit conceſſum. conſ. 80. nu. 21.

Meſſanæ Vrbi à Rogerio Rege priuilegia conceſſa, fuerunt conceſſa per triennium ante priuilegium Archimandritæ. conſ. 23. num. 112.

Meſſanæ Vrbis priuilegia veriſſima eße ex multis comprobatur. conſ. 23. nu. 115.

Meßanæ Vrbis Straticotus omnia poteſt, quæ Romani poterant, hæbetque merum, & mixtum imperium, & pariter eiuſdem Vrbis Senatores eadem funguntur poteſtate, qua Romani Senatores fungebantur. conſ. 1. nu. 12.

Meßanæ Vrbi priuilegia á Romanis conceßa recenſentur. conſ. 1. num. 11.

Meßanæ Vrbis diſtrictus hodie reſtrictus eſt ad miliaria triginta. conſ. 1. nu. 17. & conſ. 2. poſt. 2. num. 44.

Meſſanæ Vrbi priuilegia ab Imperotore Arcadio, Regibuſque Rogerio, & Federico conceſſa referuntur. conſ. 1. num. 19. & 20.

Meſſanenſes Ciues etiam pro mercantijs ſunt immunes. conſ. 80. nu. 27.

Metropolitanus non ſolùm eſt Iudex in ſecundis cauſis ciuilibus, verùm etiam in primis, vbi ſuffraganeus non eſt Iudex, ex quo agitur de cauſa propria, quod procedit quando conuenitur Epiſcopus, ſecus, quando eſt actor, quia tunc dantur arbitri. conſ. 85. nu. 27. 28. 29. 30. & 34.

Metu probato non admittitur in contrarium ſpontaneæ voluntatis probatio, ex eo, quod metum paſſus læſo animo facit actum. conſ. 52. nu. 2.

Metu viri ſi quid vxor promittat, excuſatur toto tempore vitæ mariti, ſi non egit in Iudicio. conſ. 38. num. 50. Amplia. num. 51.

Metum paſſi declaratio quid operetur. conſ. 29. num. 20.

Metum deponentibus magis creditur, quàm mille de spontanea voluntate. cons. 38. num. 20.
Metum emptori illato, non inferenti non nocet. cons. 38. num. 32. quod an verum. nu. 33. Declara. num. 7.
Metus in muliere, & minore resultat ex enormi læsione, cons. 38. num. 15.
Metus reuerentialis fumus sufficit pro muliere ad rescindendum contractum data læsione. cons. 38. nu. 16. Amplia. nu. 17. 18. & 19.
Metus reuerentialis quando dicatur illatus. cons. 44. num. 1. & 2.
Metus reuerentialis an consideretur in filio existente sui iuris. cons. 44. nu. 3.
Metus reuerentialis consideratur in genero cum socero. cons. 44. num. 4.
Metus reuerentialis consideratur in matre, si est nimis rigorosa, & solita exequi minas, & in filia nupta, & habitante seorsum. cons. 44. num. 7. & 8.
Metus causa dicitur durare, durante vita illius, qui metum intulit. cons. 38. nu. 52. & 53.
Metus est difficilis probationis, & ideò præsumptionibus probatur. cons. 29. nu. 3. & cons. 44. nu. 10. & 11. & cons. 52. nu. 4.
Metus reuerentialis præsumitur in vxore erga virum. cons. 38. num. 13.
Metus non purgatur per præsentiam tektium, nec per iuramentum, nec etiam per præsentiam Magistratus. cons. 38. num. 14.
Metus reuerentialis quando detur in fratre. cons. 32. nu. 70.
Metus ex pluribus cansis magis arguitur. cons. 38. nu. 44.
Metus purgatur per actus subsequutos sponte factos. cons. 38. num. 48. Intellige. nu. 49.
Metus causa durante, omnia præsumuntur metu gesta. cons. 38. num. 21. 40. & 43.
Metus concussiuus per virum illatus, coniecturis, & præsumptionibus probatur. cons. 38. nu. 41.
Milan. decis. 3. num. 128. lib. 2. declaratur. cons. 9. num. 27.
Miles pro delicto commisso tempore quo erat miles, priuilegio militis gaudet, quamuis Paganus effectus fuerit. cons. 93. num. 41.
Milites S. Iacobi de Spada gaudent foro, & non cognoscuntur à Iudice seculari, & quis sit Iudex. cons. 42. nu. 1. & 16.
Milites S. Iacobi in ciuilibus an gaudeant foro. cons. 42. nu. 19.
Milites S. Iacobi, & aliorum Ordinum coram Iudice laico conuenti in quacunque parte Iudicij possunt dicere de nullitate actorum. cons. 42. num. 3.
Milites S. Stephani, & S. Lazari in Regno Siciliæ non gaudent foro, idem in Regno Neapolis. cons. 42. nu. 5. & 6.
Milites S. Io. Baptistæ sunt verè Religiosi, & gaudent foro, & eorum exemptio transiuit in contractum. cons. 42. nu. 7. & 8.
Milites S. Iacobi sunt immunes à gabellis, & gaudent foro, si sunt professi. cons. 42. nu. 21.
Minæ illatæ á patre filio inducunt iustum metum. cons. 44. num. 12.
Minæ præcedentes indicant consensum subsequutum propter minas, quod procedit in patre minante velle exhæredare. cons. 44. nu. 13. & 14.
Minor restituitur, non solùm aduersus damnum, sed etiam aduersus lucrum. cons. 94. nu. 33.
Minor ex amissione iuris retrahendi per lapsum temporis dicitur damnum, & lesionem pati. cons. 94. num. 34.
Minor vt restituatur in integrum in retractu, non cogitur probare, habuisse sufficientes pecunias ad retrahendum, vel retractum vile pro eo fuisse. cons. 94. num. 36.
Minor potest contrahere cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, ex dispositione Capituli Regni. cons. 72. num. 1.
Minor, Ecclesia, & his similes restituuntur in integrum ex causa, quæ post sententiam superuenit, si ante illam proposita, sufficiens esset ad obtinendum. cons. 90. num. 10.
Minor non potest diuidere sine Iudicis, & Curatoris decreto. cons. 32. num 19. Intellige. nu. 20.
Minor per quinquennium factus maior, dicitur actū ratificasse, & compensando, & extinguendo, dicitur etiam ratificare, quæ ratificatio tollit omnes defectus cons. 51. nu. 19. & 20.
Minor nullum actum, potest factus maior approbare cons. 32. nn. 29.
Minor consanguineus vt possit restitui in integrum in retractu, sufficit, si probet, rem retrahendam fuisse suorum maiorum. cons. 94. nu. 37.
Minor dicitur enormissime læsus ratione affectionis tantum, quam habebat ad rem retrahendam. cons. 94. num. 38.
Minor an comprehendatur sub generali statuti dispositione. cons. 94. nu. 25.
Minori ex lege Hispaniarum currit nouennium ad retrahendum, cui nec restitutio in integrum conceditur, quod etiam in Gallia seruatur. cons. 94. num. 28. & 29.
Minori competit restitutio in integrum ad retrahendum, si tempus retractus in minori ætate cucurrisset. cons. 94. nu. 26. Declara, si eam infra quatriennium petat, à die, quo effectus est maior. num. 27.
Minori non currit retrahendi tempus, quia agitur de damno vitando, sed si ageretur de lucro, curreret tempus, sed in integrum restitueretur. cons. 94. nu. 31. & 32.
Minoris restitutio in integrum competit ad retrahendum, eo ipso, quod constet affectionem habere ad rem, quamuis nulla adesset vtilitas, & quod sit elapsum tempus retrahendi. cons. 94. nu. 39.

Minori semper competit restitutio in integrum, siue agat per Procuratorem, siue per Curatorem. conſ. 82. nu. 3.

Minoris confeſſio, quod fuerunt reddita computa, non ſufficit, & an procedat in maiore. conſ. 30. nu. 3. 4. 5. 6. & 10.

Minoris Procurator legitimè conſtitutus poteſt agere contra Tutores ad computorum redditiones, nec poteſt cogi Minor ad eligendum Curatorem, & proceſſus inde factus eſt validus. conſ. 82. nu. 1. & 2. Diſtingue nu. 4.

Minoris actus ſiue Curatore factus, quando ſit nullus, & an ſufficit replicare de nullitate. conſ. 32. nu. 12. & 14.

Minoris ætatis exceptio. vide, Exceptio minoris ætatis.

Mobilia præſumuntur longo tempore conſumpta. conſ. 61. num. 48.

Mobilium appellatione etiam iogalia continentur. conſ. 47. num. 16.

Molendina dicuntur redditus inutilis, quia ſunt in continuo periculo. conſ. 32. nu. 53.

Molendino deſtructo, & aqua ad priſtinum curſum reuertente, ſi per annum non reſiciatur, amittitur ius ducendi aquam, & præoccupationis. conſ. 74. nu. 5. Amplia nu. 6.

Molendinum cuique licet conſtruere in flumine non nauigabili. conſ. 74. nu. 1.

Molendinum qui licitè ſecundo loco conſtruxit, poteſt impedire illum, qui prius inlicitè ædificauit. conſ. 74. num. 15.

Moleſtiam ſibi inferri timens, poteſt via iuris agere, vt imponatur perpetuum ſilentium. conſ. 1. num. 98.

Monaſteria ædificare, continet publicam vtilitatem. conſ. 28. nu. 6.

Monaſterij fauore, etiam via inter media exiſtente vicinus cogitur ſeruitutem altius non tollendi vendere. conſ. 28. nu. 12.

Monaſterium pro eius conſtructione, & ampliatione, poteſt cogere vicinum ad eius domos vendendum, etiam ſi tollatur via publica cum alijs domibus. conſ. 28. num. 13. & 14.

Monaſterium quoties non eſt capax bonorum, tunc bona Monachi durante vita illius retinentur per hæredes venientes ab inteſtato, vel per eos, quibus facta eſt diſpoſitio per ipſum grauatum. conſ. 8. nu. 1.

Monaſterium Monacho ſuccedit, ſi eo viuente ſubſtitutus moriatur, quia ſubſtitutio euaneſcit. conſ. 8. nu. 3.

Monaſterium capax bonorum excludit ſubſtitutum ſaltim durante vita Monachæ. conſ. 5. nu. 51. & conſ. 8. nu. 2.

Monaſterium bonorum capax excludit ſubſtitutum, durante vita vocati, quid poſt mortem, & quando non. conſ. 17. nu. 12. 13. 14. & 15.

Monialis ſi omnia bona ſua donat monaſterio, ſi non ingreditur, vel ante profeſſionem egrediitur, vel moritur, bona non ſpectant ad Monaſterium. conſ. 39. nu. 22. Ratio. nu. 23.

Monitio quando non eſt neceſſaria in notorijs, conſ. 1. nu. 123.

Monitio, & citatio differunt. conſ. 27. nu. 11.

Mora vt contrahatur ab eo, qui promiſit ſoluere certo loco quid requiratur. conſ. 24. nu. 58.

Mora irregularis quando contrahitur in dote, quid operetur, & quid regularis mora, & quando contrahatur, & quid exiſtente iuſta cauſa. conſ. 11. num. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.

Mora eſt delictum, & moroſus tenetur ad totale intereſſe parti. conſ. 35. nu. 21.

Mora infra quod tempus purgari poteſt, multorum opinio refertur. conſ. 56. nu. 27. 28. & 29.

Mora excluditur per quamlibet probabilem excuſationem. conſ. 56. nu. 30.

Mora in dubio licita præſumitur. conſ. 56. nu. 31.

Mora eſt delictum, maximè in eo, qui iurauit. conſ. 14. nu. 5.

Mora non habet locum in reo, quando pariter actor eſt in mora. conſ. 56. num. 14.

Moræ ratione abſque interpellatione cambiorum, & recambiorum intereſſe competit, maximè ſtante pacto, & iuramento. conſ. 48. nu. 2. & 6.

Moræ purgatio ſuper æquitate fundatur. conſ. 56. num. 24.

Moriens cum filiabus non dicitur ſine filijs decedere. conſ. 5. num. 20.

Moroſus debitor tenetur ad totale intereſſe. conſ. 48. nu. 3.

Mortis, & ſucceſſionis probatio ſufficit fieri infra quindenam, ſecus quò ad probationem detentationis, vt cogatur tertius poſſeſſor, quia debet fieri ante implementum, licet ſufficiat, quod ſit productus vnicus teſtis. conſ. 7. nu. 67. & 68.

Mortis, & ſucceſſionis probatio. vide ver. Probatio.

Mulier habens virum, non poteſt habere Tutorem, cùm vir habeat eamdem authoritatem. conſ. 72. num. 2.

Mulier in mutuo prohibetur contrahere. conſ. 38. num. 47.

Mulier eſt genus auariſſimum. conſ. 12. nu. 5.

Mulierem alere obligatus, eius quoque filios alere tenetur. conſ. 45. nu. 13.

Mulieri agenti pro dote ſuper bonis vinculatis, incumbit onus probandi alia bona non extare. Fallit ſi iam ipſi fuerit facta dotis reſtitutio ſuper bonis vinculatis. conſ. 89. n. 9. & 10. Ratio. n. 11.

Mulieri tutrici pro ſuarum dotium reſtitutione agenti, non obſtat exceptio non reddita tutelæ rationis ſecus ſi agat pro dotario, vel ſi bona appareant in inuentario deſcripta. conſ. 66. n. 22. 23. 24. & 25.

Mulieri in bonis paraphrenalibus competit tacita hypoteca. Item in dotalibus, & in dote profectitia, & aduentitia. conſ. 38. nu. 5. 6. & 7.

Mulieris obligatio non tenet. conſ. 25. nu. 12.

Mutuo consensu quæ inter partes contrahuntur, contrario dissensu dissoluuntur. cons. 57. nu. 4.

N

Naturalis æquitas est, quod qui substinet onera, habeat commoditatem. cons. 39. nu. 21.
Naturalis æquitatis exceptio admittitur in prima instantia. cons. 39. num. 25.
Necessitas vrgens est, quando imminet æs alienum de præsenti, pro quo creditores possunt executionem causare, secus si sint capitalia bullalia, quæ non possunt peti. cons. 70. nu. 9.
Negligentia administratoris non nocet successori. cons. 4. nu. 24.
Negotia vbi sunt imperfecta, actio, vel exceptio competit ad fauorem conuenti. cons. 52. nu. 1.
Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm in se habet. cons. 85. nu. 20.
Nemo præsumitur rem liberam velle facere subiectam. cons. 22. nu. 37.
Nemo præsumitur velle iactare suum. vide verbo Iactare.
Nepos ex primogenito venit ex propria persona cõprehensa in ordine primogenturæ. cons. 67. n. 20.
Nepos ex magis communi opinione patruum excludit. cons. 67. nu. 22.
Neptis ex masculo excludit patruum, etiam quando testator considerauit fauorem agnationis. cons. 5. num. 12. & 42. Secus vbi vocauit masculos. nu. 44. 45. & 49.
Nominis diuersitas arguit diuersitatem rerum. cons. 6. num. 13.
Notarij stipulatione acquiritur ius irrenocabiliter. cons. 43. nu. 15. Intellige. nu. 16.
Notarij stipulatio si pro absente non interuenit, non dicitur ius acquisitum. Idem in pacto in fauorem tertij. cons. 53. nu. 17. & 18.
Notarij ex cap. Regis Caroli 78. fabricantes actum Minorum, pœnam incurrunt. cons. 51. nu. 18.
Notarij error non nocet partibus, & refertur casus. cons. 19. nu. 7. 9. & 10. nec imperitia nu. 11.
Notoria quæ sunt in Curia Principis, frustra exprimuntur, quia non est necessaria expressio. cons. 13. nu. 16.
Notorij criminis in cognitione, ordinem Iudiciarium Iudex seruare debet. cons. 1. nu. 122.
Notorijs in delictis, quando possit fulminanter procedi absque partis monitione. cons. 1. nu. 123.
Notorijs in delictis ante declaratoriam excommunicationis, saltem vnica citatio requiritur. cons. 1. nu. 120.
Notorium quid sit. cons. 1. nu. 128.
Notorium Iuris ex confessione facta in iudicio, quãdo inducatur. cons. 1. nu. 129.
Notorium ex probationibus nunquam resultat, nisi post conclusũ in causa in ciuilibus. cons. 1. n. 130.
Notorium vt inducatur ex sententia, oportet, vt sit diffinitiua, vel vt transierit in iudicatum. cons. 1. nu. 131.
Notorium vbi est factum, appellatio ab eo non suspendit. cons. 1. nu. 148.
Notorium qualecunque sit, dicitur probatio probata, nulla egens excussione. cons. 1. nu. 132.
Notorium, vt notorium dicatur, quæ requirantur. cons. 1. nu. 134.
Notorius excessus, operatur, vt possit pro eo deueniri ad declaratoriam excõmunicationis absq; partis citatione. cons. 1. nu. 117.
Nouatio est mutatio debitoris, vel causæ debiti. cons. 73. num. 47.
Nouatio dicitur facta, quando pactum secundum est diuersum à primo. cons. 73 nu. 48.
Nouitius durante anno professionis, dicitur persona Ecclesiastica. cons. 95. nu. 20.
Nuda conuentio geminata producit actionem. cons. 19. num. 14.
Nullitas decretorum tentari non potest, nisi reuocata interlocutoria, si Iudex potuit cognoscere de meritis, & quid fuerit obseruatum in Magna Curia. cons. 41. nu. 1. & 2.
Nullitas decretorum non fit ex debito accollato, esto non debeatur. cons. 41. nu. 40.
Nullitas Notoria est illa, quæ adeò euidenter ostẽditur, vt nulla possit tergiuersatione celari, & debet ostendi ex sola actorum inspectione absque extrinseca probatione. cons. 84. nu. 4. & 5.
Nullitas resultans ex eisdem actis, potest per tertiũ in Iudicio ordinario proponi. cons. 61. nu. 41.
Nullitas actus ordinariè tentatur, vbi altiorem requirit indaginem. cons. 51. num. 35.
Nullitas processus operatur, vt non sit faciendamentio de pendentia litis. cons. 3, nu. 19.
Nullitas dicitur maxima iniustitia. cons. 1. num. 5.
Nundinæ omnes dicuntur primæ. cons. 48. nu. 18.

O

Oblatio generalis per debitorem facta, sufficit, si eam creditor non impugnat. cons. 56. n. 11.
Obligatio non oritur ex contractu redditionis computorum, etiam si aliqua partita esset liquida, nisi prius reddita ratione. cons. 56. nu. 1.
Obligatio non variatur mutatione personæ. cons. 10. num. 18.
Obligatio generalis est, quando dicitur (obligo bona mea) vniuersalis, quando est dictum (omnia) cons. 61. num. 12.
Obligatio ex contractu, & ex possessione rei æquiparantur. cons. 68. num. 21.
Obliuio regulariter decem annis inducitur. cons. 60. num. 10.
Obseruantia coram Regibus, & Principibus introducta, vim constituti habet. cons. 23. nu. 137.
Obseruantia est fida interpres statutorum, & priuilegiorum. cons. 4. nu. 64. & cons. 50. nu. 10.
Obseruantia declaratiua non requirit præscriptionem. cons. 4. nu. 65.

Obseruantia interpretatiua ex vnico actu inducitur. conſ. 79. nu. 22.
Odioſa ſunt reſtringenda. conſ. 5. num. 47.
Offerens rationem reddere, viam executiuam excludit. conſ. 56. nu. 7 & 16.
Officiales non ſunt omnes excommunicandi, ſed aliqui ex illis. conſ. 1. num. 111.
Officiales Epiſcopi ſuſpecti dicuntur in conſequentiam, Epiſcopo ſuſpecto. conſ. 85. num. 12.
Officialis poteſt alteri ſtipulari in ijs, quæ ſpectant ad eius officium. conſ. 20. nu. 15.
Officialium ſcientia præiudicat Regi ad inducendam contra eum præſcriptionẽ. conſ. 23. nu. 22. & 23.
Officialium diſſimulatio non præiudicat Vniuerſitati, immò poſſunt Officiales ſequentes ex integro omnia recuperare tanquã vſurpata. conſ. 6. nu. 76.
Officialium ſcientia in præſcriptione meri, & mixti imperij quomodo probetur. conſ. 2. num. 13.
Officialium ſcientia non eſt neceſſaria in præſcriptione immemorabili meri, & mixti imperij. conſ. 2. nu. 14. Idem in præſcriptione exigendi gabellas. nu. 15.
Oppido in feudum conceſſo, ſiue vendito, an præſumatur conceſſa iuriſdictio, merum, & mixtum imperium. conſ. 1. nu. 70.
Oppido in feudum conceſſo, in quo iuriſdictio ita exercetur, vt alteri Ciuitati Oppidum non ſubiaceat, ſed immediatè ſubditum ſit concedenti, tunc cenſetur conceſſa iuriſdictio cum mero, & mixto imperio. conſ. 1. nu. 92.
Oppoſitio de iure tertij non procedit, niſi tertio volente. conſ. 36. nu. 16.
Oppoſitionum præſentatio litis conteſtationem introducit. conſ. 49. num. 13.
Ordinarij authoritas ſuperueniens in Cappellanijs inter viuos, conſtitutis, non ſufficit ſecus in vltima voluntate, teſtatore non contradicente, conſ. 79. num. 10.
Ordinarij poteſtas ſuperueniens in beneficij fundatione ſatis eſt. conſ. 79. nu. 11. Ratio. num. 12.
Ordinarius quò ad iuriſdictionem ſuper omnibus locis ſibi ſubiectis, fundatam habet intentionem, non ſolùm quò ad dominium, ſed etiam, quò ad poſſeſſionẽ. conſ. 1. nu. 8. & conſ. 2. poſt 2. n. 61.
Originis forus inhæret oſſibus. conſ. 24. num. 21.

P

PActa ſeruare humanæ fidei conuenit, maximè ſtante iuramento. conſ. 62. nu. 28. & 29.
Pacta in contractibus dotalibus appoſita ſeruanda ſunt. conſ. 87. nu. 18.
Pacta à iure permiſſa ſunt ſeruanda, idem in contractu dotis, & an reſoluantur ſi vir præmoriatur vxori. conſ. 19. num. 65. 66. & 67.
Pacta ſunt ſeruanda, & ex conuentione partium contractus legem accipiunt. conſ. 34. nu. 25.
Pacta ſunt permiſſa, & ſeruanda, vbi non ſunt expreſſè prohibita. conſ. 31. num. 1.
Pacta pœnalia ſunt prohibita ex Cap. Regni, & etiã ea, quæ ſunt contra leges. conſ. 31. nu. 2. & 3.
Pacta inter contrahentes ſunt ſeruanda. conſ. 14. num. 32.
Pacta fauore matrimonij ſunt irreuocabilia ſicut matrimonium. conſ. 53. num. 21. Et quando. num. 22.
Pacto ſi non eſt prouiſum, vt poſſit creditor debitum capere ad cambia, quando ei liceat de iure. conſ. 35. nu. 4.
Pactum, quod ſtetur iuramento creditoris, circa quantitatem intereſſe, validum eſt de iure, & an ſit perſonale, vt non tranſeat ad hæredes, nec ad ceſſionarios, & quid in procuratore ſpecialiter conſtituto. conſ. 35. num. 6. 7. & 8.
Pactum de non opponendo operatur, quod non poſſit os aperiri. conſ. 20. num. 51. & conſ. 35. num. 13.
Pactum, quod circa capturam cambiorum, & intereſſe credatur iuramento capientis non valet, ſed tenetur oſtendere ſe cepiſſe ad cambia. conſ. 35. num. 14.
Pactum de non opponendo, importat pactum de non præueniendo. conſ. 24. nu. 60. & conſ. 36. nu. 17.
Pactum per quod dotis conditio fit deterior, non valet, idẽ in augmento dotis. conſ. 7. nu. 37. & 38.
Pactum, quod mortuo marito, pars dotis remaneat penes hęredes mariti, eſt nullum: idem ſi fieret per patrem mulieris. conſ. 7. nu. 41.
Pactum ad diſcurſum appoſitum pro credito, procedit etiam pro expenſis factis cauſa conſequendi creditum. conſ. 69. nu. 17.
Pactum in dote appoſitum viuente patre nunquam reijcitur, ſecus autem eo mortuo, quia tunc ſortita eſt naturam legitimæ. conſ. 87. num. 14.
Pactum, per quod inuitãtur ſucceſſores ab inteſtato, habet vim vltimæ voluntatis, & non contractus, & de iure eſt improbatũ. conſ. 53. nu. 23. & 24. Et facto teſtamento dicitur reuocatum. nu. 35.
Pactum eſt ſtricti iuris, & reſtringitur ad caſum prouiſum. conſ. 53. nu. 64.
Pactum, quo cautum eſt emptori, ſtatim lite mota, & nondum re euicta poſſe agere ad pretium rei emptæ validum eſt. conſ. 92. nu. 1.
Pactum quod caſu ceſſationis dotis ſoluantur interuſuria, validum eſt. conſ. 68. nu. 6.
Pactum appoſitum in contractu Bullæ, quod ſors ſit repetibilis vitiatur, & non vitiat contractum. conſ. 68. nu. 7.
Pactum ad diſcurſum non poteſt concedi in præiudicium alterius creditoris, qui medio tẽpore contraxit. conſ. 55. n. 17. & 18. & conſ. 63. n. 19. & 20.
Pactum, quod circa quantitatem intereſſe ſtetur iuramento creditoris, validum eſt de iure. conſ. 48. nu. 10.
Pactum in contractu matrimoniali, quod vxor donat eius dotem filijs illius matrimonij, ſi vxor præmoritur valet, ſecus ſi vir præmoritur. conſ. 7. num. 41. Intellige nu. 42.

Pactum, quod ob mortem sponsæ dotes reuertantur ad dotantem, & suos, & ipsa non possit disponere, nisi de centum, an si præmoriatur vir euanescat, & ipsa liberè de dote disponere possit. cons. 7. num. 43.

Pactum factum à marito cum muliere de restituenda dote in casu separationis matrimonij fratri præsenti, & acceptanti est irreuocabile. Et si mulier aliter disposuerit, non valet dispositio. cons. 36. num. 3.

Pactum, quod moriente vxore cum liberis, & illis mortuis pater teneatur restituere dotes, an operetur exclusionem à legitima, quam patri competit. cons. 19. nu. 37.

Pactum si fiat, quod res ematur nomine omnium, si exinde emptio simpliciter sequatur, dicitur communis. cons. 21. nu. 4.

Pactum, quod restituatur dos, cui ius, & casus dederit, quid operetur. cons. 19. num. 57.

Pactum repetendæ sortis in aliquo casu non vitiat, sed vitiatur. cons. 14. nu. 25.

Pactum, quod contractus reguletur ad consilium sapientis, est ac si diceret (iudicis) quia ipse est sapiens, & quid operetur. cons. 14. nu. 27. 28. & 29.

Pactum, quod gabella soluatur per venditorem, auget pretium census, & reddit vsurarium contractum. cons. 13. num. 38. Intellige. nu. 39.

Pactum, quod maturato catamenio, & exinde elapsis duobus mensibus, & non facta solutione possit peti capitale, valet. cons. 14. num. 3.

Pactum repetendi sortem in contractu bullali, est ad voluntatem debitoris. cons. 14. nu. 4. & 6.

Pactum repetendi sortem, ad effectum emendi reditus valet. cons. 14. num. 9.

Pactum repetendi sortem in casu retardatæ solutionis iurium decursorum valet in reditu emptio, & in Regno Neapolis apponitur in contractibus subingatorijs. cons. 14. nu. 14. & 15.

Parentes possunt suorum filiorum operas locare alteri ad seruiendum pro certa mercede. cons. 90. nu. 30.

Pares Curiæ quando sint eligendi in controuersiis feudalibus inter Vassallos, & Dominum, vel inter Vassallum, & non Vassallum, vel inter Vassallum vnius Domini, & Vassallum alterius Domini. cons. 2. post 2. num. 8.

Pares Curiæ quomodo eligantur remissiuè cons. 2. post 2. num. 2.

Paria sunt aliquid non fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificatur. cons. 73. num. 20.

Paria sunt actum minus legitimum præsentare, & illum non præsentare. cons. 20. num. 50.

Paria sunt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem. cons. 7. nu. 53.

Paritas causæ, & rationis facit ineludere aliquos casus, non vi extensionis, sed comprehensionis. cons. 67. num. 38.

Pars quæ præsens est in iudicio, & scit quæ aduersus eum fiunt, citari non debet. cons. 2. nu. 72.

Partes habent maiorem potestatem disponendi de rebus suis, quàm statutum. cons. 19. nu. 36.

Partitis multis verificatis, cæteræ non verificatæ censentur veræ. cons. 30. nu. 28.

Pater in bonis aduentitijs, & Castrensibus filij non habet vsumfructum, sed habet commoditatem, & est legitimus administrator. cons. 26. nu. 13. & 14. Et eo recusante datur Curator. nu. 15.

Pater præsumitur melius, quàm altero quocunque administratore bona filiorum regere. cons. 26. num. 18.

Pater habet administrationem in bonis filij ratione patriæ potestatis, non vsufructus, quem habet. cons. 26. nu. 19.

Pater facto fideicommisso ad fauorem masculorum, si ordinauerit filias fœminas dotandas esse, intelligitur non existentibus bonis liberis. cons. 89. nu. 12. vbi de ratione.

Pater dotans potest in ipso actu dotandi, legem, quam vult apponere. cons. 87. num. 9.

Pater tenetur restituere fructus perceptos, in quibus habebat solam commoditatem. cons. 26. nu. 4, & 5.

Pater potest stipulari sibi dotem restitui, nec requiritur ad id filiæ consensus. cons. 87. nu. 11.

Pater potest grauare dotem filiæ datam, & filiæ remanet saluum ius petendi legitimam. cons. 87. num. 12.

Pater habēs duodecim filios efficitur immunis, etiā si anus moriatur ante quàm fuerit petita immunitas; vel expeditum priuilegium, & etiam si vnus contrahat matrimonium, siue Religionem ingrediatur. cons. 80. nu. 37. 38. 39. & 40.

Pater bonis suis vti, & abuti potest, reseruata tamen filijs legitima. cons. 66. nu. 52.

Pater cogitur in testamento filiam instituere, in ea dote, quam viuens ipsi filiæ assignauerat. cons. 64. num. 11.

Pater in testamento tenetur institutionis titulo filium recognoscere, cui viuens legitimam assignauerat, & sufficit si in minimo recognoscat. cons. 64. nu. 13.

Pater nullum onus super portione filiali imponere potest nec super materna à statuto eis delata. cons. 51. num. 22.

Pater qui dedit filio mille pro tertio filiali, & omni meliori modo, stante dicta clausula, si mille sint vltra tertium prædictum, illud vltra cadit in extinctionem tertij materni. cons. 57. nu. 36.

Pater si ratificat contractum mutui per filium cum fideiussoris datione celebratum, valet contractus, etiam in fideiussoris præiudicium cons. 73. num. 36. Ratio. nu. 37.

Pater stante consuetudine Vrbis Messanæ Cap. 49. remanet vsufructuarius bonorum communium, quæ remanserunt post mortē vxoris. cons. 57. n. 5.

Pater solus dotans si sit vxoratus ad vsum Regni, an dicatur de suo, vel communi cumulo, & quid, quando societas erat resoluta. cons. 19. nu. 74. 75. & 78.

Pater quando testatur inter filios, licet alteri filio relinquat absque titulo institutionis, valet, quia defectus sollemnitatis iuris positiui non vitiat. cons. 57. nu. 46.

Pater de suo tertio potest in eius vita facere quidquid vult. cons. 58. num. 49.

Pater dicitur præteritus si in testamento filij non fuerit institutionis titulo legitima honoratus. Fallit, stante clausula (omni meliori modo) quæ institutionis defectum supplet. cons. 64. nu. 8. & 9.

Pater tenetur filiam alere. cons. 47. nu. 23.

Pater tenetur dotare filiam. cons. 18. nu. 2.

Pater simpliciter dotando dicitur de bonis propriis dotare, immo si diceret de paternis, & maternis, intelligitur in defectu, licet dicat de bonis filiæ. cons. 19. num. 41. 42. & 44.

Pater in bonis feudalibus si ij non habet vsumfructum, nec est legitimus administrator. cons. 26. num. 1. Contrarium. num. 2. & 11.

Pater in matrimonio contracto ad vsum Messanæ tantummodo de suo tertio disponere, & illud vinculare potest. cons. 5. num. 2.

Pater potest prædium eligere, & illud vinculare si adsunt alia bona, vnde possint filijs sibi ipsis de legitima satisfieri. cons. 5. num. 6.

Pater de iure quidquid acquirit suum est, & dempta pro filijs legitima, reliquum potest in mari projicere. cons. 57. num. 8.

Pater habet vsumfructum in bonis filiorum stante administratione. cons. 57. num. 15.

Pater secundum vsum Meßanæ potest de suo tertio disponere, & illud intelligitur vinculaße. cons. 15. num. 2. & 6.

Pater habet dominium in suo tertio, & super alijs duobus habent mater, & filij, & solus pater non potest obligare, nec alienare nisi tertium suum. cons. 15. num. 15. & 16.

Paternum est officium filias dotare. cons. 87. n. 10.

Patriam quisque pro viribus defendere debet, nec aduersus eam patrocinari, alias priuatur ciuilitate, etiam in vassallo pro suo domino. cons. 2. num. 1. & 2.

Patris authoritas supplet authoritatem curationis. cons. 26. num. 29.

Patris authoritas supplet sollemnitates requisitas à statuto in contractibus mulierum. cons. 26. nu. 30.

Patruus ex magis communis opinione à nepote excluditur. cons. 67. num. 22.

Pecunia in mercatore semper parit fructus, cum in eo semper præsumantur merces continuo paratæ, & semper dicitur certum lucrum. cons. 11. nu. 9. & 10.

Pecunia in manu mercatoris plus valet, nam maiores fructus reddit. cons. 11. num. 26.

Pecunia dicitur sterilis fructus non pariens. cons. 47. num. 19.

Pecunia dotali in quemcumque transit cum onere illi adiuncto. cons. 45. num. 16.

Pœna apposita in contractibus inter partes valet in Regno Neapolis, in Regno vero Siciliæ non. cons. 14. num. 16. & 17.

Pœna, & sors vbi promittitur, accepta sorte pœna censetur remissa, & è conuerso. cons. 39. num. 18. Ratio num. 19.

Personarum qualitas in omnia materia est considerauda. cons. 39. num. 4.

Pestis est malorum omnium Regina, & flagellum bello quolibet horribilius, deique flagellum appellatur. cons. 83. num. 4. 5. & 6.

Pestis causa qui est absens à Republica, dicitur ex iusta causa absens. cons 83 num. 10.

Pestis occasione, conductor potest à domo conducta recedere, nec cogitur residui temporis pensionem soluere. cons. 83. num. 11.

Pestis ab omnibus pro viribus fugienda est. cons. 83. num. 12.

Petens rationem reddi ab alio, cùm ambo administrauerint, exceptione non adimplementi repellitur, quamuis vnus modica negotia cessisset. cons. 85. num. 28. & 29.

Pignus dicitur addictum, quando fuit capta possessio. cons. 16. num. 12.

Pignus in dubio præsumitur sufficere pro credito. cons. 61. nu. 6.

Pignus prætorium dicitur contractum per cedulam priori decreti, & quando creditores sunt eiusdem tituli prodest omnibus, secus si essent tituli diuersi, vel si esset missus per secundum decretum. cons. 16. nu. 22. 23. 24. & 25.

Plura specialia circa idem concurrere non possunt. cons. 56. nu. 8.

Pluralitas contractuum, & actorum non præsumitur. cons. 19. num. 13.

Plus iuris in alium nemo transferre potest, quam in se habet. cons. 85. nu. 20. & cons. 50. nu. 34.

Pontifex si concedat potestatem conferandi beneficia qualitercunque vacantia non potest conferre reseruata ipsi summo Pontifici. Idem in absolutione reseruata. cons. 4. nu. 56. & 57.

Pontifex solus cognoscit causas criminales Episcoporum. cons. 83. nu. 32.

Portio competens filijs ex statuto Vrbis Messanæ est loco legitimæ, portio autem materna est loco dotis, & habet omnia dotis priuilegia. cons. 19. nu. 76. & 77.

Possessio antiqua vbi est, tunc actus exinde per alios gesti, non probant poßessionem, sed turbationem. cons. 2. nu. 19.

Possessio acquisita non citato poßessore est iniusta. cons. 2. nu. 21.

Possessio etiã animo absente retinetur. cons. 2. n. 24.

Possessio interpretatiua non requirit longi temporis præscriptionem. consi. 2. num. 5. & consi. 23. num. 90.

Possessio iusta dicitur, quæ authore Iudice est adepta. consi. 41. nu. 8.

Possessio post lecturam secundi decreti, capi potest à parte sine authoritate Curiæ, quæ interuenit, ne partes deueniant ad arma. consi. 29. num. 29.

Possessio ex actu nullo, quando acquiratur. consi. 32 num. 11.

Possessio, & dominium transfertur per clausulam constituti. consi. 16. nu. 6. & 18.

Possessio iurisdictionis per actus iurisdictionales ostenditur, & qui sint. consi. 23. nu. 20. & 100.

Possessio, & ius eligendi collectas, arguit imperium in loco in quo exiguntur. consi. 6. num. 30.

Possessio subsequens iurisdictionis meri, & mixti imperij declarat priuilegium antecedens. consi. 2. num. 4.

Possessio in censualibus sola exactione duorum annorum acquiritur, dato tamen aliquali titulo. consi. 51. num. 37.

Possessio per solum actum locationis, non probatur, sed per solutionem pensionis subsequutam. consi. 62. nu. 2. & 3. Declara. num. 4.

Possessio probatur ex instrumento locationis inter locatorem, & conductorem, secus quò ad tertium consi. 62. nu. 8.

Possessione suæ priuatus sine citatione, eodem modo debet reintegrari. consi. 2. num. 54

Possessionem vt quis acquirat per ingressum in loco oportet vt eiiciat colonos cum familia. consi. 6. num. 72.

Possessionis suæ titulum quisque mutare potest. consi. 49. num. 8. Declara. nu. 9.

Possessionis actus est iudiciarius, qui sine testibus fieri potest. consi. 29. nu. 30.

Possessor vt conueniatur in bulla, sufficit, si probetur, quod possidebat tempore quo fuit conuentus, & nihil operatur renunciatio exinde facta, vel distractio. consi. 61. num. 59.

Possessor bonæ fidei is dicitur, qui habet titulum. consi. 41. nu. 6.

Possessor bonæ fidei facit fructus suos, licet titulus, quo possedit, fuerit redactus ad non titulum, dummodo quod non sit in mala fide. consi. 41. num. 44.

Possessor bonæ fidei etiam cum titulo inualido facit fructus suos. consi. 41. num. 16.

Possessor ex authoritate Iudicis facit fructus suos, nec tenetur illos restituere, quamuis a possessione remoueatur. consi. 41. nu. 17.

Possessor vt acquirat fructus, satis est, quod non sit in mala fide, quamuis bonam fidem non habeat. consi. 41. nu. 24.

Possessorij summarij, est causa priuilegiorum. consi. 2. post 2. nu. 12.

Possessoris ad fauorem in dubio pronunciandum est. consi 5. num. 61.

Possessorium intendens, non cogitur super petitorio respondere, antequam restitutus sit. consi. 2. nu. 108.

Possidens partim ex causa anteriori, & partim posteriori, tenetur pro debito medio tempore contracto. consi. 43. nu. 2. & consi. 84. nu. 77.

Possidens ex causa æque pariter priuilegiata agentem repellet. consi. 62. num. 33.

Possidens partim ex causa anteriori, & partim posteriori, tenetur ad censum bullalem medio tempore contractum. consi. 69. num. 3.

Possidens authore Prætore securus esse debet. consi. 78. nu. 17.

Possidens bona Ecclesiæ sine requisitis alienata, vti malæ fidei possessor ad fructus tenetur. consi. 7. num. 3.

Possidens bona publica, si ea habet pro derelicto occupanti conceduntur. consi. 74. nu. 8.

Possidentis conditio melior est in pari causa. consi. 62. nu. 34. & consi. 63. nu. 3.

Posteriora derogant prioribus. consi. 34. num. 30. Fallit. nu. 31. Ratio. nu. 32. & 33. & consi. 62. nu. 32.

Posteritatis nomine non veniunt fœminæ. consi. 80. nu. 9. Fallit. nu. 10.

Posthumi natiuitas societatem statutariam introducit. consi. 66. nu. 59. & consi. 71. nu. 5.

Potestas data creditori capiendi ad cambia transit ad hæredes. consi. 35. nu. 25. Ratio. nu. 26.

Potestas testandi operatur, quod possit vendere, & facere quamcunque alienationm. consi. 15. num. 47.

Pragmatica Comitis de Castro circa modum procedendi contra, & ad instantiam fideicommissarij vniuersalis recensetur. consi. 88. nu. 3.

Pragmatica super bulla contra tertium quid requirat. consi. 61. nu. 4.

Pragmatica pro ædificanda magna domo seu Palatio declaratur. consi. 28. nu. 17.

Præcedentia magis influunt in sequentia. consi. 15. num. 45.

Prædium ex quo percipiuntur fructus extimatur ex redditibus, & ad rationem de quinque pro centum. consi. 70. nu. 18.

Prędium specialiter, & nomine proprio cum designatione confinium obligatum, sufficit verificari tempore vitæ fuisse aliquando penes subiugantem, secus si generaliter, quia vt contra tertium agatur debet verificari de tempore subiugationis. consi. 61. nu. 1. & 3.

Prędati habentes iurisdictionem temporalem non debent vti censuris in executione illius, sed pœnis, quibus temporales Iudices vtuntur. consi 2. post 2. num. 6.

Prędati ex disposit. Conc. Trid. sess. 13. de reform. cap. 1. non possunt fulminanter procedere ad cen-

suras, sed datur certa forma. conſ. 1. nu. 136.

Prælationis iudicium non cõpetit, niſi concreditoribus, contra communem debitorem contendentibus. conſ. 59. nu. 18.

Prælato magis creditur, quàm alteri perſonæ. conſ. 27. nu. 10.

Prælatus procedens contra Vniuerſitatem, Collegium, & Iuratos, debet prius eos citare, & audire eorum excuſationes. conſ. 1. nu. 137.

Prælatus, qui cum conſenſu Capituli pecuniam accepit mutuo, obligat Eccleſiam, eſto creditor non probet pecuniam in Eccleſiæ vtilitatem conuerſam. conſ. 13. nu. 26.

Prælegatis duabus rebus, ſi altera ſit poſita à fideicommiſſo, alia dicitur excepta. conſ. 22. nu. 21.

Prælegatum, ſi non valet, vt prælegatum, valet tanquam donatio cauſa mortis, ſtante clauſula (omni meliori modo) conſ. 57. nu. 38.

Prærogatiua conſideratur in gradu, ætate, ſexu, & linea. conſ. 67. nu. 13.

Præſcriptio licet currat contra Minorem, competit tamen reſtitutio in integrum. conſ. 17. nu. 10.

Præſcriptio meri, & mixti imprij requirit Superioris ſcientiam, vel eius Officialium. conſ. 2. nu. 12.

Præſcriptio immemorabilis meri, & mixti imperij, neque Officialium ſcientiam, neque titulum, nec bonam fidem exigit. conſ. 2. num. 14. Idem in preſcriptione exigendi gabellas. nu. 15.

Præſcriptio immemorabilis eximit á viſita. conſ. 4. nu. 70.

Præſentans in beneficio poteſt venire pro ſuo intereſſe ad cauſam, & petere ius præſentandi ad ſe ſpectare, etiam mortuo præſentato conſ. 79. num. 31,

Præſentationis tempus quadrimeſtre, non currit laicis à die vacationis, ſed ſcientiæ. conſ. 79. n. 34.

Præſentia ſola in Iudicialibus conſenſum inducit. conſ. 92. nu. 28.

Præſeruatio conſeruat ius præſeruantis. conſ. 45. num. 22.

Præſumptio, contraria præſumptione tollitur. conſ. 62. nu. 12.

Præſumptio cedit veritati. conſ. 6. nu. 75. & conſ. 60. nu. 29.

Præſumptio per efficaciorem præſumptionem tollitur. conſ. 60. nu. 30. & conſ. 94. nu. 42.

Præſumptio aduerſus claram probationem non eſt admittenda. conſ. 47. nu. 13.

Præſumptio iuris tantum excluditur per alias præſumptiones. conſ. 58. nu. 17.

Præſumptio ignorantiæ tollit præſumptionem ſcientiæ. conſ. 13. num. 36.

Præſumptiones ſuſpitionibus ſunt præponendæ, quia efficaciores ſunt. conſ. 60. num. 24.

Prætenſio ſi fuerit ſubiugata in bulla, nihil operatur, niſi mediante clauſula (ex nunc pro tunc) & inde ſubſequuta fuerit ſententia. conſ. 62. num. 24.

Præteritus dicitus pater, ſi quid per filium ſimpliciter fuerit ei relictum in teſtamento, & non titulo honorabili inſtitutionis. conſ. 64. n. 10.

Præteritus dicitur filius, ſi quid ei per patrem in teſtamento iure legati relinquatur clauſula (omni meliori modo) non obſtante. conſ. 64. num. 14. & 15. Ratio. nu. 16.

Pretij ſolutio diminuta cenſetur per ſolutiones diuiſas. conſ. 76. num. 16.

Pretij pars depoſitata in termino, impedit terminũ, ne currat lite pendente. conſ. 94. num. 18.

Pretij loco ſufficit quid eſſe receptum, vt cenſus bullalis conſtituatur. conſ. 13. num. 31.

Pretium iuſtum quod dicatur, & á quo arbitretur. Et quid in Vrbe Meſſana obſeruetur. conſ. 28. num. 19.

Pretium iuſtum dicitur, quod à Principe eſt taxatum. conſ. 13. nu. 4.

Pretium ab initio non integrum in retractu, poteſt reintegrari lite pendente conſ. 94. nu. 7.

Pretium in bulla debet eſſe certum, & receptum, nullaque de eo fides haberi poteſt. conſ. 73. n. 15.

Pretium iuſtum ius commune reputat, ſi cenſus ſit conſtitutus ad decem pro centenario. conſ. 45. num. 4.

Pretium integrum depoſitatum operatur acquiſitionem fructuum perceptorum pro deponente à die integri depoſiti. conſ. 94. nu. 19.

Pretium iuſtum arguitur ex ſubaſtatione. conſ. 84. num. 21.

Pretium præſumitur verſum in vtilitatem Vniuerſitatis, & curſu longi temporis. conſ. 13. nu. 27.

Pretium eſt conſiderandum in leſione tempore venditionis, & non tempore petitionis. conſ. 70. num. 30.

Pretium incertum, & illiquidum non parit vſuras. conſ. 73. nu. 14.

Pretium bonorum conſideratur tempore delatæ hereditatis, quò ad creditum hæredis, quò verò ad creditum aliorum, attenditur tempus, quo illis ſatisfit. conſ. 61. nu. 47.

Pretium rei venditionem arguit: Idem in dote, & competit laudimium, ſed cum diſtinctione. conſ. 21. num. 1. & 2. Fallit in diuiſione. nu. 8. 9. & 10.

Pretium, quod debetur alijs filijs ſuper feudo pecunia empto, an taxandum eſt inſpecto valore mortis tempore, vel potius quanti feudum fuit emptum. conſ. 91. num. 42.

Prçueniſſe non dicitur, qui tantum cauſauit executionem, & interpoſuit cedulam primi decreti, ſed requiritur diſtractus, & captura poſſeſſionis. conſ. 16. nu. 11. 19. & 21.

Prçuentio an conſideretur in cohæredibus, quid in duobus agnatis, vel vicinis, ſeu accuſatoribus, & an conſideretur hora. & punctus. conſ. 16. num. 27. 29. 30. & 31.

Primogenij ſucceſſio regularis non eſt, ſed irregularis

ris. conſ. 67. nu. 17. vbi de ratione.
Primogeniti linea deficiente in ſucceſſionibus feudorum, filius ſecundogeniti præfertur tertiogenito. conſ. 67. nu. 30.
Primogenituram importat clauſula (Iuris francorum) conſ. 67. nu. 11.
Primogenituræ locus eſt, data paritate in feudalibus. conſ. 67. nu. 10.
Primogenituræ prærogatiua facit, vt quilibet ordine ſuo dicatur ex propria perſona vocatus. conſ. 67. nu. 16.
Primogenituræ, & maioratus vocatio eſt eadem, vocatio autem maioris ætatis abſolutè eſt diuerſa. conſ. 67. nu. 4. Contrarium. nu. 9.
Primogenituræ prærogatiua in quo conſiſtat recenſetur. conſ. 67. nu. 5.
Primogenitus in feudalibus, & eius linea faciunt primum gradum, ſecundogenitus ſecundum gradum, & ſic ſucceſſiue. conſ. 67. nu. 6.
Primogenitus de iure Diuino ad omnia ſuccedebat, ſed tenebatur ſecundogenitum alere. conſ. 91. num. 17. & 18.
Primogenitus in feudo aui ſuccedens, tenetur dare ſecundogenito vitam militiam. conſ. 91. nu. 20.
Primogenitus ſuccedens in feudo pecunia empto, tenetur ſuper bonis burgenſaticis æſtimationem conferre ſi extant, aliàs tenetur partem pretij pro rata vnicuique ex filijs ſoluere. conſ. 91. num. 38.
Princeps poteſt citationis modum alterare, non autem eam penitus tollere. conſ. 78. nu. 24.
Princeps laicus in quæſtione feudi inter Clericum Vaſſallum, & alium Vaſſallum, eiuſque Iudices cognoſcunt. conſ. 3. nu. 25.
Princeps non intendit tertio præiudicare, & potius impropriantur verba, ne tertio præiudicent. conſ. 23. num. 15. 36. 49. 50. 51. & 113.
Princeps etiam de plenitudine poteſtatis, non poteſt ius alteri quæſitum auferre, abſque legitima cauſa. Et cauſa legitima intelligitur de publica, non de priuata. conſ. 2. nu. 104. & 105.
Princeps ſi concedat alicui facultatem teſtandi, intelligitur ſecundum iuris ordinem. conſ. 87. n. 23.
Princeps concedens omnimodam poteſtatem, non dicitur conceſſiſſe appellationem. conſ. 4. nu. 54.
Princeps potius circumuentus præſumitur, quàm quod vellet alteri præiudicium inferre. conſ. 1. num. 89. Amplia. nu. 90.
Princeps non poteſt alicui poſſeſſionem auferre, eo inaudito in iuribus ſuis. conſ. 2. nu. 25.
Princeps, & Reſpublica poſſunt cuicunque pretium taxare, & eſt iuſtum pretium. conſ. 13. nu. 5.
Princeps ſi fuiſſet interrogatus, an conceſſiſſet, ſi eadem ſit ratio in primo, ſicut in caſu ſequenti dicitur conceſſiſſe, quia ſic reſpondiſſet. conſ. 13. num. 37.
Princeps concedens alicui iuriſdictionem, intelligitur reſpectu cauſarum futurarum. conſ. 93. n. 10.
Princeps non poteſt tollere citationem. conſ. 87. num. 23.
Princeps ſolus vitæ ſpiritum iuſufflat inſtantiæ peremptæ. conſ. 93 nu. 33.
Princeps dicitur concedere id quod habet. conſ. 6. num. 15.
Princeps ſi permittat feuda alienari, vel hypotecari, intelligitur in ſubſidium, aliis non exiſtentibus bonis. conſ. 89. nu. 13.
Princeps ex cauſa poteſt quemlibet rei ſuæ dominio priuare facta prius rei ablatæ ſatisfactione. conſ. 83. num. 3.
Princeps poteſt cogere dominos ad vendendum, tum pro ampliando, tum etiam pro ædificando Monaſterio. conſ. 28. num. 22.
Princeps vbi manus appoſuit, non poteſt inferior ſe intromittere. conſ 78. nu. 1. Amplia nu. 2. & 3. & quid ſeruet Magna Regia Curia. nu. 4.
Principes Chriſtiani an vti debeant abſoluta, vel ordinaria poteſtate. conſ. 78. num. 6.
Princeps qui vtitur abſoluta poteſtate, peccat apud Deum. conſ. 78. nu 7. Declara num 8.
Princeps non ſolum ex cauſa neceſſitatis, ſed etiam ex cauſa publicæ vtilitatis, poteſt tertio præiudicare. conſ. 78. nu. 9. Amplia. nu. 10.
Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt contractum alterare. conſ. 78. num. 11.
Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt interdũ aliquid contra naturalem æquitatem ſtatuere. conſ. 78. num. 13.
Princeps, quando facit aliquid abſque cauſa, & cognitione, tunc non præſumitur iuſta cauſa. conſ. 23. nu. 70.
Principi id quod iuſtum eſt placet. conſ 2. nu. 26.
Principi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, non veniunt in generali conceſſione, niſi ſpecialiter exprimantur, niſi ſint verba generalia, & in dubio numquam veniunt. conſ. 4. num. 48. 49. & 50.
Principis gratia continet clauſulam (ſaluo iure tertij.) conſ. 93. num. 36.
Principis verbis enunciatiuis, in antiquis creditur. conſ. 23. nu. 127.
Principis voluntas, qualis fuerit declaratur ex actu ſubſequuto. Idem in alijs perſonis conſ. 20. num. 46. & 49.
Principis gratia vt obſeruetur, eſt de iuſtitia. conſ. 2. nu. 84.
Principis aulam quoties cauſa ingreditur, amplius non egreditur, niſi remittatur. conſ. 4. num. 60.
Principis aſſertioni circa merita in permißis credendum eſt. conſ. 2. num. 3.
Principis de poteſtate diſputare, ſacrilegium eſt. conſ. 78. nu. 5.
Principis voluntas ſemper præſumitur iuri conformis. conſ. 23. nu. 17. & 108.
Prior non dicitur, qui primo egit. conſ. 16. nu. 20.
Prior in tempore, potior in iure, ſecus, ſi de debito poſteriori

posteriori constat per confessionem veram, & relem, de credito verò anteriori per confessionem de recepto. cons. 34. nu. 24.
Prior in tempore, potior in iure. cons. 55. nu. 1.
Priuatus non potest uti iure suo fauore publicæ utilitatis. cons. 18. nu. 7.
Priuilegia in meritorum remunerationem concessa, transeunt in vim contractus. cons. 1. num. 63. Amplia stante confirmatione cum iuramento. nu. 64. & cons. 2. post 2. num. 58.
Priuilegia sunt verum patrimonium, & peculium quasi Castrense Ciuitatis. cons. 1. num. 48. & cons. 23. nu. 48.
Priuilegia ob seruitia cõcessa sunt inreuocabilia, & transeunt in contractum, & successor tenetur illa obseruare, nec possunt de plenitudine potestatis reuocari, quò ad Vrbem, licet adsit legitima causa, & quid de iure. cons. 23. num. 39. 41. 52. 53. & 54.
Priuilegia à nouo Rege non confirmata non inficiuntur, quia non indigent confirmatione, quamuis sit de consilio, vt confirmentur. cons. 2. num. 82.
Priuilegia ex subsequuta possessione declarantur. cons. 23. nu. 89.
Priuilegia in remunerationem seruitiorum concessa, sunt inreuocabilia, etiam de plenitudine potestatis. cons. 2. num. 85. Intellige. vt ibi.
Priuilegia Messanæ concessa sunt etiam concessa eius districtualibus. cons. 2. num. 87.
Priuilegia Ciuitatibus concessa sunt perpetua. cons. 1. num. 47.
Priuilegia concessa ob benemerita, nec reuocari, nec minui possunt, nec etiam propter ingratitudinem. cons. 1. num. 61. & 62.
Priuilegia Arcadij Imperatoris, & Regis Rogerij Messanæ contessa referuntur. cons. 1. num. 19.
Priuilegia Regis Fiderici Messanæ concessa circa iurisdictionem Iuratorum recensentur. cons. 1. num. 20.
Priuilegia Vrbi Messanæ concessa à Romanis sub Appio Claudio, & Quinto Fabio, ac etiam sub Seruio Fuluio Flacco, & Publio Calfurnio Pisone recensentur. cons. 1. nu. 11.
Priuilegia si sunt multa, tenacius ligant, & difficilius illis derogatur. cons. 1. num. 43. cons. 2. nu. 10. & cons. 2. post 2. num. 57.
Priuilegia sub nomine dignitatis concessa, sunt perpetua, & non indigent successoris confirmatione. cons. 1. num. 44. cons. 2. num. 81. & cons. 2. post 2. num. 57.
Priuilegia Messanæ Vrbis per non vsum non amittuntur, non obstante quauis præscriptione. cons. 2. nu. 78.
Priuilegia dubia in Vrbe Messanæ ad eius fauorem interpretanda sunt. cons. 2. nu. 79.
Priuilegia Ciuitatibus concessa sunt fauorabilia, & debent sine diminutione, & latissimè interpretari. cons. 1. num. 50.
Priuilegia sunt inreuocabilia, tam ea, quæ ex gratia tum ea, quæ ex seruitijs concessa sunt. cons. 1. num. 51.
Priuilegia ex mera gratia concessa, sunt inreuocabilia via iuris, & ordinaria potestate. cons. 1. num. 53. & cons. 2. num. 83.
Priuilegia concessa, sunt perpetua, & dicuntur peculium Castrense Ciuitatis. cons. 6. nu. 10.
Priuilegia vni concessa, quando ad alios extendantur, & concessa Ciuitati, quando extendantur ad Castra, & Villas remissiué. cons. 4. nu. 46.
Priuilegia sunt Ius singulare, seu speciale contra ius commune introductum, & per illa Princeps detrahit iuri communi, esto non adsit clausula (non obstante) idem & statuta. cons. 23. num. 55. 56. & 57.
Priuilegia concessa Vrbi Messanæ à Serenissimo Rege Rogerio sunt antiquiora Priuilegio concesso Archimandritæ. cons. 23. num. 112.
Priuilegia potest Princeps subsistente legitima causa reuocare. cons. 23. nu. 61. intellige. nu. 62. & 63.
Priuilegia Vrbis Messanæ verissima esse demonstratur. cons. 23. nu. 115.
Priuilegia concessa Messanæ Vrbi, Districtualibus etiam sunt concessa, & recensentur causæ, propter quas fuerunt concessa, quæ sunt iustæ. cons. 23. num. 11. 42. & 44.
Priuilegia ob antiquitatem ostendunt magis veritatem, & præsumuntur vera, & sollemnia, & faciunt probationem probatam. cons. 23. nu. 116.
Priuilegij verba debent strictè interpretari, ne tertio præiudicent, & possunt improriari, adeò vt potius reddantur otiosa, & superflua. cons. 2. num. 102.
Priuilegio Ciuitati cõcesso, vt ibi sit sedes iurisdictionis, non potest alibi sedes transferri. cons. 1. n. 49.
Priuilegio alicui concesso respectu cæræ qualitatis, oportet, vt de qualitate Iudici constet. cons. 1. num. 125.
Priuilegiorum confirmatio ex certa scientia nouum Priuilegium continet. cons. 1. num. 26.
Priuilegiorum antiquorũ confirmationem operatur generalis confirmatio, etiam si essent reuocata. cons. 1. nu. 27.
Priuilegiorum confirmatio renouationis vices gerit. cons. 1. nu. 21.
Priuilegium ob benemerita nomen Priulegij amittit, & in beneficium transit, quod non potest pro velle reuocari. cons. 1. nu. 65.
Priuilegium ob seruitia concessum, soluit laboris mercedem. cons. 1. nu. 66.
Priuilegium mediante pecunia concessum, non potest per Principem reuocari. cons. 1. nu. 68. & cons. 6. num. 4. & 17.
Priuilegium amittitur per actum contrarium, etiam si sit vnicum. cons. 84. nu. 14.
Priuilegium Ciuitati concessum, dicitur concessum cuicunque Ciui. cons. 2. num. 90.

Priuilegium habet Messana Vrbs, vt in ea Rex potestatis plenitudinem non exerceat. cons. 1. num. 60.
Priuilegium confirmans, videtur de nouo concedere. cons. 1. nu. 23.
Priuilegium prodest consorti in causis indiuiduis. cons. 4. nu. 43.
Priuilegium per non vsum elapso decennio amittitur. cons. 2. num. 74. Declara. nu. 75. Ratio. nu. 76.
Priuilegium ob seruitia concessum transit in vim contractus, & per non vsum non amittitur. cons. 2. num. 77.
Priuilegium recipit interpretationem à iure communi, vt minus ledat, dummodo quod aliquid operetur. cons. 23. nu. 60.
Priuilegium recipiens dicitur habere causam onerosam, quia sibi soluitur laboris merces, & concedens videtur potius naturale debitum soluere, quam libertatem exercere. cons. 23. nu. 40.
Priuilegium concessum loco, personis concessum videtur cons. 1. num. 15. & cons. 2. post 2. num. 43.
Priuilegium Patriæ consessum, cuilibet de Patria concessum videtur. cons. 1. nu. 16. & cons. 2. num 90.
Priuilegium statim tribuit ius Ciuitati absque temporis limitatione. cons. 1. num. 46.
Priuilegium est lex singularis. cons. 93. num. 8.
Probatio concludens, facit cessare præsumptiuam. cons. 57. nu. 34.
Probatio præsumptiua sufficit ad probandum matrimonium, & in dubio pro matrimonio decidendum est. cons. 40. nu. 39.
Probatio facti antiqui sufficit fieri per præsumptiones, & coniecturas. cons. 30. num. 13.
Probatio mortis, & successionis, sufficit fieri infra quindenam, secus quoad probationem detemptationis, vt cogatur tertius possessor, quia debet esse ante implementum, licet sufficiat quod infra quindenam producatur vnicus testis. cons. 7. nu. 67. & 68.
Probationes claræ requiruntur ad ostendendam læsionem, vt restitutio in integrum concedatur. cons. 90. nu. 16.
Procurator ad capiendam inuestituram, vt faciat allodialia feudalia, debet scienter, & in specie constitui. cons. 22. num. 34.
Procurator non potest conditionem principalis deteriorem facere. cons. 45. nu. 23.
Procurator etiam generalis, non dicitur habere mandatum, vt faciat incidere dominum in periurium, & in delictum. cons. 36. nu. 30.
Procurator constitutus ad capiendum mutuò certam quantitatem, an dicatur etiam Procurator ad interesse capiendum. cons. 25. nu. 7.
Prohibitio vsusfructus, non importat suspicionem patris. cons. 26. nu. 21.
Prohibitio, facta quod pater in bonis relictis non habeat vsumfructū, operatur, quod sit legitimus administrator. cons. 26. nu. 7. Ratio nu. 8. Contrarium. nu. 14. & 16. Intellige. num. 20.
Prohibitio alienationis facta, vt bona remaneant in familia, est nuda, nisi adijciatur causa, quia tunc validatur, & fideicommissum intelligitur inductum in casu contrauentionis, cons. 5. num. 7.
Promissio de vendendo habetur pro ipsa venditione. cons. 60. nu. 3.
Promissio de donando, donationem veram, & perfectam continet. cons. 60. num. 4.
Promittens restituere totas, & integras dotes, an dicatur renuntiasse lucro delato à statuto, & quid si promisit debitas dotes. cons. 19. num. 29. & 30.
Prorex, & Magna Curia, quando sunt in Vrbe concurrunt cum omni Magistratu, & potest quamcunque causam nondum inceptam delegare cuilibet Officiali, & in recessu remanent omnes causę in hac Vrbe illi Officiali, cui competebant. cons. 20. nu. 34. & 35. & etiam executio ipsarum, si fuerint decisæ. num. 36.
Prorex potest recusari in suspectum, & an tunc totum Consilium sit suspectum. cons. 85. nu. 36.
Prorogatio iurisdictionis non dicitur facta, nisi ambæ partes consenserint in Iudicem prorogatum. cons. 24. num. 31.
Prorogatio diei, siue termini leue affert præiudicium. cons. 2. num. 71.
Protestatio contraria facto nihil releuat. cons. 73. nu. 3. & quæ dicatur. num. 4.
Protestatio contraria facto, & incompatibilis nihil operatur. cons. 84. nu. 13.
Protestatio conseruat ius protestantis. cons. 2. num. 80. & cons. 7. nu. 65. & 66. Et excludit tacitum consensum. cons. 46. nu. 8. & 12. Etiam si protestans faciat actum contrarium. num. 13. Declara. vt ibi.
Protestatio in inuentario, quod non apponenda habeantur pro non appositis, releuat valde. cons. 72. num. 22.
Protestatio authoris circa operis compositionem. cons. 1. num. 153.
Protestatio contraria, quæ est contraria iuri, non valet. cons. 84. num. 17.
Protestatio in omni actu est repetenda, quia non extenditur ad actus futuros. cons. 46. nu. 9.
Prouisio augetur ex concursu legis, & hominis. cons. 19. nu. 70. & cons. 62. num. 31.
Prouisio in vnum casum non porrigitur ad alium. cons. 7. num. 44.
Prouisio facta per Magnam Regiam Curiam, quod procedatur arbitrio ipsius, ob recessum tale arbitrium remanet Officiali, cum quo concurrit. cons. 20. nu. 37. Ratio. nu. 38. Et referuntur casus. num. 39.

Publica non præscribuntur, sed occupanti conceduntur. conf. 74. num. 7.
Publicato bando, vicinis, & consanguineis, currit ad retrahendum quinquennium, ex priuilegio Caroli Quinti concesso Vrbi Meßanæ. conf. 24. num. 22.

Q

Qualitas sine substantia, non potest probari. conf. 1. nu. 135.
Qualitas apposita in institutione, dicitur repetita in substitutione. conf. 22. nu. 4. Ratio. nu. 5. Idem in legato. nu. 6.
Qualitas adiecta vni, si non est eadem ratio, non censetur repetita in persona alterius. conf. 22. num. 12.
Qualitas apposita in primo testamento, non dicitur repetita in secundo. conf. 53. nu. 29. & 33.
Quamdiu ex Pragmatica quando competat tertio possessori rei obligatæ ad bullales redditus. conf. 9. num. 44.
Quatrimestre laicis ad præsentandum concessum, Episcopus potest prorogare, si de solo ipsius Episcopi præiudicio agitur, aliàs secus. conf. 79. n. 32. & 33.
Quatrimestre laicis concessum ad præsentandum, non currit à die vacationis, sed scientiæ. conf. 79. num. 34.
Quælibet causa excusat à dolo, etiam minus colorata, immò bestialis, & procedit etiam in his, quæ sunt de genere prohibitorum. conf. 41. num. 27. & 29.
Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis. conf. 23. num. 111.
Quilibet in re sua est moderator, & arbitrer. conf. 57. nu. 56. & conf. 74. nu. 17.
Quod alicuius fauore introductum est, non debet in eius odium retorqueri. conf. 59. nu. 37.

R

Ratificatio tribus modis fit. conf. 32. nu. 25. 26. 27. & 28. Et ex quibus inducatur facto. nu. 32. 34. 35. & 36.
Ratificatio tacita, seu sola scientia præsumpta, etiam ex consanguinitate operatur ratificationem actus facti in personam absentis. conf. 7. num. 10.
Ratificatio retrotrahitur ad principium, & ad diem actus primo loco facti, etiam si fuerit primus actus factus ab eo qui non habebat in mandatis. conf. 14. nu. 18. & 19.
Ratificato per patrem contractu mutui per filium celebrato, in quo fideiußorem dederat, tenet contractus, etiam in fideiussoris præiudicium. conf. 73. nu. 36.
Ratio Statuti sufficit, vel vt sit expressa, vel coniecturis colligatur. conf. 72. num. 4.
Ratio naturalis est optimus legis clypeus. conf. 39. num. 6.
Ratio non de iure, sed imperfectè reddita, iterum reddi debet, idem est si dolosè fuerit reddita. conf. 58. num. 36. & 37.
Ratio, quæ pluribus conuenit, æqualiter debet determinare. conf. 68. nu. 19.
Ratione legis cessante, cessat eius dispositio. conf. 72. num. 21.
Rationem reddere de facto per alios gesto, impossibile est conf. 59. nu. 27.
Rationem computorum prætendens, ordinariè se dirigere debet iure communi inspecto, aliás si per iniunctionem se dirigat, nullum est iudicium, etiam si pars consenserit. conf. 59. nu. 32. & 33.
Rationem reddi petens ab alio, cùm ambo administrauerint, exceptione, non adimplementi repellitur, quamuis alter modica negotia gessisset. conf. 18. nu. 28. & 29.
Rationem reddere offerens, viam executiuam excludit, conf. 56. nu. 7. & 16.
Rationes semel redditæ, non debent iterum reddi. conf. 58. nu. 33. Fallit, si adsit error calculi, & fuerit incontinenti ab allegante probatus. num. 34. & 35.
Rationes perfectè reddere difficile est, ideoque arbitrio Iudicis remittitur. conf. 58. nu. 39.
Rationis data paritate, cæteri casus dicuntur inclusi, non per viam extensionis, sed comprehensionis. conf. 67. num. 38.
Rationum non redditarum exceptio non obstat agenti pro dote, sed bene obstat agenti pro antefato, vel pro interusurijs conf. 61. nu. 34.
Rationum redditio nimis scrupulosa esse non debet. conf. 58. num. 38.
Recambium an sit permißum, & quando, & an interesse alterius intereße. conf. 35. num. 34.
Recognitio, quæ debet fieri per patrem, stante Statuto Meßanæ sub cap. 5. sufficit, quod sit in vno tareno, & debet fieri iure institutionis. conf. 57. num. 39. 40. & 41.
Recognoscens rem propriam, vt feudalem, facit actum ipso iure nullum. conf. 22. nu. 32.
Rector in beneficio ordinem Presbyteratus debet habere. conf. 79. nu. 20.
Recusationis causa æqualis inter actorem, & reum, operatur, vt non possit Iudex recusari. conf. 85. nu. 39. Idem in teste. nu. 40. & quid in æquali inimicitia. num. 42.
Redimens infra quatrimestre pignus resoluit, & rem restituit in pristinum statum. conf. 84. num. 28.
Reductio ponit rem in antiquum statum, & ad primæua iura. conf. 2. nu. 27.
Re sua quilibet est moderator, & arbitrer. conf. 57. nu. 56. & conf. 74. nu. 17.
Referens se ad aliquem actum, intelligitur se velle conformem reddere dispositioni illius actus. conf. 71. num. 19.

Regia Curia Straticotialis semper in possessorio ex immemorabili consuetudine terminauit causas feudales, & iurisdictionales, etiam inter personas Ecclesiasticas, & laicos, & decisiones recensentur. cons. 2. post 2. num. 31.
Regis assertio probat. cons. 6. num. 43.
Regis assertioni circa merita standum est in concessis, secus in prohibitis. cons. 1. num. 52.
Regula prohibitiua si concurrat cum permissiua, prævalet prohibitiua. cons. 7. num. 30.
Regula, quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest, quomodo intelligatur. cons. 89. n. 21.
Rei pignoratæ fructus exigens, committit vsuram, ideoque in sortem computantur, quamuis ex conuentione partis id fecerit. cons. 84. num. 24. & 25.
Rei idemptitas duobus confinibus probatur. cons. 54. num. 35.
Rei fauor in dubijs est attendendus, & pro eo, est decidendum. cons. 51. nu. 39.
Rei sola accusatio, litis pendentia non operatur, nisi nomen ipsius rei fuerit inter reos receptum. cons. 75. nu. 13.
Relatum nisi exhibeatur, de referente non est curandum. cons. 1. nu. 93.
Relatum est in referente cum suis qualitatibus, & attenditur relatum, & non referens. cons. 7. nu. 51. & 52. & cons. 10. num. 22. & 23. cons. 13. num. 19. & cons. 22. nu. 31.
Relatum est in referente, cui non creditur, nisi exhibito relato. cons. 48. num. 7. & cons. 6. nu. 14.
Relictum titulo oneroso non venit in fideicommisso, esto sit verbum vniuersale. cons. 22. num. 13.
Reluitio, quæ fit in Catamenis dicitur tanto minus grauare subiugantem, & importat minorem solutionem. cons. 13. nu. 40.
Rem propriam liberam nemo præsumitur facere subiectam. cons. 22. num. 37.
Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. an habeat locum in transactione. cons. 29. nu. 13. Distingue num. 14. & 15. Et quomodo sit facienda extimatio. nu. 16.
Remuneratio dicitur quædam debiti permutatio, & vocatur contractus onerosus. cons. 23. num. 43.
Renunciatio de successione tam ab intestato, quàm ex testamento, non præiudicat, si renuncianti aliquid ex testamento relinquitur, & multò magis vbi renunciatio fieret patri. cons. 7. nu. 23. & 24. Fallit. num. 25. & 27.
Renuntiatio, & donatio non differunt. cons 7. n. 26.
Renunciatio successionis fratris, vel sororis absentis ad fauorem alterius præsentis non valet, secus si est præsens, & consensus perseuerauerit vsque ad mortem. cons. 7. num. 28. 29. 31. & 32. & potest reuocari etiam per actum inter viuos. nu. 34. Non obstante iuramento. num. 35.
Renunciatio matris non nocet filijs in successione, quando non sunt ipsius hæredes, nec subintrant in locum eius, sed veniunt iure proprio. cons. 53. nu. 61. Intellige. num. 62.
Renunciatio vnius non nocet alteri ex propria persona venienti. cons. 53. num. 63.
Renunciatio est stricti iuris, & venit secundum id, quod est expressum, & non fit extensio. cons. 12. num. 77.
Renuntiatio iuris proprij non præsumitur, nisi expressa sit facta. cons. 86. num. 3.
Renuntiatio non trahitur ad ea, quæ quis verisimiliter non renuntiasset. cons. 62. nu. 18.
Renuntiatio facta per filiam, nocet ipsi filiæ, sed non tollit libertatem patri, quin possit ipsi relinquere. cons. 12. nu. 76. (nu. 44.
Res cũ vitio retempta possideri non potest. cons. 54.
Res leuis præiudicij absque citatione expediri possunt. Amplia etiam in his rebus, quæ causæ cognitionem desiderant. cons. 2. num. 67. & 68.
Res temporales iunctæ Ecclesiasticis, censentur Ecclesiasticæ. cons. 4. num. 45.
Res fideicommisso subiecta, & alienari prohibita, non debet pro dote constitui, si extant alia bona, vnde possit filia dotari. cons. 89. num. 5.
Res semper transit cum suo onere. cons. 16. num. 3. & cons. 80. num. 28. Declara. nu. 29.
Res tantum valet, quantum vendi potest. cons. 13. num. 3.
Rescripta ex forma Capitulorum Regni intelliguntur (saluo iure tertij. cons. 1. nu. 91.
Rescripta quæcunque, & ordinationes, quæ sunt contra ius, non exequuntur. cons. 23. nu. 12.
Rescripta omnia qualicunque sint, intelliguntur saluo iure tertij. cons. 23. nu. 14.
Reseruatio facta in sententia (saluis iuribus) nihil operatur, quando iudicium illud est nullum. cons. 3. num. 12.
Reseruatio in modo facta in donatione operatur nullitatem. cons. 40. num. 18. Fallit. nu. 19. quia sufficit, vt possit inueniri hæres. nu. 20.
Reseruatio nihil inducit, vbi nihil remanet reseruandum cons. 50. nu. 22.
Restitutio in integrum dicitur petita ex illis verbis (ius, & iustitiam in præmissis omni meliori modo) cons. 94. num. 35.
Restitutio in integrum competit minori, ad retrahendum eo ipso, quod constet affectionem habere ad rem, quamuis nulla adesset vtilitas, & quod sit elapsum tempus retractus. cons. 94. nu. 39.
Restitutio dotis fuit inducta pro securitate mulieris. cons. 38 num. 23
Restitutio in integrum maiori denegatur aduersus tres sententias conformes, quod siculis sancitum est per Cap. Regni 7. Regis Petri. cons. 90. num. 1. & 2.
Restitutio dotis promissa á marito patri dotanti, & filiæ dotatæ, censetur promissa secundum iuris ordinem, vt si pater præmoriatur, restituenda sit integra dos filiæ, si filia præmoriatur patri sine filijs

filijs, patri duntaxat restituendæ sit. cons. 87. nu. 17.
Restitutio in integrum competit minori ad retrahendum, si tempus retractus in minori ætate cucurrisset. cons. 94. nu. 26. Declara nu. 27.
Restitutio dotis facta mulieri, quæ non constat, nisi per testes cum iuramento, ei non præiudicat. cons. 38. num. 22.
Restitutio in integrum ob sententiæ iniustitiã petita non conceditur, quin prius de iniustitia constet, quæ ex ijsdem actis constare debet. cons 90. nu. 6. Et plenè de ea re constare oportet. nu. 7.
Restitutio in integrum etiam personis priuilegiatis denegatur, si de læsione non apparet, & læsio debet esse manifesta. cons. 90. nu. 11. 12. & 13.
Restitutio in integrum ob lesionem non conceditur, nisi Iudicis sententia præcedat, quæ prænunciet super lesione, vel bono iure petentis eam. cons. 90. nu. 14. & 15.
Restitutio in integrum vt concedatur stante læsione, probationes claræ requiruntur ad ostendendam læsionem. cons. 90. num. 16.
Restitutio in integrum competit minori indefenso, quando eius Tutori fuerunt dati omnes termini, sed is illum defendere neglexerit. cons. 92. n. 11.
Retentio non competit, quando pro illiquidis benefactis fuit data fideiussio. cons. 76. nu. 17. Fallit. nu. 18.
Retractum si petant duo consanguinei eiusdem gradus, & alter eorum sit etiam vicinus, præfertur habenti tantum ius sanguinis. cons. 46. nu. 18. Declara. nu. 21.
Retractum prætendentes, infra triduum post præsentationem instrumenti in Iudicio comparere debent. cons. 50. nu. 9.
Retractus competit omnibus consanguineis ex statuto Vrbis Messanæ, si tamen fuerint infra decimum gradum. cons. 94. nu. 1. & 3.
Retractus potest cedi, & donari, quoties datur ipsa res, nam de sui natura transit cum ipsa re. cons. 37. num. 3.
Retractus competit primo venienti data paritate, & dicitur præuenire, qui per horam, & punctum ante venit. cons. 46. nu. 4. & 5.
Retractus non datur in retrouenditione. cons. 46. num. 31.
Retractus de iure competit ijs, qui sunt infra decimum gradum, & qui sunt infra tertium per lineam descendentem, omnes vicinos excludunt, ex Messanæ Vrbis consuetudine. cons. 50. num. 2. & 3.
Retractus non competit contra directum. cons. 50. nu. 6. intellige. nu. 37.
Retractus prælatio consanguineis non competit contra directum. cons. 49. nu. 3.
Retractus competit tam vicinis, quàm consanguineis, licet prætendens ius sanguinis tunc præfertur vicino, quando est per lineam descendentem infra tertium gradum, à quo res venalis peruenit. cons. 37. nu. 1. & 26.
Retrahens, quæ debeat adimplere, vt obtineat in retractu. cons. 37. nu. 2. & cons. 50. nu. 1.
Retrahens depositare tenetur pretium rei venditæ penes Magistrum Notarium, quod integrum debet esse. cons 94. nu. 6. & 7.
Retrahens potest pendente lite retractus, pretium ab initio non integrum reintegrare. cons. 94. num. 8.
Retrahens intrat in locum emptoris. cons. 90. num. 29.
Retrahere potest vicinus, quoties instrumentum non est sollemne. cons. 37. nu. 37.
Retrahens subintrat in emptoris locum, & gaudet ijsdem terminis, & dilationibus concessis emptori, & ijsdem obligationibus ligatur. cons. 76. num. 14. Fallit. nu. 15.
Retrahere nemo potest ad alterius beneficium. cons. 94. nu. 41.
Retrahere volens, agit de damno vitando. cons. 94. num. 30.
Retrodonatio ex quibus actibus dicatur facta. cons. 18. nu 29.
Retrotractio nunquam fit in conditione potestatiua. cons. 18. nu. 24.
Retrotractio in præiudicium tertij fit in hypotecæ, secus in dominio. cons. 66. nu. 63.
Retrotractio non habet locum quò ad dominium, quia illud non potest stare in pendenti. cons. 71. num. 12.
Retrotractio non datur in præiudicium eorum, qui medio tempore contraxerunt. cons. 63. num. 18.
Retrouenditio non dicitur perfecta, nisi subsequuta pretij confessione. cons. 46. nu. 11.
Retrouenditio est resolutio primi contractus venditionis. cons. 46. nu. 32.
Reuendicatura competit filijs aduersus bona alienata per patrem abutendo, & hoc quò ad eorum tertium. cons. 71. nu. 14.
Reuocare possunt contrahentes ea, quæ inter se gerunt, vbi nullum fuit ius quæsitum. cons. 71. num. 32.
Reuocatio corporis ob Canones non solutos, ex capite simulationis inter directum, & possessorem existentis infringi potest. cons. 49. nu. 10.
Reuisioni computorum factæ per amicos electos omninò standum est. cons. 58. nu. 30.
Reus est, non actor, qui petit præceptum pro tuenda possessione, idem quando prænenit cons. 2. post 2. num. 36.
Reus laicus si post peremptam instantiam fiat Clericus, non potest dici amplius de iurisdictione seculari. cons. 93. nu. 35.
Rex an potest concedere iurisdictionem alicuius loci in præiudicium Ciuitatis, in cuius Territorio est. cons. 2. nu. 96. Declara. nu. 97.
Rex etiam in rescriptis, & priuilegijs non præsumi-

tur velle vni dare, & alteri auferre. conſ. 2. nu. 100. Amplia. num. 101. & conſ. 2. poſt 2. num. 59.

Rex in donatione facta Archiepiſcopo de tenimento Lardariæ, non niſi res proprias, quas ibi habebat, conceſſit, non autem iuriſdictionem Vrbi Meſſanæ conceßam. conſ. 2. poſt 2. num. 60.

Rex poteſt moderare iuriſdictionem ſui Magiſtratus & ſupprimere iuriſdictionem Ciuitatum, & poteſt Caſale à Terra diuidere, & ſegregare iuriſdictionem. conſ. 23. nu. 34. 35. & 36. Fallit in Vrbe Meſſanæ. nu. 37. Et quando priuilegiũ ob ſeruitia eſt conceſſum. nu. 48.

Rex non poteſt alteri alienare Terras, & Villas alteri Ciuitati datas. conſ. 1. nu. 85.

Rex non præſumitur velle lędere quemquam. conſ. 1. num. 86.

Rex non poteſt in præiudicium tertij, rem, quam illi conceſſerat, alteri concedere. conſ. 6. nu. 9. & 16.

Rex ſemel ac conceſſit Territorium, non poteſt amplius terminos diuidere, nec iuriſdictionem moderari. conſ. 6. num. 60.

Rimin. iun. conſ. 248. refellitur. conſ. 32. nu. 41.

S

SAbucæ Terra eſt de diſtrictu Meſſanæ, & habet ſua Caſalia, & Territorium, inter quæ eſt Caſale vetus. conſ. 23. nu. 1. 2. & 99.

Sacerdotij vel ſacri Ordinis qualitas in beneficijs requiſita, electionis tempore, vt interueniat, neceſſe eſt, nec prodeſt ſi ſuperueniat. conſ. 79. num. 19.

Sacerdotium ſuperueniens tollit munus publicum iam iniunctum. conſ. 93. nu. 6.

Saccuraphæ opinio relata á Petro de Gregorio de feud. part. 1. quæſt. 10. num. 23. & quæſt. 4. num. 16. reprobatur. Et de feudo hæreditorio potiùs loquutum fuiſſe teſtatur. conſ. 67. nu. 21. & 23.

Salarium non debetur filio, qui patri ſeruitia præſtitit. conſ. 90. nu. 28.

Salarium non debetur illi, qui abſque vlla ſpe ſalarij ſeruiuit, ſed ſub ſpe remunerationis, quam conſequutus non fuit. conſ. 90. nu. 40.

Salarium non debetur conſanguineo alteri conſanguineo ſeruienti ſine expreſſione ſalarij, niſi ea mente ſeruiuerit, vt ſalarium conſequatur. conſ. 90. nu. 26.

Salarium non debetur illi, qui precibus aliquem coegit ad ſe domi retinendum. conſ. 90. nu. 27.

Salarium abinitio non taxatum, non debetur famulo, qui non continuo ſeruiuit. conſ. 90. num. 39.

Salarium quilibet ei tenetur ſoluere, cuius opera vtitur. conſ. 90. nu. 18.

Salarium à principio non conſtitutum, non debetur. conſ. 90. nu. 10. Amplia etiam, ſi quid incertum promiſſum ſit. nu. 10. Fallit, duobus concurrentibus. num 21.

Salarium famulo ob ſeruitia debetur, quod ſi non fuerit taxatum, id, quod alijs ſolui conſueuit debetur. conſ. 90. num. 22. & 23.

Salarium abinitio non conſtitutum, de æquitate ſeruitia præſtanti debetur. conſ. 90. num. 24. Declara. nu. 25. & 29.

Sciens aliquid tractari in eius præiudicium, & tacuit, ſibi imputet, & non poteſt prætendere nullitatem. conſ. 54. nu. 15. & 16.

Scientia Officialium in præſcriptione meri, & mixti imperij, quomodo probetur. conſ. 2. nu. 13.

Scientia certa non poteſt in hærede conſiderari. conſ. 51. num. 9.

Scientia vt currat quatrimeſtre laicis ad præſentandum, debet eſſe certa, & concludens, non autem præſumpta, & veriſimilis. conſ. 79. nu. 35.

Scientia in creditore extrahente bona non obligata, decretorum nullitatem operatur, ignorantia verò iniuſtitiam inducit. conſ. 54. nu. 4. Declara. num. 34.

Scientia per publica bannimenta probatur. conſ. 54. num. 17.

Scientia debet probari vrgentiſſimis probationibus, quando iuris præſumptio eſt in contrarium. conſ. 12. nu. 34.

Scientia Officialium præiudicat Regi ad inducendam præſcriptionem contra eum. conſ. 23. num. 21. & 23.

Scientia probatur ex factorum qualitate; Item ex longinquitate temporis. conſ. 23. num. 24.

Scientia Curatoris nocet minori. conſ. 32. nu. 46. & 25.

Scientia non præſumitur, niſi probetur. conſ. 2. num. 94. & conſ. 13. nu. 33.

Sciemia præſumitur inter fratres. conſ. 24. num. 6.

Scripturæ ab extra non probant, vbi nullus parti fuit datus terminus, & parte citata præſentari debent. conſ. 54. nu. 16. & 37.

Scripturam in iudicio exhibens, omnia in ea contenta dicitur approbare. conſ. 49. nu. 7.

Secundogenitis debetur vita & militia, ratione excluſionis à feudo, ad quod prius admittebantur. vide verb. Vita, & militia.

Secundogenitus vitam, & militiam conſequitur ſuper feudo perueniendo ad primogenitum, eſto ei per patrem aliquod feudum fuerit relictum. conſ. 91. num. 26. Declara, vt ibi.

Secundogenitus reſpectu tertiogeniti dicitur Primogenitus, & ibi ratio. conſ. 66. nu. 8.

Semel approbatum non poteſt amplius impugnari, & ſufficit ſemel conſenſum extitiſſe, vt repellatur à contradictione. conſ. 2. nu. 17. conſ. 32. num. 30. & 31. conſ. 38. num. 8. & conſ. 66. num. 10.

Senator eſt Iuratus, & Decurio Ciuitatis. conſ. 12. num. 21.

Senatores Vrbis Messanæ eadem fruuntur potestate, quæ Romani Senatores fruebantur. cons. 1. *num.* 12.

Senatores Vrbis Messanæ ex iuris dispositione possunt statuere pretia rebus, mensuram, & pondera. cons. 2. *post* 2. *num.* 62. *Idem ex dispositione Capituli Regni Regis Federici* 116. *& ex Vrbis Messanæ priuilegio. num.* 63.

Senatus, & Straticotus Vrbis Messanæ eligunt Caporales, & prouisionatos in Casalibus. cons. 6. *num.* 35.

Senatus Vrbis Messanæ cogit debitores Vrbis ad soluendum, illosque carcerat, & distrahit illorum bona, imò destinat Commissarios. cons. 20. *num.* 33.

Senectus pro infirmitate existimatur. cons. 73. *num.* 17.

Sententia lata contra hæredem an noceat legatarijs remissiuè. cons. 2. *num.* 38.

Sententia lata contra solitum ordinem iudicierium est ipso iure nulla cons. 2. *num.* 58.

Sententia lata in vno Iudicio, vt pariat exceptionem rei iudicatæ in alio, tria copulatiuè debent concurrere, quæ recensentur. cons. 3. *nu.* 2.

Sententia dicitur prolata ex illa causa, quæ per Iudicem fuit in ipsa expressata. cons. 3. *num.* 4.

Sententia lata super incidenti, tunc parit exceptionem rei iudicatæ, quando fuerit sollemniter cognitum, sicut si ordinariè actum fuisset, & quod pars conata fuerit probare. cons. 3. *nu.* 6. *&* 7.

Sententia lata cum legitimo contradictore, nocet successoribus, etiam non citatis, & transit in rem iudicatam, & facit de albo nigrum, cons. 18. *nu.* 5. *&* 6.

Sententia lata articulo indeciso existente de medio est nulla. cons. 75. *nu.* 1. *Fallit quoties articulus est cauillosus nu.* 2. *non obstante protestatione, & comminatione nullitatis. nu.* 3. *& quid, quando articulus esset dubius. nu.* 4.

Sententia lata contra testes de falso accusatos, non præiudicat producenti, nec eius probationes debilitat. cons. 75. *nu.* 10.

Sententia præcipitanter lata est valida, quoties subest timor peremptionis instantiæ, Amplia, vt etiam sit valida, si fuerit parte præsente, & non contradicente lata. cons. 75. *nu.* 19. *&* 20.

Sententia arbitrorum liquidat, & declarat debitum. cons. 77. *nu.* 5.

Sententia arbitrorum habet executionem paratam. cons. 77. *nu.* 6.

Sententia lata contra minorem indefensum est nulla. cons. 92. *nu.* 5. *Amplia, etiam si ab initio fuisset defensus, sed in medio litis destitutus. nu.* 6. *Ratio. num* 7.

Sententia diffinitiua lata in iudicio appellationis contra minorem indefensum non est nulla. cons. 92. *nu.* 9.

Sententia lata contra minorem indefensum non est nulla, si eius tutor fuerint dati omnes terminj necessarij. cons 92. *num.* 10. *Ratio nu.* 12.

Sententia quæ transit in rem iudicatam, facit de albo nigrum, & de non debito, debitum. cons. 6. *nu.* 69.

Sententia lata contra authorem, nocet successori, & in causa sua nocet omnibus. cons. 6. *nu* 70.

Sententia declaratoria, quæ non potest proferri contra omnes, si est latanulla, est. cons. 1. *nu.* 112.

Sententia vt faciat notorium, oportet, vt sit diffinitiua, vel vt transierit in iudicatum. cons. 1. *num.* 131.

Sententia est nulla ex notoria iniustitia, & nunquã transit in iudicatum. cons. 1. *nu* 150 *&* 151.

Sententia iniusta non debet à Iudice exequi, etiam parte non opponente de iniustitia. cons. 1. *n.* 152.

Sententia excommunicationis an possit proferri sine causæ cognitione, & an debeat intercedere trina citatio. cons. 27. *num.* 5. *&* 6. *Et an fiat vnico monitorio, & personalis. nu* 7. *& quid in notorio. nu.* 8.

Sententia excommunicationis prolata post tentatum grauamen, & emanatas literas, est nulla. cons. 27. *num.* 12. *Ratio. nu.* 13.

Sententia inter alios lata non nocet tertio, secus quò ad eum, contra quem est lata. cons. 25. *nu.* 16. *&* 17. *Idem de probationibus in illo iudicio factis, super quibus lata est sententia. cons.* 25. *num.* 18.

Sententia lata in causa propria est nulla, cons. 85. *num.* 8.

Sententia lata non parit exceptionem rei iudicatæ, quando Iudex cognoscit de quæstione incidenti, si nõ poterat principaliter cognoscere. cons. 3. *n.* 13.

Sententia & prouisio regulatur secundum naturam obligationis, cuius vigore fuit lata. cons. 43. *num.* 5.

Sententia lata citato habente principale interesse, an noceat alteri non citato habenti interesse in consequentiam. cons. 2. *num.* 37. *Declara num.* 39. *&* 40.

Sententia, & processus quando sunt nulli, sunt repetenda omnia acta ab integro. cons. 3. *num.* 13.

Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam habetur pro ipsa veritate. cons. 23. *num.* 26. *&* 102.

Sententia contra sententiam est nulla. cons. 33. *num.* 17.

Sententia lata cum legitimo contradictore, nocet omnibus successoribus, & etiam tertijs, quando agitur de iure afficiente ipsam rem. cons. 33. *nu.* 2. *&* 16.

Seruiens absque vlla spe salarij, sed sub spe remunerationis, si remunerationem non consequitur, salarium petere non potest. cons. 90. *num.* 40.

Seruitia dicuntur legitimè probata, si enuncienur à supremo Principe, eò magis, data aniquitate temporis, & sufficit, Principem semel merita liberalitate pariatud i casse. cons. 23. *nu.* 45. *&* 46. *Ratio, nu.* 47 *Seruitus*

Seruitus transeundi per locum alterius an præscribatur, & quando. cons. 33. nu. 4. 5. & 6.

Seruitus vt probetur vrgentes probationes requiruntur. cons. 33. nu. 9.

Seruitus potest acquiri loco priuatorum, & quando procedat. cons. 6. nu. 62. & 63.

Seruus non potest in testem admitti, & admissus nullam fidem facit. cons. 47. nu. 7.

Sforz. Odd. opinio de restitut. in integr. quæst. 72. in qua tenet sufficere, si fumus iniustitiæ appareat, vt restitutio concedatur, refutatur. cons. 90. num. 8. Ratio nu. 9.

Simulatio probatur præsumptionibus, & coniecturis, & duæ sufficiunt. cons. 34. num. 5. & 6. Et quando non. nu. 13. & 14.

Simulatio, & collusio ex multitudine actuum colligitur. cons. 34. nu. 23. & cons. 54. num. 3.

Simulatio contractus ex pluribus probari debet. cons. 60. num. 27.

Sindicus Messanæ in Contraprivilegijs est reus, non actor, iuxta terminos in l. diffamari. quod procedit etiam in Ecclesiasticis. cons. 2. post 2. n. 35.

Socer habet beneficium deducto ne egeat, Intellige, nisi sciens, se non posse dotem præstare contraxerit. cons. 38. nu. 59.

Socer obtinet locum patris. cons. 44. num. 5.

Socero non debetur minor reuerentia, quàm patri. cons. 44. num. 6.

Societas inter virum, vxorem, & filios, operatur translationem dominij in quemlibet, absque traditione, immò & possessionis. cons. 15. num. 33. 34. & 37.

Societas resoluitur morte vnius ex socijs, & an existentibus filijs continuetur, donec fiant diuisiones. cons. 15. num. 35.

Societas non dicitur neque contracta, neque continuata inter fratres, qui remanserunt in eadem domo, & apoteca, & indiuisum tenuerunt patrimonium, nisi lucra ad inuicem communicauerint. cons. 57. nu. 20.

Societas non est contracta inter fratres simul habitantes, si vnus non potest incumbere negotijs, ex quo sit minor, vel sit in studijs. cons. 57. nu. 21.

Societas non transit ad hæredes. cons. 57. num. 22. Ratio. num. 23.

Societas omnium bonorum vt contrahatur, requiritur expressa consentio. cons. 57. num. 24.

Societas cum infante non potest contrahi, quia is non habet nec velle, nec nolle. cons. 57. nu. 25.

Societas introducta ex statuto Messanæ inter virum, & vxorem ob natiuitatem filiorum, ob mortem vnius, scilicet viri, vel vxoris, statim resolvitur, cons. 57. nu. 1.

Societas non potest resolui voluntate vnius ex socijs, sed amborum. cons. 57. nu. 3.

Societas inducta per statutum Vrbis Meßanæ, conditionem casualem continet. cons. 66. nu. 29. & cons. 71. num. 9.

Societas coniugalis introducta per Cap. 1. Statut. Vrbis Messanæ, locum habet, etiam, si filius ex inciso matris vtero nascatur. cons. 71. nu. 3. & 4.

Societas ex statuto Messanæ Vrbis inter coniuges, etiam posthumi natiuitate dicitur introducta. cons. 71. num. 5.

Societas coniugalis ex statuto Meßanæ, communicat omnia bona, etiam illa, quæ pater abutendo nondum natis filijs alienauit. cons. 71. nu. 8.

Societas dispositione juris communis inter plures contracta, morte vnius resoluitur, quò ad omnes. cons. 57. num. 12.

Societas ex statuto Messanæ resoluta per mortem matris, non dicitur continuata inter patrem, & filium, si filius erat minor, qui in nihilo seruiebat, & eius portio competens sibi vix sufficiebat pro alimentis. cons. 57. nu. 13.

Societas coniugalis dissoluta per mortem vxoris, non continuatur inter patrem, & filios superstites, quia in bonis filiorum pater habet vsumfructum propter administrationem, licet secus, quando fuerit dissoluta ob mortem viri. cons. 57. nu. 14.

Societas morte socij vt dicatur continuata, requiruntur multa. Et declaratur Nepit. consuet. Catin. vnic. tit. 12. num. 28. & num. fin. cons. 57. num. 31.

Societas ex lege inter coniuges contracta, continuatur inter superstitem, & filios, vsque ad diuisionem, si sunt maiores. cons. 57. nu. 33.

Societas contracta ad tempus, elapso tempore, si nihil est dictum, dicitur prorogvta. cons. 24. nu. 1. Ratio. nu. 2.

Societas potest continuari expresse, & tacite, & tacitus consensus quomodo ostendatur. cons. 24. nu. 3. 4. & 7.

Societas coniugalis introducta per Cap. 1. statut. Nobilis Vrbis Messanæ natis filijs statim, & incontinenti dicitur contracta, & inter eos ipso iure transfertur dominium. cons. 71. nu. 1. & 2.

Societas est contractus bonæ fidei, & consensu perficitur cons. 57. nu. 26. & cons. 58. nu. 20. & 21. Et non solum expreßo, sed tacito consensu. nu. 22.

Societas species est amicitiæ, & fraternitatis. cons. 58. num. 1.

Societas lucrosa semper præsumitur, & capitale saluum. cons. 55. num. 12.

Societas non præsumitur continuata, vbi actus sunt difformes. cons. 57. nu. 29.

Societas non solùm per testes singulares, sed etiam per coniecturas probatur. cons. 58. num. 19.

Societas non requirit scripturam. cons. 58. nu. 18.

Societate inoroducta per statutum Messanæ inter coniuges natis filijs, communicantur tum illa bona, quæ ipsi coniuges possidebant nuptiarum tempore, quàm etiam illa quæ exinde per eos acquisita fuere. cons. 66. num. 28.

Societate finita, si adsunt effectus, & nomina debito-

debitorum, inter socios diuidenda sunt. cons. 56. num. 26.

Societatem pupillus contrahere non potest, neque tacitè, neque expressè, cons. 57. num. 27.

Societatis particularis ea est natura, vt qui plus posuit capitalis, plus lucri consequatur. cons. 58. nu. 31.

Societatis substantia est, vt in ea ponatur, res, aut opera, aut industria. cons. 57. nu. 28.

Societatis contractus nullam tribuit actionem ad quantitatem, sed ad factum, idest, ad computorum redditionem, & quomodo fiat. cons. 58. num. 22.

Societatis natura est, vel quomodo industriam cum pecunia conferant, vel saltim, quod vnus pecuniam, & alter industriam. cons. 57. nu. 18.

Societatis contractus executionem habent paratam. ex ritu. 114. cons. 59. nu. 30. & declaratur ritus. num. 31.

Societas firma inspicienda est, & quam contrahendi authoritatem habeat socius. cons. 55. num. 6.

Socij præponentes aliquem ad libri confectionem, proinde est, ac si ipsi confecerint. cons. 58. nu. 8.

Socio asserenti librum, ex sociorum mandato scripsisse non creditur, licet præsumptionibus potest probari. cons. 58. nu. 6. & 7.

Socius potest conueniri pro capitale, nondum calculatis computis, quia liquidum, & certum est capitale. cons. 56. nu. 3. Contra. nu. 4. Declara. num. 5. & 6.

Socius in dissolutione societatis tenetur cauere consocium de soluendo ære alieno. cons. 56. nu. 13.

Socius in dubio præsumitur contraxisse nomine proprio. cons. 34. nu. 35. Ratio num. 36. Fallit, si sint coniecturæ, & præsumptiones in contrarium. nu. 37. Quid, si in libro sit scriptum, emisse nomine societatis. nu. 38. Et si recusat edere librum, præsumitur contra recusantem. nu. 39. Et quando ad solum contrahentem pertinere non possit. nu. 47. Et quando oritur delictum. nu. 48. Et quando valet actus. nu. 49.

Socius emens nomine proprio, & soluens de pecunia societatis, committit furtum. cons. 34. num 43.

Socius, quando soluit de pecunia societatis, præsumitur communi nomine emisse. cons. 34. num. 45. Ratio. nu. 46.

Socius licet non habeat in mandatis, tamen si constet, debitum in societatis beneficium conuersum fuisse, societatem obligat. cons. 55. nu. 7. Intellige nu. 8.

Socius omnium bonorum, si quid emat nomine proprio, dicitur commune. cons. 21. num. 3. Ratio. num. 6.

Socius elapso tempore societatis potest petere diuisionem fieri. cons. 21. nam. 7.

Socius in re communi habet dominium, & possessionem pro sua portione, & facta assignatione de tota, habet pro tota, & cessat quò ad alia bona. cons. 21, nu. 14. & 15.

Socius executiuè conueniri non potest, nisi tota ratio sit calculata, esto aliqua partita sit liquida, nec socij fideiussores, licet amplissimis verbis obligati, sed prius debet fieri liquidatio cum principali. cons. 59. nu. 25. & 26.

Socius debet librum conficere, & illum socio exhibere. cons. 58. num. 2. & 3. & cogitur non solum officio Iudicis, sed iure actionis pro socio. num. 4.

Socius non potest librum rationum scribere, nisi præcedente mandato expresso aliorum sociorum. cons. 58. num. 5.

Socius, qui est arca, finito tempore non dicitur constitutus in mora, nisi interpelletur. cons. 24. nu. 56. Ratio. num. 57.

Socius de iure potest alienare, & alienata computat in eius parte. cons. 57. nu. 53.

Socius, qui plus ponit in societate, plus debet de lucro participare, & data æqualitate, æquale debet esse lucrum, aliàs pactum inducens disparitatem non valet. cons. 57. nu. 58. & 59. Fallit. num. 60.

Socius iudicio ordinario conuenitur ad computorum redditionem. cons. 60. nu. 28.

Socius quando possit obligare socium. cons. 34. nu. 2. 27. & 28. Et an sufficit, quod appareat per æquipollens, quod contraxit nomine societatis. num. 34.

Socius non potest sentire commodum de societate, qui non sentit damnum conferendo industriam, vel pecuniam. cons. 57. nu. 17.

Socius ponens in societate operam, dicitur ponere pretium operæ. cons. 57. num. 19.

Socius nomine proprio contrahens, solus ipse obligatur, & non cæteri socij. cons. 55. nu. 4. Amplia. nu. 5.

Socius de re cõmuni vltra portionem suam disponere non potest, & vt valeat contractus, requiritur consensus omnium sociorum, nec sufficit consensus maioris partis nec vnius socij habentis maius ius. cons. 13. nu. 6. Intellige. num. 7. & 10. Amplia nu. 8.

Socius, quando nihil dixit, & quando non habet iustam causam contradicendi, habetur pro consentiente. cons. 13. num. 9.

Sollemne si non est exhibitum in Iudicio iuxta consuetudinem Vrbis Messanæ, habent vicini, & consanguinei triginta annos ad retrahendum. cons. 94. nu. 20. Amplia. num. 21.

Sollemnitas quælibet à iure requisita ex lapsu trigintà annorum præsumitur. cons. 69. nu 5. Amplia num. 6. & 7.

Sollemnitas in alienatione bonorum Ecclesiæ est tractatus, & de eo debet constare ante alienationem. Item etiam est consensus Summi Pontificis. cons. 20. num. 11.

Sollemnitas extrinseca in quolibet actu præsumitur ex temporis diuturnitate, quamuis Notarius eam in actu non expresserit. cons. 79. num. 26.

Sollemnitas ex sola visione actus non excluditur, si ea posuit actum vel præcedere, vel subsequi. cons. 79. nu. 27.

Sollemnitas eadem requiritur in contractu, quæ in distractu. cons. 60. nu. 16.

Soluens vsuras non dicitur agnoscere debitum, nisi per continuum decennium, & ex certa causa soluisset, nec sufficit vna solutio per decennium. cons. 51. nu. 6.

Soluens ad complementum, censetur antea soluisse reliquum. cons. 69. nu. 4.

Soluens anticipatim dicitur plus soluere, & importat maius pretium. cons. 13. nu. 1. & cons. 72. num. 16.

Soluens alteri, non excluditur posse ab eodem petere, quod ipse recipere debet. cons. 47. nu. 12.

Soluens pro executione contractus, dicitur contractum ratificare, & per ratificationem dicitur primus actus à ratificante factus. cons. 30. num. 39.

Soluens vigore contractus vsurarij, non dicitur illum approbare, sed potest vsuras repetere, etiam si scienter soluerit. cons. 73. nu. 56.

Soluens, in duriorem causam præsumitur soluere. cons. 60. nu. 36.

Soluens coactè debitum alienum, cedenda sunt iura. cons. 68. nu. 24.

Soluere si quis se obligauit renunciando priuilegio fori, vbicunque fuerit inuentus, potest adstringi. cons. 24. num. 28.

Soluere promittens certo loco non potest penitere, si vltra renunciauit suo foro, & si non inuenitur in loco destinato, debet remitti ad locum vbi promisit. cons. 24. nn. 35. & 36.

Soluere realiter dicitur, & actionem extinguit, qui volente creditore nomen debitoris in solutum dat cons. 51. num. 11.

Solutio ex diuturnitate temporis, præsumitur facta. cons. 51. nu. 2. Et quando. nu. 6.

Solutio indebita vsurarum ipso iure imputatur sorti. cons. 9. nu. 4. Ratio. nu. 5.

Solutio pretij capitalis Bullæ, debet esse contemporanea formationi contractus. cons. 13. nu. 29.

Solutio pensionis retardari non debet ob pendentiam litis. cons. 31. nn. 8. & 10. Amplia. nu. 11. Ratio. num. 12.

Solutio facta pro interesse cambiorum, & pro capitale, prius cedit ad extinguendum cambium, & inde ad extinguendum capitale. cons. 35. nu. 1.

Solutio non præsumitur, cùm sit facti, & eam alleganti incumbit onus probandi. cons. 47. nu. 2.

Solutio præsumptionibus, & coniecturis quandoque probatur. cons. 47. nu. 3.

Solutio pretij diminuta censetur, per solutiones dimissas. cons. 76. nu. 16.

Solutio in duriorem causam cedit, & indebitum quod peti potest, non autem in eo, quod peti non potest. cons. 55. nu. 13. & 16.

Solutiones erroneæ possunt repeti. cons. 51. nu. 8.

Solutionis eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, quæ amplius non reuiuiscit. cons. 58. num. 40. & 41.

Solutum pro causa indebita computatur pro causa debita, & illam extinguit. cons. 73. nu. 58.

Sors debet esse demortua, secus, quando interest creditori. cons. 14. nu. 7. & 8.

Specialia plura circa idem concurrere non possunt. cons. 56. num. 8.

Spes incerta in communione omnium bonorum non venit. cons. 71. nu. 16. Ratio. nu. 17.

Spolians non auditur in defensionibus, nisi rem spoliatam prius restituat. cons. 63. nu. 37. Amplia. in expensis fructibus, damnis, & interesse. num. 38. esto illiquida.

Stabilia ex statuto Messanæ filijs competunt, non ex matris dispositione. cons. 71. num. 24.

Stabilia ex dispositione Statuti Messanæ æqualiter ad filios pertinet, nec inæqualiter potest mater in eos disponere. cons. 71. nu. 28.

Statuti beneficio qui vti vult, omnia in Statuto contenta adimplere debet. cons. 73. num. 4.

Statuti ratio sufficit, velut sit expressa, vel coniecturis colligatur. cons. 72. nu. 4.

Statuti intentio, siue ratio ex præfatione conijcitur, quæ causam finalem ostendit. cons. 72. num. 5.

Statuentium mens, & non verba sunt attendenda. & procedit regula (si interrogati fuissent) cons. 66. nu. 56.

Statuto caueri potest, vt alicui restitutio in integrum non concedatur. cons. 90. num. 3.

Statutum Messanæ, quod permittit affirmatiuè patrem posse testari, non negat alios actus dispositionum permissos à iure. cons. 75. num. 51. vbi ratio.

Statutum Messanæ non est, quod permittat affirmatiuè posse patrem testari, cùm sit de iure publico talis facultas, licet per Statutum possit tolli talis facultas, ratione certæ personæ, & bonorum, & in matre est ita per Statutum sub cap. 5. cons. 57. num. 52.

Statutum dum dicit, si pater moriatur testatus, eius stabitur testamento, non ex hoc tollit, neque dat potestatem disponendi inter viuos, sed vsus est verbo communi, cùm testamentum competat morientibus. cons. 57. nu. 54.

Statutum loquens de testamento, non excludit alios actus inter viuos, quia videtur loquutum fuisse ratione frequentioris vsus. cons 57. nu. 55.

Statutum de soluendis gabellis, nemine excepto, non ligat eos, qui habent amplissimum priuilegium, vt in omni loco sint exempti. cons. 80. nnm. 34.

Statutum Messanæ vocat communia bona remansa

post mortem vxoris, vnde acquisita per patrem exinde non dicuntur communia. cons. 57. nu. 6.
Statutum Messanæ mandans, quod natis filijs sit inducta societas, & bona sint communia, est exorbitans, & ideo strictè intelligendum, vt minus lędat ius commune, & interpretationem accipiat á iure communi. cons. 57. num. 7. & 11.
Statutum Messanæ loquens de viro, & vxore, de illis loquitur, inter quos cõsensu contractũ, & copula consumatum fuit matrimoniũ. cons. 66. n. 30.
Statutum Messanæ de bonis viri, & vxoris loquens intelligitur de præsentibus, & futuris, prout in societate vniuersali. cons. 66. num. 31.
Statutum quoties requirit authoritatem Generalis, & Prouincialis, an sufficiat authoritas Visitatoris generalis in alienatione bonorum Ecclesiæ, & quæ sit authoritas Visitatoris. cons. 70. nu. 23.
Statutum seu Princeps si concedit alicui potestatem testandi, intelligitur secundum iuris ordinem. cons. 87. nu. 23.
Successor in feudo via executiua conuenitur. cons. 88. num. 2.
Statutum ex quo non præfigit terminum, quando instrumentum dicatur sollemne, dispositione iuris communis spatio triginta annorum dicitur sollemne. cons. 37. nu. 29. Fallit. nu. 30.
Statutum Messanæ super retractu non respicit tempus venditionis sed sollemnizationis instrumenti, quo tempore omnes, qui sunt vicini, vel consanguinei admittuntur. cons. 37. nu. 33.
Statutum si requirat certas sollemnitates in contractibus mulierum non procedit, quoties mulier contrahit cum patre, vel cum eius interuentu. cons. 26. nu. 30.
Statutum dans viduæ decem pro centum, donec dos restituatur, validum est. cons. 45. nu. 15.
Statutum Vrbis Messanæ de retractu gradatim vocat vicinos ad retractum, & sic primò proximiores cons. 46. nu. 23.
Statutum mandans, quod pro quolibet contractu soluatur gabella, intelligitur de contractu dominij translatiuo, & non comprehendit contractum diuisionis. cons. 21. num. 17.
Statutum Messanæ sub cap. 20. an procedat etiam, quando matrimonium est contractum ad vsum Romanorũ. cons. 12. nu. 34. Et delcaratur. n 35.
Statutum si mandat Iudicem debere condemnare victum in expensis, vt aliquid operetur, num intelligatur etiam si habet iustam causam litigandi cons. 23. num. 58.
Statutum declarans ius antiquum, quod erat controuersum, etiã præterita cõprehendit. cons. 88. n. 9.
Statutum recipit interpretationem, & restrictionem á iure communi, vt tertio non fiat præiudicium, etiam si Verba remanerent elusoria. cons. 1. n. 87.
Statutum excludens matrem existente paterno, an dicatur excluisse furorem. cons. 53. nu. 65. 67. & 73. Quid pro conseruanda agnatione. nu. 73.
Statutum ex ratione idemptitatis ad casum omissum extenditur, quia ratio generalis oẽs casus complectitur, sicut genus species. cons. 72. nu. 6.
Statutum si tollat obseruantiam, & consuetudinem, non comprehendit interpretatiuam. cons. 2. post 2. num. 56. & cons. 3. num. 66.
Statutum vnum, per aliud declarari non est nouum. cons. 66. num. 38.
Statutum Messanæ sub cap. 27. decernit mulierem nullum actum in mariti præiudicium facere posse. cons. 47. num. 6.
Statutum generaliter loquens, an comprehendat minorem remissiuè. cons. 94. num. 25.
Stipulatio Notarij pro absente, vbi non interuenit non dicitur ius acquisitum, idem in pacto in fauorem tertij. cons. 51. nu. 17. & 18.
Stipulatio recipit interpretationem à causa præcedenti. cons. 20. nu. 10. (num. 27.
Stipulatio non requiritur in expromissore. cons. 20.
Stipulatione Notarij acquiritur ius irrenocabiliter. cons. 43. num. 15. Intellige. num. 16.
Straticotiales Iudices sunt Regij Delegati in decisione Contrapriuilegiorum. cons. 3. nu. 31.
Straticotialis Curia semper in possessorio ex immemorabili consuetudine terminauit omnes causas tam feudales, quàm iurisdictionales, & omnes alias inter laicos, & personas Ecclesiasticas, & decisiones recensentur. cons. 2. post 2. num. 21.
Straticotus, & Iudices sunt Iustitiarij, & habent merum, & mixtum imperium. cons. 23. nu. 71. & 82. Etiam in districtu, & quid cognoscant Capitanei Terrarum in districtu, & quid Straticotus in visita, & recensentur priuilegia. nu. 72. 84. 85. 86. & 87. Recensentur actus iurisdictionales facti per Archimandritam, & quod fuerunt decisi tendere contra priuilegia. nu. 101.
Straticotus, & Senatus Messanæ eligunt Caporales, & prouisionatos in Casalibus. cons. 6. nu. 35.
Straticotus Vrbis Messanæ omnia potest, quæ Romani poterant, habetque merum, & mixtum imperium, & pariter eiusdem Vrbis Senatores eadem funguntur potestate, qua Romani Senatores fungebantur. cons. 1. nu. 12.
Subiectio Casalis erga Ciuitatem, seu Terram probatur, si est sub extimo illius, quò ad collectas, taxas, & gabellas. cons. 23. num. 19.
Subingatio potest fieri super bonis donatis, quoties per illam donationem non est translatum dominium, neque possessio. cons. 18. num. 25.
Subscriptio operatur, ac si tota scriptura esset manuscribenti? facta. Idem si tota manu alterius fuisset scripta, & subscripta, & constat, quod fuit facta de mandato eius, qui debebat se subscribere. cons. 19. nu. 50. & 51.
Subsequens actus declarat animum contrahentium de præterito. cons. 57. num. 30.
Substitutio facta in contractu de omnibus bonis, potest ad libitum reuocari. cons. 53. nu. 26.

Substitutio facta in primo testamento, an dicatur repetita in secundo, si de ea nulla fit facta mentio. cons. 53. num. 28.

Substitutio non inducitur in casu a testatore non expresso. cons. 53. num. 36. & 37. vbi ratio.

Successio secundum iuris ordinem regulatur præsumptione contrahentium. cons. 53. nu. 51.

Substitutio euanescit, si viuente Monacho moritur substitutus, nam tunc succedit Monacho Monasterium. cons. 8. nu. 3.

Substitutio facta à naturali sub conditione, si hæres sine filijs decesserit, non habet locum mortuo hærede, relicto filio naturali. cons. 80. num. 11.

Successor singularis tenetur stare colono. cons. 65. num. 1.

Superior cauere tenetur, ne quis sibi mortem conscisçat, & potest prohibere, ne quis domum ingrediatur, in qua bona infecta reperiuntur. cons. 83. nu. 18. & 19.

Surd. decis. 45. declaratur. cons. 41. nu. 43.

T

TAcitum non operatur plus, quàm expressum. cons. 3. nu. 34.

Taciturnitas non nocet, vbi tacens scit ius suum durare. cons. 2. num. 95.

Tantum, dictio, est taxatiua, & quid importet. cons. 25. nu. 6.

Tandundem, ratio, procedit etiam, respectu fructuum perceptorum, & procedit etiam contra hæredem hæredis. cons. 61. num. 22.

Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. cons. 50. num. 8. Limita, vt ibi.

Tempus antiquum quod sit. cons. 23. num. 131.

Tempus quatuor dierum, dicitur modicum tempus, vt possit mora purgari, nonnulli autem bimestre tempus appellant modicum. cons. 56. nu. 27. & 28. Sed est arbitrarium Iudicis. num. 29.

Tempus trium dierum datum ad sollemnizationem contractus ad exclusionem habentium ius retractus currit irreparabiliter. cons. 94. nu. 16.

Tenimentum significat Vniuersitatem respectu sui nominis, non autem iurisdictionem, quæ non est ex eadem materia, sed diuersa. cons. 1. nu. 69.

Tenuta, quæ citationis defectu est nulla, non debet reuocari, si in meritis est confirmanda. cons. 54. num. 22. Amplia in captura nulla eiusdem citationis defectu. num. 23.

Terminus ad reprobandum ob periculum peremptionis instantiæ abbreuiari potest. cons. 75. nu. 17.

Terræ Sabucæ est de districtu Messanæ, & habet eius Casalia, & Territorium, inter quæ est Casale Vetus. cons. 23. num. 1. 2. & 99.

Terræ districtuales, & eorum Casalia, quæ sint remissiue. cons. 23. num. 3.

Territoria duo habet Vrbs Messana, & vtraque in confinibus vocantur (lo Dueto) cons. 6. nu. 21. & 22.

Territorij confines quibus modis probari possunt. cons. 6. nu. 23. 24. 28. 31. 32. 36. 39. 47. 48. 50. & 53.

Territorij fines probantur exactione gabellarum. cons. 6. num. 28.

Territorij dominium probatur, si testes deponant vidisse, quod sibi fiebat solutio collectarum. cons 6. num. 29.

Territorij, & Vrbis Messanæ iurisdictio est vnica, indiuidua, & incorporalis, & respicit æqualiter totũ, & quamlibet partem illius, & ita Casalia sicut Vrbem. cons. 1. nu. 28. & cons. 23. nu. 31.

Territorio concesso, & feudo cum Vassallis, etiam concessa videtur iurisdictio. cons. 2. nu. 28.

Territorio concesso, censetur concessa non solum simplex iurisdictio, verùm etiam & mixtum imperium, ac omnia regalia Territorio cohærentia. cons. 1. nu. 10. Fallit in Regno stantibus Constitutionibus.

Territorio cohæret iurisdictio, cons. 6. nu. 38.

Territorium potest esse sine iurisdictione, & è contra. cons. 1. nu. 72.

Territorium, & Ciuitas sunt vna & eadem res. cons. 1. num. 31

Territorium ita se habet ad Ciuitatem, quemadmodum accessorium ad principale, cons. 1. nu. 32.

Territorium non recipit alterationem propter diuisiones factas Casalium in eo existentium, sed idẽ semper iudicatur. cons. 2. num. 36.

Territorium aliud est habere, & prædia sita in illo. cons. 6. num. 77.

Territorium vnde dicatur. cons. 2. nu. 33. & cons. 6. num. 37.

Tertia portio competens filijs ex statuto Vrbis, est loco legitimæ, & portio materna est loco dotis. cons. 19. nu. 76. & habet omnia dotis priuilegia. nu. 77. & cons. 57. num. 35.

Tertio licitatori si fiat adiudicatio, habita fide de pretio, consentiente tamen creditore exequente non est nulla. cons. 92. num. 26. Ratio. nu. 27.

Tertio si fiat cessio, ex legis æquitate procedit, illa autem, quæ fit fideiussori ex ratione contractus prouenit. cons. 68. num. 20.

Tertium statutarium filijs competens in legitimæ locum subrogatur, & pater non potest eo abuti, sed im vti ad cõmodũ societatis. cons. 66. n. 50. & 51

Tertium statutarium matri competens succesſit loco dotis, & ipsa est domina, licet filij succedant post eius mortem. cons. 61. nu. 27. & habet priuilegia dotis. cons. 66. nu. 49. & cons. 71. nu. 20.

Tertius cuius pecunia anterior creditor dimissus fuit cum pacto de ingrediendo in eius iura, anteriorem acquirit hypotecam, agendo, & excipiendo. cons. 63. nu. 10.

Tertius non præiudicatur, qui medio tempore contraxit ob concessionem pacti ad discursum factam creditori, qui absque hoc pacto antea contraxerat. cons. 63. nu. 19.

Tertius conuentus, quamuis alleget vinculum prædij per eum possessi, si tamen constat, quod habeat tandundem in bonis, & quod sit hæres, tenetur. cons. 61. num. 21.

Tertius, ius primi creditoris non consequitur, si cum eius pecunia fuerit soluta sors cum reliquis, & sic extinctum capitale absque pacto subintrandi in creditoris iura. cons. 63. num. 13. Amplia. num. 14. Fallit. num. 15. Ratio num. 16.

Tertius etiam interessatus, qui soluit liberat emphiteutam, & conseruat ius ipsius. cons. 50. nu. 19.

Tertius conuentus actione hypotecaria non tenetur soluere debitum quanti importat, sed prædij possessi extimationem, iuxta valorem alienationis tempore. cons. 68. num. 28.

Tertius rei subingatæ, possessor executiuè conuenitur, etiam super alijs bonis proprijs, & etiam de persona ex Priuilegio Bullæ. cons. 68. nu. 29.

Tertius non potest dicere de nullitate decretorum, post eorum appellationem factam per principalem quemadmodum è contra non prohibetur per approbationem, post tentatam nullitatem subsequutam. cons. 69. num. 21.

Tertium filiale, & paternum, filijs à statuto delatum, etiam cum fructibus competit à die mortis patris. cons. 71. num. 7.

Tertius executiuè non conuenitur, sed ordinariè, & facta discussione, quamuis agat mulier ad dotis restitutionem pro re indiuidualiter hypotecata. cons. 88. num. 5.

Tertius quando prædium est specialiter subiugatum vt possit conueniri, an testes debeant deponere de dominio tempore subiugationis, & quid quando est dictum super omnibus, & singulis. cons. 9. num. 1.

Tertius possessor semel ac fuit positus in quindena, nihil relenatur ex relaxatione bonorum, etiam per decretum exinde factum. cons. 9. num. 41. Ratio. nu. 42.

Tertius possessor, qui sibi accollauit soluere censum, quo in casu non tenetur, & quando gaudeat Pragmatica quamdiu, & quid si probatur, quod est Dominus. cons. 9. nu. 44.

Testamenta ascendentium, & descendentium, eodem modo regulantur. cons. 64. num. 42.

Testamenti primi qualitas an censetur repetita in secundo. cons. 53. nu. 29. & 33. Amplia nu. 30.

Testamentum filijfamilias non valet. cons. 87. nu. 6.

Testamentum patris est testamentum filij impuberis. cons. 19. nu. 39.

Testamentum descendentium, præteritis ascendentibus est ipso iure nullum. cons. 64 nu. 1. & 27. & è conuerso, etiam descendentibus non contradicentibus. nu 3. Ratio. nu. 4. Amplia. nu. 17.

Testamentum primum dicitur reuocatum per secundum. cons. 53, nu. 31. & 34. Amplia. nu. 32. & 35.

Testandi potestas operatur, quod possit vendere, & faccre quamcunq; alienationem. cons. 15. nu. 47.

Testari cui est permissum, potest vendere, & facere omnes actus inter viuos. cons. 57. nu. 57.

Testator eo ipso quod vinculauit bona, visus est voluisse conseruare familiam, & descendentiam. cons. 5. num. 32.

Testator dicitur se conformare dispositioni statuti. cons. 5. nu. 41.

Testator si fuisset interrogatus, ita respondisset verisimiliter, quando procedat hæc præsumptio. cons. 53. nu. 38. 39. 40. & 41.

Testator potest legatarium grauare, sicut hæredem. cons. 81. num. 4.

Testator si post mortem hæredis vocat illos, ad quos de iure spectat. non dicitur vocasse proximiores suos. cons. 53. num. 52.

Testator si nupsit iuxta formam statuti Messanæ, in testamento sufficit, quod vtatur verbo (recognosco) absque eo, quod dicat, titulo institutionis, nam vtitur eo verbo, quo loquitur statutum, & vbi conueniunt verba conuenit, dispositio. cons. 57. num. 42.

Testatorem non sufficit aliquid velle, nisi aliquo modo disponat. cons. 7. nu. 49.

Testatoris voluntas an declaretur á testamento reuocato, & quid à testamento nullo, & imperfecto. cons. 53. nu. 45. 47. 48. & 50.

Testatoris voluntas in mente retenta nihil operatur, & debet transire in dispositionem. cons. 5. n. 51.

Testes parte incitata, & non dato termino non probant, secus in summario possessorio. cons. 23. num. 5. & 7.

Testes vt plenè probent, debent esse duo, vel tres, dummodo non sint interessati. cons. 23. nu. 67. & 68.

Testes etiam parte incitata probant in summario possessorio. cons. 2. num. 55. & cons. 2. post 2. nu. 66.

Testes producti quando iuuantur actis publicis, eorum depositio alijs testibus præualet, esto sint maiores numero. cons. 25. nu. 19.

Testes parte incitata non probant, & quando sufficiat probare eorum bonam vitam, stante morte sequuta. cons. 25. nu. 15.

Teste, actis publicis, & priuilegijs addicti præferuntur alijs, quamuis numero sint pauciores. cons. 1. nu. 96. & cons. 6. nu. 55.

Testes in alia causa, & inter alios receptos non probant, sed faciunt præsumptionem, & adminicula. cons. 62. nu. 5. & 6. Quod Iudicis arbitrio relinquitur. nu. 7.

Testes non integræ fidei, nec omni exceptione maiores, non sufficiunt ad plenam probationem. cons. 62. nu. 22.

Testes duo omni exceptione maiores, regulariter plenam fidem faciunt. cons. 62. nu. 23.

Testes duo sufficiunt in qualibet causa siue Ecclesiastica, siue profana. Amplia etiam in causa criminali.

minali. conſ. 60. num. 19. & 20.
Teſtes parte citata, & dato termino ad reprobandum plene probant. conſ. 61. num. 17.
Teſtes ſi aliqua incidenter in depoſitione dicant, inducunt præſumptiuam probationem, quæ ſufficit donec contrarium probetur. conſ. 40. nn. 31. 32. 33. & 34.
Teſtes etiam pauciores numero magis probant, ſi pro facto, quod deponunt, eſt iuris præſumptio. conſ. 33. nu. 13.
Teſtes contrarij non probant. conſ. 6. nu. 54.
Teſtes deponentes de valore prædij non probant, niſi per diſcurſum intellectus reddant rationem. conſ. 32. nu. 49.
Teſtes in alio Tribunali an probant, & quid quando tendunt ad eumdem finem. conſ. 9. nu. 45.
Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandam iuriſdictionem. conſ. 1. nu. 35. & conſ. 2. poſt 2. nu. 53.
Teſtes plures præferuntur paucioribus. conſ. 29. nu. 12. & conſ. 47. nu. 9.
Teſtes tres pleniſſimè probant, cùm in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. conſ. 30. nu. 11.
Teſtes non probant, quando eorum depoſitio refertur ad actus, niſi exhibitis actis. conſ. 19. nu. 17.
Teſtes non dato termino ad reprobandum non probant. conſ. 75. num. 18.
Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus. conſ. 33. nu. 11. Fallit. nu. 12.
Teſtibus metu excommunicationis deponentibus, maxima eſt adhibenda fides. conſ. 76. nu. 8.
Teſtibus veriſimilia deponentibus credendum eſt, etiam quod ſint minores numero. conſ. 72. nu. 10.
Teſtibus inueriſimilia deponentibus, nulla eſt adhibenda fides. conſ. 33. num. 10. & conſ. 72. num. 11.
Teſtibus de viſu deponentibus de metu, magis creditur, quàm mille de ſpontanea voluntate. conſ. 38. num. 20.
Teſtis de falſo accuſans, præſumitur potius id feciſſe ad litem inuoluendam. conſ. 75. nu. 16.
Teſtis dictum regulatur ex ratione. conſ. 6. nu. 56.
Teſtis ſe referens ad ſcripturam, & deponens de his, quæ poſſunt per ſcripturas apparere, ſi non exhibeantur ſcripturæ, non probant. conſ. 37. num. 39.
Teſtis Sacerdos obtinet vim duerũ. conſ. 40. nu. 13.
Teſtis ex dicto antiquorum, probat de facto antiquo. conſ. 40. num. 15.
Teſtis eſſe non poteſt ſeruus, & admißus nullam fidem facit. conſ. 47. nu. 7.
Teſtis duos patiens defectus, non facit fidem. conſ. 47. nn. 8.
Teſtis peſſimæ vitæ non probat, idem & inimicus. conſ. 29. num. 4. & 5.
Teſtis qui depoſuit, ſi deinde aliquid eius dicto addat, poſtquam eſt alloquutus partem, eſt ſuſpectus. conſ. 29. nu. 3.
Teſtis de falſo aliàs proſequutus, & condemnatus non probat. conſ. 29. nu. 8.
Teſtis vnicus non probat. conſ. 29. num. 10.
Teſtis, qui depoſuit metu monitorij, debet repeti in Iudicio ordinario, parte citata, & dato termino aliàs non probat. conſ. 29. num. 11. & conſ. 40. num. 14.
Teſtis depoſitio de tractatu, non probat contractum, qui conſiſtit in facti conſumatione. conſ. 32. num. 69.
Teſtis falſum deponens efficitur de illius Iudicis foro coram quo falſum depoſuit. conſ. 90. nu. 41.
Teſtis ſi fateatur ſe falſum dixiſſe, producenti non præiudicat. conſ. 75. nu. 11.
Teſtis contra producentem plenè probat, etiam quod ſit vnicus, licet eius dicto producens non vtatur. conſ. 72. nu. 12. & nu. 16. vbi etiam ſi de auditu deponat.
Teſtis vnicus de credulitate deponens contra producentem fidem facit. conſ. 72. num. 14. Contra. nu. 15. & tunc non ſufficit vnus.
Teſtis falſum dicens teſtimonium poteſt accuſari, vel coram Iudice ordinario, vel coram Iudice, apud quem falſum depoſuit, & datur præuentioni locus. conſ. 90. num. 43.
Teſtis bis deponens in eadem re, prima depoſitio præualet. conſ. 69. nu. 15.
Teſtis dictum ex ratione augetur, & diminuitur. conſ. 70. nu. 17.
Teſtis qui depouit de valore prædij, debet deponere minutatim, vt probet. conſ. 70. num. 19.
Teſtium depoſitio ſi viuatur aliys ſcripturis, operatur pleniſſimam probationem. conſ. 40. nu. 16.
Text. in l. á Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re Iud. non procedit in creditore exequente, cui bona adiudicantur, ſed in tertio poſſeßore. conſ. 92. num. 23.
Text. in l. ſi eo tempore. C. de remiß. pign. vocat tam conſanguineos, quàm extraneos. conſ. 54. num. 7.
Text. in l. creditoris arbitrio. ff. de diſtract. pign. non habet locum in feudis. conſ. 89. nu. 14.
Text. in l. quod ſcitis. C. de bon. quæ liber. & ibi Bart. declaratur. conſ. 53. num. 55.
Text. in l. 1. §. fin. ff. de iur. immun. non procedit quoties à fœmina immunitatis Priuileginm conceſſum fuerit, & loquitur in Priuilegio, non autem in beneficio. conſ. 80. num. 12. & 19.
Text. in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. etiam in præteritione paterna locum ſibi vendicat. conſ. 64. num. 2.
Text. in l. Tabernas. C. de contrahen empt. procedit data ſcientia emptoris conſ. 54. nu. 39.
Text in l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. non procedit in legatario, ſed in hærede. conſ. 81. nu. 22.
Text. in l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. procedit inter maritum, & vxorem, vel eorum hæredes, ſecus ſi inter vxorem, eius hæredes, & tertium. conſ. 61. num. 37.

INDEX.

Text. in l. nullum. C. de testib. cumulatiue procedit, non priuatiuè. cons. 90. num. 42.

Text. in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. declaratur. cons. 47. num. 17.

Timens molestiam sibi inferri potest via iuris agere, vt perpetuũ silentiũ imponatur. cons. 1. nu. 98.

Tituli, qui non sunt inter se contrarij, & vnius pinguius pronidet altero, ambo subsistunt. cons. 50. num. 7.

Totum qui dicit, nihil excludit. cons. 7. nu. 11.

Tractatus non attenditur, sed finis, quia multa tractantur, quę aliter perficiuntur, & multa dicuntur, quæ non fiunt, & multa fiunt, quæ non dicuntur. cons. 32. num. 68.

Trebellianica est quarta pars hæreditatis, quam hęres est grauatus restituere. cons. 8. nu. 14.

Trebellianica etiam cuilibet extraneo debetur, non prohibita à testatore. cons. 7. nu. 7.

Trebellianicam testator non potest prohibere filijs primi gradus, quod etiam procedit in legitimatis. cons. 8. nu. 8.

Trebellianica, & legitima potest etiam ab hæredibus grauati detrahi. cons. 8. nu. 11.

Trebellianicæ, & legitimæ detractio transit in emptorem bonorum. cons. 8. nu. 12.

Trebellianicæ, & legitimæ in portionem imputantur bona primo alienata, esto stabilia, seu mobilia. cons. 8. num. 13.

Turbatiui dicuntur actus, qui fiunt contra verum possessorem, & non probant possessionem. cons. 6. num. 78.

Tusc. in lit. C. conclus. 11. num. 15. & Bulla Pij Quinti Summi Pontificis de cambijss refertur. cons. 35. nu. 27. 28. 29 & 31.

Tutor administrans bona sui debitoris, præsumitur sibi soluisse. cons. 61. nu. 39. Amplia. nu. 40.

Tutor solitus residere in Villa, non tenetur sic exactè reddere computa, prout si resideret in Ciuitate. cons. 30. num. 47.

Tutor ob lapsum triginta annorum liberatur à redditione computi, idem si fuit liberatus à minore, sed falsa assertione, nam tanto tempore liberatus est. cons. 30. num. 48, & 49.

Tutor vnius Prouinciæ tenetur de non exactis in alia. cons. 82. num. 11.

Tutor, siue Curator apponens in inuentario, bona sua propria sibi præiudicat, & aduersus hanc inuentarij præsumptionem, probatio in contrarium non admittitur. cons. 72. nu. 18. & 19. Fallit, quando essent etiam cohæredes. nu. 20. vel stante clausula, vt in num. 22.

Tutor emens de pecunia pupilli, licet proprio nomine emat, pupillo acquirit. cons. 60. nu. 8.

Tutor ante redditam rationem non potest grauari ad restituenda bona mobilia in inuentario descripta. cons. 56. num. 2.

Tutor tenetur facere librum. cons. 58. num. 12.

Tutor librum non conficiens, est in dolo præsumpto, & ideò liberatus à computorum redditione, & à dolo dicitur liberatus à libri confectione. cons. 85. num. 13.

Tutor, qui non confecit inuentarium, ex aliqua iusta credulitatis causa, excusatur, & sufficit, quod aliter rationes reddat. cons. 58. num. 15.

Tutor, nec Curator datur filio patrem habenti. cons. 26. num. 27. Ratio. num. 28.

Tutor, & quilibet administrator tenetur rationem reddere. cons. 82. nu. 6. Amplia in socio. nu. 7.

Tutor, siue Curator iniuste litigantes, de proprio soluunt expensas. cons. 54. num. 26.

Tutor, qui semel reddidit computa, legitimè, non tenetur iterum reddere, & quando dicantur legitimè reddita. cons. 30. num. 1. 2. 7. 8. & 9.

Tutor in negotijs pupilli faciens id, quod faceret in suis proprijs, dicitur recte gerere. cons. 30. nu. 17.

Tutor eligendo diligentem exactorem, excusatur, si non elegit. cons. 30. num. 18.

Tutore non existente in iudicio, in principio, vel in medio litis contra minorem motæ, omnia acta sunt nulla. cons. 92. num. 8.

Tutores plures dati omnes tenentur in solidum, si non fuerit, vel à testatore, vel à Iudice diuisa administratio. cons. 82. nu. 9. Amplia. nu. 10.

Tutores tenentur exigere redditus, & debita minorum, aliàs tenentur de neglectis. cons. 30. nu. 14. Fallit. nu. 15. Et an leuis vel lata culpa requiratur pro neglectis. nu. 16.

Tutores publicum dicuntur gerere negotium, & ideò omnes tenentur in solidum. cons. 82. num. 12.

Tutori debent fieri illæ expensæ, quæ pro suis negotijs fecisset. cons. 30. num. 51.

Tutori quatuor competunt beneficia, ordinis, diuisionis, cessionis, & vtilis actionis, cons. 83. num. 31.

Tutori competit beneficium cessionis solutionis tempore. cons. 82. num. 14.

Tutori salarium quando debeatur. cons. 30. nu. 50.

Tutoris vices qui gessit, quamuis Tutor non esset, rationem reddere tenetur. cons. 82. num. 8.

Tutoris confessio de recepto, si non est præsentialiter, non præiudicat minori, quod procedit in Procuratore, & alijs. cons. 32. num. 45.

V

Valor, & pretium bonorum inspicitur secundum tempus, quo facta est solutio. cons. 22. num. 18.

Vassallus tenetur in pluribus seruire domino. cons. 7. num. 45. Fallit. num. 46.

Vassallus non potest prorogare Iurisdictionem alterius Iudicis, sine licentia domini, nec tacitè, nec expressè. cons. 2. post 2. nu. 10.

Vendere potest, & quamcunq; alienationem facere, qui potestatem habet testandi. cons. 15. nu. 47.

Vendere nemo potest cogi, & an quando non habet transitum vicinus, possit cogi vendere viam. cons. 33. nu. 14. & 15. Intellige. nu. 18.

INDEX.

Venditio facta ad tempus, & cum dilatione, dicitur minori pretio facta. conſ. 13. num. 2.

Venditionis tempus non reſpicit ſtatutum Meſſanæ de retractu, ſed ſollemnizationis inſtrumenti, quo tempore omnes, qui ſunt vicini, ſeu conſanguinei admittuntur. conſ. 37. nu. 33.

Venditor poteſt renunciare pactis ad eius fauorem in contractu appoſitis. Fallit in creditore nomine ſui debitoris vendente. conſ. 73. nu. 34.

Venditor ſi promiſit dare fideiuſſorem pro euictione, cum pacto, quòd ſi non dederit, non poſſit agere ad pretium, an poſſit petere fructus recompenſatiuos, ſi non adimpleuit. conſ. 11. num. 8. & conſ. 31. nu. 6.

Venditor in venditionis inſtrumento poteſt apponere pactum prælationis. conſ. 94. nu. 46.

Venia abſque partis citatione petenti concedenda eſt. conſ. 2. nu. 69. Ratio. ibid.

Venter in poſſeſſione eſt mittendus. conſ. 66. nu. 60.

Verba illa (pro quacunque cauſa parua, & magna) important omnia, quæ excogitare poſſunt. conſ. 23. nu. 81.

Verba (ſuccedant, & ſuccedere debeant) ſunt futuri optatiui, & non important perfectionem actus de præſenti, ſed de futuro. conſ. 18. num. 17.

Verba ſunt intelligenda ſecundum qualitatem proferentis. conſ. 80. nu. 7.

Verba ſequentia declarant præcedentia, & è contra. conſ. 15. num. 14.

Verba illa in priuilegijs Vrbis Meßanæ, quod omnes Ciuitates intus eius fines obediant Vrbi Meſſanæ, faciunt illos diſtrictuales. conſ. 23. nu. 73. Ratio. nu. 74. & 75.

Verba enunciatiua probant, quando concurrit aliquid adminiculum, & quid ſi proferantur ab eo, qui præſumitur ſcire iura ſanguinis. conſ. 40. num. 35. Et quid in antiquis. nu. 37.

Verba vniuerſalia, & generalia comprehendunt omnia, etiam incogitata, & prolata ab homine nullam recipiunt reſtrictionem. conſ. 37. nu. 16. & 17. conſ. 61. nu. 13. & conſ. 65. nu. 8. & 11.

Verba (cum iuribus ſuis omnibus) reſtringuntur ad ius, quod eſt de natura ipſius rei. conſ. 37. num. 21.

Verba enunciatiua in antiquiſſimis probant. conſ. 6. num. 44.

Verba impropriantur, ne afferant præiudicium tertio. conſ. 2. num. 29.

Verba Bullæ Pij Quinti diſponentis de primis nundinis, declaratur. conſ. 48. nu. 17.

Verbum (vadant) & verbum (ex cauſa de præſenti, præterito, & futuro) important vniuerſalem ſucceſſionem hæreditariam. conſ. 53. nu. 8. Eſto ſint poſita in donatione. nu. 9.

Verbum (hæredes) intelligitur de filijs. conſ. 53. nu. 76. 82. & 83. Secus in materia indifferenti tranſitoria ad quoſcunque. nu. 79. maximè in contractibus. nu. 81.

Verbum quodlibet debet aliquid operari. conſ. 53. num. 77.

Verbum hæres verificatur poſt mortẽ. conſ. 53. n. 83

Verbum (videlicet, cioè) poſitum in cap. 18. Regis Philippi ſtat declaratiuè non autem reſtrictiuè, & debet regulari ſecundum ſubiectam materiam. conſ. 67. nu. 34. & 35.

Verbum (videlicet) vbi enumerat ſpecies contentas ſub præcedenti generalitate, non eſt reſtrictiuum. conſ. 67. nu. 39.

Verbum (ſubiugare) importat ſubiugationem ſecundum formam Bullæ. conſ. 68. nu. 8.

Verbum (dat, aſſignat, concedit) & clauſula (ad habendum) dominij translationem ſignificat. conſ. 59. nu. 8. Idem importat clauſula euictionis. num. 9.

Verbum (dedit) dominium transfert. conſ. 36. nu. 1. & irreuocabiliter. nu. 2.

Verbum (ſuccedat) non poteſt verificari, niſi poſt mortem. Idem in feudalibus. conſ. 18. nu. 9.

Verbum (eligendo, & non eligendo) eſt gerundium, quod importat conditionem. conſ. 18. nu. 10.

Verbum (habens) regulatur ſecundum tempus verbi, cui adiungitur. conſ. 37 nu. 34.

Verbum (omnia) ad futura porrigitur, & iura, & actiones comprehendit. conſ. 66. num. 32. & 33.

Verbum (quacunque) vniuerſale eſt, & ad ea extenditur, quæ aliàs non includerentur, licet diſſimilia ſint. conſ. 66. nu. 36. & 37.

Verbum (cedunt) actum inter viuos denotat, & à matre prolatum donationem inducit. conſ. 71. nu. 22. & 23.

Verbum quodlibet non debet eſſe ſine virtute operandi, ita & quælibet prouiſio Principis. conſ. 13. nu. 13. & 14.

Verbum (oportet) neceſſitatem denotat. conſ. 92. num. 16.

Verbum (præſumpſerit) dolum importat. conſ. 1. num. 105.

Veriſimile admittitur in probationibus, non omne, quod eſt poſſibile. conſ. 29. num. 6. & conſ. 60. num. 9.

Via publica ſi amittatur, vel flumine, vel aliter, vicinus poteſt cogi viam vendere. conſ. 28. nu. 10.

Via publica poteſt claudi authoritate Principis, & an contradicentibus vicinis. conſ. 28. num. 15. & 16.

Vicarij Tribunal eſt vnum, & idem cum Tribunali Epiſcopi. conſ. 85. nu. 13.

Vicarij iuriſdictio extinguitur, Epiſcopo mortuo, & eo excommunicato, vtraque iuriſdictio ſuſpenditur. conſ. 85. nu. 24. & 25.

Vicarius vt ſuſpectus recuſari poteſt, vbi Epiſcopus eſt ſuſpectus. conſ. 85. nu. 15. Amplia. nu. 16.

Vicarius Epiſcopi nullam de per ſe iuriſdictionem habet, ſed quam habet, ab Epiſcopo habet. conſ. 85. num. 17.

INDEX.

Vicarius dicitur quasi alterius vices gerens. conf. 83. nu. 18.

Vicarius Episcopi licet habeat facultatem concessam faciendi omnia, quæ potest Episcopus, tamen non potest Diœcesim visitare sine speciali mandato, cùm sit de reseruatis Episcopo. conf. 4. nu. 52.

Vicarius non potest esse Iudex in causa, in qua Episcopus non est Iudex. conf. 85. nu. 11.

Vicini, & agnati debent esse tempore venditionis, & declaratur statutum Lucc. Dec. in conf. 221. & Cornac. decis. 62. conf. 73. nu. 32.

Vicino, vel consanguineo vendenti non amplius competit retractus super re vendita. conf. 46. nu. 29. Fallit in venditione necessaria. nu. 30.

Vicinus magis contiguus præfertur vicino, qui minus contiguus est. conf. 46. nu. 2.

Vicinus etiam via inter media existente, cogitur fauore Monasterij vendere seruitutem altius non tollendi. conf. 28. nu. 12.

Vicinus potest cogi viam vendere, si via publica vel flumine, vel aliter amittatur. conf. 28. nu. 10.

Vicinus consanguineo non vicino in retractu præfertur, ex constit. sancimus. Federici. conf. 94. num. 4.

Vicinus etiam, nullo facto deposito, agere potest, vt declaretur sibi ius retractus competere. conf. 94. num. 9.

Vicinus post publicationem Banni habet quinquennium ad retrahendum, ex priuilegio Caroli Quinti concesso Vrbi Messanæ. conf. 94. nu. 22.

Vicinus, seu sanguis quando venit infra tempus, sufficit, quod quælibet qualitas adsit tempore, quo cedit dies dispositionis. conf. 37. num. 35.

Viduam ex dote, & non alium de sibi alimenta præstare lex præsumit. conf. 45. nu. 7.

Viduæ statutum disponens dari decem pro centum, donec soluatur dos, valuum est. conf. 45. nu. 15.

Vinc. de Franc. decis. 612. impugnatur. conf. 8. num. 9.

Vinc. de Franc. decis. 550. declaratur. conf. 46. num. 36.

Vincula in primo matrimonio adiecta, non obstante præiudicio filiorum. conf. 86. num. 8. Amplia. num. 9.

Vincula duo magis ligant, & duo vincunt vnum, data paritate. conf. 46. nu. 19. & 20.

Vir, & vxor insimul vendentes rem dotalem, pretium ad virum perueniisse præsumitur, non obstante confessione facta per vxorem cum iuramento, nisi probetur in vxoris beneficium fuisse conuersum. conf. 38. nu. 4. & 24. Contra. nu. 38. Declara. num. 39.

Virgam iurisdictionis Officiali portanti in loco, vbi non competit, potest de facto Iustitiarius frangi facere, & prohibere ne apportet. conf. 6. nu. 42.

Visitandi ius tollitur præscriptione immemorabili. conf 4. nu. 70.

Vita, & militia à quo fuit introducta. conf. 91. num. 5.

Vita, & militia secundogenitis debetur, ratione exclusionis à feudo, ad quod prius admittebantur. conf. 91. nu. 10.

Vita, & militia est loco portionis hæreditariæ, à qua secundogenitus per primogenitum excluditur & in eius compensationem datur. conf. 91. nu. 11, & 14.

Vita, & militia in quibus à legitima differat, & an alimentis assimiletur, vel tertiam speciem constituat. conf. 91. num. 12. & 13.

Vita, & militia etiam descendentibus ex linea transuersali debetur. conf. 91. nu. 22.

Vita, & militia debetur secundogenito super feudo, quod primogenito peruenit, non ex titulo successionis, sed alio particulari. conf. 91. nu. 25.

Vita, & militia ad instar legitimæ taxatur, iuxta dispositionem auth. nouissima. C. de inoffic. testam. conf. 91. num. 34,

Vita, & militia taxatur attento valore reddituum feudi mortis tempore, non obstante, quod postea redditus crescerent, & decrescerent. conf. 91. nu. 35 & 36.

Vita, & militia secundogenito debetur super feudo peruento ad primogenitum, esto ei per patrem aliquod feudum fuerit relictum. conf. 91. num. Declara, vt ibi.

Vita, & militia respectu summæ æquiparatur legitimæ, sed quia morte secundogeniti finitur, alimentis assimilatur. conf. 91. nu. 15.

Vita, militia quare sic dicta. conf. 91. nu. 16.

Vita, & militia competit filio ex secundogenito patre præmortuo. conf. 91. nu. 19.

Vita, & militia debetur secundogenito effecto Clerico, & Religioso. conf. 91. num. 21. Amplia. num. 23. Contraria opinio refutatur. nu. 24.

Vita, & militia realis est præstatio, & ideo transit ad emptorem feudi onus eam præstandi. conf. 91. nu. 29.

Vita, & militia est onus feudi, & ius reale feudo annexum, habetque illud hypotecatum. conf. 91. num. 30.

Vita non substentatur de vento, sed cum fructibus. conf. 57. nu. 16.

Vitæ, & militiæ quantitas maturata in vita secundogeniti, transmittitur ad hæredes. conf. 91. nu. 27. Ratio, vt ibi.

Vitæ, & militiæ ius an possit secundogenitus alienare sine consensu domini. conf. 91. num. 28.

Vitæ in æstimatione, ætas, & complexio considerauda est. conf. 73. nu. 16.

Vitæ, & militiæ pro interusurijs feudum alienari potest. conf. 91. num. 31.

Vitæ, & militiæ petitio an possit compromitti inrequisito domino feudi. conf. 91 num. 3. Distingue. num. 4.

Vnio Ecclesiarum duplex est, perpetua, & temporalis, & quot modis fiat. conf. 4. num. 35. 36. & 37. & qui sint. n. 38. & quid operetur nu. 39.

INDEX.

Vniuersale dictum non recipit restrictionem, maximè si sit prolatũ ab homine. cons. 65. nu. 8. & 11.

Vniuersitas tenetur pro mutuo facto eius iurato, quoties pecunia conuersa est in beneficium ipsius Vniuersitatis. cons. 13. nu. 20. Intellige. nu. 25.

Vocatus sub duplici conditione, videlicet, si moritur sine filijs, & ab intestato, opus est, vtramque copulatiuè verificari. cons. 15. nu. 46.

Vocatus per fideicommissum, vel aliter potest agere viuente adhuc grauato, vt adueniente die sibi res restituatur, & declaratur contraria opinio. cons. 71. nu. 31.

Voluntas testatoris non est subuertenda. cons. 64. num. 40.

Voluntas qualis fuerit præsumitur ex his, quę exinde fiunt. cons. 10. num. 24. & cons. 18. nu. 58. Idem in voluntate Principis. cons. 20. nu. 46. & 49. & cons. 21. nu. 13. cons. 22. nu. 127.

Voluntas qualis fuerit in præcedentibus, ex subsequentibus declaratur. cons 59. nu. 35. & cons. 62. nu. 9.

Voluntas presumitur durare. cons. 46. nu. 17.

Voluntas testatoris in mente retenta nihil operatur, sed debet transire in dispositionem cons. 5. num. 31. & cons. 7. nu. 49.

Voluntas hominis est ambulatoria vsque ad mortem. cons. 7. num. 33. cons. 18. num. 11. cons. 53. nu. 6. & cons. 71. nu. 18.

Voluntatis declaratio potest quandocunque fieri. cons. 7. num. 18.

Vsufructuarius si cedat vsumfructum, intelligitur cessisse commoditatem, vt cessio valeat, & ne aadat à iure suo. cons. 34. nu. 51.

Vsuras soluens non dicitur agnoscere debitum, nisi per continuum decennium, & ex certa causa soluisset, nec sufficit vna solutio per decennium. cons. 51. nu. 6. Amplia. nu. 7.

Vsuræ pro dote non soluta competentes, non fructuum ratione, sed alimentorum debentur. cons. 47. num. 26.

Vsuræ vt euitentur, compensatio fit ipso iure. cons. 89. nu. 22.

Vsuræ cessant facto integro deposito. cons. 10. n. 26.

Vsurę recompensatiuę an per non adimplementum amittantur cons. 10. num. 27. Ratio. num. 28. 29. & 30. Amplia. nu. 31.

Vsurę dotium contra virum competunt ad rationem vnciarum quinque pro centenario. cons. 38. n. 11.

Vsurpare verbum quid significat. cons. 2. num. 7.

Vsus, & consuetudines Vrbis Messanę transeunt in priuilegium, ex Regis Ferdinandi priuilegio. cons. 1. num. 41. cons. 2. num. 8. & cons. 23. num. 38.

Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis. cons. 84. (nu. 22.

Vtilitas euidens Ecclesię dicitur, quando Ecclesia percipit de re sua decem, & concedit pro centum. cons. 70. num. 13.

Vxor absque sui viri authoritate contrahere non valet, ex Vrbis Meßanę statuto, cap. 27. cons. 59. nu. 34.

Vxor si aliquid ex sua industria acquirit, sibi, & non marito acquirit, cons. 57. num. 9.

Vxor aliquid soluens viuente viro ex bonis viri soluisse præsumitur, si aliunde non constat habuisse. cons. 51. num. 35. Amplia. nu. 36.

Vxor habens electionem vigore statuti Messanę, mortuis filijs, ea superstite cum viro sibi capere dotes, potest reuendicare prædium dotale per maritum alienatum post mortem filiorum. cons. 66. num. 68.

Vxori filios non habenti prohibita est suarum dotium alienatio, ex dispositione statuti Vrbis Messanę sub cap. 14. cons. 71. nu. 13.

Vxor constãte matrimonio executiuè agit ad dotis restitutionem, constito prius de vergentea viri ad inopiam per testes in vim extremorum. cons 59. num. 3. Amplia etiam si vir offerat fideiussores. num. 4.

Vxor non potest alienare in prejudicium mariti, etiam bona extradotalia. cons. 47. num. 5.

Vxor de suo tertio non potest testari, neque donare, neque vendere, pręter quò ad ea, quę sibi à statuto permittuntur. cons. 15. num. 18.

Vxor quæ ex duabus causis sit creditrix in bonis mariti, tenetur recipere in duriorem causam, & pro dote censetur facta compensatio pro concurrenti quantitate. cons. 89. nu. 19. & 20.

Vxor ex eisdem actis potest agere ad dotis restitutionem, soluto matrimonio, ex quibus egerat constante matrimonio ob inopiam viri, si mors superuenerit, nec cogitur de nouo iura experiri. cons. 58. num. 17.

Vxor promittens aliquid metu mariti, excusatur toto tempore vitę mariti, si non egit in iudicio. cons. 38. nu. 57.

Vxor non susceptis filijs ex Meßanę Vrbis statuto, dotem integram consequitur, filijs verò natis, & premortuis, electionem habet vel sibi capere dimidiam partem omnium bonorum, vel dotes suas. cons. 66. nu. 45. & 46.

Vxor presumitur satisfacta de dotibus, si bonis viri absque inuentario se immiscuit. cons. 66. nu. 18. & max mè in tutrice. num. 19. Amplia in quocunque administratore. nu. 20. Ratio. nu. 21.

Vxor presumitur matrimonium contraxisse intuitu bonorum viri. cons. 66 nu. 48.

Vxor non potest de dote testari, quando est ad alium applicata vigore contractus, & interest nõ reuocari. cons. 85. num. 19. Amplia stante consensu. vxoris. num. 20.

Vxor contra legatarios non potest executiuè ad dotem agere, etiam si res legata indiuidualiter pro dote reperiretur hypotecata. cons. 89. num. 18.

Vxor duo genera bonorũ dicitur habere, dotalia, & extradotalia. cons. 9. nu. 27. & quę sint. nu. 23. & sm aliam opinionem tria, & quæ sint. nu. 24.

INDEX.

Vxor quicquid habet in constantia Matrimonij, præsumitur à marito habere, sin verò sua esse prætendit, per veras prolationes debet ostendere. cons. 9. num. 29. & 30.

Vxor si emat rem ex pecunia viri, ad quem spectat res empta, & quid quando simul emunt. cons. 9. num. 31. & 32. Et quid, si simul, sed maritali nomine. nu. 33. & 34.

Vxori magis expedit habere dotem in pecunia, quã censum emptum á viro. cons. 43. num. 13.

Vxori tertium statutarium loco dotis succedit, eiusq; gaudet Priuilegijs. cons. 66. num. 49.

Vxori legatum à marito relictum, non est cum dote compensandum, & ideo potest ipsa legatum, & dotem consequi. cons. 81. nu. 1.

Z

Zabarell. & Felin. relati á Corsetto quæst. Foreas. 4. declaratur, vt procedant, quando nullitas non est notoria, & euidens. cons. 84. num. 8.

LAVS DEO, BEATÆQVE MARIÆ
semper Virgini, & omnibus Sanctis.